


R-6683

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28



ADMITTED

2-a-5-16

135

L

11841114



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GETES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 37.



⁸⁻⁶⁶³⁸
D. DIONYSII

CARTHVSIANI ENAR-
RATIONES PIAE AC ERVDI-
TAE IN DVODECIM PROPHE-
TAS (QVOS VOCANT) MINORES:

- OSEAM,
- IOHELEM,
- AMOS,
- ABDIAM,
- IONAM,
- MICHAEM,
- NAHVIVM,
- ABACVIVM,
- SOPHONIAM,
- AGGAEVIVM,
- ZACHARIAM,
- MALACHIAM:

longè politius ac diligentius, & id quidem iuxta
verum originale, quàm prius edita.



Coloniae ex officina IOANNIS QVENTEL,
Anno Christi nati M. D. XLIX.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali.



CONVERTE NOS DEVS SALVTARIS NR: ET AVERTE IRA TVAM A NOBIS PSAL 84

del Collegio de la Compañia de Nro Sr de Granada



Ad picturæ istius spectatorem, Epigramma Bartholomæi Laurentis Nouimageni, commendatorium Agrippinensis Carthusiæ & D. Dionysij à Rickel Carthusiani.

Ne tibi sit mirum, Spectator imaginis huius,
Hic depictorum quid sibi singula velint:
Neu ridere queas non intellecta, parumpèr
Expecta: breuis hic rem tibi sermo dabit.
Qui genicatur humi, doctor Dionysius ille est,
Carthusiam amplexus nomine reque statum:
Doctor, ab ecstasibus, quas pertulit ipse frequèter,
Haud præter meritum dictus & ecstasticus.
Hunc prope quæ cernis congesta volumina multa,
Multa & multa eius sunt monumenta viri,
Immensis Croesi tanto præstantia gazis,
Excedit quanto flaua moneta cuprum.
Nam VIRGO, cuius sinui tener insidet infans,
Qui librum oblatum captat vtraque manu,
Notior atque magis clara est, Spectator acute,
Quàm tibi vel cuiquam dicier vt sit opus.

Sed quæ virgo suis genicantem amplectitur vnus,
A dextris & cui mystica turris adest,
Quæque volumen, vt medians, obtendit IESV:
Est Carthusiæ magna patrona domus,
Agrippinatum celebri notissimæ in vrbe:
Cui domui, Rielus nuper in ora hominum
Editus, acceptum soli referatur oportet.
Hec nisi enim egisset, fortè lateret adhuc.
Fortè lateret adhuc: immo hæc certissima res est,
Nunquam emerfurum tève tuosve libros
Riele fuisse, Agrippinâs Carthusiâ ni illud
Principio obnixè sustinuisset onus.
Hoc igitur voluit præsentis imaginis Author,
Vt scires quorum sedulitate virum
In lucem exisset doctor Dionysius, vtq;
Ingratus ne tu Spector amice fores.

INDEX RERVM AC

VERBORVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED MA-
ximè insigniù, in D. Dionysij Carthusiani super Duodecim Prophetas (quos
vocant) minores Còmentaria, Bartholomæi Laurentis opera sedulò con-
gestus, & iuxta Literarum seu Casuum ordinem studiose digestus.

LECTORI.

¶ Quo faciliùs ea quæ INDEX monstrat, inuenire queas: memineris columnas (sic appellant superficies char-
tarum) voluminis huius, imaginando tripartendas: earumq; partium primam indicari literula a, suis numeris
adiecta: secundam, b: tertiam, c. Sicubi verò nullum istorum trium adiectum fuerit, tum id quod quæritur, in-
differenter toto latere illo numeris indicato, quærendum.

A ron cuius figura	186 c	amos quid sonet	109 a	audire auditionem, quid	223 b	
Abacuc quid sonet	207 b	amorrhæus quid	114 a	aves desolata hominibus loca vita-	24 b	
Abacuc an quid temerariè amorrhæi quati fuerint gigantes	112 a	re	266 c	auolare quasi aues	51 b 66 b	
locutus	216 c	amphora egrediens	116 b	aureis Hieroboaz vitulis quid tan-	56 a	
ab austro venire Deum, quid	217 c	An Deus oia pphetis reuelet	115 a	atrigo	120 a	
ab dias quid sonet	149 a	an sub veteri testamento fuerint &	222 c	aurum	12 b 19 b 48 a 200 b 210 b	
ab dias ppheta quis, & vbi sepultus	144 a	inter gètes aliqui pdestinati	16 c	232 b 270 a		
abies	79 a 285 a	anima qui fiat Dei sedes	21 a	aurum quorum Deus	54 b	
abscòditum quomodo dicatur pec-		animæ dignitas quanta	90 c	auster	223 e	
catum	77 a	animæ vires quæ	276 b	Azarias	2 c	
absque misericordia	Osæ filia, my animæ vita	9 a	animas à Deo condi	302 c	azotus	108 a 236 a
sticè quid	124 a	anias ad iniquitatè subleuari, qd	25 c	Aal	12 b 15 b 46 a 230 a	
ab synthius	236 a	angelicus homo quid	289 b	baali seu Baalim	14 b 15 b e	
Accaron	3 a	angeli & sacerdotes cur sibi in mul-	302 b	babylon	104 a 179 b 259 a	
achaz regis impietas	14 c 15 a	tis propinquiores	62 c	babylon cur filia nomine dignetur		
achor quid signet	63 c	angelorum qualis in iudicio extre-	95 b	258 a		
Adam, quid nominis sit	272 a	anguli seu angulus	238 b 282 a	babylonis magnitudo	159 b	
adama	255 b	antichristus cur homo peccati di-	11 b	arc quid solitus	26 b	
adamantis duritia	90 c	ctus	130 b	baculù in manib ⁹ esse, qd 273 a 275 c		
addò quid sonet	139 a	antiochia	275 b c	balach	186 c	
adhortatio ad conuersionem	277 b	anus	309 c	Apothecæ	85 b balthasar	
adolescentes	24 a	Aqua	24 a	Aqua	160 a 295 a baptista cur & qui angelus dicatur	
adulterium inundare, quid	10 b	aquila	55 c 227 c	aquila descriptio	145 a basan	
adulteria qui prouocentur aut ex-	10 b	aquila	175 b	aquilo	97 a 236 c 259 c	
pleantur	20 c 55 c 66 c 72 a 284 c	aquinatis Thomæ laus	114 b	beelphegor	27 a 51 a	
Aeditui	67 a 217 c	Arare impietatem, quid	58 c 61 a	hel seu Belus	12 b 15 c	
ædificare in sanguinibus	120 a	arbor infructuosa quid	20 a	belial	195 c 197 c	
ægyptus	67 a	arca Noë cuius typus	69 c	bellum	170 c	
ægypti situs, respectu Iudæe, qualis aquosa vitis	236 c	arcturus	124 a 129 a	benadab & Benedad quid	107 b	
ægrugo aut erugo	102 a	arcus dolosus quid	42 b	beniamin	152 a	
æstum sequi	250 a	area	53 a	bernardi encomium	114 b	
æthiopes	85 a	areæ	94 a 97 c	bestia	14 a	
æthiopia	12 b 19 b 48 a 76 a 200 b	bestia agri quid	16 a	bestia qui Deum suspiciant	85 c	
Aggeus (seu Aggè) quid sonet	201 c	210 b 232 b 270 a	30 c	bethauen	27 b 33 b	
Aha	267 c	armenta	119 a 121 b	bethel	27 b 31 b 50 b 55 c 59 a 61 b	
Alexãdria vnde sic, & quo priùs no argentum	141 a	arnon	108 a 236 a	68 a 71 b 117 a 118 b 128 c		
mine dicta	62 a	asina	279 c	bethlehem quàm sit Christi natui-		
alexandri Magni laus	92 b	asinus laudabilis quis	48 c	rate insignis	180 b	
alienigena	259 c	asini	296 a	Bibere vinum damnatorum, quid		
allegatio Scripturæ, qui habeat au-	152 c 156 a	ascendere de Aegypto	140 b c	bis tantum quotannis in Palæstina		
thoritatem	18 c 19 a	ascensionè in celo ædificare	31 b 33 c	pluiam dari	36 a	
altare	47 c	assumere terminum	60 a b 66 a 192 c 236 c	Brachia	42 a	
altitudo quò referatur	185 a	assur	53 b 71 a 181 c	brachijs qui suis nos Christus por-		
Amathi quid sonet	189 a	284 c	114 b	111 c 113 c		
amatores	189 a	astaroth	46 a	bruchus	82 b c 134 b	
ambitosorum increpatio	189 a	Athelebus	202 c	bruta suam naturam seruare, homi-		
ambulandum sollicitè qui	110 b 236 b	Auaritia bona quæ	215 a	nes non seruare	131 c	
ambulare post dominum, quid	108 c	auari deus quid	183 a	Adere q quoties dicant	44 b	
amicitiæ veræ tractatio	105 a	auarorum increpatio	60 b	Cæcum immolare, quid	301 a	
amicitiam quid maximè violet	136 c	auceps	115 c	Cæli	17 b 21 a 90 a 140 a	
amicorum verorum raritas						
ammon						
ammonitarum sæuitia						
amos prophetae vita						
amos quid pastoris fuerit						

caelorum trium mysticorum 2 a comedere peccata 25 c
 caesares 107 b cōnationes Dei quomodo intel- 57 b
 calcator vnae quid 143 a ligendae 159 c 160 c
 calceamenta 113 c comparationes odiosae quae 171 b
 caluiniū super capita induci, quid 228 b
 138 b 139 a complere templum iniquitate 228 b
 calumniantium mos 135 c confutatio de argēto facere, qd 76 a
 camelus 296 a confringere sulcos 61 a
 candelabrum aureum mysticē quid 263 b 264 c confundi agricolos, vinum, seu vine
 263 b 264 c am, quid 84 b
 candelabri visio quid sibi velit 263 b confusio bona quae 282 b
 caput 139 a confusio quōtuplex 21 b
 caput vnum qui aliquando sibi quō confusioem nescire, quid 238 a
 posituri 7 c 8 a coniugij diuini & humani differen- 50 a
 63 b 66 a tia 17 a
 capitum ratio quid olim pra se fer- 19 c 20 a conscietiae turbate poena 19 c
 ret 138 b consummatio 232 c
 carioth 113 a conti 121 b
 caritate rerum ex auaricia inducen- 94 c
 tes, maledictum iri 137 c conturbatio bona quae 94 c
 carmelus 194 a 196 a conuertere Dei, & conuertere ho- 201 a
 carmelus quōtuplex 106 b 140 a minis, qui distinguenda 252 a b
 carnalis libidinis vis quanta 26 a conuerti in Aegyptum, quid 48 c
 caro 98 c 173 b cōuerti qui debeamus 96 a
 cataractae 307 c cor 90 c
 catulus leonis 200 c cor maris quid 158 c
 cauernae petrarum 145 a cor que vitia potissimū auferat 26 a
 Cedrus 285 a cornua 152 a 218 b 224 a 254 c
 ceti veteris quomodo fuerit IONAE . 255 a 257 a
 inferus 157 b correctio non insultandum 159 b
 cetus qui ionam euomuerit 158 b correptioni seu correctioni frater- 174 a
 Chalanne 130 b nae vbi parcendum 24 c
 chaldaei quorum typus 208 b cosmos quid 156 a
 chaldaeorum descriptio 206 b Cubare super pignora, quid 21 b
 chaldaeorum scauita 267 b cuique secundum merita sua reddi- 1 c
 chaldaice veteris instrumenti tran- 102 c
 lationis autoritas quae 79 c culmus quid sit 46 a
 chamos 46 a culpa poena miserabilior esse 191 b
 chanaan qd 69 a 71 c 231 b 236 a b cutis 173 b
 charitatis vincula 62 c Cyrene 107 c
 christus cur tres tantum mortuos 102 a Draconum planctus 165 a
 suscitasse legatur 109 c Amascus 106 b 109 c 117 c
 christus qui omnes redemerit 42 c Damasci grabbatum 117 a
 christum esse in vna persona Deum 110 a Damasci origo 3 b
 & hominem 51 c Damasci vestis 107 c
 christiani cur dominico sepulchro 114 a
 priuati 19 c demonis natura 114 a
 christianorum defectus quāti 8 b ant 214 c
 christianorum peccata cur gentiliū 21 b
 peccatis grauiora 18 b c dauid 8 a 22 c 142 a
 cibaria in domo mortui, cuiusmo- 9 a
 di 49 b decem tribus quādo captiuatē 3 b
 cidaris 260 c 262 b decimarum detentores 310 a
 ciuitatū igne desuper immisso sub- 13 b
 uersarum catalogus 63 c rint 39 a 94 c
 Clamare qui quō dicantur 150 b deglutitio ionae quid 69 c
 clangere buccina 33 b delubra 47 a 102 a
 claudum offerre 301 a denarij numeri significatio quae 299 b
 clerici quāti obstiti vitij 44 a 265 c 275 a Edom 108 b 110 a 144 b 148 b
 clibanus succensus 40 a c dentes molares 83 b
 Ceterum vocare, quid 85 a derelinqui Deus qui dicatur 26 a
 cogitationes pessimae quae 172 a desertum 75 a 76 b
 cogitationes malas etiam punitum desideratus cūctis gēnibus, qd 250 b
 iri, non opera tantum 25 c desponsatio quōtuplex 20 c 21 a
 cogitationes peccato obnoxiae quae desponsati quoties Deo iudaei 17 a
 & qui 169 b 271 c deus impios qui noscat 30 b
 cognitio 125 a deus omnium, quorum sit potissimū 30 b
 colles 143 a 175 c Deus 7 a
 columba 41 b 237 b 243 a deus quomodo agere quippiam di- 22 b
 collum 169 c catur 217 b c
 collum erigere, quid sibi velit 60 c deus qui animam & membra habere 130 b
 cōedere medacij frugē, qd 58 c 61 a dicatur 131 b
 equi 253 a

equi 183 a 253 b 267 b 296 a fratres mysticē quid 9 c
 equi rufi, nigri, albi, varij quid mysti fratres, omnes homines esse 75 a
 cē signent 253 b 256 b 269 c deo an in omnibus obediendum 57 b
 Ericius 237 a frugem iustitiae edere, quid 61 a
 eruca 82 a c 120 a frumentū 12 b 19 b 96 c 97 c 281 a
 eruditio qui maxie obtineatur 38 c Fumo qui cur similes 73 a
 erui de ore leonis duo crura, quid si fur 39 c
 gnet 117 a furtū quōtūpe peccati 24 a 266 a
 Esau 300 a funiculus mensuris quid 259 c
 esau cur Deo odibilis 297 c funiculis Adae trahi, quid 62 c
 esse quasi David, quid sit 191 a Abaa 33 b
 esurire iustitiam, quid 138 c G galaad 37 c 39 a 70 a 107 a
 Exaltare iugum super maxillas, qd 190 c 284 c imber matutin⁹ aut serotinus 94 a
 sibi velit 63 a galgal quid 54 b 70 a imber serotinus 36 a 134 b
 exaudiri indignus quis sit 31 a galgala 27 b 29 c 52 a 121 b 123 c
 exercituum dominus 68 b 95 c gaza 107 c 235 c
 exitus viarum 151 b Gedeonis de Madianitis quanta vi- 228 a 230 c 231 a
 extra charitatem nil Deo placitum 58 c
 seu acceptum esse 53 b Gedeonis zelus qualis 105 c
 exultare quid sit 49 a 52 c gemendum populo quādo sit 75 c
 exultatio 85 b gentiles bestiarum nominibus cur 263 a 264 c
 exultationes 45 a appellentur 16 a
 Ezechiae pietas 3 a gentis vocabulo etiam iudaeos no- 3 a
 Abri 255 a 257 a tari 238 a
 fabrica corporalis quot ac q- geth quid sonet 168 b
 bus egeat seu constet 1 c Gloria 258 a
 fames audiendi verbi Dei 138 c Gomer Oseez nubere, quid 8 b
 fames spiritualis quid 10 c gomer quid sonet 8 b
 fasciculus 140 c Gradū super Chm figere, qd 212 c
 Felix verē quis sit 212 c gratiam gratiae exequari, quid 263 c
 fenestrae 95 b gratiae an & qui se certum esse quis ioppe 156 b
 ferire cum mendacio scodus 60 a fciat 98 a
 fermentū quae duo cōphendat 40 b greges 30 c
 festa quibus quō & vbi sublata 19 c Hebraei vnde dicti 155 a
 festiuitates iudaeorum temporales 3 c Hebraeorum de patribus va- 107 a
 quot, & cur fierent 13 b c tum regula quae 6 b 29 c 33 a 43 a b 47 a c 52 c
 festorum apud iudaeos celebriū my- 162 b 163 a 68 b 117 b 241 a b 257 a
 sticatio 13 c
 Ficulnea 51 a
 ficus 19 c 93 c 226 b 250 c Hierusalem 39 a 104 b 109 b 256 b
 fides 250 c quid 175 b
 fidei laus 16 c 209 c hieronymi defensio 56 b
 filia Sion 279 a Homo qui comedatur 20 a
 filiarum ne stupratio, an vxoris pol- 137 a
 lutio tolerabilior 137 a diabolus, posse 150 b
 filij aut filiae quid 137 b homines 258 c
 filij hominum 84 b hoies etiā sua ipsorum cōcupiscētia, 291 c
 filij israel mysticē quid 9 b sine diaboli instinctu peccare 116 a
 filij iuda mysticē qui 8 a 103 c horrendum maxime quid 223 b
 filij maris qui 64 b 66 c Humiliandi quāta oportunitas 61 b
 filij olei qui 264 b humum lugere, quid 84 a
 filios fornicationum dici, qd 11 b Hyemalis domus 118 b
 finis quōtuplex 196 b Iacob 61 a 71 a 118 b 152 a 199 c 300 a
 Fletus 90 c Iacob quomodo angelo praualu 68 c
 flumina 220 a 224 b erit 67 c 68 a
 Fons peccati quid 75 b Idololatria cur fornicationis nomi- 67 b
 fontem de domo Domini egredi, ne exprimatur 10 b
 quid 104 c idololatria quando primū Romē 16 c
 fontes 88 b c verita 176 c
 fornicationem fornicari, quid 4 c idolum 69 b
 fornicaria Oseez quomodo intelli- idolum cur ignominia, mendacium 308 b
 genda 4 b & infania vocetur 12 c 39 b
 fornicatio quantū inualuerit inter 113 b
 Hebraeos 11 a b idola qui quos decipiant 111 a
 fornicatio spiritualis quae 10 b 26 b idola qui & vnde etiā nū fiant 48 a
 forsan seu Fortē, in verbis Dei qd 39 b idola qui gentibus adorata 39 b
 notet 309 b idolis quātm studuerint israelite 14 a
 Framea 292 b idumaea 112 c 142 b
 fraternae correctio quando & in q- idumaea situs 145 a
 bus omittenda 24 c Iebus 278 a
 fraternitas inter homines quot mo- 5 b c 8 c 45 c
 dis dicatur 108 b ieiunium, & eius vis 90 c 96 a
 222 a
 261 c
 269 b
 262 c
 196 b
 306 b
 95 a
 148 a
 101 a
 161 b
 94 a
 36 a 134 b
 266 b
 20 a
 111 b
 228 a 230 c 231 a
 211 a
 75 a 97 a 139 c
 263 a 264 c
 100 b
 3 a
 81 b 86 a 297 b
 153 b
 152 c
 156 c
 153 b
 157 b
 154 a
 156 b
 257 c 274 a
 189 c
 11 c
 107 a
 47 a c 52 c
 8 a
 112 a
 219 a
 104 a
 289 b
 138 c
 267 b
 291 c
 65 a
 29 c 33 a 47 a 66 c
 290 b
 18 b
 188 b
 68 c
 266 a
 67 b
 95 a
 16 c
 68 c
 176 c
 176 b 184 c
 308 b
 37 a
 62 a
 85 b 160 b 161 a 258 c
 160 b
 27 b
 58 a
 101 b
 239 c
 188 c
 188 c

laborare dominum facere, quid 305 b mensis seu dies q. aliquid faciat 31 a nox 28 a 173 c
 lac 104 b mensuratio 257 b nox quò magis quàm dies condu-
 lachis quid 166 a 168 c mentiendum humiliadi causa num cat 253 a
 lacus 280 a sit 136 b Nubes 36 b 88 c
 lætari quid 49 a 52 c mercatores rapaces 138 a nuptiæ quotuplices 20 c 21 a
 læticia 85 b messis & melfiores 102 c nurus 188 c
 lampas 263 b 264 c metendum cuique quid 48 b 58 a nutricius noster mysticè quis 65 c
 lana 11 c 12 c metere iniquitatem, quid 58 c 61 a **O** Bediendù ne deo in oib⁹ 5 a
 languidum offerre, quid 301 a metiri terram 219 a **O** Oblatio illamunda qd 23 b
 lapis stanneus quid 264 a 265 b Michæas (alibi Micheas) quid 166 b 301 b
 lappa 53 c 56 c michael quorum p̄fes 253 a c obliuione obliuisci, quid 6 b
 lasciuire in stratis 130 c milui descriptio 266 b obliuisci qui dicatur deus 6 b
 latitudo quò referatur 259 c ministris Ecclesiæ sua q. officia exe- obstinatio quid vitij sit 24 c
 latro 43 b c quenda 175 b Oculi septem quid 264 a
 latrunculus 39 c 43 c mirabilia Dei quotidiana quæ 97 c oculos septem super lapidem vnum
 Leana 73 c misereri animæ propriæ, quid 191 c esse, quid 261 b
 lebetes 296 c misericordia cui sacrificio p̄ster 37 a Odij in nos diuini signum certissi-
 legatus gentium quid 144 b c misericordia Dei qui iustitiæ misce- mum quod 27 a
 legis & euangelij & prophetiæ col- atur 6 a odolla 169 a
 latio 1 c misericordia q. & q. impèdenda 185 a odor 80 b
 leo 64 b 126 c misericordiæ laus 38 c Offensio dei, quati sit pèdenda 34 c
 leonis rugitus quid 115 c misericors quid sonet 91 a Oleù 11 c 12 b 17 b 19 b 71 a 96 c 97 c
 leuare capita quid 96 a missio filij Dei quotuplex 144 c oleum elanguere, quid 84 b
 leuari in contis 119 a 121 a Moab 112 c 186 c 23 b 6 b oleum in Aegyptum ferre 67 b
 leui qualis fuerit 302 a moabitarum crudelitas 110 c ollæ feruentes 119 a 121 b
 leunculus 200 c modij 45. quid 22 a oliua 78 b 251 a 226 b 265 a
 Lia cuius figura 72 a moloch 46 a 127 b oliuæ duæ quid 264 b c
 libamen 92 a 96 b monile 20 a oliueti mira ruptio 294 a
 libanus 78 b 196 a 211 c 216 a 223 a 284 c 285 a mons oliuarum quid 294 a Osa puidetiæ dei subiacere 205 b c
 libatio 84 a 87 b montani hæretica de prophetis sen On 56 b
 libidini carnali quò medendù 29 b montes 122 c 143 a 164 b 186 b 195 b onocrotalus 46 b 48 c
 ligare spm̄ in alis suis, quid 27 c montes Efsau qd 300 b (267 b onus 237 a
 lignù, seu i ligno interrogare, qd 26 b montes seculi 219 a Opus esse quasi semè, mercedè qua 290 a
 linum 11 c 12 c morasthi quid 166 b si fructum 46 a
 Locus Dei quid 32 b morbo quo ferè vniuersi hodie la- opera qui dicantur viæ 25 c
 locusta 82 b c 134 b boremus 28 a Orandum qui sit 92 b
 longitudo quò referatur 259 c mortali peccato à Deo penitus re- ordinaria glossa quæ 2 b
 loqui ad cor 14 c 20 b cedi 38 a oreb quid & vbi 309 a
 Lucerne septem quid 263 b 264 c mors mortis quid 74 b oriens 261 a 262 c 268 b 269 a 270 a
 lugere qui terra dicatur 24 b mortis expectationè ipsa morte du origo vitiorum omnium quæ 267 a
 luna 90 a riorem esse 56 c orion 124 a 129 a
 luna eclipsim patiens qualis 100 a mortis horror quantus 95 a ornamenta populi Israel, mysticè 10 b
 luna qui obscuranda 103 a mortè esse meritorij terminù 106 c quid 10 b
 luza 68 a mosaicis cur documenta propheti- ortus 297 b
M Aceria 12 a 19 a ca superaddita 1 c Osee 2 c 3 c 8 b 297 b
 malachias qd sonet 297 a b Moses cuius typus 186 c Osee meretricem ducens, cuius figu-
 300 a Muli 296 a ra 4 c
 maledictum 24 a mulier è latere virili cur sumpta osee (seu Oseam) fornicariam sibi
 malis quid maximè incumbat 52 c 303 b ducere vxorem, quid 8 b
 malitia 91 c mulieres duæ quid 266 c 267 a ossa 173 b
 malogranatum 84 b c 87 c 251 a mundus vndè sic dictus 156 a Ouile 226 b
 malus quotuplex 116 a mundo animam non esse 193 c Ozias rex qualis fuerit, & qui sacri-
 mandata Moysi quotuplicia 111 a murus litus 135 b ficarit 2 c 105 c
 manè 34 c 35 a 38 b 61 h Myrteta 253 a 256 a **P** Aliurus 188 b
 mansuetudo q. Deo cõueniat 233 b myrtus 253 a pallium 170 c
 manus 297 b **N** Aulum 153 c palma 87 c
 mare seu maria 24 b 196 a 221 b 236 a 295 a Naum seu Nahum, qd 195 c panis 160 a
 nazareï 112 b 114 b panis lugentium quid 53 c
 mare occidentale aut orientale 93 a nazareis vinum propinare 114 b panum indigentia quid 121 c
 mare rubrum mysticè quid 15 b Nebula matutina 122 c panum trium mysticatio 2 a
 mariam esse nostram apud Deù ad- nemroth quid sonet 182 a panther 32 a
 uocatam 186 c neomenia 13 b parabola 170 a
 matthæ⁹ à calumnia Iuliani defen- Niniue 156 a 195 c 203 a 235 a pardus 73 c 206 b
 sus 62 a niniue (aut Niniues) capacitas 153 a parètes q. suos deo p̄ponant 20 a
 matutinæ nubi aut rori cur qui simi 159 b c parentum peccata q. quomodo luât
 lentur 73 a No, cuius vrbis nomen 201 c filij 26 c
 Melchon aut Melchom 109 a 230 b noli me tangere, quid morbi sit 28 a parturientis dolor quatus 74 a
 memoria seu obliuio qui competat Deo 6 b non populus meus, quid 9 a 17 c tur 149 b
 Memphis 49 c nouale quid sit 58 a pascere ventum 67 a
 mendacium 171 b nouatiana hæresis quæ 107 a pastoris boni quid sit 288 a

pastorum conditio quorumnam sit præcipuus quis 169 a Reblata 130 b
 maximè periculosa 29 b prælati boni vtilitas quanta 43 b regulæ Hebræorum de prophetis,
 patientia qui Deo ascribitur 91 b prælatorum quorundam status q. sit quales 3 c 4 a 81 b 136 c 152 c
 patres 82 a eis periculosus 29 a religionis tepidis an & quomodo le-
 pauperum oppressores 137 c prælatorum quanta diuersitas 44 a tandum 52 c 53 b
 pax quotuplex 274 b prælatis quid maxie præ alijs timen religiofori quorudã increpatio 121 c
 paxillus 282 a dum 44 b repetitionis vis q. 92 b 238
 Peccatum paruum an maioris vitan præsentia Dei recogitandæ vtili- reprobù in sensu traditio q. fiat 33 a
 digratia fieri licitum 171 a tas quanta 43 c repudium vxoris quomodo iudeis
 peccatum quid ruina sit, & qui au- preces fœtidæ quæ 130 a olim permissum 303 b
 feratur 77 b precium rerum ex auaritia augenti- respõdere qui Deus dicatur 92 c
 peccati enormitas quanta 192 b um increpatio 137 c resurrectionis Chri vtilitas 35 b
 peccati in deum, & peccati in proxi priapum cur mulieres potissimũ co reuerti ad virũ priorè, quid 12 a b
 mum differentia quæ 60 c lerent 27 a rex israel, & rex noster, qd 65 a b
 peccato peccata trahi 72 c principes mali quibus cur domina- Ridere q. loc⁹ aliquis dicatur 106 b
 peccata q. hodie dominantur 28 a ri permittantur 74 a Rõani q. quales iudeis fuerint 267 c
 peccata qui sua cuique ante se po- principum instructio 48 a ros 36 b 80 a
 nenda 10 b principum negligentium increpa- rostra aurea 265 b
 peccata hinc non visitari, quale quid tio 32 b Rubigo 82 b c 120 a
 præferat 26 c principia ferè qui serueant 20 c rugire de Sion Dñm, quid 109 b
 peccata prædicare, quid 119 c prodigia 99 bc ruina qualis sit peccatum 44 b
 peccata qui deus puniat 107 a promissiones Dei quomodo intelli Abçi qui & vbi sint 102 a b
 peccatis neminem carere 240 c gendæ 69 b 93 a 94 b 142 c sabaoth 121 a
 peccatores quàm facillè sanent⁹ 54 a prophetam, dupliciter aliquem di- Sabbatum qd, & cur feret 13 b
 pecora 160 b 161 a ci 136 b sabbatum ex sabbato esse 295 a
 pedes Dei quid 293 c prophetæ cur euoluendi 1 a sabbatum quid præ se ferat 160 a
 pelles Madian quid 219 b prophetæ quomodo locuti 243 b saccum induere, quid 138 b
 pennæ 308 c prophete quomodo prophetet 21 a sacerdoti quomodo viuendũ 304 b
 percuti vento vrente, quid 122 b prophetarũ minorum ordo quis 2 b sacerdotes propriè qui 84 a
 perditio cuique sua vndè 76 c prophetarum omnium audacissim⁹ sacerdotum quid sit 84 c 85 a
 perfectio magna quæ sit 60 b quis 205 a 88 a 302 b 304 b
 perijse sanctum de terra, qd 188 a prophetis nõ semper, quod prophe- sacerdotum stat⁹ hodie qualis 29 b
 perpendiculum 256 c tent, suggeri 136 b sacerdotibus qui & pro quibus plo
 perseuerare in malo, quale qd 128 b prophetas minores qui suis illustrã sacerdotibus qui & pro quibus plo
 personarum pluralitatis in trinita- rint commentarijs 2 a b randum 92 b 96 c
 te insinuatio 6 b prophetas ea quæ prædixerunt, in- sacramenti altaris excellentia 53 b
 petra qui fiat 196 b tellexisse, non ignorasse 204 c sacrificium 87 b 92 a 96 b
 petri super apostolos principat⁹ af- prophetia quid doni sit 136 b 137 a sacrificium quibus constaret 84 a
 fertio 156 c ppheticæ cognitiõis descriptio 83 b sacrificij Missæ præconium 306 c
 Pharan quid sonet 217 c propheticæ illuminationes quò fi- salire sicut vitulum, quid 309 a
 pharaones 107 b ant 81 c salomonis exitus quis 45 c
 phatuel 86 a propheticæ reuelationes quomodo saltus quid sit 14 a
 phiale 131 a factè 2 c saluator propriè quis 73 b
 philistei seu philistij 152 a 233 c 236 b prouidentia quæ quibus quàm ne- saluatores instrumentales q. 73 b
 philistæorum origo 141 a cessaria 213 a samaria 39 b 43 b 46 a 55 c 60 a
 philistæorum vrbes principales quæ prouidentia mala quæ 41 b 75 c 77 a 116 b 117 c 144 a 152 a
 & quot 108 a Puer 61 c 65 b sanctificare bellum 102 b
 Pila 228 b 231 a pupillam oculi tangere 258 b sanctificare ieiunium aut ecclesiam
 pifees 24 b c 231 a puritas cordis quid 212 b 85 a 92 a 271 b
 Plantus 128 a putredo 31 c 221 b sanguis 72 b 232 b
 pluere 122 a **Q** Vadragenariũ esse pœnitentiæ numerum 114 b sanguis rezael quid 5 b
 plumbi massa quid 266 b quadrigæ 183 a 200 c sanguinè sanguine tãgi, quid 24 a
 pluuia tẽporanea aut serotina q. 36 a quarendum aliquid qui sit 30 c sapientia qui acquirenda 1 a
 Pœna qui duplex peccatori infliga quando quisque damnetur 103 a sarepta 147 b
 tur 197 a qua quisque pœna puniatur 13 a satan 260 b
 pœnæ medicinales quæ 265 c quasi 31 b Scenopegia 13 c
 pœnitentium arma quæ 160 a quatuor venti 267 c scientia dei 23 c
 poma prima quæ 51 a quercus 112 a scientia holocaustis p̄stans q. 37 a
 pomposorum increpatio 228 b quercus Bafan 285 a scientia qb⁹ maxie oportuna 25 b
 poni quasi solitudinem, quid 18 b quercus Bafan 285 a scientia præconium 38 c
 porta quotuplex 129 a quia 56 a b scindere vestimenta, quale qd 96 b
 porta seu portæ 151 b 171 c quibus potissimũ Deus misericor sciri, an Deus misereri velit, diffici-
 portendentes 200 a diam impendat 78 a le esse 91 c
 posteriora Dei quid 228 a quiescere in Damasci grabato 117 a schismaticorum notatio 118 b
 potestatis iniqua noxa quata 40 c quindecim argentei quid 22 a scissio cordis quid 90 c
 Præbendosorum monitio 301 a quisquiliè 138 a scissio vestium licita quæ 91 a
 prægnantes distendi, quid crudelita quoties sp̄ualiter cadamus 28 a scissio vtilis quæ 149 c
 tis sit 75 c **R** Abba 109 a scriptura qui peruestiganda 1 b
 prælationem quis appetat 48 a radix 52 b 54 c scripture eiusdem multiplicem esse
 prælati boni aut mali qualis condi- rama quid 33 b sensum, etiam literalem 62 b
 tio 54 a rationale in pectore summi sacerdo scripturæ qui allegandæ 128 a
 prælati boni gaudium aut mœror tis, quid 302 b

IN COMMENTARIA D. DIONYSII CARTHVSIANI, INDEX.

scrutari in lucernis, qd 228 c	231 c	fyrorum origo	141 a	Via ad vitam, quomodo & arcta &	
sculptile & cōflatile q differat	211 c	Acendum vbi fit	129 c	lata	275 c
Sebaste	144 a	Temp ⁹ qui Dei dicatur	228 a	viç domini quid	193 c
seir	108 b 144 b	tempus qui fit malum	125 b	vicenarij nūeri significatio	265 c
femen qd, & qui in germine fit	250 c	tepēditas hodierna quanta	143 c	vicimas in pfundū mittere, qd	32 c
femini quanta vis	17 b	ter aliquid dicere, quid	85 a	videns	136 a
fens	81 c 82 a 98 c 275 b	tergum Dei quid	228 a	vinacia (seu vinacea) quid	21 b
fennaar quid	266 c	terminos transgredi	33 c	vindictæ seu tribulationis duplicis	196 c
fennacheribis exercitus quantus & terra qui cæsus	6 b	terra Domini	53 a	vineæ	14 c 55 a 59 b 78 c 102 c
separatio duplex	132 c	terra pmissionis qualis	36 b	226 b 250 c	
septēber Iudæis qd mēsis fuerit	13 c	terra super nihili qui fundata	288 b	vineam poni desertam, quid	87 b
septem oculi quid	261 c	Thabor	30 a	vinitores	14 c 20 b
septenari ⁹ quid nūeri sit	181 c 261 b	tharsis	153 a	156 b	vinum 12 b 17 b 19 b c 96 c 97 c
seruitiū deo gratissimū, quod	299 b	theman	108 c	vinum Libani	79 a
seruitus duplex	298 b	theraphim	22 c	vinū quid, & qui mentiatur	53 a b
Si	27 a 82 a	Timor duplex	298 b	vini vis ac noxa	26 a 210 a
sichem & Sichar	37 c 39 a 46 a	timorem sapientiæ præstare	35 a	vir super equum rufum, quis	253 a
siccitas nimia cui ⁹ mali parēs	119 a	timore frigus adduci	294 b	vir vnde dictus	270 a
sidera	150 b	timore fortitudinem & rationē im-	virgæ duæ quid	288 a	
similitudines vnde sumendæ	106 a	pediri	145 c	virgines	139 a
simplicitas mala quæ	41 b	tinea	31 c	virtus qui probetur	293 a
simulacra	59 c 212 a	Tobias quis qualisve fuerit	9 c	virtutes	95 c
sion	88 c 93 c 94 c 96 b 97 b	tonitruū filij q cur dictū	47 b	visitare	51 a
109 b 132 a 179 a 241 a b 256 b 259 c		tonfor regis	134 b	visitatio	14 b 67 b 233 c
sion quasi agrū arari, quid	175 b	torcular	53 a	102 c	visitatio Dei quotuplex 115 a b
sitis spiritualis quid	10 c	torrens deserti quid	132 a	vitæ hūanæ mediū, quid	217 a
Sobrietatis quibus quāto perēnecef-	torrens spinarum	203 c	104 c	vitulæ cur israelitæ assimilati	57 c
faria	25 b	torris	120 b	vitulus lasciuus	48 a
focrus	188 c	torris erutus de igne, quid	262 a	vitulus mysticè quid	60 a
solennitas	13	Tradii in sensum reprobum	33 a	vituli labiorum	77 c
sol	90 a	tribulationum presentium utilitas	vituli israelitarum aurei quo tandē		
sol qui obtenebrandus	103 a	35 a 38 a 293 a	furto sublati	56 a b	
solē meridie occidere, quid	139 a	tribulus	56 c	vitulorum Hieroboæ locus	46 a
solitarij solatium	20 b	tribus sup scelerib ⁹ cōverti, & sup	viuificari post duos dies, qd	35 b	
solitudinis laus	20 b	quatuor nō cōverti, quid	106 b c	viui per conflagrationis ignem pur	
solium Christi	269 b	tritricum	17 b 49 a 78 c 80 b	gandi qui	104 b
somnia somniare, quid	98 c	triturare	57 c	Vltra	93 a 176 c
somniatorum increpatio	60 a	trium peccatorum per tres mortu-	vlulatu quis cantus cur rectè com		
somno tristitiā mitigari	154 a	os signatorū explicatio	109 c	paretur	42 a
sophonias quid	229 b	trulla	135 b	Vncinus	137 b
sordida vestimēta quando Christo	Tuba	113 a	116 a	vnctio quibus quomodo impende-	
subtracta	262 a	tubam in gutture esse, quid	47 b	retur	19 b
fors quotuplex	154 c	tuba canere	88 c	94 c	Volucris cæli 24 b
fortium missio qualis	154 b	tumultus	58 c	61 b	volumen volans 266 c
Speciosa deserti	93 b 97 b	106 b	48 b	voluntas Dei quæ	112 c
spina	12 a 20 a	Tyrānis dñantib ⁹ , quibus gemēdū	75 c	voluntas humana qui optima fieri	
spiritus fornicatiōis quid, & quō ei	26 b 29 b 30 c	tyrus quid sonet	110 a	queat	60 b
resistendum	16 b	tyri gloria quanta	51 c	voluptatis venereæ impetus quan-	
sponsa Christi quotuplex	16 b	vacce pingues	118 c	121 a	voluptatis venereæ impetus quan-
sponso aut sponse cur & quādo tha-	96 b	vacce istar lasciuire, qd	29 c	Vrens ventus quis	75 a b 120 a
lamus relinquendus	56 c	væ	51 c	vrfa minor	124 a
spuma	187 b	vallis Achor	15 a	20 c	vrfus 126 c
Statera falsa vtētū increpatio	175 b	vallis Iezrael quid	8 c	vrlica	53 c
statuū publicorū deploratio	90 a	valles	164 b	Vt	45 c 111 c 186 a 286 b
stella	302 a	vapor fumū	100 a	Vxor mysticè quid	137 a
stercora aut stercus	104 b	vas seu vasa	131 a	287 b	vxorē, præsentē viro suo, ab alijs op
stillare montes dulcedinē, qd	148 a	vasa desiderabilia	75 b	primi, quanta sit miseria	137 a
stipulā esse domū Ioseph, qd	137 c	Vbera arentia	52 a	Zacharias quid	255 b 259 c
stridor templi	165 a	Velut	89 b	262 b 264 b	
struthionum natura	18 c	vendi aliqd p calceamētis, qd	111 b	Zedechie (alibi Sedechie) ca	
studiosorū vana studia quæ	61 a	venter	221 b	ptiuo quid ignominie Babylone	
Sulci anime quid	67 c	venter aut Venus quorū sit de ⁹	54 b	obnigerit	211 b
supplanta ⁹ Esau à Iacob qui	217 b	ventum pascere quid	70 c	zelari dominum terram, quid	96 c
supplicia dñatorū qualia	27 c	ventum feminare	48 b	zelari zelo magno	254 a
supplicia quorū nunq̄ finiēda	135 c	verbum qui aliqñ fumatur	116 b	zelus duplex	193 a
sufurrōnum depictio	136 c	verba Dei qui audienda	114 c	zelus quorūdam, etiam piorum, in-	
Sycomorū	14 a	veritas quotuplex	23 b c	274 b	discretus 105 c
synagoga cur saltui collata	2 c	vestes splendide aut sordidæ q̄	262 c	zeli ignis quid	229 a 239 b
synchonus quid sonet	53 c	re, quid	113 c	zorobabel	243 c 249 b 265 a
synteresis (rectius synedesis) quid	113 c	zorobabelis excellentia	268 b		
virium habeat					

D. DIO.

D. DIONYSII CARTHVS

SIANI IN DVODECIM PROPHEAS MINORES

literalis moralisq; elucidatio. Et primum in Oseam.



PIENTIAM omnium antiquorū exquiret sapiēs, & in pro-
phetis vacabit. Melior quippe est sapientia cunctis opibus, & cōtia
quæ desiderantur, huic non valent comparari. Neminē quoq; dili-
git Deus, nisi qui cū sapientia inhabitat. Ideo Salomon admonet
Pro. 7. Dic sapiētia, soror mea es, & prudentiam voca amica. Sed
quia ab exordio mūdi increata sapiētia Dei in aīas sanctas se trās-
tulit, prophetas atq; amicos Dei constituens, constat q; in codici-
bus prophetarū salutaris sapientia præcipue contineatur, sapientia
vtiq; infusa ac supernaturalis, quoniam principe apostolorū testan-
te 2. Pet. 1. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia,

Eccl. 39.
Pro. 8.
Sap. 7.

sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Ad obtinendum ergo sapien-
tiam hanc, digne ac diligenter scrutandi sunt libri prophetarū, præsertim cum ipsi sint fun-
damentum orbis terrarum, quorū solidissima documēta stabiliunt vniuersam ecclesiā Dei,
fidemq; catholicam vehementer corroborant, dum quicquid in nouo testamento de Chri-
sto audimus peractum, in dictis prophetarum inuenimus prophetatū. Vniuersi namq; pro-
phetæ loquuti sunt ad dies Messia, quem admodum Petrus Act. 3. protestatur: Omnes pro-
phetæ à Samuele & deinceps prænuiciauerunt dies istos. Porro quā gratum sit Deo hui-
usmodi studium, elucescit ex eo quod scriptum est Sap. 6. Concupiscētia sapientiæ deducet
ad regnum perpetuum. Quomodo insuper sapientiam sacræ paginæ oporteat inuestigare,
discere, perscrutari, Prouerb. 2. docemur: Si sapientiam inuocaueris, & quæseris eam quasi
pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc scientiam Dei inuenies. Diligenter igitur,
indefinenter, & sine fastidio inquirenda est scientia diuinæ scripturæ, sic tamen, ne caput de-
biliter, nec anima tantum se occupet in studio intellectus, neq; sic absorbeat in conside-
ratione & lectiōe, vt in his quæ deuotionem concernunt tepescat, vel in charitatis sancto
seruore minus proficiat. Postremo, quoniam in duodecim prophetarum volumine quedā
abyssus est difficultatum, magna profunditas sapientiæ, abundantia quoq; mysteriorū Chri-
sti atq; ecclesiæ, intentio est, explanationi duodecim prophetarum in hoc opere insudare,
eius in primis ope & gratia implorata, de quo scriptum est Pro. 2. Dominus dat sapiētiam,
& ex ore eius sapientia & prudentia. Vt enim Hieronymus asserit, in explanatione omnium
prophetarum sancti spiritus indigemus aduentu, vt cuius instinctu scripti sunt, illius reuela-
tione pandantur.

De quibusdam præambulis in expositione duodecim prophetarum. Art. I.

Sicut in nouo testamento Euangelicis documentis adiuncta est apostolica doctrina, in
Epistolis Pauli, alijsq; septem canonicis, in Apocalypsi quoq; & Actibus apostolorum
contenta, ita in veteri testamento legi Mosaicæ prophetica dicta ac scripta succedunt.
Non tamen consimili modo pariq; causa per omnia. Euangelicæ nempe Christi doctrinæ
superadditum est Apostolicum dogma, non propter insufficientiam vel imperfectionem
euangelicæ disciplinæ, immo euangelica doctrina prorsus perfecta est, tum quātū ad om̄is
culpæ exclusionē, tum quantum ad præceptorū & consiliōrū euidentissimā traditionē, tum
etiam quātū ad exemplaris vitæ exhibitionem, fidei corroboracionem, cælestisq; p̄mij pol-
licitationē. Sed propter particulariorem ac diffusiorē admonitionē ac prosecutionē eorū
quæ in euangelio continentur, & ad p̄cauendos futuros errores, itemq; ad soluendum quæ-
stiones incidentes. Legi vero Mossis prophetia succedit, vt minus dicta suppleat, obscura
elucidet, & de Christi mysterijs plenius tractet. Cum em̄ finis legis sit Christus, secūdu Apo-
stolum, in hoc patet imperfectio legis, q; de Christo eiusq; mysterijs tam modice tamq; ob-
scure profatur. Deniq; secundum glossam, quemadmodum in corporalis fabricæ constru-
ctione tria sunt, quibus ad maiora confurgitur, scilicet fundamentum, paries, tectū, ita & spi-
ritualis structura ecclesiæ tribus quasi munimentis continetur ac cōsummat, videlicet lege,
prophetia, euangelio. Lex ergo quasi lapidem ponit in fundamento, prophetia parietes
construit, euangelium tectum consummat. In lege enim dicitur: Gentibus multis scenerabis,
fratri autem tuo non scenerabis. Ecce quasi inchoatio, dū in parte prohibetur vsura. In pro-
phetia vero ille fertur in tabernaculo dñi quieturus, qui pecuniam suam non dedit ad vsu-
ram. Et Ezechiel: Vsuram, inquit, & superabundantiam non accipies. Ecce profectus. In
euangelio aut̄ diues ille splendide epulans condemnatur, non quia aliena rapuerit, sed quo-
niam sua non erogauit. Ecce consummatio. Lex itaq; elementum est incipientium, pro-
phetia

Rom. 10.

Deut. 15.
Deut. 23.
Psal. 14.
Ezech. 22.
Luc. 16.

A phetia

2. Cor. 12.
1. Cor. 2.3. Reg. 19.
Luc. 11.

pheta eruditio proficiētium, euangeliū cōsummatio peruenientiū, quatenus à fundamēto inchoantium, per parietem proficientium, ascēdamus ad tectū peruenientiū, tanq̄ cū Apostolo rapti vsq; ad tertium cælum, vbi audiamus arcana verba, q̄ carnalis homo nō percipit. Primum cælum in lege, secundū in prophetia, tertiu in euangelio. Hi sunt tres panes Helix appositī, q̄s & in euāgelio amicus commodat postulanti. Primus panis est purgatorius, qm̄ lex saltem timore pœnæ retrahit à peccatis. Secundus consolatorius, qm̄ prophetia clavis de Christo promissionibus consolatur p̄solantes. Tertius consummatorius, quia legis & prophetarum eloquia euangeliū Christi cōsummat. Hæc insuper tria, videlicet legalis profunditas, prophetalis subtilitas, euangelica veritas, sunt quasi tria candelabra ecclesiam illustrantia. Quemadmodum autē ad materialis domus perfectionē atq; ornatum alia multa concurrunt, p̄ter tria præfata, videlicet fenestræ, ostia atq; solaria, sic ad spūalis ædificij matris ecclesie perfectionem ac decorem concurrunt præter prædicta, alia multa, videlicet apostolica documenta, de quibus iam tactū est. Præterea sanctus Hierony. in exordio explanationis duodecim prophetarum, testat paucos ante se extitisse horū pphetarū expositores. Affirmat tamen se vidisse ac perlegisse cōmentarios Apollinaris Laodicensis, qui propter nimiam suā breuitatem ad perfectam intelligentiam non perduxit. Origenes quoq; secundū qd̄ refert Hieronymus, paruū super Osee scripsit libellū, in quo oīa quæ contra Ephraim dicit Osee, ad hæreticos refert. Pierius etiam & Eusebius Cæsariensis aliqua super Osee scripserūt. Insuper dicit Hieronymus, qd̄ dum rogatu sancte Paulæ esset Alexandria, vidit Didymum virū sui tēporis eruditissimū, cumq; frequenter audiuit atq; rogauit, vt in Osee scriberet cōmentarios. Precibus ergo Hieronymi acquiescens Didymus, tres libros super hunc dicitur prophetam, quos Hieronymus lætabundus recepit. Ego quoq; nunc opus istud aggrediens, habeo expositionem Hieronymi, Bedæ quoque, qui pauca ponit, nisi quæ sumpsit ex cōmentarijs Hieronymi. Habeo & glossam ordinariam cum expositione breuissima Nicolai de Lira. Glossa vero q̄ communiter allegatur, intelligenda est glossa Ordinaria, quæ Ordinaria dicit, tanq̄ regularis & satis authentica, vtpote ex sanctorum ac catholicorū patrū siue doctorū dictis collecta. Aduertendum postremo, quia vt recitat glossa, sanctus Hieronymus præfati libro prologos duos præmittit, quorū primus, qui incipit, Non idem est ordo duodecim prophetarum, ad totū pertinet librum. Secundus specialiter ad Osee, qui prologus incipit, Temporibus Osee, habeturq; in biblijs. In primi initio prologi dicit Hieronymus: Nō idem est ordo prophetarum apud Hebræos, qui & apud nos. Vnde secundum quod ibi leguntur, hic quoq; dispositi sunt. Pro cuius intellectu sciendum, qd̄ ecclesia vsq; ad translationem Hieronymi utebatur translatione septuaginta interpretum. Secundum quos iste est ordo prophetarum duodecim, Osee, Amos, Michæas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Ideo dicit Hieronymus, non eundem esse ordinem prophetarum istorum apud Hebræos & nos, id est, apud Ecclesiam pro tempore illo quo utebatur translatione septuaginta. Hieronymus vero ordinando prophetas, sequutus est Hebræos, apud quos ordinantur propheta secundum ordinem quem habent in translatione Hieronymi, qua vimur modo. Propterea modo idem est ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui & apud nos, qui translatione Hieronymi vt mur. Osee commaticus est, id est, diuisus, quia in singulis clausulis diuersas vel plenas promittentias. Idcirco in prologo scribitur: Et quasi per sententias loquens. Dicit quoq; in prologo, Osee fuisse synchronon (id est, contemporaneum) Esaiæ.

Expositio primi capituli Osee prophetae.

Art. II.

VERBUM Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri, in diebus Ozia, Ioathan, Achaz, Ezechia Regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Hucusque proemium, prologus, ac titulus libri sequentis. In quo prologo declaratur nomen prophetae auctoris libri præsentis. Nomen quoque patris eius, & tempus prophetarum reuelationum huic vari factarum. vt sit sensus, Verbum Domini quod factum est, id est, sermo propheticus diuinitus factus, seu reuelatus ministerio angeli, quia, vt Dionysius astruit, prophetica reuelationes factæ sunt ministerio angelorum. Hic itaque sermo factus ad Osee filium Beeri (qui sermo in processu libri huius describitur) est materia huius voluminis, vel liber præfatus, seu contentus libro præfati. Estq; sermo (id est, sermones libro isto descripti, multi enim fuerunt atque diuersis temporibus reuelati) factus ad Osee in diebus Ozia regis Iuda, qui alio nomine dicitur Azarias, regnavitq; in Hierusalem quinquaginta duobus annis. Cumq; officium sacerdotale sibi temerarie vsurpasset, thurificando in templo contra prohibitionem legis atq; pontificis, mox percussus est lepra, & habitauit seorsum. Ioathan vero filius eius gubernauit palatiū, & populū iudicauit. Quæ omnia plenius scripta sunt secundo Paralip., & quarto Regum, Cœpit itaq; Osee vaticinari

4. Reg. 14.
2. Para. 26.

vicinari regnante Ozia, & exinde prophetauit sub tribus regibus sequentibus, scilicet Ioathan, qui secundum Hieronymum super Esaiam, iustissimus fuit, & sedecim annis regnavit. Et Achaz filio Ioathan, qui Achaz etiam sedecim annis regnavit, cuius iniquitates quarto Regum descripte sunt. Et Ezechia, de quo quarto Regū habetur, qd̄ ante eum nō fuit similis ei, nec postea, quem constat vigintiocto annis regnasse. Et in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Quemadmodū scriptum est quarto Regū, Anno quintodecimo Amasie regis Iudæ patris prædicti Ozia, regnavit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadraginta & vno annis. Fecitq; malum coram dño, incedēs in peccatis Ieroboam filij Nabath Ephraiz primi regis Israel, seu decem tribuū, quæ regnū à præfato Ieroboam Ephraeo vsq; ad vltimum regē eorū, dictum Osee, durauit annis ducentis & quinquaginta secundū Hieronymum. Deniq; anno vicesimo septimo Ieroboam filij Ioas, de quo iam sermo, cœpit regnare Ozias, ex quo elucescit, qd̄ iste Ieroboam & Ozias simul regnabant quatuordecim annis. Ponit autē Osee propheta in titulo libri sui nō solum reges Iuda, sed etiam regē decē tribuum, qm̄ vtriusq; regni populo prophetauit. Pauca tamē secundū glossam loquitur duabus tribubus, scilicet populo Iudæ ac Benjamin. Sed quia Osee prophetauit non solum sub vno regū Israel, puta Ieroboam iam prædicto, verū & sub filio eius, immo sub omnibus regibus Israel posterioribus, multis quoq; annis post eos, cur non ponit in titulo nomina plurium regum Israel, sub quibus prophetauit, sicut commemorat quatuor reges Iuda? Dicit potest, qd̄ propter peccata & idololatriā eorū ipsos non exprimit. Sed huic responsioni obijciat, qd̄ etiā Achaz atq; Ieroboam idololatræ erāt. Ideo dici potest, qd̄ reges Israel non explicantur, quia expressis regibus Iuda, dantur intelligi, tanquā contemporanei eis. Porro nono anno Osee regis Israel, scilicet vndecimo anno Achaz regis Iuda, captæ atq; in Medos trāslatæ sunt decem tribus à Salmanasar rege Assyriorū. Quoniam ergo Osee propheta, propheta exorsus est tēpore Ieroboam & Ozia, qui multis annis p̄cesserunt p̄dictū regem Osee filiu Ela, p̄phetauitq; vsq; ad tēpora Ezechia, qui cœpit regnare sexto anno post decem tribuum captiuitatē, constat Osee vaticinatū ante captiuitatē præfatā, & post eam. Propter qd̄ ait Hieronymus, qd̄ futuram captiuitatē Israel p̄nunciavit, præsentē deplanxit, præteritā vero p̄ correctione duarū tribuum cum fetu retexit. Præterea secundū glossam modus tractandi in Osee, est talis: Primo ponit proemium, sicut nunc patuit. Secundo dicit dñm in ipso p̄cipue esse loquutum. Postea sub metaphora meretricis atq; adulteræ ait de decē tribubus ac duabus, nunc coniunctim, nūc separatim. Deinceps ait de Christi passione & resurrectione, dicendo: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. In fine autem ostendit voluminis difficultatem, cum ait: Quis sapiens & intelliget ista? Aduertendū quoq; quia vt Beda testatur, siue dicatur regnum Iuda, siue regnum duarū tribuū, scilicet Iuda & Benjamin, semper subintelligēda est tertia tribus, videlicet sacerdotalis siue Leuitica, quæ à tēpore separationis decē tribuum à domo Dauid, adhæsit regibus Iuda, quia in eis permāsit cultus diuinus, eratq; tēplum Dei in sorte eorū. Adhuc autē qd̄ dictum est, Verbum dñi, quod factū est ad Osee, Hieronymus & Beda exponunt de increato æternoq; verbo Dei patris, de quo legitur: In principio erat verbū. Quod licet factum non sit, tamen factū est, vt hoc verbū fieret. i. loqueretur ad Osee, ac per hoc ipse Osee per inspirationem & grām huius verbi quodammodo factus est deus, populūq; saluator, qm̄ doctrina & vita cooperabatur eorū saluti, quemadmodū ait Apostolus: Quatenus saluos faciam quosdā ex eis. Hinc Christus dixit Iudæis: Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est &c. Ex quo clare est, qd̄ per diuinas reuelationes fiant homines dñi. Quæ gratia cōsonat nomini huius prophetae, quia Osee interpretatur saluator. Beeri vero, cuius Osee est filius, interpretatur putei mei. Idcirco Osee significat Christum saluatorem filium patris æterni, qui dicitur puteus, fons, atq; abyssus, prout per Hieremiam testatur: Me dereliquerūt fontē a que viua. Beeri autē pater Osee creditū fuisse propheta, qm̄ teste Hieronymo, Hebræi affirmant oēs patres seu auos, qui in principijs prophetarum ponuntur, fuisse pphetas, quāuis eorū vaticinia non sint descripta, quia nec omnes prophetæ libros ediderunt, vel reuelationes sibi desuper factas scripserunt. Finito prologo inchoatur tractatus, cū dicitur: [Principium loquendi dño in Osee.] Quod dupliciter intelligi potest secundum Hieronymum. Primo, qd̄ dñs loquutus sit huic prophetae antequā alijs, qui sequuntur in hoc libro duodecim prophetarū, vt sit sensus, Principium loquendi fuit dño in Osee, ita qd̄ ab ipso sumpsit loquendi exordiū, quantū ad prophetas sequentes. Huic autē expositioni alijs satis apparenter obijciunt, qd̄ Abdias est vnus duodecim prophetarum, & quartus in ordine. Hic vero Abdias, secundum doctores Hebræicos ac Latinos, fuit dispensator Achab regis Israel, à fine autē vitæ Achab vsq; ad principium regni Ozia, sub quo Osee orsus est prophetae, fluxerunt centū circiter anni, vt patet numeranti tēpora regum intermediorum. Vnde apparet, qd̄ dñs primo loquutus sit Abdia, q̄ Osee. Veruntamen obiectio ista nil certum concludit. Primo, quoniā teste Hieronymo, & cōmuniter sic tenetur, illi

Esa. 7.
2. Para. 27.
4. Reg. 16.
2. Para. 28.
4. Reg. 18.
4. Reg. 14.

4. Reg. 18.

2. Para. 28.

Osee. 6.

3. Reg. 12.

Ioan. 1.

1. Cor. 1.
Ioan. 10.

Hier. 1.

prophetæ in quibus tempus non præfertur in titulo, sub illis regibus pphetauerunt, sub quibus & illi, qui ante eos habent titulos, certum tēpus continent. Abdias autē nō habet tempus in titulo, sed Amos, qui ponitur ante eum, habet in titulo tempus & nomen Oziæ regis, ergo Abdias sub Ozia prophetauit sicut Osee. Propterea non est certum, q̄ Abdias loquutus sit dñs prius q̄ Osee, quamuis certum sit secundū glossam, q̄ Osee, Esaias, Iohel, Amos, Abdias, Ionas & Micheas eisdem temporibus prophetarūt. Rursus visio seu prophetia Abdias est breuissima, propter q̄d æstimari potest, q̄ dñs non sit ei loquutus tam diu ac sæpe, sicut Osee. Nihilominus secunda expositio certior est, scilicet ista, Principium loquendi Domino in Osee est id, quod immediate subiungitur de acceptione fornicariæ, ita q̄ dominus primo loquutus est hoc, q̄ reliqua quæ sequuntur. Porro quod ait, in Osee, quidam exponunt sic, id est, ad Osee. Hieronymus tamen & glossa distinguūt inter hæc duo, vt dñs dicatur loquutus in Osee, in quantum per ipsum proposuit alijs verbum Dei: Ad Osee vero, reuelādo ei verba prophetica. Vel ideo dictum est, in Osee, vt insinuetur, q̄ ista loquutio fuit interna per imaginariam representationē, quæ admodū Zacharias differuit: Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Et dixit dñs ad Osee: Vade, sume tibi vxorē fornicatiōum, & fac filios fornicationum. Prophetæ interdum rebus seu factis, interdum verbis prophetauerunt. Vnde dñs iubet sancto Osee, vt fornicariam ducat, ad designandum pphetice, q̄ populus Israel & etiam regnum Iudæ spūaliter fornicaretur, recedendo à Deo per idololatriā, vel potius per idololatriæ multiplicatiōem, quemadmodū in regno Iudæ patet impletum tēpore Achaz. Ideo subditur, [quia fornicans fornicabitur terra à dño.] De hac muliere fornicatiōum Hierony. diuersimode loquitur. In prologo em̄ affirmat, eam sic dici ppter fornicatiōem spūalem seu idololatriam. Vnde sic ait: Fornicariam nō elocati corporis meretricem, sed gentile, Deum ignorantem, debemus accipere, quæ creatoris sui amore cōtempo, simulacrorum desiderijs se subiecit. In cōmentario autem multa ponit Hieron., ex quibus sentire videt, q̄ fuerit meretrix. Ait namq̄: Mulier ista, quam ppheta sumit in cōiugem, nō semel, sed frequentius fornicata est, vt quanto illa sordidior, tanto sit ppheta patientior, qui talē accepit. Nec culpandus ppheta, si meretricem cōuerterit ad pudicitiam, sed potius laudandus, q̄ ex mala fecerit bonam. Ex q̄ intelligimus, nō prophetam perdidisse pudicitiam, fornicariæ copulatiōem, sed illam assumpsisse pudicitiam, quam antea nō habebat. Hinc alij dicunt, q̄ erat publica meretrix. Prophetæ tamen obediuit in hoc Deo, quamuis secundū cōmunem legē turpe esset ac vile, quæ admodum Esaias de regio femine natus, Deo iubente incessit nudus ac discalceatus, & Ezechiel polluto vescitur pane. Est igitur sensus, Sume tibi vxorē fornicationum, id est, sceminam spūalibus fornicatiōibus seu idololatriæ vitijs deditam, secundum primā opinionem. Aut certe corporaliter fornicari assuetam, secundū aliā opiniōem, accipe in legitimam cōiugem. Et fac filios fornicatiōum. Hoc dupliciter explanat. Primo sic, fac filios fornicatiōum, i. ex femina ista genera pueros, q̄ dicūtur filij fornicatiōum: nō quia illegitime, sed quia ex ea nati, q̄ fornicaria fuit & meretrix, sicut nunc aliquis dicitur filius sacerdotis, nō quia pater eius sacerdos fuit, cū genuit eum, sed postea. Sic isti dicunt filij meretricis, quia mater eorū talis aliquando extitit. Ideo ratio Lyræ improbātis hanc expositiōem nō cogit. Secundo exponitur sic, fac filios fornicatiōum, i. sceminam istā sume cū filijs suis in fornicatiōe natis, sicq̄ filios fornicatiōum fac tuos p adoptionē. Huic expositioni cōsonat translatio Septuaginta interpretum, q̄ cōtinet: Vade, tolle tibi vxorem fornicatiōis & filios fornicatiōis. Vnde secundū Lyræ in Hebræo habetur: Accipe vxorem fornicatiōis, & fac filios fornicatiōum. Huius matrimoniij mystica ratio subinfert: Quia fornicans fornicabitur terra, i. populus decem tribuū, & etiā regnum Iudæ, à dño. Per hanc reduplicatiōem seu ingeminatiōem, qua ait, Fornicans fornicabit, denotatur vehementia seu multiplicatio idololatriæ vtriusq̄ regni. Itaq̄ desponsatio fornicariæ fuit ppheticiū signū, q̄ populus Israel idololatriæ adhereret. Quod autē ppheta fecit sibi filios fornicatiōum, significat q̄ synagoga filios genuit recedentes ac fornicantes à Deo. ¶ Præterea alia ratio, q̄ Osee fornicariā duxit, est, quatenus q̄d ipse fecit corporaliter, figuraretur Deus facere spūaliter. De^o em̄ synagogā spūali ac corporali fornicatiōe cōaminatam, cui per Ezechielem locut^o est, Et tu meretrix audi verbum dñi, suscepit clementer & sibi spūaliter copulauit, quicunq̄ ad Deū cōuertere ad me, dicit dñs. ¶ Rursus dictū est, q̄ Osee tenet figuram Chrii, per hoc ergo q̄ Osee duxit gentilem seu meretricem, figurabatur q̄ Chrii ecclesiā ex gentilitate assumptā, collectā, electam, in spōsam assumeret & vxorem. Cuius vxor est Aethiopiisa, q̄ cōsuetur Cantic. 1. Nigra sum, sed formosa, filia Hierusalē. Vnde in Apoc. legitur: Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, quā iuxta aplm, Chrii dilexit & tradidit semetipsum p ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Quæ admodū autē Osee fecit sibi filios fornicatiōum ex cōiuge sua, illos adoptando vel legitimos procreando, vt dictū est, sic De^o in veteri

Zach. 1.

2. Para. 28.

Esa. 20.
Ezec. 4.

Ezech. 16.

Hier. 3.

Apo. 19.
Eph. 5.

veteri testamēto filios synagogæ idololatriæ & peruersos misericorditer cōuertit, & in filios adoptiuos mutauit. Fideles q̄q̄ ex ea filios genuit, q̄s præferuauit ab idololatriā, put loquit ad Heliā: Reliqui mihi septē millia virorū, q̄s genua nō sunt curuata ante Baal. Similiter tēpore euāgelicę legis fecit Chrii in ecclesia ex gentib^o cōgregata. ¶ Deniq̄ habet locū hic q̄stio illa, quam mouet Tho. in secūda secundę, videlicet an Deo in oib^o sit obediendū. Et arguit Thomas q̄ nō, qm̄ Deus iussit Abraham innocētē filiū occidere, & filijs Israel Aegyptios spoliare, item Osee fornicariam ducere, q̄ oia vident cōtrariari iustitiæ. Et respōdendū, q̄ Deus sublimis & bñdīctus, est oim̄ rerū primus motor, atq̄ totius iustitiæ regula ac mēsurā. Vnde eo ipso est aliqd iustum, q̄ à Deo p̄cipitur, cū à Deo depēdeat ois virtus & rectitudo voluntatis creatæ. Quæ admodum ergo diuinæ motiōi ac volūtati cūcta naturalia naturali necessitate subduntur, sic diuinæ iussioni oēs volūtates creatę naturali necessitate iustitiæ obedire tenentur. Sed sicut in naturalibus aliqua agit Deus supra naturam, nō tñ cōtra eam, cū hoc sit vniciq̄ naturale q̄dāmodo, q̄d De^o operat in eo, sic Deus nil p̄cipit cōtra iustitiā vel virtutem, quā aliqui q̄dam p̄cipiat supra solitū modū virtutis. Vnde p̄dicta de Abraham & spoliatiōe Aegypti, & factio Osee, nō erāt cōtra virtutem, qm̄ Deus habet imperiū vitæ & mortis. Ideo potest, cui vult, vitā auferre ac dare. Eius q̄q̄ sunt oia, & cui vult, tribuit ea. Itē cū ipse sit ordinator gñationis humanæ, ille est debitus modus vtendi mulieribus, quē ipse p̄figit. [Et abijt] Osee, Deo p̄p̄te obediens, nō carnali cōcupiscentiā prouocatus. [Et accepit Gomer filiā Debelaim] i. viri sic appellati, vel de loco sic dicto natam, [et cōcepit & peperit ei filiū, Et dixit dominus ad eum] videlicet ad Osee. Quāuis autē propheta dicat sibi diuinitus imperatum, accipere vxorē fornicatiōis, nō tñ euidenter exprimit, an dñs determinauerit ei, quam sumeret. Vnde nō videt certū, an Osee accepit Gomer ppria electiōe, an diuina præfixiōe. Quicquid tamē dicat de hoc, probabile reor, q̄ aliqd occulte virtutis aut probitatis erat in scemina ista, propter q̄d electa est iungi viro tā sancto, sicut & Raab meretrix præ ceteris suis cōcubitis est saluata, & filio principis tribus Iudæ cōiuncta propter fidelitatē suā. [Vocatum nomen eius Iezrael] i. infantulo tibi nato impone nomē hoc, Iezrael. Consuetudo est Hebræis, nomen imponere rebus ab aliqua proprietate, vel ad aliqd designandū, quemadmodum in Esaiā, Chrii q̄ spoliavit infernū, iubet vocari, Velociter spolia detrahe. Iezrael autē est nomen regię ciuitatis, atq̄ vnus metropolis in regno decē tribuū. Iubetur itaq̄ puer iste Iezrael nuncupari, quia p eum dñs significauit punitiōem & captiuitiōem decē tribuū, vel vitiōem sanguinis iniuste effusi in Iezrael, vt alij dicunt. Ideo subdit ratio appellatiōis pueri, [qm̄ adhuc modicum] i. intra breue tēpus, [et visitabo] i. vlciscar [sanguinem Iezrael] i. sanguinem innoxium in hac vrbe effusum, [sup domum Iehu] i. in posteritate ipsius Iehu regis Israel, quæ posteritas regnando sup decem tribus, dicit aliq̄s bonos occidisse in Iezrael, idcirco visitat sanguis illoꝝ in eis. Haymo per sanguinē Iezrael, intelligit sanguinē Naboth, quem fecit Iezabel occidi in Iezrael. Cui cōcordat q̄d in plogo dicit Hierony. Sanguis (inquit) Naboth in Iezrael fusus, in domo Iehu propter p̄cā redūdaturus significat. Sed cōtra hoc alij arguunt, quia nec Iehu nec posteri eius occiderunt Naboth. Secundo, qm̄ quarto Regum legitur Iehu dño placuisse, eo q̄ vindicasset sanguinē Naboth, delēdo domū Achab & Iezabel occidēdo sicq̄ domus Iehu nō fuit propter sanguinē Naboth punita, sed pot^o sublimata, dño pollicēte ipsi Iehu, q̄ filij eius vsq̄ ad quartam generatiōem federēt super thronum Israel. Ad q̄d dici potest, q̄ sicut Chrii in euāgelio dicit, oēm sanguinē iustū effusum ab Abel vsq̄ ad Zachariā, venturū sup Iudæos incredulos, qm̄ imitabant p̄cā eorū, q̄ iustū Abel & Zachariā interemerunt, sic sanguis Naboth dicit visitari super domū Iehu, quia & ipse Iehu & filij eius ad idololatriā sunt cōuersi, atq̄ ad multa crimina populū Israel induxerunt. Porro visitatio ista sanguinis Iezrael sup domum Iehu, facta est in Zacharia filio prædicti Ieroboam regis Israel, sub q̄ cœpit Osee prophetare, quem Zachariā sexto mense imperij sui occidit Sellum de alia tribu, & regnauit pro eo. De isto Iehu legit 4. Reg. q̄ Heliseus misit ad eum vnū adolecentē de filijs prophetarū, q̄ vnxit eum in regē. Cūq̄ Iehu occidisset oēm domum Achab & sacerdotes Baal, propter q̄d agēdū assumptus fuit in regē, locutus est ei dñs: Quia studiose egisti q̄d rectū & placitum erat in oculis meis, & oia q̄ erāt in corde meo, fecisti cōtra domū Achab, filij tui vsq̄ ad quartā generatiōem sedebūt sup thronū Israel. Iehu autē genuit Ioachaz, de q̄ natus est Ioas, q̄ generauit Ieroboā patrē p̄fati Zachariā, in q̄ dñs vltus est sanguinem Iezrael. Eratq̄ Zachariā vltimus rex de semine Iehu. [Et quiescere faciam regnū domus Israel] i. totū regnū decē tribuū pmittā à rege Assyriorū destrui & auferri, q̄d impletū est nono anno Osee regis. Statim vero occiso Zacharia, cœpit regnum decē tribuū à regibus Assyriorū vehementer affligi, primo à Phul, deinde à Theglathphasar, postremo à Salmanassar, qui transfudit populū Israel in terram suam. A prædicto autē Zacharia vsq̄ ad nonum annum Osee regis, sub quo captæ sunt decem tribus, fluxerunt anni quadragintanouē. [Et in illa die] i. eo tēpore, cū visitauero sanguinē Iezrael sup domū Iehu, sicut

3. Reg. 19.

Gen. 22.
Exo. 1.

Act. 17.

Iosue. 2.
Ruth. 4.3. Re. 11.
4. Reg. 9.Matt. 23.
Gen. 4.

2. Par. 24

4. Re. 15.
4. Re. 9.

4. Re. 10.

4. Re. 13.
4. Re. 14.

4. Re. 17.

expositū est, cōteram arcum Israel. i. omne robur & arma decē tribuū superari atq; corrumpi permittam. [in valle Iezrael]. i. in valle latissima sita iuxta Iezrael, in qua valle praeliantibus decem tribubus contra Assyrios, victæ & cæsar sunt tribus Israel.

Prosequutio expositionis huius primi cap. Et cōcepit adhuc & peperit filiā. Ars. III.

Postq; Deus prænunciavit cessationem regni decē tribuū, iam per verba & facta denunci at captiuitatis diuturnitatem atq; finale derelictionē eaz. [Et cōcepit] Gomer [adhuc] ab Osee, [et peperit] filiam. Postq; cæsus est Israel, & regnū eius deiectum, non iam masculus, sed fœmina nascitur, quatenus per sexus imbecillitatem atq; fœmineum animū, infir mitas populi Israelis, & puerile cor eius idola colens, declaratur. [Et dixit] dominus [ei], pu ta Osee [Voca nomen eius]. filia tua, [absq; misericordia]. i. tale nomē ei impone, qd signi ficet misericordiæ abstractionem. Sic nēpe vocata est filia ista, non q; ipsa fuerit expers diui næ clementiæ, sed quia per eius appellatiōem p̄figurabatur durissima atq; longissima captiui tas decem tribuum, sicut opposito modo Salomon dictus est amabilis dño, qm̄ dominus di lexit eum. Ideo subditur ratio impositiōis huius nominis, [quia nō addam vltra misereri do mu] Israel. i. populo decē tribuū non parcam de cætero, sicut peperi hucusq;. Hoc ideo dici tur, nō q; Deus misericordiam suā prorsus populo huic subtraxit, (cum in omni opere Dei misericordiā & iustitia cōmiscantur, puniatq; etiā in inferno citra condignum. Propter qd ait Psal. 24. Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas) sed ideo hoc dictum est, qm̄ Deus vltra nō distulit captiuitatē Israel, nec à regibus vastantibus eos eripuit, sed durissime permisit eos opprimi, occidi, captiuari, trāfferri. Sicq; in hac vltione diuina iustitia clarus resples dit, q̄ misericordiā. [Sed obliuione obliuiscat eaz.] Per hanc ingeminatiōem insinuat, q; populus iste vehementer relinquendus esset à Deo. Quauis autē in incommutabili Deo non cadat obliuio, nec aliqd ei ignotum sit, dicitur tñ hoim obliuisci, dum misericordiā suā eis nō exhibet, nec solitā grām beneficiaq; impendit, sed ita se habet ad eos, quasi nequaquā cognosceret ipsos, vel sicut se habet homo ad eū, quē penitus nō agnoscit. Econtrario dicitur hoim recordari, quādo misericorditer auxiliat gratioseq; adest. Hinc ait Psal. 110. In memoria æterna erit iustus. Et Salomon Prouerb. 10. Nomen impiorū putrescet. ¶ Quæritur, q̄ modo verū est qd dñs ait nūc, Nō addā vltra misereri domui Israel, cū infra dicat, Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dñm Deū suum? Dicendū, q; verbis p̄dictis nō denegatur cōuersio populi huius circa finem mūdi, qm̄ iuxta Apostolū, plenitudine gentiū ingressa, oīs Israel saluus erit, detecta p̄ Heliā Antichristi perfidia. Vnde per verba inducta designat diu rnitatis, nō omnimoda perpetuitas abiectiōis populi Israel. [Et domus] id est, regno & popu lo Iuda. i. tribus Iudæ, p̄ quā dencantur & aliæ duæ tribus, videlicet Levi & Benjamin, sicut iam patuit. [miserere] bor, liberando eos tēpore Ezechie à Sennacherib rege Assyrioz. Alia q; diuersa bona spiritualia ac temporalia p̄stitit Deus regibus, sacerdotibus, ac populo huic tēpore Osee propheta, regnātibus Ozia, Ioathan & Ezechia, quauis tēpore Achaz maxi mas miseras passi sint. Quauis autē in scripturis frequēter noīe Israel, totus populus de Ia cob, q; dicitur est Israel, generatus, tñ ab eo tēpore, quo sub filio Salomonis decē trib' recesserūt à domo Dauid, p̄ Israel designata sunt cōmuniter decem tribus propter eaz multitudi nem. [et saluabo eos in dño Deo suo]. i. in meipso, seu filio meo vnigenito, vel propria vel di uina virtute liberabo regnū Iudæ ab impugnationē Sennacherib. His verbis innuitur plura litas personaz in Deo, cū dominus ait de dño: Saluabo eos in dño Deo suo. Iuxta quem mo dum loquēdi scriptū est Gene. 19. Domin' pluit sup Sodomam & Gomorrhā ignē & sulfur à dño. Est q; iste modus loquendi frequēs in veteri testamento, rarus autē in nouo, quīs q; in ueniatur in eo, vt cū dicit Apostolus: Det illi dñs misericordiam inuenire à dño in die illa. [et nō saluabo eos in arcu & gladio & in bello]. i. virtute armorū & p̄lij. Propter qd ait Psal. Non em̄ in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me. [et in equis & in equitibus] i. nō in robore aut multitudine equoz atq; equestrium eos saluabo. Quia (vt legitur quarti Regum 19.) angelus domini percussit in castris Assyrioz centū cctogintaquinq; millia viro rum, sicq; p̄ manū angeli Iudæi saluati sunt à rege Assyrioz, quam saluationē fecit angelus diuino nutu atq; imperio, ideo principaliter Deo ascribit. Hinc Salomon loquitur: Equus paratur ad diē belli, domin' autē salutē tribuet. Et alibi legitur: Nō in multitudine exercitus, sed de celo victoria est. Deniq; Deus sp̄saliter saluauit multos de regno Iudæ in seipso tanq; in fonte & sine beatitudinis vniuersæ, quia in regno Iudæ tempore præfatorū regum, mul ti iusti fuerunt. De quā salute Esaias p̄fessus est: Israel saluatus est in dño salute æterna. Salua uit q; domin' domū Iuda, qm̄ licet pmisit eos tēpore Zedechie capi, & in Babylonē p̄duci, tñ post septuaginta annos de licētia Cyri regis Persaz, in Iudæā reuersi sunt. [Et ablatiuit] Gomer [et] q̄ erat absq; misericordiā. i. filia suā vocatā Absq; misericordia, amouit à lacte. Per qd p̄pheticè notabat, q; populus decē tribuū diuina cōsolatiōe priuaret, nec pprio cibo in terra paterna aleret, sed cibus externis, videlicet idololatrijs, in terra captiuitatis vesceret. [Et

[Et concepit] Gomer tertium foetum, [et peperit ei] puta Osee marito suo [filium]. Et dixit Deus [ad Osee]: Voca nomen eius, Non populus meus. i. hunc filium tuum nomina tali vocabulo quod designet, non populus meus. Quauis autem nomina ista, in Latino complexa sunt, in Hebræo tamen incompleta fuisse reputantur. Causa demum huius appellationis subiungitur, cum dñs ait, [quia vos] Iudæi, estis [non populus meus] per prædestinationem & gratiam, quauis sitis populus meus per creationem & prouidentiam generalem. [et ego non ero vester Deus] per cultum deorum seu gratiosam ac piam inhabitationē, ita q; non colatis me reuerenter & charitative, sed in infidelitate & perueritate vestra manebitis. Deus quippe vniuersorum, proprie ferrur Deus eorum, qui eum super omnia amant, & colunt vt Deum. Istud (vt Haymo dicit) referri potest ad Iudæos tempore Osee captos, vel ad eos, qui erant in primo Saluatoris aduentu, & Christum negantes coram præside conclamabāt, Tolle tolle, crucifige eum. Et item: Non habemus regem nisi Cæsarem. De quibus Daniel, 9. erat prædictum: Non erit eius populus, qui eum negaturus est. Vnde & super eos peruenit ira Dei vsq; in finem, secundum Apostolum, perdideruntq; locum & gentem, & dicuntur filij non Dei, sed dæmonis: Qui enim nō credit in filium, nec patrem habet. Propter quod audiūt à Salvatore: Vos ex patre diabolo estis. [Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit in loco vbi dicitur eis, Non populus meus vos: dicitur eis, filij Dei viuentis] Quidam hoc loco incipiunt secundum capitulum, quidam vero loco sequenti, quo dicitur: Dicitur fratribus vestris. Porro literam istam diuersi varijs modis exponunt, quemadmodum breuiter tangam. Et erit numerus filiorum Israel, id est, populus Iudæorum multus erit, sicut arena maris, quæ sine mensura est quantitatis discretæ, id est, sine numero hominibus cognito. Ideo sequitur, Et nō numerabitur p̄ multitudinem, absolute tamen loquendo, non est in creaturis aliquid actualiter infinitum, nec in magnitudine, nec in multitudine, nec in perfectione. Deus nanq; gloriosus & sapiens, in numero, pondere & mensura vniuersa constituit. Sic filij Israel p̄ multitudinem nequeunt numerari, quod aliqui dicunt impletum in Iudæis ab Assyrijs captiuatis, aliqui vero in Iudæis qui vsq; in præsens sub Romano Imperio capti tenentur. Quidam autem referunt ad Iudæos à Babylone reuersos in propriam terram, qui per successum temporis multiplicati sunt vehementer. Nonnulli referunt ad eos, qui circa finem seculi erunt veniente Helia. Secundum hanc diuersitatem etiam quæ sequuntur, diuersimode explanantur. Subdit enim: Et erit, id est, continget quod sequitur, in loco, id est, in Hierusalem & locis vicinis. Vbi dictum est eis, id est, vbi Deus per prophetas dixit Iudæis: Non populus meus estis vos, quando coluistis idola. Hoc enim per Hieremiam sæpe dixit dominus populo huic. Dicitur eis, filij Dei viuentis estis, id est, ibi post conuersionem suam vocabuntur filij adoptiui Dei viui ac veri, à quo fontaliter profluit omnis vita naturæ, vita gratiæ, vitaq; gloriæ. Christo enim incarnato, & inter Iudæos conuersante ac prædicante, multi crediderunt in eum, multoq; plures post paracleti missionem à Christi Apostolis sunt conuersi. Alij per locum istum intelligunt totum orbem, in quo Iudæi dispersi sunt, & iam multi eorum ad Christum conuersi sunt. In fine autem mundi omnes vbiq; conuertentur, & ita dicentur filij Dei sicut recepta, qui antea dicebantur filij diaboli. [Et congregabuntur filij Iuda] id est, nati de tribu Iuda, Levi, ac Benjamin, qui per Iudam designantur, quoniam reges erant de tribu Iuda. [et filij Israel] id est, aliqui nati de decem tribubus [pariter] corporaliter & spiritualiter. [Et ponent sibi met caput vnum] id est, in Christum concorditer credent, quod vniuersaliter implebitur per prædicationem Enoch atq; Helia, qui sicut in euangelio scriptum est, restituet oīa. [et ascendent de terra]. i. cælestia quæret, & ad diuina cōsurgent, quemadmodū monet Apostolus, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Porro hæc sient, qm̄ magnus dies Iezrael Iezrael interpretat semē Dei, per qd intelligi potest Christus, de quo legitur in semine tuo benedicent oēs gentes. Vel congregatio fidelū. Est ita q; sensus, q; magn' est dies Chri. i. tēpus græ, quia in eo Chrs magnifice fecit nobiscū, maximā gratiā tribuēdo, totūq; mundū illustrando, aduersarios humanæ salutis deiciendo, & infinita mirabilia perpetrando. Magnus est quoq; dies ecclesiæ, quæ in nomine Christi mirabilia operatur, & à sole iustitiæ gratiosissime illustrat. De hoc die fertur in Psal. 117. Hæc est dies quam fecit dñs. Veruntamē expositiones istæ infirmantur per hoc, q; Apostolus ad Romanos 9. allegat præinductam scripturam de vocatione gentiū prænunciatā. Sic etem ait S. Apostolus: Deus sustinuit in multa patiētia vasa iræ apta in interitum, vt ostēderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Quos & vocauit, nō solū ex Iudæis, sed etiā ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocauit, nō plebem meā, plebem meā, & non misericordiam consecutā, misericordiā consecutā. Et erit in loco vbi dicitur est eis, Nō plebs mea vos, ibi vocabunt filij Dei viui. Sequēdo ergo intellectū diuini Apostoli, aduertendū, q; pphete & Apostoli eodē spū docti atq; locuti sunt. Quemadmodum ergo in nouo testamento fit distinctio

2. Re. 12.

Osee. 3.

Rom. 11.

4. Re. 19. Esa. 17.

Ge. 32. 35 3. Re. 12.

2. Tim. 1.

Psal. 43.

Pro. 2. 1. Mac. 3.

Esa. 45. 4. Re. 20.

Ioan. 19. Ibidem. 1. Thef. 2.

1. Ioan. 3. Ioan. 8.

Sap. 11.

Matt. 17. Col. 3.

Gene. 12.

inter Iudæos seu Israel, carnales & spūales (de carnali siquidē dicit Apłus: Videte Israel secū-
dū carnē. Ioan. quoc; Apoc. 2. & 3. Dicunt se Iudæos esse, & nō sunt, sed sunt synagogæ fata
næ. De spūali vero loquitur Paulus: Pax super eos, & super Israel Dei) sic propheta loquun-
tur de duplici Israele, pura carnali ac spiritali, ita q̄ spiritalis Israel est quicunq; fidelis,
sanctorum patriarcharū fidem ac mores amplectens, diuina cōtemplans, adhærensq; Chri-
sto, qui finis est legis ac prophetarum. Est igitur sensus: Et erit numer⁹ filiorum Israel, id est,
multitudo in Christum credentium, s. gentilium conuersorum, Deum pura fide contēplan-
tium, sicut arena maris, quia innumerabilis. Et erit in loco vbi dictum est eis, non populus
meus vos, i. vbiq; terrarum, vbi gentiles ante suam conuersionē nominabantur non filij Dei,
sed dæmonū, quibus & seruiebant, oēs em̄ dij gentium dæmonia, dicitur eis, filij Dei uiuen-
tis, i. vbi vocabuntur filij Dei, postq̄ ad Christū cōuersi extiterint, sicut ad Galatas scribit Apo-
stolus, Oēs filij Dei estis per fidem in Ch̄so Iesu. Quotquot autē receperūt eum, dedit eis po-
testatē filios Dei fieri. Et cōgregabuntur, cōgregatione spūali per fidē & charitatē, vel etiam
corporali. Filij Iudæi, i. primitiua ecclesia ex Iudaismo conuersa, puta apostoli aliq; credētes
natione Iudæi, Et filij Israel pariter, cōstituendo vnā ecclesiā in Ch̄so, tanq̄ in lapide angula-
ri cōnuentes atq; cōnexi. De quo subiungit: Et cōstituent sibi caput vnum, i. Christū vna-
nimit̄ eligēt in regē ac principē, qd nō faceret, nisi electi prius essent ab ipso. Hinc scriptū
est: Pax erit inter duos illos, videlicet Gētiles & Iudæos in Ch̄m credētes. De hoc quoq; ca-
pite dñs testat̄ Ezech. 34. Ego pascam gregem meum, & ero eis in Deum, & seruus meus Da-
uid princeps eorum. Per Dauid autē oēs intelligunt Christum, qui iuxta Apostolum, est ca-
put corporis ecclesiæ. Quæ vero sequuntur, exponenda sunt sicut iam factum est.

¶ Expositio moralis huius primi capituli. Artic. III.

I Am in superioribus dictum est, q̄ Osee (qui interpretat̄ Saluator) figura est Christi, de
quo angelus ait Ipse saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Et Esai. 54. Aperiatur
terra & germinet saluatorem. Per hoc ergo, q̄ Deus iussit Osee, vt acciperet vxorem for-
nicationum, p̄figurabat, q̄ Deus pater dixit Ch̄so, qñ misit eum in mundum per incarna-
tionis mysterium, vt acciperet vxorem fornicationū, i. gentilitatem cum idolis fornicatē
sibi desponsaret, atq; ex ea exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam ne-
que rugam. Vnde & Christus loquitur: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas
oportet me adducere. Esaiæ quoq; 49. pater ait ad Christum: Parum est vt sis mihi ad susci-
tandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas: dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea
vsq; ad extremum terræ. De hac iam dicta sunt plura. ¶ Porro q̄ dominus ait de decem tri-
bus, Fornicans fornicabitur terra à domino, iam videmus in populo Christiano, quomo-
do aliquorum deus venter est, quorum corda grauantur crapula & ebrietate. Alij auaritiæ
(quod est idolorum seruitus) student, qui dicunt auro, robur meum, & obrizo, fiducia mea,
non metuentes quod ait scriptura: Nihil est iniquius, q̄ amare pecuniam. Et quod ait 1. Tim.
6. Apostolus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Alij in so-
phismatibus ac vanitatibus suis iugiter occupantur. Contra quos clamat Ioannes: Filioli,
custodite vos à simulacris. [Et abiit & accepit Gomer] Gomer interpretatur consummata
atq; perfecta. Per hoc itaq; q̄ Osee accepit Gomer, p̄signatum est, q̄ Christus accepit Ec-
clesiam ex gentibus congregatam, quæ ante conuersionem suam fuerat consummata in vi-
tijs, immo in fornicatione carnali & spiritali, eratq; perfecta filia voluptatis. Postquam ve-
ro ad Christum conuersa, & ei in sponsam vnita est, facta est consummata in fide, spe & cha-
ritate. Itemq; perfecta in donis spiritus sancti, quemadmodum scribit Apostolus gentibus
conuersis, puta Corinthijs: Gratias ago Deo, quia in omnibus diuites facti estis in illo, ita vt
nihil vobis desit in vlla gratia. Hinc Saluator hortatur: Estote perfecti, sicut pater vester cæle-
stis perfectus est. Cumq; Christus accepisset hanc sponsam, peperit ei filium, qui appellatus
est Iezrael, id est, semen Dei. Ecclesia nanq; per verbum p̄dicationis & in fonte baptisma-
tis generat Christum filios gratiæ ac salutis, dicente Apostolo: Per euāgelium in Christo ego
vos genui. Quod Ecclesia non faceret, nisi prius cognita atque fecundata esset à Christo,
non semine materiali, sed luce cælesti, donis ac virtute spiritus sancti. Insuper dominus ait:
Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael, id est, occisionem seminis Dei, vtpote Chri-
sti, & aliorum filiorum primitiæ ecclesiæ, quos occiderunt Iudæi, vlciscar super domum
Iehu, id est, in populo Iudæorum incredulo, quod post quadraginta circiter annos à Chri-
sti passione impletum est, quando Romani destruxerunt Hierusalem ac Iudæam, & Iu-
dæorum plurimos occiderunt, vendiderunt, disperferunt, & varijs modis affixerunt.
Et in tempore illo contritus est arcus Israel, id est, tota fortitudo Iudæorum est deiecta in
valle Iezrael, id est, in humilitate Christi & Ecclesiæ. Christus nempe sua humilitate ac pas-
sione promeruit suū plus exaltationem, iudiciariam potestatem, aduersariorum quoque
suorum deiectionem. Idcirco superbi Iudæi, Christum humilem persequendo, eius humili-
tate

tate deiectione sunt. Hieronymus & antiqui expositores, quorum temporibus abundabant hæ-
retici, per decem tribus seu Israel, qui dominum dereliquerunt, intelligunt hæreticos, per re-
gnum vero seu populum Iudæ, Ecclesiam. Sicq; per contritionem arcus Israel, designat hæ-
reticorum deiectione, qui Christi virtute vincuntur. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Per
hanc filiam Osee vel Gomer, quæ vocat̄ Absq; misericordia, designantur hæretici, qui ad
tempus credunt, & in tempore tentationis deficiunt, dæmone suggerente, varios inducendo
errores, & tanq̄ effœminati, tentationibus succumbendo. Hanc congregationem seu filiam,
quæ diuina misericordia meretur desitui, concepit à Christo ecclesia, dum eos primo fide-
liter instruit ac baptizati dum vero fidem rectam & ecclesiasticam deserunt vnitatem, effi-
ciuntur proles diaboli. De quibus ait in prima sua epistola Ioannes: In nobis erant, sed non
erant ex nobis. Hinc dominus ait: Non addam vltra misereri domui Israel, id est, conuenti-
culis hæreticorum, qui æternaliter condemnantur, sed domui Iudæ, id est, ecclesiæ coræ cre-
denti, & ore salubriter cōfidenti miserebor, perducendo eos ad finem beatum, Et ablacrauit
eam quæ erat absq; misericordia, i. p̄fatam hæreticorum collectionem priuat̄ Deus gra-
tia internæ refectionis, lacte euangelicæ legis, pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salu-
tatis, quæ maleuolā nequaq; ingreditur aiām, ita vt tales non iam nutriantur in croceis, sed
stercora amplexentur. Et concepit & peperit filiū, & dixit, Voca nomen eius, Non populus
meus. Per hunc tertiū puerum Osee & Gomer, intelligunt cæteri impij Christiani, qui rebel-
les sunt lumini, nec per gratiam & p̄destinationem attinent Deo, sed sola fide Christiani
filijq; Ecclesiæ reputantur. De qualibus scriptum est: Ipsi de mundo sunt, & de mūdo loquun-
tur, & mundus eos audit. De quibus ait saluator: Multi dicent mihi in die illo, Domine do-
mine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtu-
tes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, Discedite à me omnes
operarij iniquitatis. Istis melius esset viam iustitiæ ignorasse, q̄ cognitam abiicisse. In quibus
vtiq; semen Dei non permanet. Horum Deus omnium asserit se non esse Deum, quia nec ipsi
eum super omnia amant & colūt, nec ipse per gratiā corda eorum inhabitat, neq; per prou-
dentiam singularem prouidet eis efficiēter de necessarijs ad salutem, verum dimittit eos iu-
stitia exigente secundum desideria cordis eorum, vt eant in adinventionibus suis. Quo con-
tra de electis habetur in Apocalypsi: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit
cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

¶ Declaratio II. capituli Dicite fratribus vestris populus meus. Artic. V.

N Vnc in fine p̄cedentis capituli dictum est, quemadmodum filij Iudæ, & filij Israel
congregarentur, & constituerent sibi caput vnum concorditer credēdo in Christum:
apostolica quoq; autoritate ostensum est, q̄ per filios Israel, intelligāt̄ spirituales
Israelitæ, id est, electi gentiles, iuxta illud ad Galatas: Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abra-
hæ. Idcirco propheta alloquitur modo p̄dicatores primitiæ ecclesiæ natione Iudæos, pu-
ta Apostolos aliosq; Christi discipulos, vt gentilibus gratiam Dei annuncient. [Dicite] o
Apostoli & ex Iudaismo conuersi [fratribus vris] id est, electis ex gentibus, qui sunt fratres
vestri, non solum propter conformitatem naturæ & ratione originis ex primo parente,
itemq; quoniam ab eodem geniti creatore, secundum illud Malachiæ: Nunquid non pa-
ter vnus omnium nostrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? sed etiam propter confor-
mitatem fidei, charitatis & gratiæ. Vnde ad Galatas testatur Apostolus: In Christo Iesu neq;
circumcisio aliquid valet neq; p̄putium, sed fides quæ per dilectionē operatur. De talibus
fratribus dñs ait electis Iudæis per Esaiam: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in
Aphricam & Lydiam, in Græciam & Italiam, & adducunt omnes fratres vestros. Itaq; dici-
te fratribus vestris [populus meus] i. q̄ ipsi per gratiam sunt populus meus, sicut & vos, p̄pter
quod ad Romanos dicit Apostolus: An Iudæorum Deus tantum? nōne & gentiū? Rursusq;
Nō est distinctio Iudæi & Græci. Nam idē dñs oīm, diues in oēs qui inuocant eum. Hinc per
Esaiā loquitur dñs: Dicā Aegypto, populus meus: & opus manū mearū, Assyrio. [& sorori
vestræ] i. ecclesiæ ex gētib; congregatæ, dicitur: Misericordiam consecuta] i. q̄ ipsa miseri-
cordiā meam suscepit per gratiā Christi, propter quod in Esaiā habetur: Ecce gentē quam
nesciebas, vocabis. Et in Actis ait Petrus: Si Deus eandem gratiā dedit illis (videlicet genti-
bus) sicut & nobis, ego quis eram, qui possem prohibere Deū? Hoc est qd ad Ephesios dicit
Apostolus: Reuelatum est sanctis apostolis & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes &
concorporales, & participes promissionis Dei in Christo Iesu. ¶ Præterea, p̄ter hanc
expositionem tangit Hieronymus alias duas. Prima est: Dicite o vos de tribu & populo Iu-
dæ, vnum Deum colentes, fratribus vestris, i. populo decē tribuum, q̄ sit populus meus, dum
modo voluerint idololatriā & alia peccata abiicere. Et q̄ de semine patriarcharum proge-
nitus est, & sorori vestræ, i. eidē plebi vel synagogæ dicite, q̄ sit misericordiā consecuta. Nā
multi ex decē tribubus gratiose saluati sunt, quorū vnus fuit Tobias de tribu Nephthaim.

Secunda est: Vos Iudæi qui creditis, dicite fratribus vestris, i. fractis ramis, q̄ sit popul⁹ meus, & sorori vestræ synagogæ, q̄ sit misericordiã consecuta, quo ad hoc q̄ in fine mundi, cum intraverit plenitudo gentiũ, omnis Israel saluus erit. [Iudicate matrem vestram, iudicate, qm̄ ipsa nõ vxor mea, & ego nõ vir eius.] Hũc locũ Beda exponit pro tpe Christi, vt sit sensus: O apostoli & ceteri credentes ex Iudaismo, iudicate, i. reprehendite matrem vestram incredulam synagogam Christo. Et repetit iudicate, quatenus frequenter ac strenue increpent eam.

A 30. Quod in Actis legunt fecisse apostoli, dicente Petro Iudæis: Deus patrum nostrorum glorificauit filiũ suum Iesum, quem vos quidẽ tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, & petistis virũ homicidam donari vobis. Quia ipsa synagoga incredula, non est vxor mea, cum non sit mihi per fidẽ & charitatẽ coniuncta, nõ impregnet à me fructu operum bonorum; & ego non sum vir eius, i. sponsus, ita, q̄ non est æterna coniunctio spũalis matrimonij inter eã & me, qm̄ peccata eius diuiserũt inter eã & me, & facta est meretrix atq; adultera, sicut patebit. Loquitur autem Deus de spiritali coniunctione, quæ est inter creaturam rationalem & creatorẽ, metaphorice sub nomine vxoris & viri. Et simili modo ait per Esaiã: Quis est iste libellus repudiij, quo dimisi matrẽ vestram? Ei quoq; quod nunc dñs ait: Iudicate matrem vestrã, simile est quod per eundẽ Esaiã dñs ait: Et nũc habitatores Hierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meam, videlicet synagogã. Consequenter De⁹ clementer hortat synagogã ad pœnitentiam, & vt illa magis obediat admonitioni diuinã, minas pœnam. [Auferat] i. relinquat atq; abiciat [fornicationes suas] spũales, i. idolorũ culturas. Fornicationes quoq; corporales, i. illicitos concubitus solutę cum soluta. [à facie sua] i. ab aspectu atq; p̄sentia sua, ne eas per approbationem aspiciat vel acceptet, sed retro se iacet, quẽadmodum per Hieremiam dñs asserit: Si abstuleris offendicula tua à facie tua, non cõmoueberis. Nihilominus debet homo peccata sua ante se ponere, vt ea pœnitendo penset ac defleat, dicente Psal. Qm̄ iniquitatẽ meam ego cognosco. Propter quod dñs ait per Hieremiã: Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi prostrata es. [& adulteria sua] spũalia ac corporalia auferat [de medio vberum suorum] i. à suis vberibus, vel à corde, quod intra vbera situatur. Corporalia quippe adulteria per contactum vberum prouocantur, & consummantur. Idcirco de vberibus tolli iubentur. Spũalia vero adulteria per cordis delectationem explentur. Præcipitur ergo, ne cor vitia idololatrię diligat, nec ea ad actum deducat. Quis autem spiritalis fornicatio præsertim idololatria appelletur, quia per eam cor à Deo formaliter atq; totaliter separatur, quodlibet tamẽ peccatum mortale, fornicatio spiritalis est, quia per ipsum mens, cœlestis sponsi vnione relicta, summiq; boni adhæsione reiecta, rebus inhæret caducis, & in creaturis potius q̄ in Deo quiescit ac delectatur. Propter quod in Numeris dñs: Ne sequantur, inquit, cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. & in Ezechie: Contriu cor eorum fornicans, & recedens à me. [Ne forte expoliam] i. expoliãdo faciam [eam nudam] i. spiritalibus gratijs vel corporalibus beneficijs destitutam. Vestes nempe & ornamenta populi Israel, fuerũt auxiliũ Dei, angelorum custodia, doctrina legis & prophetarum, religiois ac sanctę personę, & cetera dona creatoris, de quibus gloriabantur dicentes: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestauit eis. Hęc Deus minatur se ablaturum, nisi pœniteant. [& statuam] i. ponã [eam secundum diem natiuitatis suę] i. in tali ac tanta calamitate, vilitate & abiectioe, qualẽ & quãtam habuit in Aegypto, vbi multiplicatus est populus Israel, & multis ærumnis, idololatrijs, atq; durissimo iugo fuit subiectus. Propter qd̄ in Ezechie scriptũ est: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota, sed piec̄ta super faciem terrę. Et denuo: In die, inqt, qua nata es, non es sale salata: & trãsiui p̄ te, & inueni te nudã & deturpatam, & conspersam in sanguine tuo. Sed de tanta ærumna eripuit Deus hanc plebem, cũ eam eduxerat de Aegypto, propter qd̄ subdit: Indui te bysso & subtilibus, & ornãmẽta circumposui tibi. Hęc autẽ videmus iam Iudæis ablata propter incredulitatẽ suã in Christũ. [Et ponã eã quasi solitudinẽ] i. habitatores terrę eorum occidam, vel transferã de ppria terra. Vnde Ch̄s in Euangelio ait Iudæis: Relinquet vobis domus vestra, deferta. [& statuã eã velut terrã inuiã] i. synagogã parificabo terrã quæ viã non habet, eo q̄ non sit habitator vel deambulator in ea: sic synagoga à Deo derelicta est, nec habet rectam viam tendẽdi ad Deũ, quẽadmodum Esaiã testatur: Fuiſti derelicta & odio habita, & non erat q̄ per te trãsiret. [& interficiã eã siti.] Hoc accipi potest de siti corporali, quã Iudæi p̄ se si sunt, à Romanis obfessũ tunc em̄ defuerũt eis cibi ac potus. Vel de siti spũali, i. à veritate audiendi verbũ Dei. Nunc em̄ Iudæi multo tpe desiderarũt habere & audire prophetam, q̄ eis aliqd̄ certi de Messij nunciaret aduentu, dolentesq; dicunt: Signa nostra non videm⁹, iã non est propheta. Sed exigẽtibus culpis suis, nõ merent̄ diuinitus exaudiri. De huiusmodi fame & siti dñs ait per Amos: Emittã famẽ in terra, nõ famẽ panis, neq; sitim aquę, sed audiendi verbum Dei. Interficiunt quoq; obstinati Iudæi siti, i. penuria aquę sapiẽtię salutaris, gratiãq; cœlestis. De qua dicit Saluator: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum, sed

sed aqua quã ego dabo, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternã, Occidũtur quoq; siti, id est, immoderato temporalium rerum affectu, cum sint auarissimi. Præterea quidã oĩa iam prædicta, ab illo loco, Iudicate matrem vestram, exponunt de Iudæis pro tempore Babylonice captiuitatis, ita q̄ propheta alloquitur p̄phetas & iustos, qui captiuitatem illam prædixerunt, videlicet Hieremiam, Baruch, quatenus Hierusalem vel synagogam iudicent, atque ex eius prauitate perpendant, q̄ non sit sponsa seu vxor Dei, nec ipse sit sponsus virq; ipsius. Cetera quoq; quæ dicta sunt, applicari possunt Iudæis temporis illius, eodem sensu quo nunc applicata sunt Iudæis pro tempore Christi. Multum enim viguit vtraq; fornicatio præinducta in populo Iudæorum ante Babylonice captiuitatem. Propter quod Deus per manum Chaldæorum eos expoliãuit, & velut solitudinem terramq; inuiã statuit, pro ut per Hieremiam prædixit vbertim. Vnde loco quodam loquitur dominus: Derelinquam vos & ciuitatem quam dedi vobis & patribus vestris, & dabo vos in vexationem & maledictionem, & in suporem, & in sibilum, & in opprobrium, eo q̄ non audieritis verba meã. Deniq; sicut prædicta, sic & sequentia vtroq; modo exponuntur, & sensus redit in idẽ. [& filiorum illius] i. filiorum infidelis synagogæ, sequentium matris suę perfidiam & peccata, quibus in euangelio dicitur: Genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? [non miserebor] quoniam à Chaldæis ac Romanis vastati sunt. Et bona gratiã in p̄senti, bonaq; gloriã in futuro perdiderunt. Vnde dominus ait ad Hieremiam: Non assumes laudem & orationem pro eis: Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. [quoniam filij fornicationum sunt] id est, multiforium fornicationum vitijs seruierunt. Propter quod filij fornicationum vocantur, propter abundantiam huiusmodi vitij, sicut Antichristus dicitur homo peccati & filius perditionis. Vel dicuntur filij fornicationum, quia à parentibus fornicatoribus nati non solum in esse naturæ, sed etiam culpa, quoniam patres docuerunt filios suos errores & scelera. [quia fornicata est mater eorum,] videlicet synagoga, vt patuit. Vnde Hieremias: Vnusquisq; ait, ad vxorem proximũ sui hinniebat, & repleta fuit idolis terra eorũ, vt Esaiã dixit. [Confusa est] incredula synagoga, id est, obstupuit, admirata est, estq; vitijs inordinata, & confusione digna effecta. [quæ concepit eos] id est, filios fornicationum prædictos, quos enutriuit diabolo, instruens eos in malo. Sed obuiare videtur illud Hieremiã: Confusione non sunt confusi, & erubescere noluerunt. Et respondendum, q̄ sicut in Ecclesiastico habetur, Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio itaq; vna est mala, peccati inducitiua, dum quis præ rubore abscondit vitia sua. Alia vero est bona, dum homo erubescit de malo culpa. De hac secunda loquitur Hieremias. Sic enim obstinati non confunduntur, nec verecundantur impie operari. Propter quod obstinata plebi Iudæorum dicitur à Hieremia: Frons meretricis mulieris facta est tibi, Noluisse erubescere. De talibus loquitur Esaiã: Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Et Salomon: Lætantur quum malefecerint. Præter hanc duplicem confusionem est confusio tertia, dum aliquis frustratur spe sua, & aduersariorum suorum voluntati exponitur, atq; ignominiosam incidit calamitatem. De qua orat Psalmista: Deus meus in te confido, non erubescam, neq; irrideant me inimici mei. De hac quoq; loquitur nunc Osee. Subditur enim ratio huiusmodi confusionis, [quia dixit] mater serpentina ac infidelis. [Vadam] spiritaliter per fidem, vel potius infidelitatem & cultum. [post amatores meos] id est, deos quos colui, vel homines, in quibus magis q̄ in Deo vero confisus sum, id est, idolis adhærebo, vel hominum quæram subsidia. Hoc dixerunt Iudæi ex diffidentia diuini auxiliij. Quemadmodum enim in Hieremia copiose describitur, cum sanctus Hieremias horraretur eos ad idololatriã reiectionem, dixerunt: Non audiemus verbum ex te, sed faciẽtes faciemus omne verbum, quod egreditur ex ore nostro, vt sacrificemus regiã cœli. [Qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, & oleum meum, & potum] id est, necessaria victui atq; vestitui. Hęc enim arbitrabantur sibi conferri ab idolis, vel mundanis hominibus potius q̄ à Deo. Spiritaliter dedit Deus electis Iudæis panem vitæ & intellectus, Aquas quoq; sapientiã salutaris, de quibus loquitur Esaiã: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Lanam etiam & linum, id est, indumenta seu decorem virtutum, de quibus Esaiã inducit: Induit me vestimento salutis, & indumento iustitiã circumdedit me. Itemq; oleum vnctiois & consolationis internę, & potum spiritaliter inebriantem, ab æstu concupiscentię refrigerantem, ipsamq; animã in Deo lætificantem. Vnde & scriptũ est: Torrente voluptatis tue potabis eos. Potus iste est feruor diuini amoris, seu exuberantia grã deiformis, per quẽ cuncta terrena desipiũt, solaq; sapiũt bona æterna. [Propter hoc] i. quia dixit: Vadam post amatores meos, ecce ego (dominus) sepiam] i. vallabo & implicabo [viam tuam] i. desiderij vel actionem, qua nitebaris ire ad amatores nocuos [spinis] i. doloribus & ærũnis, aduersitatibusq; diuersis. [& sepiã eam maceria] i. muro seu grandi obstaculo, quo impiedet venire quo iuit.

[Et

Hiere. 29.

Matth. 3.

Hiere. 7.

2. Tim. 2.

Hiere. 5.
Esaiã 2.

Hiere. 6.
Ecc̄i. 4.

Hiere. 3.
Esaiã 3.
Prouer. 2.

Psal. 24.

Hiere. 24.

Ecc̄i. 15.
Esaiã 12.
& 61.

Psal. 35.

[Et semitas suas non inueniet] id est, affectum suum non poterit perducere ad effectum. Non enim permisit Deus Iudæos hos adipisci optata auxilia à dijs vel hominibus, in quibus sperabant, sed grauissimis pœnis eos addixit, per obsidionem Chaldæorum ac Romanorum, ita quod nullus potuit eis opem impendere. ¶ Insuper ad literam possunt per spinas atq; materiam intelligi corporales munitiones factæ aduersus Iudæos tempore obsidionum dictarum, ita quod boni inuenierunt semitas suas, i. modum vel iter effugiendi. [Et sequet amatores suos] i. cordialiter affectabit auxiliū hoīm in quibus sperauit, videlicet Aegyptiorum tempore obsidionis suæ à Chaldæis. Promisit em̄ rex Aegypti Zedechig, quod auxiliaret ei cōtra Chaldæos. [Et nō apprehendit eos] Non em̄ poterāt ei succurrere. [Et quæret eos] per nūcies ac literas. [Et non inueniet. Et dicet] necessitate cōpulsā, iuxta illud: Compelle intrare. [Vadam] spiritualiter de vitijs ad virtutes, de amatoribus vanis ad verū ac infallibilē amatorem. [Et reuertar ad virū meū priorem] i. ad Deum æternum, deserēdo bona caduca, & inhærendo bono incōmutabili, Deo summo ac oipotenti spōso cælesti, qui me sibi desponsauit in legis collatione, vel in sanctorum patriarcharum adoptione, & pmissione eis facta de beneficijs conferēdis posteritati eorū. [quia bene mihi erat tunc] qñ Deo vero adheſi ac parui, [magis q̄ nūc] dum idolis deseruiui, atq; humana subsidia exquisiui. Cōstat em̄ ex toto decursu veteris testamenti, quod multo melius successit populo Iudæorum tam in spiritalibus q̄ in tēporalibus bonis, qñ diuinæ legis obseruauit præcepta, q̄ dum idola coluit, vel extranearum nationum postulauit auxilia. Istud autē, videlicet, Reuertar ad virū meū priore, dixerunt Iudæi saltem aliqui, qñ iam viderunt se à Chaldæis mox capiendos. Tunc namq; viderūt, quod dii & homines eis nil profuerunt. Propter quod Dei succursum petebāt, sed nimis tarde & frustra, quia ex necessitate potius, q̄ ex charitate. Vel si tunc non reuertebant, certū est quod in Chaldæa positi, ad Deū conuersi sunt, maxime expletis annis 70. de quibus prædixerat Hieremias. ¶ Huic quoq; verbo, vadam & reuertar ad virum meū priore, simile est quod ait filius prodigus ad extremā perductus inopiam: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereor. Surgam, & ibo ad patrem meum &c. [Et hæc] mater viperina atq; incredula synagoga [nesciuit, quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum] i. cibos & potus ac condimenta eorū, quæ pertinent ad naturales diuitias. Vnde paulo ante ascripsit hæc oīa amatorib⁹ suis seu idolis. Ad tantā equidem mentis cæcitatem venerunt Iudæi ante Babyonicam captiuitatem, quod diuinam prouidentiam negauerunt. Propterea non putabant sibi à Deo vero collata ea quæ possidebant. De hoc Hieremias & Ezechiel plene loquunt. [Et argentum multiplicauit ei] i. copiam argenti eis concessi. [Et aurum quæ fecerunt Baal] i. argentum & aurum, quæ eis multiplicauit, vt ad honorem meū talib⁹ vterent, expenderunt in fornicationibus, sacrificijs atq; ornatibus idoli, quod dicit Baal, estq; deus Sidoniorum. Vel Bel, de⁹ Babyloniorum. Hoc em̄ idolum ornauerunt argento & auro, & eadē ei immolauerunt. ¶ Deniq; spiritaliter dedit Deus populo Iudæorum frumentū, i. legem, cuius obseruantia aluit mentē, & vinum, i. veræ hilaritatis materiam seu multiplex gaudium. Oleum quoq; vñctionis ac illustrationis mentalis. Argentū, i. eloquentiæ venustatē vel rerū creatarū sciētiam, & aurū, i. sapiētiam quæ est notitia diuine. Vel aurū, i. Dei amorē, de quo in Apocal. scriptum est: Suadeo tibi emere aurum probatum ignitum, vt locuples fias. Hæc bona ac munera Dei, electi Iudæi conseruabant, & Deo grati fuerunt, quidā vero eorum ea reiecerunt, & totum quod à Deo sortiti fuerunt, conuerterunt ad idolorum culturam, atq; ad cetera mala. ¶ Consequenter cōminatur dñs debitam pœnā pro tantis piaculis. [Idcirco conuertar] per noui effectus operationem, non per meipsum mutator em, conuertar itaq; à pietate clementiæ ad rigorem iustitiæ, puniendo quibus diu pepercit. [Et sumā frumentum meum] i. blada tollam à Iudæis [in tēpore suo] i. tempore messis, quando iam propter maturitatem apta erant reponi in horreis: & hoc est grauissima pœna, dū tēpore maturitatis & messis terra nascētia auferūt, & perit labor agricolarū. Vel in tēpore suo, i. tēpore præfinito à me. [Et vinū meum] i. vinum quod contuli eis, auferā [in tēpore suo] i. tpe torcularis siue vindemiæ, vel tēpore præordinato à me. Hæc Deus abstulit Iudæis per tēpestates vel hostes, qñ à Chaldæis seu alijs vastabant. [Et liberabo lanam meā & linū meū] i. materiā vestimentorū quæ eis concessi, tollam ab eis, ne ab ingratis & impijs possideant. Dū em̄ rationalis creatura abutiſ bonis creatoris, hæc ipsa bona indebitæ seruituti subdunt. Idcirco liberari dicunt, dum ab iniustis dñis auferuntur. [quæ] lana & linum [operiebant ignominiam eius] i. idolum populi huius ornabant. Iudæi enim idololatræ idolum Baal multiplici genere vestium decorabant. Idolum ergo ignominia appellatur, quia hoc erat Iudæis ignominiosissimum atq; turpissimum, quod relicto Deo patrum suorum, oipotentis, vero ac summo, idola coluerunt. Superius quoq; dictū est, quid spiritaliter per frumentum, vinum, lanam & linum signetur, & quomodo omnia hæc eis spiritaliter sunt ablata. ¶ Profecutio elucidationis huius capituli ab eo loco: Et nunc reuelabo stultitiam eius.

Articulus VI.

Quoni-

Quoniam per ea per quæ quis peccat, punitur, idcirco dñs subdit: [Et nūc] i. tēpore Babyonicæ captiuitatis, [reuelabo stultitiā eius] i. errorem, seu idololatriā, vel idolum synagogæ manifestabo. [in oculis amatorū eius] i. Chaldæis vel Aegyptijs, cum quibus Iudæi habuerūt aliquā amicitiam. Cum em̄ Chaldæi, superata Hierusalem, ingrediebant templum, viderūt quō Iudæi in templo idola coluerunt, & qualiter decepti fuerant insipienter in Aegyptijs confidendo. Aegyptij quoq; hæc perceperunt, & ita in oculis eorum mentalibus manifestata sunt hæc. [Et vir non eruet eam de manu mea] i. nemo poterit liberare Iudæos de vindicta seu potestate, quam exercebo in eis per manus Chaldæorum. Deo em̄ nullus valet resistere, quæadmodum scriptum est Iob 23. Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere poterit, & anima eius quodcūq; voluit, fecit. [Et cessare faciam omne gaudium eius] i. destruendo templū atq; Hierusalem, populum quoq; fame, peste & gladio occidēdo, imponam finem lætitiæ Iudæorum ad tempus. In maxima em̄ tribulatione fuerunt Iudæi, cum à Chaldæis obsiderentur, ita quod nec in spiritalibus, nec in carnalibus delectabantur. Vnde ab Esaia dictum est: Erit pro suaui odore fœcor, & pro crispante crine caluitiū. Et Thren. vlt. Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Faciam quoq; cessare [solennitatē eius] i. festa Iudæorum, vt ponatur singulare pro plurali. Vel p solennitatē, secundū Bedā, intelligitur paschalis festiuitas, tanq̄ solennior, q̄ fiebat in cōmemorationē liberationis eorū de terra Aegypti. Frequenter autē scriptura vtiur singulari pro plurali, & ecōtra, quæadmodum in Exodo dñs ait Pharaoni: Dimitte filiū meū, vt sacrificet mihi in deserto. Per filiū nāq; intelligit vniuersos filios Israel. Deinde ponunt festa Iudæorum in specialit[er] Neomeniam eius] i. festiuitatem Calendarum, quæ fiebat tempore inuouationis lunæ, seu in principio mensium, [sabbatum eius] i. festiuitatem septimæ diei, in qua Iudæi epulis ocijscq; vacabant, secundum glossam. Fiebatq; ista solennitas in memoriam creationis mundi, quoniam septimo die requieuit Deus ab omni opere quod pararat. [Et omnia festa temporum eius] i. solennitates quæ fiebant semel in anno, videlicet paschæ, pētecostes, & tabernaculorum ac dedicationis. Eandem em̄ dedicationē non celebrabant, nisi semel in anno, quanuis quolibet anno plures celebrauerunt dedicationes. Hæc oīa fecit Deus cessare in populo Iudæorum, qñ à Chaldæis capti, occisi, vel translati fuerunt. Propter quod scriptum est: Vix Si on lugent, eo quod non sint qui veniant ad solennitatem. Hinc Esaia 1. loquitur dñs: Solennitates vestras odiuit anima mea. Deniq; secundū Thomam in prima secundæ, In veteri testamento erant septem festiuitates temporales, i. quæ certis diebus anni celebrabantur. Prima erat sabbati, in memoriam beneficij creationis mundi, vt dictū est. Secunda fuit Neomenia, in primo cuiuslibet mensis, in memoriā gubernationis rerum à Deo, & quoniam inferiora secundum cursum lunæ mutant, à qua mensis nomen accepit, iuxta illud Ecclesiasticū Luna ostensio tēporis, & signum æui: mensis secundum nomen eius. Idcirco fiebat ista solēnitas in principio cuiuslibet lunationis seu lunæ, non in plenitudine eius. Quod item fiebat propter idololatriæ exclusionem, quia gentiles in plenilunio sacrificabant. Et quoniam hæc duo beneficia Dei, scilicet creationis & gubernationis, cōmunia sunt cunctis hominibus, festa hæc frequenter in anno iterabātur. Alia quinq; festa celebrabantur semel in anno, in memoriam beneficiorum specialiter collatorum populo Israel. Quorum primum fuit solēnitas paschæ, de qua prædictum est. Et post quinquaginta dies sequebatur solennitas pentecostes, in memoriam beneficij legis datæ. Alia vero tria festa seruabantur septimo mense, qui apud Iudæos quasi totus celebris fuit. Nam primo die huius mensis erat festū tubarum, in memoriam liberationis Isaac. Vnde tunc cornibus buccinabant, quoniam Abraham vidit arietem cornibus hærentem vepribus, quem immolauit pro Isaac. Erat quoq; festum tubarum, in quo inuitabantur Iudæi ad solennitatem expiationis, quæ decima die septimi mensis fiebat in memoriam beneficij, quo Deus ad preces Moſis propiciabatur eis de adoratione vituli aurei atq; constatilis. Post hæc celebrabatur solennitas Scenopegiæ seu tabernaculorum septem diebus, in memoriam protectionis ac deductionis eorum in deserto. Vnde tunc afferebāt ramos arboris pulcherrimæ. Porro in die octaua fuit festū cœtus atq; collectę, quando colligebantur à populo necessaria ad diuini cultus expensas. ¶ Deniq; per sabbatū, figurabatur spiritalis requies nobis collata per Christum. Per neomeniam, quæ est noua lunæ incensio, figurabatur primitiæ Ecclesiæ illuminatio. Per festum tubarum, prædicatio apostolorum. Per festum expiationis, emundatio Christianorum à vitijs. Per festum tabernaculorum, peregrinatio Christianorum in hoc mundo exulatiū. Per festum autem cœtus atq; collectę, congregatio electorum in regno cælesti. Vnde hoc festum dicebatur sanctissimum. De his festis loquitur in Exodo. Erat præterea in veteri testamento vna festiuitas velut continua, qua immolabatur quotidie agnus mane & vespere. Per quam representabatur perpetuitas felicitatis futuræ. Hinc secundum glossam, prædicta festa Iudæis ablata, à fidelibus spiritaliter celebrantur. [Et corrupam vineam eius & ficum eius] i. vites & ficus cæterasq;

Sapi. 11.
Hest. 13.
Esa. 3.
Exod. 4.
Gen. 2.
Thre. 1.
Ecc. 43.
Exo. 22. & 33.
Leui. 23.
Leui. 16.
Exo. 28. & 29.
Leui. 24.

B fructi-

fructiferas Iudæarum arbores destruat gradine, ariditate & gelu, vel per manus Chaldeorum, quæ talia destruxerunt, vastando Iudæam, [de quibus vineis & ficis, [dixit Mercedes hæc me sunt] id est, bona ista sunt mihi pro præmio data, [quas dederunt mihi amatores mei] i. dii gentium quos colui. Omnia enim mobilia atque immobilia bona sua, putabant Iudæi idololatræ sibi ab idolis condonari, sicque beneficia Dei idolis ascripserunt. [Et ponam eam in saltum.] Salus vocatur multitudo arborum infructuosarum. Est itaque sensus, quod synagoga comparatur saltui seu infructuosis arboribus, amittendo fructus spiritus sancti, immo omnibus bonis ipsa liata, sterilis facta, in solitudinemque redacta. Hoc fuit impletum, dum à Chaldeis vehementissime opprimebantur Iudæi, ita quod Hieremias prædixit: Terra sabbatizavit sabbata sua. [Et comedit illam bestia agri.] Per bestiam istam intelligi potest incultus atque crudelis exercitus Chaldeorum, vel Nabuchodonosor rex eorum, qui (ut Daniel recollit) versus in amensiam, scænum ut bos comedit, eratque cum bestiis habitatio eius. Vnde Hieremias ait cap. 50. Primus Assur comedit eum, iste novissimus Nabuchodonosor exossavit eum, scilicet populum Iudæorum. Hæc igitur bestia comedit, i. occidit ac minuit synagogam. Quidam per bestiam agri, intelligunt principem vel exercitum Romanorum, qui finaliter deiecit Iudæos, de quo exponunt Iudæi illud Psalmi 79. Exterminavit eam aper de sylva. Potest quoque nomine bestie dæmon intelligi, qui spiritualiter devoravit Iudæos, inducendo eos ad vitia idololatricæ cæteraque peccata, de quo Apocalyp. 12. legitur Proiectus est draco ille magnus. Vnde & alibi scriptum est: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. [Et visitabo super eam diæ Baalim] i. peccata & idololatricam, quæ commisit synagoga tempore quo idolis Baal seruit, vlciscar per exercitum Chaldeorum. Baalim est pluralis numeri, significatque pluraliter, quod Baal singulariter. Solet autem diei seu tempori attribui id, quod attribuitur his quæ sunt vel fiunt in tempore. Vnde saluator Matth. 6. Sufficit, inquit, diei malitia sua. Et ibidem: Crastinus dies sollicitus erit sibi. Apostolus quoque: Redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Sic modo dies visitari dicuntur, i. peccata dierum puniri. Porro visitatio quandoque in bono accipitur, s. pro gratioso vel pio affectu Dei, ut cum ait Psal. Respice de celo, & vide, & visita vineam istam. Quandoque in malo, videlicet pro iusta punitione, quemadmodum Hieremias 5. dñs loquitur: Nunquid super his non visitabo, & in gente tali non vlciscerur anima mea? Sic quoque accipitur nunc, [quibus] diebus seu idolis [accendebat incensum] i. thymiamam, tanquam aliquid diuinitatis haberent, & honorem Deo debitum ad falsos transfudit deos. [Et ornabatur in aure sua & monili suo] i. in auribus seu ornamentis ad aures pendentibus, ac cæteris decoramentis, ad honorē deorum suorum, sicut fideles in festis ornant se ad honorē Dei atque Sanctorum. [Et ibat post amatores suos] i. idolis suis, à quibus se putavit ditari, amari & gubernari, adhæsit corporaliter, quia ad loca certa idololatricæ deputata processit. Propter quod dñs ait per Ezechielē Iudæis idololatris: Quod est excelsum istud ad quod vos ingredimini? In locis enim sublimibus idolis sacrificabant frequenter. [Et mei obliuisceretur, dicit dñs.] Nam vero Deo relicto, deos gentium coluerunt. [Sed quoniam dñs non solum vulnerat, sed & medetur, & cum iratus fuerit, misericordiam recordatur, iuxta illud Tobie 5. Post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis: idcirco post verba cōminationis, inducit dñs verbum consolationis] [Propter hoc] i. quoniam tot mala pœnaliter synagogæ induxi, [ecce ego lactabo eam] id est, blandiar ei, & cōsolationibus spiritus sancti eam implebo, [et ducā eam in solitudinem] i. ab inquietudine & tumultu eam eripiā, atque ad loca cōtemplationi orationisque apta, ipsam deducam, [et loquar ad cor eius] i. verbis dulcibus, consolatorijs & amorosis alloquar eam. Per locutionem namque ad cor, designatur allocutio talis, quemadmodum Booz loquebatur ad cor Ruth, & Sichem ad cor Dinæ. Vel loquar ad cor eius, per reuelationem secretorum cælestium. Istud secundum Hieronimum impletum est post Christi aduentum, quando (ut Lucas narrat Act. 9.) Ecclesia per totam Iudæam & Galiliam habebat pacem, discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto. Hinc apud Esaiam 32. dñs dixit: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. Quidam autem exponunt hæc de Iudæis à captiuitate Babylonica redeuntibus per desertum, alij vero de gentilitate per prædicationem Apostolorum cōuersa. [Et dabo ei] synagogam in Christum credenti, [vinitores eius] i. spiritualis vineæ spirituales cultores. Synagoga quippe dicitur vinea, iuxta illud Esaiæ 5. Vineam dñi exercituum, domus Israel est. Huius vineæ vinitores post Christi aduentum & passionem fuerunt sancti Apostoli, quibus dixit Saluator: Ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Nam verbo, prece & exemplo eam coluerunt, superflua seu peccata ampurando, semine verbi cælestis irrigando, atque per pastoralem prædicationem ad spiritualium maturitatem fructuum perducendo. Fueruntque vinitores hi [ex eodem loco] natiuitatis. i. nati ex Iudæa & Israelitica plebe. Vinitores vero vineæ huius, cum educerentur ex Aegypto, fuerunt Moses & Aaron, deinde iudices, reges, sancti prophetae & sacerdotes. [Et vallem Achor] dabo vinitoribus istis [ad aperiendam spem.] Achor hoc loco non est nomen proprium, sed cōmune, turbationem signifi-

significans. Ut enim Iosue 7. scriptum est, Cum Achā vsurpasset de anathemate Hiericho, & forte deprehensus fuisset, iussit eum Iosue lapidibus obrui, dicens: Quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac. Propter hoc locus iste dicitur vallis Achor, i. vallis conturbationis. Dedit igitur Deus hanc vallem Apostolis ad aperiendam spem, intelligendo per vallē istā, Hierusalem, Iudæam, & tēplum. Quoniam sicut filij Israel, qui propter peccatum Achan in desperationem maximumque mœrorem ruerunt, fugerunt enim à facie habitatorum urbis Hai, propter quod desperabāt se posse Chananæis resistere: sicut itaque isto occiso Achā, spē saluendi receperunt, & vehementer cōsolati sunt: sic apostoli vel successores, discipuli quoque eorum, visa destructione Hierusalem & tēplac Iudæorum, qui peccauerunt in Christum, habuerunt spem, quod subiceret Christo totum mundum. Sicque vallis hæc fuit eis ad aperiendam spem, i. ostium spei seu occasio sperandi, quod dictum est. Hæc est expositio glossæ & Bedæ. Potest quoque sic accipi, quod vallis Achor, i. Iudæa virijs deordinata, cōfusa, & multipliciter cōturbata, data sit apostolis ad aperiendam spem, per hoc quod multa millia Iudæorum etiā eorum qui occisioni Christi cōsenserunt, cōuerterent ad Christum. Quo facto sperare poterant, quod alios quoque cōuerterent populos. Alij per vallē Achor intelligunt humilem contritionem de peccato, in qua cōtritione est quædam bona turbatio, dicente Psalmist. Anima mea turbata est valde. Per hoc ergo, quod Deus dedit ei, videlicet synagogam, humilem cōtritionem de culpis, aperuit ei spem salutis. Hieronymus ita exponit, quod vallis Achor data sit ei ad aperiendam spem, quia per hoc quod Iudæa pessa est aduersitates turbationum atque tumultuum, sperare potuit quod esset puentura ad prospera. [Et canet ibi] i. synagoga Christi fidem recipiens, Deum laudabit in Hierusalem seu Iudæa, vel humili cōtritione, per vallē Achor significata. [Iuxta dies iuuetutis suæ] i. sicut fecit tempore sanctorum patriarcharum, quoniam vnū vixit Deum coluit atque laudauit. [Et iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti] i. sicut fecit quoniam egrediebantur Aegyptum. Submersis quippe in mari rubro Aegyptijs, Israelitæ laudabant Deum, dicentes: Cante me dñs, gloriose enim magnificatus est: ut patet in Exodo. Sic primitiua ecclesia ex Iudaismo cōuersa, & de spūali Aegypto, i. caligine vitiorumeducta, & ducta per mare rubrum, i. baptismum Christi sanguine cōsecratum, in quo peccata ac demones submergunt, Deum deuotissime iugiterque laudauit, sicut in Actis Apostolorum copiose describitur. Vnde apud Esaiam 52. dicitur: Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus Sion. Iudæa autem in altiori situ est quam Aegyptus. Propterea filij Israel dicitur ascendisse de Aegypto, pergentes ad sanctam terram. Multo amplius, qui de spūali Aegypto ad terram pmissionis, i. de tenebris & peccatis huius mundi ad patriam ascendit: quia de terrenis ad cælestia, de carnalibus ad spiritualia, de cōuersatione vilissima ad vitam tēdit puram atque angelicam. [Et erit in die illa, ait dñs] i. tempore euāgelicæ legis & primitiua ecclesiæ, quoniam electi Iudæi in Christum crediderint, [vocabit me] i. synagoga cōuersa [vir meus, ait dñs] i. dicit quod ego dñs sum vir eius, secundum sensum sæpe prædictum. [Et non vocabit me ultra Baalim] i. quis posset me ita vocare, quantum ad rem significatam (nam Baal interpretatur habens: Baali autem, habens me: sicque sponsa vel cōiunx posset maritum seu virum suum vocare Baali, i. habens me in coniugium) non tamē vocabit me ita, propter magnam cōuenientiam huius nominis Baali, cum hoc nomine Baalim, quod est nomen idoli. Tanquam dicat: Ego dñs intantum idola detestor & odio, fideles quoque perfecti in hoc mihi conformantur, quod propter cōuenientiam vocum, nolo à fidelibus, quorum congregatio est vxor & sponsa mea, dici Baalim: sed vir vel spūsus, ne dicendo Baali, recordentur idoli nominis Baalim. Denique Ninus edificator Ninivæ, fecit idolum patri suo defuncto, qui dicitur esse Belus. Hoc idolum Babylonij vocabatur Bel, Sidonij Baalim, Iudæi Beelzebub. Hoc modo exponit Hieronymus, Beda & glossa. Sed Lyra videtur, quod R. Salomon exponat hunc locum magis catholice, ita quod vir sumit hic pro sponso, quod est nomen amoris. Baali vero, secundum proprietatem Hebrææ linguæ, significat dñm meum, quod est nomen timoris, iuxta illud Malachiæ 1. Seruus timet dñm suum: Si ergo dñs ego sum, ubi est timor meus? Est itaque sensus, quod populus Christianus fidelis, ex familiaritate cum Deo, vocabunt eum nomine amoris, non timoris, quod proprie cōpetit statui euāgelicæ legis, quæ dicitur lex amoris, secundum illud Roman. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Vnde August. Breuis, inquit, differētia legis & euāgelij, timor & amor. Vult igitur dicere, quod successerit amor. Veruntamen prima expositio videtur consonatior literæ. Nam subditur: [Et auferam nomina Baalim] i. idolorum Baal [de ore eius] i. de ore Iudææ ad Christum cōuersa, ita quod ultra non exprimet nomen hoc, nisi forte in detestatione idolorum, [et non recordabit ultra nominis eorum] ad hoc ut idola venereretur, immo & rarissime occurrerent memoria. Hoc patet impletum, quia primitiua ecclesia ex Iudæis collecta, non solum non coluit idola, sed & gentilitatem auertit ab idololatria. Ex quibus patet, quod dñs non vult à fidelibus Baali dici, propter similitudinem nominis huius cum Baalim. Denique Aquila diligens & curiosus interpres, secundum Hieronymum sic transfudit: Vocabit me vir meus, & non vocabit me, habens me, i. Baali. Rursus in nouo testamento frequenter Deus exprimitur nomine dñi. Dñs enim

Iosue 7.

Psal. 6.

Exo. 14. & 15.

Acto. 2. & 4.

Dan. 14. Iud. 2. Matt. 12.

Hier. 17.

Dani. 4.

Psal. 73. Iud. 2. & 8.

1. Reg. 7.

1. Par. 24.

Hier. 19.

Osee 11.

Ephes. 5.

Psal. 79.

Eze. 6. 16

2. Re. 12.

Job 5.

Abac. 3.

Ruth 2.

Gen. 34.

1. Efd. 2.

Mat. 10.

Ex. 4. 12.

Judic. 2.

1. Reg. 8.

em̄ potest esse nomē timoris filialis & casti, qui non excluditur ab euangelica charitate, sed eam assequitur. [Et percutiā eis scēdus] i. iudæis ad Christū conuersis dabo pacē, vel eandē legē, [cum bestia agri, & cum volucri cæli, & cum reptili terræ] i. cum gentilibus, qui per eorum prædicationē recipiēt euangelicā legē, & erunt cōfœderati iudæis in Christo lapide angulārī, q̄ est pax nostra, faciēs vtrāq; vnū. Ex duobus siquidē populis, q̄si ex duob⁹ parietib⁹, cōstituit vnā ecclesiā, put Ioan. 10. protestat: Alias oues habeo, q̄ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnus pastor & vnū ouile. Vnde trāslatio LXX. interpretū habet: Et disponā eis testamentū in die illa cū bestijs terræ, & cū volatilibus cæli, & cū reptilibus terræ. De hac quoq; gētilium ac iudæorū cōfœderatione loquit̄ Esaias: Habitabit lupus, inquit̄, cum agno, & pard⁹ cum hœdo accubabit, vitulus & ovis & leo simul morabūtur, & puer paruulus minabit eos. Hinc etiā, sicut in Actis recolit̄, cum Petrus iturus esset ad cōuersionē gentiliū, s. Cornelij Centurionis & suorū, vidit in visu vas, in quo erant oia genera animalium, dictumq; est ei vt comederet ea: cumq; renueret, audiuit: Quæ Deus purificauit, tu cōmunia ne dixeris. Porro gētilis noībus hog; irrationalium animalium designant̄. Primo qm̄ bestialiter nimis vixerunt. Secundo, qm̄ animalia huiusmodi coluerunt, iuxta illud ad Romanos: Mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrū & serpentium. Specialiter vero per bestias agri, possunt intelligi crudeles atq; tyrāni: p volucres cæli, superbi: p reptilia terrę, auari, gulosi, & luxuriosi carnalibus vitijs pressi. Hac itaq; faciā in die illa] i. tēpore gratiæ, radiāte euangelicæ veritatis splēdore, de qua dicit Apostol⁹: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Et Esaias: In die illa erit germē dñi in magnificētia & gloria. Hac em̄ præsertim fiebant, diuisis & ad loca gentiliū destinatis apostolis. [Et arcum & gladium & bellum conteram de terra] i. pace hac facta inter credentes, & crudelibus ac superbis gentilibus ad fidē conuersis, tollam arma & prælia ab ecclesia. Hoc maxime factum fuit à conuersione Constantini. Nam interim persecutiones generales pro maxima parte quieuerunt. Potest quoq; referri ad tempus aduentus Christi, quando in toto mundo pax fuit, ita qd ad vnus viri imperium totus describebat tunc orbis. Vnde habetur Psal. 45. Auferens bella vsq; ad finē terræ, Arcum conteret & confringet arma, & scura cōburet igni. In Esaiā q̄q;: Constabunt gladios suos in vomeres, nec exercebuntur vltra ad prælium. [Et dormire eos faciam fiducialiter, ita qd sine timore hostium ibunt ad lectum. In pace q̄q; in idipsum dormiēt, & requiescēt in spe futurorū bonorū, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderunt. Hinc Hieremias loquit̄ 25. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cōfidenter. Vnde LXX. trāslulerunt: Et habitare eos faciam in spe. [Et sponsabo] i. per gratiam, fidem & charitatem coniungam [mihi te] plebem seu cōgregationē fidelium, vt sis sponsa mea in sempiternum] i. in præsentī & in futuro, quatenus de nuptijs viæ transferaris ad nuptias gloriæ, de quibus in Apocalyp. 19. scribitur: Beati qui ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. Deniq; triplex est spōsa Chri, videlicet vniuersalis, q̄ est ecclesia, cui ait Apostolus: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Particularis, q̄ est anima iustit̄ & singularis, puta virgo Maria. Ideo q̄q; dñs asserit: Sponsabo te mihi in sempiternum, qm̄ statui ac nuptijs ecclesiæ militantis & Christianæ, non succedet nisi status & nuptiæ ecclesiæ triumphantis ac patriæ. Propter quod Christus promisit ecclesiæ: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi. [Et sponsabo te mihi in iustitia] i. dando tibi habitum & actus iustitiæ, vt declinans à malo, & faciens bonum, reddas vniciq; qd suum est. [Et iudicio] quod est actus iustitiæ, tanq̄ habitus dirigentis ad efficacit̄ ter iudicandum; & prudentiæ, tanq̄ habitus actū elicientis. Estq; iudicium discretio inter bonum & malū, verū & falsū: ppter qd efficimur Deo amabiles, prout Hiere. 15. dñs fatuit: Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Hoc est ordinatum iudicium, de q̄ Apostolus dicit: Si nos ipsos diiudicauerimus, non iudicauerimur. Et Psalmista: Ideo non resurgunt impij in iudicio. Propter hæc duo efficit̄ anima nostra apta & digna, vt sit sedes seu thronus sponsi cælestis, iuxta illud in Psal. 88. Iustitia & iudicium pparatio sedis tuæ. [Et in misericordia & miserationibus] i. per virtutē misericordiæ & opera eius, vt sis in te ipsa pia & clemēs, cōpassiua q̄q; ad alios & benefica eis. Beati em̄ misericordes, qm̄ ipsi misericordiam consequent̄. Iudiciū vero sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiā. Sed & misericordia superexaltat iudicium, vt ait Iacobus. Oportet ergo animam, quæ vult esse sponsa Dei, simul habere iustitiā, iudicium & misericordiā. Propter quod orat propheta: Bonitatē & disciplinā & scientiā doce me. Nempe per bonitatē misericordiam, per disciplinā iustitiā, per scientiam vero discretionē seu iudicium intellexit, quatenus sciat homo iustitiam & misericordiā irreprehensibiliter contemperare per discretionis iudicium. [Et sponsabo te mihi in fide per dilectionem operante, qua fit primo coniunctio meritoria inter Deum & homines, quoniam sine fide impossibile est placere Deo, propter quod Hierem. 5. habetur: Domine, oculi tui respiciunt fidem. Et alibi: Iustus in sua fide viuet. Ita qd virtus & actio virtuosa, vili-

delicet fides, iustitia, iudiciū, misericordia, miseratio, sunt causa formalis despōsationis inter Deū & animā. Et recte ait dñs iudææ in Christū credenti: Sponsabo te mihi in fide, nō in iustitia legis: quia, vt ait Apostolus: Arbitramur hominem iustificari per fidē sine operibus legis. Propter qd Chrs̄ sape testatur in Euāgelio: Fides tua te saluū fecit. Præterea secundum Hieronymū, in hoc innotescit benignitas Dei, qd iudæā sapiens auersam & adulterantē, non solū sibi recōciliat, sed despōsat. Ter q̄q; eā despōsavit. Primo in Abrahamā, secūdo in legis datione, tertio in Chri aduetu per fidē atq; baptismū, quæ despōsatio manet in posteris vsq; in sempiternū. Rursus secundū glossam, hæc est distātia inter cōiugiū Dei, & cōiugia hoīm: qm̄ hoīes de virgine nō virginē faciūt, sed corruptā. De⁹ autē iustit̄ meretricib⁹, efficit virgines mēte integras. [Et scies] p experientiā tantorū beneficiorū, [q̄ ego sum dñs] q̄ sol⁹ valeo tantā tribuere grām, cui null⁹ est similis, & cui⁹ cōparatione oīs creatura est serua, q̄ solus sum dñs vniuersalis atq; liberrim⁹. Vnde per Esaiā fatet̄: Ego dñs, hoc est nomē meū, gloriā meā alteri nō dabo. [Et erit, in die illa exaudiā, dicit dñs, & exaudiā cælos, & illi exaudiet̄ terrā.] Locus iste duob⁹ modis exponit̄. Primo de cælo & terra materialib⁹, ac multiplicatiōe tpaaliū bonorū. Corporalia autē & inanimata exaudiri dicunt̄, dū foriūt effectū in his, ad q̄ naturaliter inclinānt ac ordinānt. Corpora vero cælestia, naturaliter inclinānt ac ordinānt ad influendū elemētis & mixtis terrenis, ad scēdandū & transmūtandū ea secundū certū tēpōtū cursu m. Est itaq; sensus: In die illa cū despōsata fuerit mihi synagoga modo præcto, Exaudiā cælos, i. influētisq; eorū dabo effectū, vt terrā fœcūdet. Ideo subdit̄: Et illi exaudiet̄ terrā, influēdo ei necessaria ad fructificandū. Vnde latio seu accessus solis in circulo obliquo, dicit̄ causa gnationis & renouatiōis terrę nascētium. [Et terra exaudiet̄ triticū, & vinū, & oleum] i. fructus istos pducet secundū naturalē inclinationē seminis fructuū hog;. Semē em̄ est potentia rotū, & habet naturalē aptitudinē ad totius pductionem. [Et hæc] terra nascētia [exaudiet̄] Iezrael] i. desiderio fidelium satisfaciēt, pbeno necessaria vitæ vt fatient̄. Iezrael q̄ppe (vt dictū est) interpretat̄ semē Dei, per qd intelligit̄ cōgregatio iustorū fidelium. De qb⁹ Esai. 61. ca. p̄dixit: Ipsi sunt semē, cui bene dixit dñs. [Et seminabo eā mihi] i. iudæā conuertiam, p̄sertim apostolos atq; eorū discipulos, mittā ad gloriā noīs mei. [in terrā] i. vbiq; terrarū, iuxta illud: In oēm terrā exiit sonus eorū. Quibus Marci 16. dicit̄: Euntes in mundū vniuersum, prædicatē euāgelium oī creaturæ. Hi em̄ totum orbē semine verbi cælestis fœcundarunt, quæ admodum Esai. 27. dictū est: Florebit & germinabit Iezrael, & implebunt faciē orbis semine. Secūdo exponit̄ sicut exaudiā cælos, i. angelicos spūs & ciues cælestes orātes p viatorib⁹. Vnde Raphael dixit se Deo obtulisse orationē Tobij. Vel per cælos designant̄ apostoli, de qb⁹ cātā Psal. 18. Cali enarrāt gloriā Dei. Hos dñs exaudiuit p alijs deprecātes, & isti celi exaudierūt terrā, i. hoīes in terra morātes, seu militantē ecclesiā, docēdo atq; sanādo, ac diuersa beneficia suis auditoribus impendēdo. Terra q̄q; exaudit triticū, i. ecclesia p̄fert suis mēbris verbū confortationis & sustētationis internæ, dicēdo: Expecta dñm, viriliter age, & confortet̄ cor tuū, & sustine dñm. Vnde 2. Paralip. 17. dicit̄: Confortamini, & non dissoluātur manus vestræ. Erit em̄ merces operi vestro. Et 1. Cor. 15. Stabiles estote & immobiles, abundātes in ope domini semp. Sciētes qd labor vester non est inanis in dño. Et vinū spiritualis ac mysticæ intelligētis, de q̄ Sapiētia ait: Bibite vinū quod miscui vobis. Et oleū cōsolationis, de quo scribit̄ Psal. 41. Vnxit te De⁹ De⁹ tu⁹ oleo lætitiæ, ppter qd monet Ap̄ls 1. Thes. 5. Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patietes estote ad oēs. Et hæc exaudiet̄ Iezrael, i. ad effectū pducēt̄ desiderū seminis Dei. Cui ait Chrs̄: Noli timere pusillus grex, q̄ cōplacuit patri vestro vobis dare regnū. p̄dicit̄ em̄ spūalia bona, cōgregatio fidelium ptingit ad regnū ppetuum. [Et miserebor ei⁹ q̄ fuit absq; misericordia] i. synagoga, q̄ dum peccatis ac idolis deseruiuit, fuit iuste relicta, & sine grā gratum faciēte. Nemo tñ est penit⁹ sine misericordia, cum dicat saluator: Diligite inimicos vestros, & eritis filij altissimi, q̄ ipse benignus est super ingratos & malos. [Et dicā non populo meo] i. eis qui tēpore idololatriæ seu peccati non erunt populus meus, secundum præsentem iustitiā, quāuis fuerint populus meus secundum p̄destinationem æternā. [Populus meus es tu] per charitatē & gratiā, credendo in Christum, vel loquitur non de eisdem numero, sed specie. [Et ipse dicit̄: Deus me⁹ es tu] & summum & totum bonum meum, in quo spes mea & salus consistit, quæ admodum scriptum est: In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxiliij mei, & spes mea in domino. Quidā exponunt hunc locum de gentilitate conuersa, quia ad hunc sensum videtur Apostolus allegare hæc verba Roman. 9. Est itaq; secundum hoc sensus: Miserebor tēpore gratiæ, eius quæ fuit absq; misericordia, i. gentilitati quæ diu abiecta fuit à Deo. Et dicā non populo meo, i. gentilibus qui tēpore suæ infidelitatis erant non populus meus, Populus meus es tu. De istis em̄ Esai. 52. habetur: Quibus non est narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati sunt. Ad Ephe. q̄q; Paulus: Vos qui aliquando eratis longe, nunc facti estis prope in sanguine Christi, de quibus & Petrus locutus est: Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei.

Roma. 3.
 Marc. 9.
 Luc. 7. 8.
 Psal. 85.
 Esaiæ 42.
 Psal. 18.
 Esai. 27.
 Tobij. 12.
 Psal. 26.
 Prou. 9.
 Lucę 12.
 Lucę 6.
 Psal. 61.
 Rom. 9.
 Ephe. 2.
 1. Petri. 2.

Quonia, teste Apostolo, oia in figura cōtingebant Iudæis, q̄ de populo veteris testamen-
 ti literaliter dicta sunt, ad ecclesiā sunt moraliter retorquēda: secundū hoc sensus huius
 capituli est, [Dicite] o veri Chriani [fratribus vestris] Christi fidelibus, q̄ sint [populus
 meus] quēadmodum Petrus inducit: Vos genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, po-
 pulus acquisitionis. [Et sorori vestræ] i. cuiuscunq̄ particulari ecclesiæ, vel congregationi de-
 uotæ, q̄ sit [misericordiam consecuta]. Cōmemorare em̄ debemus alterutrū beneficia Dei,
 vt gratiores Deo reddamur, & eius succedamur amore, atq; dicamus: Quid retribuam dño
 pro om̄ibus quæ retribuit mihi? Interdū etiam licet & expedit, fratres feruentes ac diligen-
 tes in opere Dei laudare, sicut Apostolus vbertim suos cōmendauit discipulos, quatenus pu-
 cent ad meliora & animent, sciantq; q̄ a Deo donata sunt eis. Sicut em̄ imperfecti & vani lau-
 dibus extollunt ac seducunt, iuxta qd̄ dñs ait per Esaiam: Popule meus, q̄ te beatū dicūt, ip̄i
 te decipiūt, & viā gressuū tuorū dissipāt. Sic discreti & virtuosī dum laudant, amplius intra se
 humiliant, scientes q̄ a seipsis nihil habeant, & tanto amplius teneant Deo cum humilitate
 & gratitudine famulari, quāto maiora & plura fuerit dona a Deo fortiti. Ideo in Esaiā legit̄
 Dicite iusto, qm̄ bene, qm̄ fructū adinventionū suarū comedit. Deinde dñs ait vris perfectis
 de aliis: salute sollicitis: [iudicate] i. redarguite & vere discernite [matrē vestrā] i. religionem
 p̄lpsam, in qua regula non seruat, vel ecclesiā recidiuantē, q̄ in Chri obsequio non consta-
 bilitur. [qm̄ ipsa non vxor mea, & ego non vir eius] talis em̄ mater cum sit a summo bono
 auersa, & Chri amoris beneficijs q̄ ingrata, non est sponsa sui creatoris, sed meretrix. Cū di-
 car Saluator, Nolite iudicare, ne iudicemini: & Paulus, Seniorē ne increpaueris: quō nunc
 iubetur filij matrē iudicare? Et respondēdū, q̄ in manifestis licitū est iudicare cū de bito mo-
 deramine. Seniores q̄q; qui vere seniores sunt, non sunt increpādi. Sed maledictus puer cen-
 tum annorū. Huic in super fornicariæ atq; apostatæ matri, q̄ inhæret creaturis magis q̄ crea-
 tori, p̄cipit dñs vt fornicatiōes & adulteria sua spiritalia atq; carnalia abijciat & derelinquat,
 sobrie, pie, & iuste viuendo in hoc seculo: & illud vnū, qd̄ solum & summe necessariū est, fi-
 deli mente contēplando, amando ac retinendo. [Ne forte expoliē eam nudam] i. sacramen-
 tis ac cæteris bonis ecclesiæ eam omnino destituā, dicaturq; ei illud Apocalyp. 3. Quia tu es mi-
 sera & miserabilis, pauper, cæca & nuda. [Et statuā eam secundum diem natiuitatis suæ] i. in
 tanta vilitate, prauitate & egestate, quantam habebat tēpore gentilitatis, vel anteq̄ perueni-
 ret ad Chri baptismum, ita vt penitens obtenebret & induretur peccatis, & hāt nouissima eius
 peiora prioribus. Immo quodāmodo dānabilius est in Chriānismo, q̄ in gentilitate, peccare
 enormiter, cum melius sit viā iustitiæ ignorare, q̄ agnitam non implere: & seruus sciēs vo-
 luntatē dñi sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. [Et ponā eam quasi solitudinē, & ve-
 lut terrā inuiam] Interdū ecclesia exigentibus suis peccatis, hęc mala corporaliter patit, ita
 q̄ hostibus tradit atq; conteritur. Spūaliter vero ponitur quasi solitudo, dum diuina inhabi-
 tatione priuata, oēm virore virtutū, oēm fecunditatē actionum sanctarū, oēmq; cōmunicā-
 tione spūalium miserabiliter p̄dit. Ponitur q̄q; vt terra inuia, dum in oibus agit inordinate, nec
 p̄cedit per medium rationis, sed per vitiorū extrema, ita q̄ quicunq; sequit eam, erret, sicut q̄
 ambulat per terrā non tritam. [Et filiorū illius nō miserebor.] nisi p̄nitentiā egerint, sicut
 ait Saluator: Nisi p̄nitentiā egeritis, oēs similiter peribitis. [Quia filij fornicationū sunt] i.
 matris suæ vitia imitant, iuxta illud Ezechiel. 16. Sicut mater, ita & filij eius, & filia matris tuæ
 es tu. Tales sunt oēs, solo nomine informiq; fide Christiani, & solo habitu vel simulatiōe re-
 ligiosi, qui maiorē dānationem recipiēt. [Cōfusa est q̄ concepit eos] i. ecclesia malignātiū,
 vel religio prauaricantium, quæ alios fouet in errore & vitijs, confusione digna effecta est,
 abominabilia opera exercēdo, q̄bus cōtingit illud veri puerbii: Canis reuerius ad vomitum,
 & sus lota in volutabro luti. Tanto em̄ cōfusibilius est Chriānum peccare q̄ alium, quanto
 amplior dignitas maiorq; grā Christianis a Christo collatæ sunt, q̄ alicui vsquam nationi.
 [Quia dixit, Vadā post amatores meos, qui dant panes meos mihi, & aquas & lanā & linū.]
 Tales sunt auari, gulosi, & de p̄uidencia diuina diffidentes, q̄ sollicitantur in crastinū, & ma-
 gis confidunt in hominibus q̄ in Deo, propter quod diuitibus atq; potentibus seculi blan-
 diunt, & in illicitis obsequuntur, quatenus terrena ab eis cōmoda cōsequantur. Vnde dum
 tēporales adipiscuntur diuitias, non cogitant eas sibi a Deo principaliter condonari, p̄pter
 quod nec gratias referunt ei, nec pauperibus eas cōmunicant. Multi quoq; studentū vadū
 post amatores suos, i. philosophos, in quorū dictis die ac nocte se occupant, obliuiscētes le-
 gis Dei, mandatorūq; eius. Cōtra quos dicit Ecclesiasticus: Quæ præcepit tibi Deus, illa co-
 gita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Qui philosophi dant eis panem
 vanæ sciētiz, & aquam agnitionis inspidæ, per q̄s sibi conquirunt & cumulant lanam & li-
 num, i. pertinētia ad victū atq; vestitum. [Propter hoc ecce ego sep̄iam viam tuam spinis]
 id est, doloribus & ærumnis varijsq; diffortunjs, studia vanitatis suæ & desideria inordina-
 ta ab

ta ab effectu impediā, vt qui non vis blandis & p̄speris allici, corrigaris aduersis, & sic cō-
 pellaris intrare, qd̄ vtiq; ad misericordiam pertinet. [Et sep̄iam eam maceria]. grandi ali-
 quo vel inuitabili obstaculo. [Et sequetur] per affectum [amatores suos] homines munda-
 nos, siue philosophos. [Et non app̄hendet eos] id est, sibi prodesse nō poterunt, nec de ad-
 ueritatibus suis eripere. Vnde ait Hieronymus: Ex his intelligimus, q̄ prouidētia Dei sæpe
 nobis cōtingant aduersa & accidant mala, ne habeamus q̄ cupimus, & varijs calamitatibus
 huius seculi ac miserijs, ad Dei seruitutē redire cogamur. Quo cōtra de reprobis dñs iustifi-
 catus: Dimisi eos secundum desideria cordis eorū, ibunt in adinventionib⁹ suis. Vere eam clemen-
 tissime agit omnipotens, dum mala affectantibus, & peccare oprantibus ponit obicem; ne
 qd̄ impie cupiunt, sceleratius perpetrēt. Propter quod 2. Machab. 6. habetur: Et enim mul-
 to tempore non sinere peccatoribus ex sentētia agere, sed statim vltiones adhibere, magni
 beneficij est indicium. [Et dicit] erudita flagellis, [vacam] declinando a malo, [Et reuertar]
 faciendo bonū, ac p̄nitendo. [ad virum meum priorem] id est, ad sp̄sum cælestem vnige-
 nitum filiū Dei, cui in baptismo fueram desponsata. [Quia bene mihi erat tunc] dum ei ex li-
 de, dilectiōe, & bonis adhæsi operibus, [quā nunc] cum ab eo auersa, tantis afficior malis.
 Hoc modo videtur redisse ad Deū, qui ait: Die ac nocte grauata est super me man⁹ tua, con-
 uersus sum in ærumna mea dum cōsigitur spina. Propterea Hieremias ait: Castigasti me, &
 eruditus sum quasi iuuenulus indomitus: Postquam em̄ cōuertisti me, egi p̄nitentiā: &
 postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum. Deniq; ampliorem pacē, dulciore quietē
 & veræ hilaritatis copiam abundantiorē habet anima Deo inherens ac seruiens, quā q̄
 carnalibus ac mundanis intenta est reb⁹, quāuis sæpe multę sint tribulatiōes iustorū: quoniam
 Deus cōsolabitur eos in omni tribulatione ip̄orū, vt dicere queant: Secundum multitudinē
 dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Vnde eccle-
 siastes dicit: Peccatori dedit Deus afflictionē & curam superfluam. [Et hæc nesciuit, q̄ ego
 dedi ei frumētum & vinum & oleum.] Sic multi nominatenus Christiani, nō pensant de oia
 a Deo adeptos, sed de suis se iactant diuitijs, quasi non acceperint. Spiritualiter vero cōtulit
 nobis Deus frumētum & vinum, i. corpus & sanguinem Christi, de quibus Zachar. 3. habet̄
 Quid bonum Domini, & qd̄ pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinū germinans
 virgines? In psalmo quoq; 71. vbi nostra translatio habet, Erit firma mētum in terra in sum-
 mis montium, alia habet, Erit frumentū &c. qd̄ certum est dici de Christo, de q̄ in illius psal-
 mi fertur exordio: Deus, iudiciū regi da. Dedit etiam nobis oleum vñtionis, quo cēs Chri-
 stiani vnguntur, vt sint genus regale ac sacerdotale. In veteri autem testamēto nō nisi reges
 & sacerdotes vngebantur, secundum Augustinū. Interdū tamen vngebantur aliqui in pro-
 phetas. Dedit & nobis oleum, i. dulce memoriale nominis Iesu Chri, de quo sponsa in Can-
 tici: Oleum, inquit, effusum nomen tuū. [Et argentum multiplicauit ei, id est, gratiam elo-
 quentiæ in scripturis. Alij enim datur sermo sapientiæ, alijs sermo scientiæ.] [Et aurum] id est,
 diuinorū notitiā que fecerunt Baal] i. donis istis abusi sunt, fabricantes sibi proprij dogma-
 tis sectam, quod tanquam idolum coluerunt, quod certum est præcipue conuenire hæreti-
 cis, & cæteris proprij sensus defensoribus. Quo contra clamat Apostolus: Noli verbis cōten-
 dere. Et ite: Id ipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata. [Idcirco cōuertar] id est,
 ad istorū iustam punitionem me vertam. [Et sumā frumentum meum] i. bona prædicta tol-
 lam ab ea, ne illis de cætero, abutatur. [Et nunc reuelabo stultitiā eius in oculis amatorum
 eius] id est, vanitatem, errores & vitia præinductæ impiæ matris seu congregatiōis rebellis,
 manifestabo amatoribus eius, quos ipsa dilexit, quāuis ipsi odiāt eam, & visa eius stultitia,
 ipsam irideant, q̄ sunt hoies penitus seculares, de confusione fidelium gloriantes. [Et cessare
 faciā om̄e gaudiū eius] spiritale, quod ab Apostolo ponitur inter fructus spiritus sancti, de
 quo dicitur: Non est gaudere impijs, dicit dominus. Facit quoq; Deus cessare lætitiā impio-
 rū, vel inducēdo aduersa, vel auferēdo eos celeriter de præsentī hac vita, vel proijciendo eos
 in tormēta tartarea. Hinc Iob 2. scriptū est: Laus impiorū breuis est, & gaudiū hypocritę ad-
 instar pūcti. Et Psal. 72. Quomodo facti sunt in desolatidē? Subito defecerūt, perierūt p̄-
 pter iniquitatem suam. Ideo dicunt Sapient. 5. Transierunt omnia illa tanquam vmbra,
 & sicut nuncijs p̄currens, & auis transuolans. Faciam quoq; cessare solennitatem eius, & oia
 festa temporum eius] Videmus quomodo in diuersis regnis destructa sit religio, & omnis
 solēnitas Christianorū a Sarracenis & alijs propter peccata ecclesiæ, quæ ob crimina sua
 priuata est terra sancta ac sepulchro domini sui. Deniq; in his qui diebus festis plus solito va-
 cant inquinamentis carnis & spiritus, aufert Deus veram solennitatem, ita vt dicat: Solenni-
 tates vestras odiuit anima mea. [Et corrupam vineam eius & ficum eius] Per vinū lætitiā
 cordis, per ficum dulcedo temporalis iucūditatis intelligi datur, secundum glossam. Est itaq;
 sensus, q̄ delectationi ac suauitati inobedientis ecclesiæ, omniumq; transgressorū, variæ
 amaritudines cōmiscētur: Nam animus inordinatus sibi ipsi est p̄na, semperq; p̄sumit sœua
 ta ab

Psal. 80
 Psal. 37
 Hier. 31
 Ps. 33, 93
 Eccēs 2
 Can. 1
 1. Cor. 12
 2. Tim. 2
 1. Cor. 10
 Gal. 5
 Esa. 46
 & 57
 2. Cor. 7
 Esa. 1
 Sap. 17
 B 4 conscientia

conscientia perturbata, & conscientia mala affligit iniustū. Propter qđ lob 15. legit: Sonit⁹ ter-
roris semp in auribus impij, & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Idcirco in Euange-
lio p spinas intelliguntur diuitiæ. [de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederūt mi-
hi amatores mei.] Multi em̄ obrebrati, bona quæ habēt, magis ascribūt parētib⁹ vel ami-
cis, quā dño. [Et ponā eam in saltum.] i. multitudini infructuosa. arborum eam parifica-
bo, sicut Chrs̄ disseuit: Si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet. Pec-
cator em̄ impc̄nitens, infructuosa arbor vocatur, de qua dicitur: Omnis arbor quæ nō fece-
rit fructum bonū, excidetur & in ignem mittetur. [Et comedet eam bestia agri.] i. diabolus,
de quo ait Psal. 75. Tu cōfregisti capita draconis. Qui tunc hominem comedit, dum ei per
peccata mortalia incorporat, & eius dominationi seu p̄cenis inferni addicitur. [Et visitabo
sup eam dies Baalim.] i. peccata quæ fecit, seruiendo creaturis magis quā creatori. [Et orna-
bat in aure sua & monili suo.] i. varijs ornāmētis corporis in auro, argento, gemmis & vesti-
bus, quatenus pulchritudinem quam non habuit per naturā, adipisceret per artē. [Et ibat post
amatores suos] vt placeret hoībus, nō attendens illud Psal. 52. Quoniam Deus dissipauit of-
fa eorū qui hominibus placent. Et illud: Quicumq; voluerit amicus huius mundi fieri, inimi-
cus Dei constituetur. Porro spiritaliter in auri est doctrina, quæ per aurem percipitur mo-
nile vero est p̄dicatio, quæ per collum emittitur. Elati itaq; & inanes, tunc in auri atq; moni-
li se ornant, dum docendo aut prædicando cupiunt eloquentes & docti reputari, ab audien-
tibusq; laudari. [Propter hoc ecce ego lactabo eam.] i. ecclesiam vel aiam afflicta, scilicet
p̄cēnitentem, & ad me fideliter suspirantē, cōsolabor & lactificabo, ita vt per Christū abūder
cōsolatio eius, & gustet quā suauis est dñs, dicitq; illud Threnoz. 3. Bonus est dominus spe-
rantibus in se, animæ quærētī eum. Ad huius lactationis desiderium admonet Petrus in sua
prima canonica: Quā modo geniti infantes lac cōcupiscite. Qui vero sic cupit lactari à
Deo, renuat interim consolari in rebus mūdānis, vanis atq; carnalibus, oēm adulterinā de-
lectationem cōtemnens. [Et ducam eam in solitudinē.] i. ad locum quietum, quē admodum
Christus ascēdit in montē solus orare. Qui & dixit discipulis: Venite seorsum in desertum
locū, & quiescite pusillū. Solitarius etenim locus, & quies ab exteriori tumultu hominūq; oc-
cursu, maxime confert ad stabilem ac sincerissimā Dei contemplatiōem, ad sui ipsius idone-
am discussionē, ad cordis munditiā, ad orationū seruiorem, ad psalmodiā dulcedinem, ad il-
lius quoz vnus, qđ solum necessarium est, amorosum, frequentem, stabilēq; amplexū. Pro-
pter quod Threnoz. 3. scriptum est: Bonum est cum silentio prætolari salutare Dei: sede-
bit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Et Esaias ait: In silentio & spe erit fortitudo
vestra. Ideo p̄cēnitēs ait: Similis factus sum pelecāno solitudinis. [Et loquar ad cor eius] i. men-
tem illuminādo & cōsolando, iuxta illud: Audiam, qđ loquatur in me dñs Deus. Qui em̄ ab
humana cōsolatione & alloquutione propter Deum se abstrahunt, merentur doceri & lactifi-
cari à Deo. Vnde cū Psalmista dixisset. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, con-
sequenter ostendit quibus illa p̄ferretur: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à cōturbatione
hoīm, proteges eos in tabernaculo tuo à cōtradictione linguaz. Hinc & prophetica reuela-
tiōes cōmuniter factæ sunt nō in turbis, sed in locis seorsum. [Et dabo illi viniores.] i. pasto-
res [ex eodē loco] i. de numero Christianoz huiusmodi, q̄ pascant gregem dominicum ver-
bo, vita, & precibus. [Et vallem Achor ad aperiendā spem] Hæc vallis Achor, seu vallis cō-
turbationis, est caro nostra mortalis, q̄ luctat & cōcupiscit aduersus spiritum: q̄ tunc fidelib⁹
datur, qñ per grām Dei inordinati motus passionū ratiōis iudicio subiūcti, per qđ aperit
eis spes salutis, qñ videlicet corpore ratiōi p̄ oīa obtēperante, seruiūt Deo. Ista subiectiō man-
suetis specialiter est p̄missa Matt. 5. Beati mites, qñ ipsi possi debūt terram. [Et canet.] i. Deū
laudabit [ibi] videlicet in solitudine, vel p̄dicā subiectiōe [iuxta dies iuuetutis suæ] id est,
sicut fecit ecclesia primitiua. [Et iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti.] i. que admodū
egit in cōuersionis suæ exordio, qñ de seculari cōuersione & mundi huius caligine, ad spi-
ritualē vitā accessit. vt em̄ Ap̄s asserit, De⁹ eripuit nos de p̄senti seculo nequam, qđ p̄ Aegy-
ptum (quæ interpretat tenebræ) figurat, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ. Solet aut̄ in
principio cōuersionis esse specialis feruor deuotiōis. Sed multi quū spū cōeperint, carne con-
summantq; tamen quū p̄ducto modo fuerint lactati, abstracti, atq; affati à Deo, redēūt p̄i-
sinū ad feruorē, & denuo diuinis intēti sunt laudib⁹, sicut olim, ita vt impleat illud Apostoli
Eph. 5. Implemini spū sancto, loquētes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spūali-
bus, cantātes & psallentes in cordibus vestris dño, gratias agentes pro oībus semper. Illud q̄-
que in psal. 103. Cantabo dño in vita mea, psallam Deo meo quandiu sum. [Et sponsabo te
mibi in sempiternū] Multiplex est desponsatio Dei cū rationali creatura, & secundū hoc assi-
gnantur multiplices nuptiæ. Est em̄ desponsatio personalis, videlicet hypostatica vnio ver-
bi cū natura humana, cuius thalamus fuit vterus virginis, iuxta illud: Ipse tanquam sponsus
procedens de thalamo suo, de quibus nuptijs habetur in euāgelio: Simile est regnū cælorū
homī-

homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Secunda est desponsatio spūalis & tēporalis per fidem
& grām, de qua agitur modo cum dicitur, Desponsabo te mihi in fide. Tertia est desponsa-
tio spiritalis & æternalis in palatio maiestatis per beatificam visionē, de qua Matt. 25. habet
Quæ paratæ erāt, intrauerunt cum eo ad nuptias. Sunt q̄q; nuptiæ carnales & sacramētales.
Sacramētales aut̄ in paradiso, à Deo cōceptæ, institutæ sunt. Vnde de eis q̄q; scriptū est: Erunt
duo in carne vna, dicitq; Apostolus: Sacramētū hoc magnum est. Ego aut̄ dico in Christo
& in ecclesia. Deniq; q̄ ineffabilis dignitas animæ est, vt sit sponsa dilecti ac vnigeniti filij
Dei, Expurget se ergo ab omni affectu carnali, & sola quærat cælestia, quatenus spūso suo pura,
stabilita, ac integra mente adhareat. [Et erit in illa die, dicit dñs, exaudia cælos, & illi exaudi-
ent terrā.] Istud secundū sensum in præsentī articulo positū, q̄tidie adimplerur, dum De⁹ ho-
mines virtuosos, quoz cōuersatio in cælis est, exaudit pro seipsis & alijs. Illi quoq; exaudiūt
terrā, i. peccatores & p̄cēnitēs, auxiliando eis pro posse in oībus, vtpote instruēdo, orādo,
increpando, & gratiam sibi concessam, ipsis liberalissime impartiendo. Postremo moralitas
eorū, quæ nunc omīssa sunt, patet ex præcedenti articulo.

Elucidatio Cap. III. Et dixit dominus ad me, Adhuc vade. Art. VIII.

Consequenter prænunciatur verbis & facto Iudæoz vltima ac lōgissima derelictio, atq;
eorundē circa finē mundi finalis cōuersio: vt em̄ in primi expositiōe capituli habitū est,
pphetæ quādoq; verbis, interdū factis prophetant. [Et dixit dñs ad me: Adhuc vade &
dilige mulierē dilectā amico.] Sicut iam semel me imperāte iuisti & accepisti fornicariā, &
filios fornicationū tibi fecisti, sic nūc denuo vade & dilige mulierē dilectā amico, i. quæ viro
suo ac sponso dilectā fuit & cognita anteq̄ adulteraretur. [Et adulteram] q̄ viro suo h̄dē con-
iugalem nō cōseruauit, propter qđ iuste ab eo dimissa est. Hanc mulierē iubetur propheta di-
ligere, vt retrahat eam ab adulterijs, nō vt ei copulet siue cōdormiat: nō em̄ cognouit eā, se-
cundum Hieronymū. Porro dilectio ista, figuratiua fuit dilectiōis Dei ad filios Israel, spūali-
ter cū idolis adulterantes. Ideo subdit: [sicut diligit dñs filios Israel.] i. sic dilige hæc indignā,
à qua nō diligeris, sed aspernaris: sicut diligit dñs, vel sicut ego dominus diligo Israeliticū po-
pulū, à quo nō amor, sed spernor. Vnde in hoc est similitudo, q̄ adultera & populus Israel di-
liguntur gratuite, & ob similem finē, videlicet vt cessent à culpa. [Et ipsi filij Israel] respiciūt
ad deos alienos, i. idola frequēter aspiciunt cum veneratione & cultu nefario. [Et diligit vi-
nacia] i. acina seu folliculos [vuarum] ex quibus vinacijs expressus est vini liquor. Sicq; vina-
cia vacua permanserunt. Per hæc vinacia vuarū, intelliguntur vituli aurei, & cætera idoloꝝ
portēta, q̄ filij Israel coluerūt. Vel demones, secundum Hieronymū, Bedā, & glossam: quos co-
luerunt in idolis. Qui secundū Hieronymū à ppria dignitate prolapsi sunt, & nihil antiquæ
gratiæ possidentes, aridi sunt & veteri siccitate marcescentes: p̄pter qđ per vinacia designā-
tur. Deniq; Beda dicit, & partim habet in glossa, q̄ demones quandiu in sua dignitate tiete-
runt, velut væ erant, i. pinguedine spūs sancti refecti: postq̄ vero superbientes, Deo assimila-
ri voluerūt, euacuati grā spūs sancti, velut steriles de celo proiecti sunt. Ex quibus sequi vide-
tur, q̄ fuerunt in grā gratū faciente creati, præsertim cū asserat glossa, q̄ erāt in magna pin-
guedine spiritus sancti creati: qđ Thomas & alij multi defendunt. Quæritur, q̄modo Deus di-
ligere dicitur filios Israel tam iniquos, cum in libro Sapientiæ scriptū sit, Odio sunt Deo im-
pius & impietas eius: atq; in Psalmo, Odisti oēs qui operantur iniquitatem. Et responden-
dum, q̄ Deus diligit omne creatum, quantū ad id quod est per naturam. Quæ cum sit à bono
creatore p̄ducta, bona amabilisq; consistit. Vnde & Deus conseruat eam in esse. Peccatores
q̄q; diligere dicitur, quia quantū in se est, nō vult mortem eorū, sed vt cōuertantur & viuāt,
& debitam eorū vindictā misericorditer differt, semperq; paratus est eorū p̄cēnitētiā acce-
ptare ac indulgere. Sc̄ q̄q; dilexit idololatrias Israeliticās. Vel dicitur eos diligere p̄pter tem-
poralia bona quæ exhibet eis, & quæ finaliter cōuertentur. Verūtāem̄ Deus nō dicitur repro-
bos absolute diligere, qñ voluntate simpliciter dicā seu consequente nō vult, nec impendit
eis bona gratiæ finalis in præsentī, bonaq; gloriæ in futuro. Pro eo quod nostra translatio ha-
bet, dilectā amico, quidam dicunt in Hebræo haberi, dilectam socio. Sed his obuiat, q̄ lxx.
interpretes pro, dilectā amico, transtulerunt, diligentē mala. Vnde probabilius puto, q̄ no-
men Hebraicum, ad amicū, ad socium, & ad mala, æquiuocū sit. Nam & Hieronymus dicit,
q̄ significet amicū & mala. Sicq; in Hebræo nō magis habetur, dilectam socio, q̄ dilectā ami-
co, sed aliqd ad vt runq; indifferēs. Rursus pro eo qđ nostra translatio habet vinacia, dicunt
in Hebræo haberi cyphos vel dolia, ita q̄ filij Israel arguuntur de ebrietate, eo q̄ ament vasa
vinoꝝ, p̄pter vinā in eis cōtenta. Quibus obuiat, q̄ nec septuaginta, nec Symmachus, nec
Aquila sic transtulerūt. Vnde aptius dici potest, q̄ sermo Hebraicus sit æquiuocus, & sic no-
stra translatio nō dissonat ab Hebræo, nec aliter habere dicēda est q̄ Hebraica continet veritas.
Præterea ista adultera, secundū Hieronymū, p̄sens tēpus significat Iudæoz, q̄ sine notitia scri-
pturaz & grā spūs sancti diligitur modo p̄tactō à dño, qui omnīū expectat salutē, & p̄cēni-
tentibus

Gen. 2,
Eph. 5.

Phil. 3,

Sap. 14,
Psal. 5.

Ezec. 18,

Osee. 1,
tentibus

sentibus aperit ianuam. Vnde per filios Israel supra significata sunt decem tribus. Sed hoc loco per filios Israel, intelliguntur duodecim tribus nunc derelictae a Deo, ut dicit Hiero. Et ita adultera ista designat totum populum Iudaeorum incredulum, non decem tribus vel Iudam duntaxat: quavis quidam dicunt oppositum. Et hoc in sequentibus clarius innotescet. Consequenter describitur obedientia prophetae, seu divinae executionis iussionis. [Et fodi eam mihi] i. adulteram istam coeduxi, non ut ei condormiam: sed ut ipsa precio, quo eam conduco, contenta cesserat adulterare, nec alijs solito copuleretur. Septuaginta transfulerunt: Coeduxi eam mihi. Sed Hieronymus transfudit, Fodi, ad insinuandum, quod ista adultera synagogam designet, quae in scripturis dicitur vinea Dei: Vineam autem colitur fossione, [quiddecim argenteis] i. tot nummis. [et coros] i. triginta modijs [hordei et dimidio coros] i. quiddecim modijs, hoc est, quinquagintaquinque modijs hordei. Per quiddecim argenteos designatur, quod filij Israel quiddecimo die mensis primi de Aegyptoeducti sunt, et in Dei servitutem conducti, primogeniti Aegyptiorum percussis. Per modios vero quadragintaquinque, significatur quod filij Israel quadagesimo quinto die postquam Aegyptum egressi sunt, venerunt ad montem Sinai. In quo diuino obsequio vehementius deputati sunt, legem recipiendo, quae omnia patent in Exodo. [Et dixi ad eam: Dies multos] i. longo tempore [expectabis me] propter precium istud quo te coeduxi, ne fornicaberis [cum alienis] [et non eris viro] i. nulli iungeris, etiam nec mihi qui te coeduxi: sed absque coitu materiali et adulterino manebis, ad insinuandum quod Iudaei in hac captiuitate nec idola colant, nec Deum habeant verum. Sicque nec spiritualiter per idololatricam fornicantur, nec sponso caelesti iunguntur. [sed et ego expectabo te,] ut tuam fidelitatem et continentiam comprobem atque experiar. Nec interim fornicabor, sed pari par referam, ne putes tibi factam iniuriam. Per hoc designatur, quod dominus Iudaeorum finalem conversionem expectat. Deinde ponitur ratio huius prophetici facti, et figura per rem figuratam exponitur [quia] i. ideo dixi quod diu me expectabis, nec eris viro: [dies multos] videlicet usque ad aduentum Heliae [sedebunt] id est, erunt seu permanebunt [filij Israel] i. duodecim tribus, qui proprie sedent, non stant, quoniam terrenis immergi et vitijs pressi nequeunt contemplari caelestia, nec ad virtutes assurgere. Vnde terrenam prosperitatem temporalemque regnum preestolantur in Messiae aduentu. [sine rege et sine principe] i. pontifice, non enim habent iam regem aut principem de semine suo, sed aliorum ditioni subduntur. Potestque per regem et principem, idem intelligi Christus, de quo Hieremias ait: Regnabit rex et sapiens erit. Ezechiel quoque de ipso loquitur: Servus meus David princeps eorum. [et sine sacrificio et sine altari] quia a tempore Titii ac Romanorum, destructa Hierusalem et templo combusto, non potuerunt hostias immolare legales, nec habuerunt altare, non enim possunt holocausta sua quocumque loco offerre, sed in eo duntaxat licuit eis haec immolare, quem Deus specialiter ad hoc elegit, videlicet in Hierusalem. Propter quod Deuter. 12. scriptum est: Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris in eo, quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum. [et sine Ephod] i. veste sacerdotali, quod proprie dicitur superhumeralis. Quandoque etiam Ephod vocatur vestis linea, cuius usus erat in Dei obsequio, quemadmodum 1. Regum 2. legitur Samuel indutus Ephod lineo, quo et David erat indutus, ludens et saliens ante Dei arcam. Veruntamen hoc loco sumitur Ephod per quocumque indumento sacerdotali. Propterea per Ephod septuaginta transfulerunt sacerdotium. [et sine theraphim] i. imaginibus Cherubim et Seraphim, quae erant in templo, quae simul cum templo cessauerunt. theraphim proprie appellantur simulacra seu figurae, sed nunc per Cherubim ac Seraphim alijve quibuslibet templi ornamentis sumuntur, secundum Hieronymum. Quidam per theraphim intelligunt imagines, in quibus solebant daemones dare responsa quibus obuiant, quod omnia quibus filij Israel dicuntur hoc loco priuari, pertinere videtur ad poenam eorum atque miseriam propter eorum peccata. Esse vero sine huiusmodi theraphim, felicius est quam ea habere. Denique Ephod et theraphim erant in habitaculo Leuitae, qui erat sacerdos Michae, ut legitur Iudicum 17. [Et post haec] finita captiuitate ista longissima, [reuerterentur filij Israel] spiritualiter reuersioe, redeundo ab infidelitate et vitijs ad fidem Christi atque virtutes, quod fiet circa finem mundi, praedicantibus Enoch atque Helia. [et quaerent] sanctis affectibus, fide atque operibus [dominum Deum suum] quem nunc interim non habent, sed per incredulitatem perdididerunt. [et David regem suum] i. Christum, ut omnes exponunt, de stirpe David progenitum, qui est verus David, i. desiderabilis aspectu et manu fortis, de quo cantatur: Speciosus forma praesentis hominum. Et in quem desiderant angeli prospicere. Itemque Dominus fortis et potens, dominus potens in filio. Frequenter autem in scripturis prophetis exprimitur Christus nomine David, ut cum dicit Hieremi. 27. Seruient domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabo eis. Iste est igitur rex Iudaeorum, secundum quod ait: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Habet namque in vestimento et in femore suo scriptum, Rex regum et dominus dominantium. Hunc quaerent Iudaei, detecta Antichristi fallacia. Vnde translatio Chaldaica authentica apud Hebraeos, habet hoc locum: Post hoc reuertentur filij Israel, et quaerent cultum Dei sui, et obediunt Messiae filio

Exo. 13.

Hier. 23. Ezech. 34.

2. Re. 6.

Mala. 4.

Psal. 44. 1. Pet. 1. Psal. 23.

Psal. 2. Apo. 19.

filio David. [et pauebunt] i. reuerentialiter timore concipient [ad dominum] saluatorem, fide eius recepta, [et ad bonum] i. beneficia [eius] vel ad promissa caelestia, ita, quod formidabunt esse ingrati vel caelesti felicitate priuari. Vnde Esai. 8. habetur: Dominum exercituum sanctificaverit, ipse pauper vester, et ipse terror vester. Sic et nos debemus pauere ad dominum, et ad bonum ipsius, ut simus tanto amplius timorati, quanto pluribus atque maioribus beneficijs Christi praesentem. Sic ergo [in nouissimo dierum] videlicet circa finem mundi. Nam et nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt, secundum Apostolum. In prima quoque Ioannis legitur canonica: Nouissima hora est. Praeterea, ut refert Hieronymus, quidam Iudaeorum referunt praesens capitulum ad Babylonicam captiuitatem, quando septuaginta annis desolatum est templum et altare, victimarum quoque et sacerdotium, et postea sub Zorobabel, in Iudaeam reuersi sunt. Sed isti assignare non queunt huius dirissimae ac longissimae captiuitatis causam, in qua iam mille et quadringentis circiter annis fuerunt, praesertim cum idola detestentur, nisi fateantur se Christum occidisse. Praedictus etiam error destruitur per hoc, quod ait Propheta, In nouissimo dierum: quasi dicat, In termino ultimae aetatis mundi. Post Babylonicam quoque captiuitatem non receperunt Christum eis missum, nec pauebant ad bonum eius, nisi paucissimi aliorum respectu. Loquitur ergo de hac eorum captiuitate finali, in qua sedent auersi a Deo, de qua Danielis 9. inducitur: Finis eius vastitas, et usque in finem perseverabit desolatio. Et Psalmista: Effunde super eos iram tuam, et furor irae tuae comprehendat eos. Postremo, secundum Bedam, praememorata bona Iudaeis ablata, nobis spiritualiter sunt collata. Nos enim habemus regem et principem Christum, verumque sacrificium, scilicet corpus et sanguinem saluatoris: altare quoque militantis Ecclesiae toto orbe diffusum, de quo per Malachiam asserit Dominus: In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Ephod quoque, videlicet vestes sacerdotales, seu vestem innocentiae ac simplicitatis, et theraphim, id est, figuram dominicae crucis, vel signum atque memoriam DEI cordibus nostris impressam, ita ut Paulus testetur: Christo confixus sum cruci. Et: Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

1. Cor. 10. 1. Ioan. 2.

Psal. 68.

Mala. 2.

Gal. 2. 6.

Expositio cap. III. Audite verbum domini filij Israel. Art. IX.

NVNC in huius capituli principio ponit Propheta Israelis peccata, propter quae praedicta mala poenalia meruerunt. [Audite verbum Domini filij Israel] id est, decem tribus, quas propheta, secundum Hieronymum, hoc loco alloquitur. Aliqui tamen referunt ad vniuersum Iudaicum populum, [quia iudicium est domino cum habitatoribus terrae] id est, praedictis filijs Israel, ita quod dominus vult cum eis iudicium discussionis peragere, ut pateat quod iuste procedat. Tale iudicium efficit Deus, quando per seruos suos offendit hominum impietatem et suam iustitiam. Vnde et cum hominibus, et ab hominibus dicitur iudicari, qui iudicant eum iuste procedere in peccatorum punitione. Propter quod ait Psalmista: Tibi soli peccaui, ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris. Per Ezechielem quoque ait ad impios Israelitas: Iudicabor ibi vobiscum facie ad faciem. [Non est enim veritas] vitae, id est, vera vita secundum diuinam legem, restantque rationem regulata, de qua ait Saluator: Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem. Et Paulus ad Timotheum: Diuitibus huius seculi praecipue, non sublimis sapere, ut apprehendant veram vitam. Vel, non est veritas doctrinae et sermonis, consistens in vera significatione verborum, et in hoc, ut doctrina aeternae sapientiae consonet, de qua dicit Christus: Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Vel non est veritas iustitiae, quae est aequitas vera, diuinae mentis iudicio conformata, de qua dicit Psalmista: Vniuersae viae Domini misericordia et veritas. Haec est triplex veritas, quae defuit filijs Israel, et multis iam deest. [et non est misericordia] ad proximos, [et non est scientia Dei] formata ac salutaris, id est, charitate et operibus bonis ornata, de qua scriptura testatur: Dedit illi scientiam sanctorum. Et Ioannes ait: In hoc scimus, quoniam cognouimus Deum, si mandata eius seruamus. Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non seruat, mendax est. [in terra] id est, in terrenis hominibus, scilicet filijs Israel colentibus idola, qui vnus veri Dei notitiam abiecerunt. Istud praecipue verum est de scientia illa quae est vnum de septem donis spiritus sancti. Illa enim non habetur sine charitate et gratia gratum faciente. Sed cum dicat, scientia Dei, potest per istam scientiam intelligi sapientia quae est summi Dei vera ac sapientiosa notitia, de qua dicit Sapiens: In maleuolam animam non introibit sapientia. Scientia vero Dei informis et nuda, potest esse in impijs, cum Roma. 1. dicat Apostolus: Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Dicit autem Hieronymus: Veritas absque misericordia sustineri non potest, et misericordia absque veritate efficit negligentes. Quod de veritate iustitiae maxime verum est. Hinc Prouerbiorum 3. scriptum est: Misericordia et veritas non te deserant, et inuenies gratiam coram Deo et hominibus. Esaias quoque ait: Repleta est terra scientia Domini, sicut aquae maris operientis. Quomo-

Psal. 50.

Ezech. 20. Ioan. 3.

1. Tim. 6.

Ioan. 8. Psal. 24.

Sap. 10. 1. Ioan. 2.

Sap. 10.

Esai. 11.

Quomodo ergo nunc dicitur, Non est scientia domini in terra? Et respondendum, quod Esaias loquitur pro tempore Christi & Euangelicæ legis, quando primo in Iudæa, deinde in toto mûdo prædicata est Euangelicæ veritatis doctrina. Esaias quoque per terram intelligit electos habitantes in terra. Aliter vero loquitur Osee, ut patuit. [Maledictum] i. blasphemia contra Deum, vel conuicium in proximum, seu sermo maledictus. Unde dicit Apostolus: Neque maledicti regnum Dei possidebunt. Et iterum Rom. 12. Benedicite maledicentibus vobis: Benedicite, & nolite maledicere. [et mendacium] De quo Sapiens ait: Os quod mentitur, occidit animam. Itemque Psalmo 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. [et homicidium, & furtum] quod est contra iustitiam, & ex genere mortale, quauis interdum propter paruitatem nocenti, sit veniale, præsertim dum probabiliter æstimatur, quod possessori seu domino, si id sciret, non displiceret. [et adulterium, inundauerunt] id est, copiose eruperunt, seu abundauerunt in filiis Israel, ita quod non solum misericordia, veritate, scientia caruerunt, sed & oppositis impleti sunt vitijs. [et sanguis sanguinem tetigit] dum vnus ab alio læsus est, vel seinuicem vulnerauerunt. Vel sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato continuatum est, & veteribus vitijs noua addiderunt impenitentes, quibus Esaias asserit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plauri peccatum. Quo contra habetur Ecclesiastici 3. Non adicias peccatum super peccatum. Subito enim veniet ira Dei, & in die vindictæ disperdet te. Vel sanguis sanguinem tangit, dum calor concupiscentiæ tendit in actum, seu carnalis affectio suo copulatur obiecto. Septuaginta transfulerunt sic, & sanguinem sanguini miscuerunt. Beda & glossa referunt omnia hæc ad tempus aduentus Christi. Tunc enim in Iudæis abundabant hæc vitia. Nam Christo maledixerunt, & ei diuersa imposuerunt mendacia: Nos, inquiunt, scimus quia hic homo peccator est. Et: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Veruntamen ex consequentibus elucescit, quod ista ad litteram dicantur de Israelitis idololatriis pro tempore Osee vel circiter. Deinceps ponitur debita pœna pro tantis sceleribus: Propter hoc id est, propter peccata iam dicta, [luget terra] decem tribuum, id est, desolata incultaque erit ad tempus habitatoribus eius sublatis. Dicitur enim metaphorice terra lugere, quemadmodum & ridere, dum florer atque fructificat. [et infirmabitur] omnis qui habitat in ea, vel simpliciter omnis homo, vel aliqui de omni genere hominum huius terræ, vel tam multi, quod alii comparatione eorum quasi nulli videbuntur. [in bestia agri & in volucre cæli] id est, habitatores terræ non solum infirmabuntur per hoc quod ipsi deficientur, sed etiam in hoc, quod bestia & aues quæ poterant eis esse pro cibo aut solatio, auferentur, vel peste morientur, in vindictam peccatorum. Huiusmodi quoque animantia, secundum Hieronymum, solent deferere terras ab hominibus derelictas. [sed & pisces maris] currentis in terra populi Israel. Iudæi enim quamlibet magnam aquæ collectionem nominant mare, iuxta illud in Genesi: Congregationes aquarum appellauit Deus maria. [congregabuntur in morte] id est, deficient. Unde ut Lyra dicit, Hebræi dicunt finientur. Et septuaginta transfulerunt, Pisces maris deficient, scilicet ea ratione qua bestia & volucres. Vel sic: Infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, i. occisis crudelibus ac potentibus populi Israel. Et in volucre cæli, i. per interfectionem seu captiuitatem superborum, siue sublimium personarum populi huius. Sed & pisces maris, i. in aquis carnalis voluptatis detenti, gulosi, avari, qui sic immerguntur sensibilibus, ne videant cœlum, congregabuntur in captiuitatem seu mortem. Ista impleta sunt in captiuitate decem tribuum ab Assyrijs. [Veruntamen vnusquisque non iudicet] i. iusti in populo Israel non reprehendant proximos suos peccantes. [et non arguatur vir] Israelita transgressor, cuius ratio subditur: [populus enim tuus] d. synagoga decem tribuum [sicut hi qui contradicunt sacerdoti] i. assimilatur populo impudenter peccanti, incorrigibili ac rebeli, qui sacerdotibus ac prelati aperte resistunt & contradicunt. Tales autem non sunt increpandi, quia non prodest. Propterea in tali casu non tenetur homo ad correctionem fraternam. Hinc Salomon Prouerbiorum 9. loquitur: Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Et Ecclesiastic. 32. scriptum est: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Et iterum ait scriptura: In auribus insipientium ne loquaris, ne forte despiciant doctrinam eloquij tui. Denique de huiusmodi populo tam rebeli ac duro scriptum est Esai. 48. Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Quales fuerunt & Iudæi tempore Christi, quibus Stephanus loquebatur: Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos semper resististis spiritui sancto, sicut & patres vestri. Istud est pessimum vitium. Ideo Prouerb. 29. inducitur Vir qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus. [et corrueris] tu popule decem tribuum [hodie] id est, in presenti, vel cito captiuaberis. Prophetæ autem per diem communiter intelligunt tempus, sicque hodie exponitur pro hoc tempore, non pro die instante. [et corruet etiam propheta tecum] id est, simul capietur. hoc pluraliter accipiendum est de falsis seducenibus prophetis, qui populum Israel fouerunt in culpis.

Tales

Tales enim in veteri testamento vbertim appellantur propheta, ut cum dicit Esaias 9. Propheta docens mendacium, ipse cauda est. Et Ezechiel: Propheta cum errauerit, ego dominus decepi prophetam illū. Vel sensus est, quod decem tribubus captis, non amplius habuerunt prophetas, ut ante. [Nocte tacere feci matrē vestram] i. d. decem tribus tempore noctis, vel in caligine angustia & tenebris tribulationis, tradidi synagogam seu totam tuā congregationē hostibus suis, ita quod præ timore loqui ausa non fuit, sed gemens, vultum deiecit in terram. Eadem autem est mater & filij, quia filiorum seu populi collectio, mater vocatur, sicut & Christus ait in euangelio: Hierusalē Hierusalē, quæ dices volui congregare filios tuos: Quidam per matrē hanc intelligunt Hierusalē, quæ ab antiquo fuit totius Israeliticæ plebis metropolis. Unde & mulier sapiens 2. Regum 20. dixit ad Ioab de ciuitate Abela: Tu quæris subuertere matrē ciuitatum in Israel. Hierusalē autem fecit Deus tacere nocte, quoniam noctis tempore capta est à Chaldæis. Loquebatur autem propheta de futuro per modum preteriti: [conticuit populus meus] Israel, populus [inquam] meus vocatione, non prædestinatione, conditione naturæ, non gratiæ communionē. Conticuit ergo coram hostibus, & silentio fugere cupiens, eo quod non habuerit scientiam diuinorum, formatam & operatoriam. Unde infidelitatis tenebris obfuscatus, coluit idola, ideo meruit opprimi, qui enim ignorat, ignorabitur, iuxta Apostolum. Et Sapi. 13. ait: Vani sunt omnes homines, quibus non subest scientia Dei. Hinc Esai. 5. dominus ait: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. [Quia tu scientiam repulisti] i. doctrinam legis ac prophetarum, contra quam idola coluisti. Vel ipsos sanctos prophetas te instruentes, persequutus es & spreuisti. [repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi] i. indignum te arbitror ad sacerdotalis officij usum, & hostibus tuis te tradam. In populo namque decem tribuum non erat verus atque legale sacerdotium, sed de extremis populis fecerant sibi sacerdotes, & aureis vitulis, non Deo altissimo, sacrificabant. Denique sacerdotes de tribu Leui in regno Iudæ meruerunt sacerdotium perdere, & à Chaldæis vastari, quoniam doctrinam prophetarum, scilicet Hieremiam & aliorum, repulerunt. Cõstat quoque ex his, quod notitia scripturarum sit sacerdotibus opportuna, ut possint inter verum & falsum, inter bonum & malum discernere, & sibi commissis digne pesse docendo, consulendo, increpando, & alijs modis. Hinc enim Leuitici 10. dominus dixit ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibes tu & filij tui, quoniam intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: & habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea. Quanto amplius sacerdotibus euangelicæ legis congruit scientia atque sobrietas. [Et oblita es legis Dei tui] id est, diuina præcepta non obseruasti, neque memoriter tenuisti, quod docentur in lege. Quo contra de viro iusto habetur: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et Prouerb. 7. Serua mandata & legem quasi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam. [obliuiscar filios tuos & ego] i. singulis ad te pertinentibus, & tua peccata sectantibus non succurrā in necessitate, sed capi permittā, quomodo autem Deo cõpetat obliuio, dictum est plenius primo capitulo. [Secundum multitudinē eorum, sic peccauerunt mihi] i. quo ipsi amplius multiplicati sunt numero, eo plura & grauiora commiserunt peccata, idola multiplicando, & filios suos in proprijs malis fouedo. Unde & alibi legitur: Secundum numerum ciuitatum tuarum Israel erant diij tui. [gloriā eorum] i. idola in quibus gloriabantur, vel regiam dignitatē, vel gloriationem inanem in ignominiam commutabunt: ita quod rex populi, & idola simul destruent, quem admodum factum est in captiuitate predicta. [Peccata populi mei comedent] i. sacrificia quæ populus Israel obtulit idolis, manducauerunt sacerdotes. Vel peccata populi comederunt, quoniam in inducendo populum ad idololatriam, consequentibus quæstum & necessaria victui. Vel comederunt peccata populi, quoniam adulando & consentiendo peccantibus, incorporaauerunt sibi peccata illorum. [et ad iniquitatē eorum subleuabunt animas eorum] i. sacerdotes isti erexerunt & prouocauerunt animos populi ad exercendum & continuandum solita vitia, & in errore eorum confirmauerunt eos verbo & opere, quoniam vitia subditorum non solum non redarguerunt, sed laudauerunt commodi temporalis intuitu. [Et erit sicut populus, sic sacerdos] Idem hoc habetur in Esaias, & est sensus, quod sicut populus & sacerdos assimilantur in vitijs, sic similes erunt in pœnis. Nam sacerdotes idololatriæ decem tribuum, simul cum populo capti sunt & æternaliter perierunt. [et visitabo super eum vias eius] i. sacerdotum & populi opera mala iuste visitabo. [et cogitationes eius reddam ei] i. pœnas quas impie cogitando seu appetendo merentur, eis infligam: quia non solum facta, sed & cogitationes præmiantur à Deo. Denique opera hominis dicuntur vigilia, quia sunt mediū per quod venis ad terminum, scilicet ad felicitatē æternā, vel ad perpetuam damnationē. Vias autem impiorum sunt tenebræ & sordidæ, cum careant lumine rationis, & pulchritudini virtutum contrariet. Propterea in prouerbij habetur: Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruunt. Hinc etiam per Esaiam loquitur dominus: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio ut congregem. [et comedent, & non saturabunt] Per hoc datur intelligi inopia victualium, quam passi sunt tempore obsidionis. [Fornicati sunt] cum idolis,

C

[et

Eze. 14.

Mat. 23.

1. Co. 14.

Exo. 32.

Psal. 1.

Hier. 2.

* igno-
ranciam

Esa. 24.

Pro. 5.

Esa. 66.

3. Re. 12. [& non cessauerunt] ab idololatria, quia à tēpore Ieroboā qui fecit aureos vitulos, nō declinauerunt à cultura eorū vsq; ad captiuitatem suam finalem. [qm̄ dñm dereliquerunt in non custodiendo] p̄ceptum qđ dedit per Moſen: Dñm Deū tuū adorabis, & illi ſoli ſeruias. Itaq; cū Deus ſit vbicq; incōmutabilis & immenſus, oīa ambiēs, implēs ac penetrās, relinquitur & ab eo recedit nō corporali, ſed ſpūali elongatione, hoc eſt, diſſimilitudine culpæ, ſeu inobediētia. Propter qđ Eſa. 59. inducitur: Iniquitates veſtræ diuiferūt inter Deum veſtrū & vos, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius, ne exaudiret. In prouerbij qđq; Longe eſt dominus ab impijs, cū ipſe nihilominus ſit in oībus per eſſentiā, p̄ſentiam atq; potētiam, ſecundū qđ ait Hiere. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo? [Fornicatio] corporalis & ſpiritualis, [& vinum & ebrietas auferunt cor], actum rationis impediunt, iudiciūq; peruertunt, & hominem brutis pariſicant. Tanta eſt em̄, ſecundū Auguſtinum, voluptas venerea, qđ ea durante, non poteſt homo aliquem rationis actum exercere. Et Salomon ait: Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas: qui his delectatur, non erit ſapiens. Eccleſiaſticus quoq; aſſerit: Quā ſufficiens homini erudito vinum exiguum? & in dormiendo non laborabis ab illo, nec ſenties dolorem. Et quoniam vinum auferit cor, non expedit hominem vina potantem arguere, ne rixetur. Propter quod ſcriptum eſt Eccle. 31. In conuiuiō vini non arguas proximū. Hinc ait ſaluator: Attendite, ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Quoniam ergo his vitijſ ablatū ſeu excæcatum fuit cor Iſraelis, incidere amentiam, quæ ſubinfertur: [Populus me⁹ in ligno ſuo], ab idolo ligneo interrogauit qđ eſſet agendum, ſue futurū. Coluerunt enim non ſolū aureos vitulos, ſed & alia diuerſa ſimulacra Baal. Vel in ligno ſuo interrogauerunt, quia (vt dicit gloſſa) erat quoddam genus diuinationis, qđ fiebat in ligno & baculo, per quoſq; proiectionem capiebantur futurorum auguria, quemadmodum ait Ezechiel, qđ Nabuchodonosor miſcuit ſagittas ſuas ſeu virgas contra Ammon & Hieruſalem, exiuitq; virga contra Hieruſalem. Tale autem genus diuinationis obſeruauit plebs Iſrael. Vnde ſubiungitur, [& baculus eius annunciauit ei], per quemdam modum motionis ſeu exitus baculi proiecti, iudicabant quid eſſet futurum ſeu operandum. [Spiritus enim fornicationis] id eſt, diabolus, qđ ſe facit in idolis adorari, & ad idololatriam homines tentat atq; inducit, [decepit eos] ad inſiſtendū diuinationi tam fatuæ, cæterisq; peccatis. Initium quippe fornicationis, exquiſitio idolorū, vt legitur Sapientia 14. [& fornicati ſunt à Deo ſuo] id eſt, per idololatriam Deū patrū ſuorum offenderunt & dereliquerūt. Hæc eſt fornicatio ſpiritualis, de qua ait Pſalmiſta: Fornicati ſunt in adinuētionibus ſuis. Et Hieremias: Mœchati ſunt, inquit, cum ligno & lapide. Nihilominus poſſunt hæc accipi de fornicatione carnali, qua dæmon innumerabilis decipit atq; obtenebrat, ita qđ in irrationabiliffima vitia illabuntur. [Super capita montiū] id eſt, in locis amœnis & altiſſis ſacrificabant filij Iſrael idolis, [& ſuper colles accendebant thymiama] faciēdo velut fumum odoremq; thuris ad idolorū honorem, quaſi aliquid diuinitatis eis ineſſet. [ſubrus quercum & populum & terebynthum] id eſt, ſub iſtis arboribus idola coluerunt, cui⁹ ratio additur, [quia bona erat umbra eius], umbra cuiuslibet arborū prædictarū conueniens fuit ad vacandū voluptatibus, quib⁹ ſeruebant in ſacrificijs idolorū, gulæ atq; luxuriæ ſeruiētes, in quo fecerūt contra legem, quæ iuſſit, vt in loco diuinitus præelecto ſacrificia fierent, & iuxta templum lucus & arbores non plantarentur, ne voluptuoſa loca religionem emollirent. [Ideo fornicabunt filia veſtræ] id eſt, quia vos tanta commiſiſtis flagitia, permittam qđ filia veſtra alienis illegitime miſcebuntur. [&] qđ [ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.] hoc ſuit tempore captiuitatis impletum, quando Aſſyriū violabant ſcēmas filioſq; Iſrael. Porro qđ ait, ideo, non eſt ſic intelligendum, qđ Deus propter peccatum personale vnius, puniat alium in ſpiritualibus, gratiam ſubtrahendo, & in peccatū directe cadere permittendo: ſed peccata parentum ac maritorū exemplariter induxerunt filias & vxores ad aliqua mala, propter quæ meruerunt vltra relinqui & capi, atq; alioſq; exponi libidini, & hoc Deus ordinauit ad vindictam peccati parentū ac maritorū, vt qui aliter ſuas ſpūales fornicationes penſare & emendare noluerant, ex proprio opprobrio atq; dolore, i. filiarū & ſponſarum ſuarum violatione attenderent, quā inique egerunt recedendo à cultu ſponſi cæleſtis. Vnde & Eſaias Babylonis deſtructionem & pœnas deſcribēs: Vxores, inquit, eorum in oculis ipſoſq; violabuntur. [Non viſitabo ſuper filias veſtras], peccata eorū in præſenti non corrigam flagellatiōe paterna, [cum fuerint fornicatæ] modo præſato, [& ſuper ſponſas veſtras] nō viſitabo [cum adulterauerint] id eſt, adulteria commiſerint, id eſt, in tantum vobis & illis irascar, quōd flagello filiorum nequaquam corripiam eas, ſed prorfus dimittam in iniquitatibus ſuis, vt ambulent in deſiderijs prauitatis ſuæ. Magna miſeria, dum ideo non adhibetur correctio, quōd emendatio deſperatur. Hoc ergo meretur homo vehementer & impudenter peccando, vt penitus deſeratur & & proſperetur in malis, atque in his quæ conferunt ad peccandum, bene ſibi ſuccedat. Talis fuit populus Iſrael, Vnde & Ezechielis 16. Dominus prote-

teſtatur: Zelus meus reſeſſit à te, non irascar tibi amplius. Per Hieremiam quoq; Plaga inimici percuffi te, caſtigatione crudeli, cuius ratio ſubdit: Inſanabilis eſt dolor tuus. Deniq; ſanctus Apoſtolus Heb. 11. Quis, inquit, filius, quē non corripit pater? Quod ſi extra diſcipulū nā eſtis, ergo adulteri, & nō filij eſtis. Propterea Hieremias orauit: Corripe me dñe, veruntamen in iudicio & nō in furore tuo, ne forte ad nihilū redigas me. Itaq; cū Deus eos qđ amat, arguat & caſtiget, ſignū odij reprobationisq; diuinæ conſiſtit, non caſtigari à Deo in vita præſenti. Quod em̄ viſitatio electoſq; per pœnas in hoc ſeculo adhibeatur eis, vt per eam quaſi qđdam cauterio atq; amariffimis punctiōibus fortiātur animæ ſanitatē, cōſtat ex eo qđ dominus ait Pſal. 88. Viſitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. Et Hieremi. 30. Caſtigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius, non autem te faciam in cōſummationem. [qm̄ ipſi], patres & mariti præſati [cum meretricibus conuerſabantur] cōmixtione carnali, [& cum effecminatis], mollib⁹ ſeu abſciſſis vel eunuchatis, [ſacrificabāt] Beelphegor, quem nos, ſecundum Hieronymum, Priapum vocamus, quem mulieres præſertim colebant, propter magnitudinem membri obſcœni. Vnde 3. Regum 15. legitur Aſa rex Iuda amouiffe matrem ſuam, ne eſſet princeps in ſacris Priapi. [Et populus non intelligens], populus Iſrael ſua peccata non recognoſcens, nec ſcientiam Dei habens, idcirco nec pœnitens. [vapulabit], percutiet captiuitate & pœnis annexis. [Si], quauis & quia [fornicaris] cum idolis [tu Iſrael] id eſt, decem tribus, [non delinquat ſaltem Iuda], populus Iudæ ſeu duæ tribus, quæ habent urbem Hieruſalem à Deo electam ad ſacrificia offerenda, quæ inſuper habent ſacerdotes de ſemine Aaron, non conformentur tibi in idololatria cæterisq; peccatis. [& nolite] duæ tribus vel decem [ingredi in Galgala], vt ibi idola honorētis. Galgala autem erat locus honorabilis, qm̄ populus Iſrael deſertum egrediens, ibi primo caſtrametatus eſt, & Iofue filios Iſrael ſecundo circuncidit. Saul quoq; ibi in regem eſt vnctus. Sicq; decem tribus propter loci ſolemnitatem, poſuerūt & coluerunt in eo idola ſua. [& ne aſcenderitis in Bethauen], in Bethel, Nam locus ille antequā Ieroboam poſuit ibi aureū vitulū, dictus eſt Bethel, i. domus Dei. Poſtea vero vocatus eſt Bethauen, i. domus iuuenilis. [neq; iuraueritis.] Vinit dñs, nolo vt ore veſtro polluto, quo idola laudatis, atq; per ea iuratis, aſſumatis vel explicetis nomen veri Dei. Iurare nempe debite circumſtantiōnati, eſt actus virtutis, quæ dicitur latria. Vnde idololatræ male ſentiētes de Deo, non debent per nomen eius iurare. Vel ſenſus eſt, vt non iurent, Vinit dominus, intelligēdo per dñm aliquod idolum, hoc eſt, ne applicēt formā hanc iurandi dñs ſuis. [Qm̄ ſicut vacca laſciuiens], petulanter & valde erronee ex omni parte, [declinauit Iſrael] i. decem tribus à lege Moſaica, diuerſis peccatis ac idolis ſeruiendo, & à rectitudine viæ Dei per omnium diuerticula vitioſe enormiter euagando, ita vt illud Hieremiæ eis conueniat: A ſeculo confeſti iugum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, Non ſeruiam. [Nunc paſcet eos dominus quaſi agnam], in proximo eſt, vt tradat eos dñs in manus Aſſyrioſq; ſicq; abductæ paſcantur vt oues. [in latitudine], ſpatioſa terra Medorum, [participes idolorum] id eſt, cultor eorū factus eſt [Ephraim], populus decem tribuū, quæ nomine Ephraim deſignantur, quoniā primus eorum rex Ieroboam filius Nabath, exiit Ephraim. Idcirco, d Iuda, cui ſuperius dictum eſt: Non delinquat ſaltem Iuda, [dimitte eum] id eſt, à cōmuniōne & conuerſatione decem tribuum te auerte, ne cum peruerſis peruertaris. [ſeparatum eſt conuiuium eorū] i. cibus quo veſcuntur decem tribus, tibi illicitus eſt, ſicq; eorum conuiuium à tuo diſtinctū eſt. [fornicatione fornicati ſunt] cum dijs alienis ſeu idolis, [dilexerunt aſſerre ignominiam] id eſt, idololatriam introducere, augere, vel conſeruare, [protectores eius], i. regis, qui populum defendere habentiſq; protectores iſti non defenderunt populum ſuum ab inuiſibilibus hoſtibus. [ligauit autem ſpūs in aliſ ſuis.] Hoc dupliciter explanatur. Primo ſic, Spūs malignus in idolis habitans, populū Iſrael ligauit in aliſ ſuis, i. in agilitate & ſubtilitate ſua ipſi⁹, videlicet dæmonis, ita qđ ſua ſubtilitate & agilitate dæmoniaca portat hūc populū ad quæcunq; voluerit vitia, ſicut auis pullos ſuos in aliſ deportat. Vnde Deuterono. 32. de Deo & electo Iſrael ſcriptum eſt: Expandit alas ſuas & aſſumpſit eum, atq; portauit in humeris ſuis. Sic diabolus alligat ſibi peruerſos, propter quod 2. ad Timotheum 2. dicit Apoſtolus: Reſiſcant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Secundo ſic, ſpiritus ligauit eum in aliſ ſuis, id eſt, populū Iſrael vinxit in ipſius populi intellectu per inſidelitatis errorem, & affectu per indurationem in vitijſ, ita vt populus iſte ad virtutes non videret, nec æterna aſpiciat, ſed in profundum vitiorum mergatur. Sic omnes in vitijſ habituati ac impœnitentes, à dæmone ligantur in aliſ tam dæmonis quā proprijs, quibus illud Eſa. 52. dicendum eſt: Excutere de puluere, & ſolue vincula colli tui. [& confundentur à ſacrificijs ſuis], demerito ſacrificiorum idolis oblatorum, cum viderint idololatriam nil profuiſſe, ſed maxime nocuiſſe.

¶ Expoſitio moralis huius capituli.

Art. X.

C 2 Audis

Hier. 23.
Hier. 10.
Apo. 31.

Iofre. 3.
1. Reg. 15.
3. Re. 12.

Hier. 23.
3. Re. 11.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

28

CA. III

Avdite verbum domini domus Israel, filij militantis ecclesie, quæ dicitur Israel, cõtemplando cælestia, [quia iudicium est dño] Christo, cui pater dedit omne iudicium. Exequutio enim iudiciariæ potestatis seu prolatio sententiæ, spectat ad Christum secundum formam assumptam, prout ipse testatur: Dedit ei potestatem & iudicium facere, quia filius hominis est, [cum habitatoribus terræ] i. terrenis hominibus, quorum conuersatio non est in cælis, nec dicere possunt: Quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oēs patres mei. Et iterum: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirim⁹. Tales nanq; faciunt sibi de via atq; exilio patriam, [Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia domini in terra] id est, in his carnalibus, quia & si dicant se nosse Deum, tamen factis negant. Nempe si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & mandata ei⁹ non custodit, mendax est, proinde qui sibi nequam est, cui bonus erit: Ideo monet scripturas: Miserere animæ tuæ placens Deo Quomodo insuper in malis Christianis impleatur q̄tidie q̄d sequitur, non oportet exponere, cum oculis pateat. Iam enim heu! Maledictum & mendacium, furtū & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Ideo lugebit terra, quia nisi pœnitentiam egerint, sine fine peribunt. Vnde & Iacobus dicit: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs quæ aduenient vobis. Risus vester conuertetur in luctū. Multi quoq; nunc ita peccatis asuescunt, excæcantur & indurantur, vt secundum sensum expostum dici possit: Vnusquisq; non iudicet & non arguatur vir. Hi sunt qui increpationem seu admonitionem nequeunt sustinere, habentes morbum, vocatum, Noli me tangere. Increpationem nempe redarguunt, iudicant, & non iam ex charitate, sed passione aut rancore loqui existimant. Non enim attendunt, q̄ salubre & purgatiuū sit increpationem, q̄ item meritum, increpationem pie & æquanimiter ferre. Et si forte excusabiles sumus de eo de q̄ increpamur, non tamen debemus impatienter recipere, quia in alijs multis, & forte grauioribus, offendimus tam frequenter. Hinc scriptū est Proverb. 13. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Qui aut̄ acquiescit arguētī, glorificabit. Ecclesiasticus quoq; ait: Quam bonum est, correptum manifestare pœnitentiam: sic enim effugiet peccatū. Postremo, qui admonitionem, increpationem, correctiōem, seu disciplinam non acceptat, sed spernit aut paruipendit, similis est vulnerato, qui non patitur sibi vulnus suū ostendi aut remedium adhiberi. Et palam est, q̄ amor priuatus atq; superbia, causa sunt, q̄ non dignamur redargui aut puniri, quia vel increpationem contemnimus, vel corā alijs magni esse optamus, vel simile aliquid est in causa. Qui aut̄ veraciter prudens est, cū gratiarum actiōe increpationem acceptat, tanquam veræ ac fraternæ charitatis munusculū, immo munus eximium. Propter quod Proverb. 9. dicitur: Argue sapientem, & diliget. [Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti.] Hoc ad Ecclesiam potest referri, in qua sunt multi rebelles & murmuratores, non obtemperantes p̄latis, neq; ecclesie excommunicationem curantes. De quibus dicit Ch̄s Apostolis, & sub eorū persona cunctis aliorū rectoribus Christi vicarijs: Qui vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit. Vnde Roma. 13. scriptum est: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui aut̄ resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. [Et corruet hodie.] Toties enim sp̄ialiter cadimus, quoties peccamus: quia peccatum ruina est à Deo sublimi, & ab arce virtutum. Ideo Ecclesiasticus 32. legitur: In viam ruinæ non eas. Et Apostolus Ephe. 6. State, inquit, succincti lumbos vestros in veritate. Porro si iustus septies cadit, quoties quotidie peccat impœnitens, cuius semper p̄cedens culpa, ad sequentem disponit: [Et corruet etiam propheta] i. fallax magister, iniustus p̄lat⁹ [rectū], vt simul periculis, qui pares estis in vitijs. De talib⁹ contestat̄ Apostolus: Coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditū auerrent, ad fabulas aut̄ conuertent. [Noctē] id est, per pœnæ seu aduersitatis inflictionem. [tacere feci] ò hæretici seu rebelles, [matrem vestram] i. congregationem peruersam, incredulam, aut inobedientem, cuius membra & filij estis. Tales enim congregationes, frequenter per pœnas vltionis seu p̄læ extirpant. [Contrauitit populus meus] i. Christiana plebs, à me Christo Christiana vocata, [eo q̄ non habuerit scientiam salutarem, de qua Ephe 3. dicit Apostolus] Existimo omnia detrimentū esse p̄pter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Qui autem hac caret scientia, tacet à laude diuina, à correptione fraternâ, ab instructione perutili, & à confessiōe pœnitentiâli, ita vt dicere habeat: Væ mihi, quia tacui. Et: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. Tacet loquenda, loquiturq; tacenda. Cum enim ratio voluntatem in omnibus dirigat, qui veritatis non habet notitiam, non operatur virtutem, nec scit quādo proferre debet sermonem. Hinc Ecclesiasticus dicit: Est tacens qui inuenitur sapiens, & tacens non habens sensum loquelæ. Oportet ergo in primis dñm inuocare pro illuminatione intellectus, dicendo cū Psalmista: Da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua, q̄tenus voluntas, in qua est prima origo peccandi, rectificetur in omnibus. Ideo nanq; ait scriptura: Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. [Quia tu scientiã repulisti, repellam te, ne sacerdotio funga-

fungaris mihi.] Ex quo innotescit, q̄ vsus sacerdotij horū qui notitiam scripturæ non curant, in acceptus sit Deo. De hoc in p̄cedenti articulo satis dictū opinor. [Secundum multitudinem eorū sic peccauerūt mihi.] Impij enim, rebelles, hæretici, schismatici, quo amplius crescunt siue augentur, eo peccata eorū magnitudine & multitudine amplius inualescunt: quemadmodū equidem in congregatione deuota vnus prouocat alium verbo & opere ad virtutes, sic in conuentu malignantiū vnus alii⁹ incitat ad peccata, quoniam cum peruersis alij peruertuntur. [Gloriam eorū] id est, temporalem prosperitatem, delectationem carnalem, inania documeta, & cætera in quib⁹ illicite gloriantur. [in ignominiam commutabo] id est, in confusionem & pœnam æternā, secūdu q̄d iudex affirmat: Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vnde in libro Machabæorū habetur: Gloria impij, vermis & sterco: hodie extollitur, & cras non inuenit. De talibus loquitur domin⁹ per Hieremiam: Dabo eos in vexationē & maledictionem, & in stuporem & sibilū, & in opprobriū, eo q̄ non audierint verba mea. [Peccata populi mei comedent, & ad iniquitates subleuabūt animas eorū.] Videmus nunc, quomodo multi qui p̄sunt, de subditorū viuunt oblationibus atq; redditibus: & tamen q̄s verbo, prece, exemplariq; vita, tenentur à peccatis auertere, & ad meliora inducere, varijs modis corrumpūt, scandalizant, inficiunt, impie conuersando, adulando, consentiendo, cooperando, & debita pastoralis curæ opera negligendo. Quibus competit illud Ecclesiastici 10. Secūdu iudicem populi, sic & ministri eius. Vnde & Hieremias 10. Quoniam stulte, inq; egerunt pastores, ideo omnis grex eorū dissipatus est. O q̄ horrenda & maxima erit horum damnatio, qui pro singulis subditorū suorū, ex eorum negligentia pereuntium, torquebūtur. [Et erit sicut populus, sic sacerdos.] Heu quā immoderatissime hoc indefinenter implet, dum sacerdotes Euangelicæ legis, qui ad sp̄ialis conuersationis munditiam obligantur, alijsq; in omnibus exemplares esse tenentur, carnalibus vitijs seruiunt, vanitati, elationi, curiositati intendunt, proprijsq; gradus dignitatem non ponderantes, vilem atq; turpissimam peragunt vitam. Quibus conuenit illud Hieremias 2. Sacerdotes non dixerūt, vbi est dominus? Illud quoq; Esaiæ 56. Speculatores cæci, canes muti, non valentes latrare. Contra quos Moses ait Leuitic. 21. Sacerdotes sancti erūt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes Dei sui offerūt, & ideo sancti erūt. Isti [comedent] corp⁹ dominicū sacramentaliter. [& non saturant] effectu & gratia tanti sacramenti, quia non sumūt, & spiritaliter, sūtq; rei corporis & sanguinis domini. [fornicati sunt.] Iam enim luxuriæ vitia vigent in eis, & qui deberent angelicam ducere vitam, bestiales effecti sunt, & bestijs decies milies deteriores, q̄ filiū virginis tractant ore & manibus, quibus contrectant filias Veneris. Tātam quoq; suæ conuersationis impietatem ingratitudeq; non attendūt, qm̄ [Fornicatio, vinū & ebrietas auferūt cor.] Vnde Ecclesiastici 29. legitur: Vinū & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. Hinc [Sp̄s fornicationis deceptit eos.] Cui resistere oportet, nō immorando cogitationibus venereorum, & incitamenta atq; materiam huius peccati à se elongando, dominicam quoq; passionem cordialiter ac frequenter rememorādo, & item æterna supplicia sagaciter intuendo. [Super capita montiū sacrificabant] Tales sunt hæretici, qui de doctrinæ profunditate se iactant, & in mirabilibus super se ambulant, nō consentientes humilibus. Horū filix & sponsa, id est, animæ ab eis seductæ, adulteræ sunt, recedendo à copula sponsi cælestis, & in humanis adinventionibus gloriantes. [Popul⁹ non intelligens] beneficia Dei, propria mala, & ea quæ Dei sunt. [vapulabit] id est, æternæ damnationis ictibus percutietur. [Si fornicaris tu Israel] id est, congregatio hæreticorū, quæ per decem tribus legem Dei deserentes significantur. [non delinquat saltem Iuda] id est, ecclesia catholica confitens domino, quæ per tribū Iudæ, legem Dei seruantem, exprimitur. Nam & Iudas interpretatur confessio. [Et nolite intrare in Galgala] id est, hæreticorū & peruersorum conciliabula, in quibus omnium reuelantur peccata. Galgala quippe reuelatio seu volubriū interpretat. Hinc ait Psalmista: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Et hoc vbi⁹ respondet: In concilio iustorū & congregatione. [Sicut vacca lasciuens declinauit Isea el.] Hoc competit vniuersis filijs hui⁹ seculi, qui absq; vilo timore perpetrant mala, & concupiscentias sine relictione, immo cū deliberatione sequuntur. Non enim est timor domini ante oculos eorū. [Nunc pascet eos dñs quasi agnū in latitudine.] Hoc impletur dum reprobus temporalī affluentiam tribuit, eosq; permittit incedere per viā sp̄iosam latamq; portam, q̄ ducit ad perditionem æternam. [dilexerūt afferre ignominiam] i. prauas ordinationes, seu opera ignominiosa, vel oppressiones violentas ac inhonestas super subiectos inducere, [protectores eius] i. principes & p̄lati populi Christiani, qui deberēt subditos à malis defendere, atq; in bonis munire, cuius oppositum agunt indigni rectores, errantes & in errorem mittentes, cæci & duces cæcorum.

Expōsitio literalis quinti cap. Audite hoc sacerdotes &c.

Art. XI.

C 3 Hoc

Luc. 6.

1. Mac. 2
Hier. 29.

1. Cor. 11

Psal. 110.
Ecces. 8.
Ps. 13. 92.2. Tim. 3
Mact. 15.

Hoc loco ostendit propheta, cur populus Israel captiuari meruerit. [Audite] auribus cor-
dis & corporis, [hoc] quod dicam, [sacerdotes] decem tribuum, non quod fuerint veri sa-
cerdotes de tribu Leui, sed sacerdotes aureorum vitulorum, & a populo sacerdotes voca-
bantur. [Et attendite] domus Israel, id est, decem tribus, [et domus] id est, familia, filij & co-
gnati [regis] decem tribuum. [auscultate], quia vobiscum iudicium est. [id est], Deus iudicium da-
minationis vobis inducet, de quo iudicio ait saluator: Qui audit verbum meum, & credit ei
qui misit me, habet vitam eternam, & in iudicium non veniet. Itemque Apostolus: Si nos ipsos
iudicaremus, non vitiis iudicaremur. [Quoniam] laqueus, causa deceptionis & captiuitatis,
seu illaqueatores ac seductores, [facti estis] vos sacerdotes & principes, seu familia regis,
qui aliorum prouisoires esse deberetis, [speculationi] id est, plebi, cuius speculatores estis esse-
ti, & quae per speculationem vestram esset ad caelestia erigenda. [Et facti estis] sicut rete ex-
pantium super montem [Thabor.] quemadmodum enim in monte hoc aues capi solebant
per rete, sic rex & maiores ac sacerdotes posuerunt in monte isto ministros, qui caperent trans-
euntes Hierusalem ad immolandum ibi Deo vero in templo. Quidam enim ex decem tribu-
bus idololatriam abhorrebant, & ex deuotione secundum legis preceptum ire volebant ad offerendum
in Hierusalem, sed rex & sacerdotes non permiserunt. Porro secundum Hieronymum, Thabor
est mons Galilaeae, in campestribus situs, rotundus & altus, qui ex omni parte finit aequaliter,
de quo habetur Psalmo 89. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. In hoc monte
transfiguratus est Christus, & post resurrectionem apparuit apostolis, secundum exposito-
res, quem Petrus in secunda sua epistola nominat sanctum: Hanc, inquit, vocem de caelo illa-
tam nos audiimus, cum essemus cum ipso in monte sancto. [Et victimas] vestras ac populi [de-
clinastis in profundum] id est, in barathrum damnationis, atque in lacum peccati, quia quae Deo fue-
rant offerenda cum sublimitate virtutum, obrulistis & offerri iussistis in idolorum honore cum pro-
funditate vitiorum. [Et ego] dominus [eruditor] sum [omnium eorum], videlicet sacerdotum domus regis
ac populi, id est, non obstante tanta ipsorum malitia, ego per prophetas meos doceo eos &
moneo ad poenitentiam. [Ego scio] Ephraim] id est, reges successores Ieroboam Ephraemae,
qui eum sequuti sunt genere vel peccato. Eius namque idololatriae & peccatis omnes postero-
res reges Israel adhererunt. Vnde per Ephraim designantur, quia Ieroboam primus rex decem
tribuum, fuit de genere Ephraim filij Ioseph. [Israel] id est, populus decem tribuum, [non est
absconditus] a me, [cuius] oculis aperta & nuda sunt omnia. Hos autem peruersos & reprobos di-
xit Deus scire, non scientia approbationis, de qua dicit Apostolus: Si quis diligit Deum,
hic cognitus est ab eo, sed intelligentia visionis. Vnde Hieremias, dominus ait: Si occultabit vir in
absconditis, & ego non videbo eum. Hanc ideo loquitur Deus, ut impij audientes se a Deo cogno-
sci, metuant in eius praesentia praeruaricari. [quia] nunc fornicatus est Ephraim, [successores enim] Ie-
roboam non recesserunt a vitulorum cultura. [contaminatus est] Israel] id est, populus eiusdem po-
luti est vitulis, quibus & reges, quibus consilio ad idololatriam deueniunt. Qualis enim est rector
ciuitatis, tales & habitantes in ea, ut dicit Ecclesiasticus. In prouer. quibus habet: Regnantibus im-
pijs, ruina hominum. Et, Rex iniustus ministros habet impios, teste scriptura. [Non dabit] id est, non
disponit [cogitationes suas] ut reuertantur ad Deum suum, cum sint obstinati. Vnde non cogitant
de remedio poenitentiae, sed de continuatione culpae intentae, seu executione mali propositi.
[quia] spiritus fornicationum, id est, daemon ad idololatriam suggerens, qui secundum Apostolum operatur in
filijs diffidentiae, est [in medio eorum] tanquam possessor cordis ipsorum, vastis eos tenebris circumple-
ctens. Vnde nec poenitentiam, [et] dominum non cognouerunt, [cognitione] sincera ac formata, aliqualem
tamen de Deo habuerunt notitiam, sicut & multi gentilijs, praesertim ex generali fama & in-
structione prophetica. [Et] respondebit arrogancia Israel in facie eius, id est, populus decem tribu-
um pro sua superbia, quae Dei cultum contempsit, debitam luet poenam, ita quod superbia dabit eis vicem ac
reale responsum per ultionis experientiam, iuxta quem modum asserit Esaias: Peccata nostra responderunt
nobis. Hieremias quoque ait: Si peccata nostra responderint nobis, dominus fac propter nomen tuum. [Et]
Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, id est, populus & rex pariter capient propter facinora
sua, sicut impletum est, quoniam ab Assyrijs capti sunt, ut legitur quarto Regum. [Ruet etiam] id est,
capietur & punietur [Iudas] id est, regnum Iudae, videlicet duae tribus atque Leuitae, [cum eis] id est, sic-
ut & decem tribus. Non enim eodem tempore, nec ab eisdem capti sunt hostibus, ut patet ex dictis in
expositione primi cap. [in gregibus suis] id est, cum capris & ouibus, [et] in armentis suis] id est,
vaccis & bobus, [vadent] decem tribus, & etiam Iudas & Benjamin, [ad] querendum dominum] id est, ad offe-
rendum domino hostias de animalibus immolatijs, quatenus misericordiam impetret, videlicet liberatio-
nem ab hostibus, [et] non inuenient eum, quoniam sero poenitent, non ex charitate, sed seruilis timore pro-
pter captiuitatem instantem. Vnde Esaias 11. dominus ait: Si queritis, querite, id est, si queritis me,
hoc facite sincere, atque ex charitate & amore iustitiae. Apud Hieremiam quoque: Si reuertere-
ris Israel ad me, conuertere hoc est, non tua principaliter commoda queras privato amo-
re, sed meum honorem ex spiritali dilectione. [ablatus est] ab eis] id est, DEVS suae pietatis

is effectum iuste tulit ab eis, quemadmodum in Esaias habetur: Cum multiplicaueritis ora-
tiones, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plene sunt. Quamdiu enim permanet
homo in voluntate peccandi, non veraciter poenitens, non meretur a domino exaudiri. Hinc Hie-
remias dicit: Nunquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas? [in domino] id est, contra Deum praer-
uaricati sunt, quia filios alienos a cultu veri Dei genuerunt. [nam] filios suos docuerunt ido-
lolatrare, ita quod erant filij daemonum magis quam Dei. Quidam etiam per ignem consecrauerunt
idolis filios suos. [Nunc] deuorabit eos] id est, decem tribus [mensis] id est, statim vel infra men-
sem, seu tempus iam proximum, capientur ab hostibus. Vel sensus est, quod quolibet mense ad-
uersarij ingrederentur terram eorum, eosque vastarent. [cum] partibus suis] id est, bonis & pos-
sionibus, quos vnaquaeque tribus habebat in sorte atque funiculo suo, secundum quod tem-
pore Iosue terra partita fuit secundum numerum tribuum Israel. Quidam exponunt sic: Nunc
deuorabit eos mensis, scilicet Iulij, qui in mense Iulij capta fertur Samaria, tuncque Assyrii par-
tem populi occiderunt, & bona eorum diripuerunt. Dicitur autem mensis seu tempus face-
re ea, quae sunt in eo. [Clangite] buccina in Gabaa] & clangite [tuba] in Rama] id est, vos de
tribu Benjamin, cum videritis aut perceperitis captiuitatem decem tribuum, vobis in vici-
no habitantibus tunc clangite buccina in duabus vribus firmioribus seu fortalitijs vestrae
sortis, scilicet in Gabaa, vbi natus atque moratus est Saul, & in Rama. Huius buccinationis po-
test reddi duplex causa: Vna, ut populum Iudae ac Benjamin excitarent ad praeparandum se
contra Assyrios, ne vastarentur ab eis, quemadmodum decem tribus, quarum vna, scilicet
Ephraim, erat proxima populo Benjamin, quo ad habitationis vicinitatem. Secunda, ut de-
cem tribuum captiuitatem deserent. [vlulate] habitantes] in Bethauen] id est, Bethel vrbe ac
fortalitio Ephraim, quae vrbs est post tergum tuum Benjamin] id est, in confinio tuo, seu iux-
ta te, nam ibi finiebatur fors Benjamin. Recte vero ait Propheta, Vlulate in Bethauen, quia
habitatores Bethel iam dirissime capiendi fuerunt. [Ephraim] id est, rex & populus decem
tribuum, [in] desolatione erit] cum fuerit ab Assyrijs captus. [In die] correctionis] id est, pu-
nitionis decem tribuum, & in tribus Israel [ostendi] fidem] id est, manifestavi vera atque fi-
dela esse prophetarum eloquia, quibus captiuitatem Israel praenunciaui. Nempe ut Hiere-
mias testatur: Quum venerit quod propheta praedixit, scierit propheta, quem misit domi-
nus, in veritate. Per hoc ergo, quod dominus tradidit tribus Israel hostibus, sicut praedixit,
ostendit in eis, hoc est, per eorum captiuitatem, fidelitatem verborum suorum, seu prophe-
tarum, qui captiuitatem illam praedixerunt. Consequenter describitur iniquitas, & ob
eam inducta calamitas tribuum Iudae ac Benjamin. [facti] sunt principes Iuda] id est, princi-
pales & potentiores de regno Iudae, [quasi] assumptes terminum] id est, terram decem tri-
uum occupare & possidere optantes. Vnde Septuaginta transferunt: Quasi transferentes
terminum, quoniam sortem suam dilatant quarebant ultra metam propriae sortis diuini-
tus constitutam: sicque pro eo quod decem tribuum captiuitatem desere debuerant, hinc
potius gloriabantur, quod ditiores iam fierent. Hanc dictio quasi, dicit hoc loco veritatem,
non similitudinem tantum. [super] eos] videlicet principes Iuda, [effundam] quasi
aquam] id est, copiose, [iram] meam] id est, iustitiae meae effectum, rigoroze puniendo eos
per Chaldaeos propter tantam peruersitatem. [Calumniam] id est, iniuriam, [patiens] est
Ephraim] id est, populus decem tribuum, non quod non meruerint hanc captiuitatem &
poenam, sed quia a regibus Assyriorum iniustis, impia voluntate ac mala intentione vastati
sunt, & aduersarijs traditi a DEO magis alienis, quam ipsi ac pessimis: & quo ad hoc, est
quaedam calumnia non ex parte DEI, sed hostium pessimorum, quod tamen non fuerit
mera calumnia, declaratur quum subditur: [fractus] iudicio] id est, iusto DEI iudicio de-
iectus est Ephraim, [quoniam] coepit abire] a DEO, [post] sordem] id est, idololatriam &
tempore Hieroboam primi regis sui. [Et ego] Deus ero] quasi tineam Ephraim] id est, decem
tribubus, consumendo eos per Assyrios, quemadmodum a tineam consumitur vestis. [Et]
ero] [quasi] putredo] quae ligna & carnes consumit, [domui] id est, populo [Iuda] deiciens-
do regnum Iudae per Chaldaeos. Secundum Hieronymum, DEVS comparat se tineae
atque putredini, quia utrunque eorum tarde consumit materiam: sic Deus diu dedit utrique
regno poenitentiae tempus, & paulatim ea afflixit, donec omnino deleta sunt. Alij dicunt,
quod quum tineam soleat citius corrumpere vestem, quam putredinem populo Iudae, quoniam regnum de-
cem tribuum captiuatum fuit ante regnum Iudae. [Et] vidit Ephraim languorem suum] id
est, impotentiam, qua non potuit reluctari Assyrijs, vel regi Damasci. [et] Iudas] id est, po-
pulus duarum tribuum [vidit] id est, considerauit, [vinculum] suum] id est, vastitatem seu
captiuitatem sibi imminentem tempore Achaz & filiorum Iosae. [Et] abiit Ephraim ad
Assur] id est, a rege Assyriorum petierunt auxilium contra regem Syriae & Damasci. tempo-
re enim Manahem regis Israel contigit hoc, ut dicitur 4. Regum, quia tunc rex Syriae impugna-
uit

Esa. 1.

Hier. 11.

Iosue 19.

Iosue 19.

Hier. 26.

* sordes

nit decem tribus, quem rex Assyriorum superauit. Vel sensus est, q̄ Ephraim iuit ad Assur, quia ad tempus fuit regnum decem tribuum subditum Regi Assyriorum, soluens ei tributum per singulos annos. Postmodum vero [et] misit Ephraim ad regem vltorem] id est, regem Aegypti, qui tunc potens extitit & famosus, vlticens in aduersarios suos, quatenus rex Aegypti erueret eos de manu Assyriorum. Hoc fecit Osee rex Israel. [Et ipse] rex Aegypti [non poterit] saluare vos]o decē trib' de potestate Assyriorum] mo rex Assyriorum, audito, q̄ misit Osee rex Israel ad Pharaonē, venit, & cepit atq; occidit Osee, & populū trāstulit. [nec solvere poterit] a vobis]o Iuda [vinculū]iā prafatū. non em potuerūt Aegyptij liberare regnum Iudae de manu Chaldaeorum, vt legitur 2. Paral. 12. Tunc q̄ppe cepit potestas Pharaonis vehementer deficere, dum reges Assyriorum sic inualefcebant, & rex Chaldaeorum Nabuchodonosor penitus deiecit regem Aegypti. De hac materia in diuersis capitulis multa vaticinatus est Esaias, vt quum ait: Vae qui descendunt in Aegyptum, in auxilium &c. Hieremias quoq; & Ezechiel. [Quoniam ego] Deus omnipotens, quo aduersante, nullus valet succurrere. [Ero quasi] leaena Ephraim] id est, decem tribubus, eas terribiliter atq; velociter per Assyrios puniendo. Septuaginta transfulerunt, Ego quasi panther Ephraim. Panther autem, secundum Hieronymum, est animal seuum ac velocissimum, quo significatur velox interitus Ephraim ab Assyrijs. [et] quasi catulus leonis]ero [domui Iuda]per Chaldaeos destruendo regnum ipsius. [Ego capiam] id est, virtutem capiendi donabo Assyrijs & Chaldaeis. [et] vadam]non locum mutando, sed per vindictam impios visitando. [tollam]totum Israel de terra propria, [et] non est qui eruat] de manu mea, cui nullus potest obistere. Vnde ait Saluator: Nemo potest rapere de manu patris mei. Ei Iob 9. habetur: Deus cuius irae resistere nemo potest. Sub quo curuantur qui portant orbem. [Vadens]id est, vltione facta à vobis recedens per gratia atq; subsidij subtractionem. [reuertar ad locum meum]id est, in meipso quiescam. Locus Dei, est maiestas & magnificentia eius, secundum Hieronymum, immo diuinitas est locus sui ipsius, quia nil extra eam est, quo contineatur. Hinc secundum antiquos philosophos, Infinitum fulcit seipsum. Vel per locum Dei, intelliguntur electi gētiles, quos, abiectis Iudaeis, cepit Deus per gratiam inhabitare. Loquitur autem Deus de seipso metaphorice per modum iudicis irati, qui accedit ad puniendum aliquos, quo facto, ad pristinum reuertit locū. [donec deficiatis] victi ab hostibus, [et] quæratis faciem meam] id est, pietatis meae respectum, seu gratiosam praesentiam, quod fecerunt duae tribus circa finem Babylonicae captiuitatis. Decem vero tribus circa finem mundi id facturae creduntur.

Expositio tropologica seu moralis eiusdem capituli. Artic. XIII.

Moraliter per sacerdotes & domū regis, qui facti sunt laqueus speculatori, & sicut rete expasum ad capiendas subuertendasq; animas, intelligunt principes, doctores, & prelati ecclesiae negligentes atq; indigni, quos Chrs constituit super familiam suam, vt sint prouisores & custodes peruigiles dominici gregis, sed ipsi propria lucra & voluptate sectantes, negligunt subditorū salutem, quodq; danabilius est, hoies innocētes, pios & simplices frequēter deridet, persequitur, atq; à bonae voluntatis executione impediūt, quia nec ipsi intrāt, nec introeūtes sinūt intrare. Contra quod admonet Petrus: Pascite qui in vobis est gregem, prouidentes secundū Deum, non turpis lucri gratia, neq; vt dominantes in clero, sed forma gregis effecti, & ex animo. Paulus quoq; 1. Timoth. 4. Est exemplum fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate. Deniq; qui per verba ornata, per sapientie ostentationem, per apparentem sanctitatem, per temporalis prosperitatis virorē, seu gradus vel auctoritatis sublimitatem alios fallūt, hi sunt q̄si rete expasum sup Thabor montē. De tali etem legit mōte: Quō dicitis aīe meae, trāsmigra in montē sicut passer? Præterea isti [declināt] i. mittūt seu deprimūt [victimas in profundū] dū spūales seu corporales oblationes sui vel subditorū, referūt ad finē indebitū, ad gloriam vanā, ad transitorij emolumentū, non ad Dei praconij & peccati emundationē, caelestisq; beatitudinis adeptionē. Cōtra quos loquit Christus: Cum facis elemosynam, nesciat sinistra qd faciat dextra. Item q̄, Cū oraueris, intra cubiculū, & ora patre in abscondito. Et: Videte, ne faciatis iustitiā vestrā coram hominibus, vt videamini ab illis: alioquin mercedem non habebitis à patre vestro, qui in caelis est. [Et ego eruditor omnium eorū] Quotidie docet Chrs nos oēs per pdicatores, p scripturas, p signa, per angelicam inspirationem, per diuinū instinctū, per naturalis ingenij perspicacitatem, quia signatum est super nos lumen vultus Dei, ita, q̄ ignorantia nos nequaq; excuset. Vnde apud Hieremiā 6. dñs ait: Erudite, ne forte recedat anima mea à te. Impij vero agnitae veritatis nō sequunt doctri nam, sed vitijs passionibusq; vincuntur, & more pecudum voluntate, non ratione, feruntur. [Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus] à me, quia nūc fornicatus est Ephraim, & contaminatus est Israel] Ephraim interpretatur augmentū seu incrementum, per quem hoc loco intelliguntur avari, qui thesaurizant sibi in terra, & ignorant cui congregant ea. Hi fornicantur, ponendo spem suam in argento & auro, & animam suam habendo venalem.

Per Is-

¶ Per Israel quoq; hoc loco intelliguntur ingeniosi, atq; informiter docti, nudi speculatores ac frigidī, vani & ambitiosi, quibus Esaiā 47. dicitur: Sapientia tua & scientia tua deceperunt te. Hi contaminantur, dum quærunt videri, reputari, & in admiratione haberi, pleni inanissima gloriatione in semetipsis, & alios paruipendentes, non attendentes illud Ecclesiastici 19. Melior est homo, qui minoratur sapientia, & est in timore Dei, q̄ qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Hunc Ephraim & Israel m scit Christus notitia reprobationis, cuius oculi sunt multo lucidiores super solem, circumspicientes omnes vias hominum. [Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad dominum] Quoniam tales interdum difficiliter conuertuntur, quā simplices & egeni. [quia spiritus fornicationis] spiritus talis, & saepe etiam corporalis, est in medio eorum. [quia in suo ingenio atq; diuitijs magis, quā in Deo sempiterno, fonte vniuersae scientiae ac sufficientiae, gloriantur.] [Et respondet] arrogancia Israel in facie eius, & Israel & Ephraim ruent in iniquitatibus suis. [Hoc impletur dupliciter: Primo, dum praefatis vitijs implicati, sic deseruntur in praesenti vita à gratia, quod ignominiosa atque turpissima incidunt crimina, sicut de talibus ait Apostolus ad Romanos: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quae non conueniunt, sicq; quotidie ruunt in iniquitatibus suis, dum vno peccato trahuntur ad aliud, ita q̄ praecedens, est dispositio & causa meritoria subsequēntis. Secundo, dum poenam damnationis incurrunt, quemadmodum scriptum est: Exterminati sunt & ad inferos descenderunt. [Ruet etiam Iudas] id est, vir Ecclesiasticus [cum eis.] nam boni interdum à talibus subuertuntur, ac pereunt. [in gregibus suis] id est, cum vanarum & secularium cogitationum tumultibus. [et in armentis suis] id est, cum carnalium voluptatum passionibus, [vadent ad quarendum Dominum] quasi interdum vadant ad locum cultus diuini vt orent, tot cogitationibus & affectionibus inordinatis depingitur cor eorum, quod Deum deuota tranquillitasq; mente nequeunt exorare. ideo sequitur: [et non inuenient] Non enim exaudiri merentur. [filios alienos genuerunt] quia discipulos seu posteros suos fouendo in suis peccatis, reddunt eos à Deo auersos, vt non iam ad creatorem suum, sed ad dæmonem seductorem pertineant. [Nunc deuorabit eos mensis] id est, de proximo peribunt, quemadmodū scriptum est: Quoniam tanquam foenum velociter arescent, [Clangite buccina] id est, clare & alte praedicate [in Gabaa] id est, in colle virtutum, vt praedicationi respondeant mores & vita. Clangite quoque & [tuba in Rama] id est, in excelso charitatis ac sapientiae, sicut ait Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos. Gabaa autem interpretatur collis, Rama vero excelsum. [vltulate in Bethauen] id est, in domo idoli, desiendo vehementer eorum peccata, qui creaturis potius quā creatori inhaerent atq; deseruiunt. Hi siquidem quasi idola honorare vidēt, secundum quod auaritiā vocat Apostolus idolorum seruitutem [in die correptionis & in tribubus Israel ostendi fidē] sicut haec verba in praecedenti capitulo de decē tribubus explanata sunt, sic generaliter verū est q̄ Deus in die castigationis & plagae impiorū ostēdit fidem, id est, fidelitatem & veritatem scripturae atq; sanctorum, dicentiū, q̄ Deus habeat omnium prouidentiam rerum, nilq; impræmiatum relinquens, peruersos debitis afficit poenis, etiam interdum in isto seculo. Vnde Iob 4. habetur: Recordare, obsecro, q̄s vnquam innocēs perijt: quin potius vidi impios dño flante perisse. [facti sunt principes Iuda] i. praleti Ecclesiae, [quasi assumentes terminum] i. possessiones suas dilatātes in terminis alienis quos emunt, nec contenti competenti possessione, temporalia immoderanter accumulānt, in grauen & scandalum aliorum. contra quos scriptum est Proverb. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. In Deuteronomio quoq; Non transeres terminos, quos fixerunt priores in professione tua. [super eos effundam quasi aquā iram meam] Talium nempe cupiditas vehementer damnanda est, grauitaq; punitur in praesenti per spiritualium diuitiarum (quibus anima spoliatur) subtractionem, in futuro quoq; per cruciamenta aeterna, quemadmodum Esai. 5. inducitur: Vae qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. [Calumniam patiens est Ephraim] Hoc iuxta sensum praehabitu dicitur de Ecclesia Christianorum malorum, dum ab infidelibus, seu peioribus praua intentione opprimitur, quod tamen iuste patitur ex parte Dei & sui. vnde subiūgitur [tractus iudicio] quia diuinā aequitatis censura hostibus traditur. [qm̄ cepit ire per sordes] vitiorum, de quibus Apocalyp. 22. legitur: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. [Et ego quasi tineā Ephraim] id est, haereticis seu praedictis avaris. [et quasi putredo domui Iuda] id est, ecclesiae peccantium, qui labijs Deum honorant, sed corde longe distant ab eo. Hos nanque destruit Deus, nunc spiritualiter omne esse gratiae gratum facientis eis negando aut subtrahendo, tandem quoq; iustas inferet afflictiones. [Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum, & abiit ad Assur.] sic multi spiritu diffidentiae tabescentes, dum propria mala & vincula culpae attendunt, pericula atq; iniurias imminentes aspiciunt, non couertuntur spe firma ad Deum, nec mente fideli clamant ad eum, sed à filijs huius seculi, Deo relicto, quærunt

2. Par. 16
4. Re. 15
Ephraim

Esa. 31.
Hier. 41.
Ezeca. 20.
& 23.

Ioan. 10.

Luce 11.
1. Petr. 5.

Psal. 10.

Matt. 6.
Ibidem.

Psal. 4.

Eccles. 10.

Ecc. 23.

Roma. 1.

Baruc. 3.

Psal. 36.

1. Cor. 2.

Eph. 6.

Deu. 19.

Hier. 17.
Psal. 33.

quærent solatium. Contra quos Hieremias scribit: Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachiū suū, & à domino recedit cor eius: cum utiq; dominus iuxta sit his q; tribulatio sunt corde, & afflictos eripiat, prout Iob 5. asserit: In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non videbis malum. Vnde ait in Psalmo 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Istis igitur tam infideliter se ad Deum habentibus, efficit Deus quasi leuena catulusq; leonis, quos capit & tollit, ne videant gloriam Dei, atq; in carcere infernali eos concludit, donec quærāt faciem eius: quod nunq; facient, quoniam non est in morte qui memor sit Dei, in inferno autem quis confitebitur ei?

Psal. 6.

Elucidatio cap. VI. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Art. XII.

Presenti capitulo describitur diuinæ bonitatis miseratio, Iudæorū quoq; ad Christum conuersio. Dixerat autem Deus in fine præcedentis capituli: Reuertar ad locū meū, donec deficiatis, & quæratis faciem meam. nunc autem protinus subdit: [In tribulatione sua mane consurgent ad me] Vnde secundū glossam & Bedam, verba hæc possunt aptari Iudæis, qui in Babylonica captiuitate oppressi, conuertebantur ad Deum, eritq; sensus: In tribulatione sua qua à Chaldæis in Babylonia affligebantur, mane. i. lumine pœnitentiæ eis infuso, consurgent ad me, excutiendo se à somno peccati & torpore ignauitæ ad vitam meliorem, dicentes ad se inuicem salubriter: [Venite, & reuertamur ad dominum, quia ipse cepit] id est, manibus Chaldæorum tradidit, [et sanabit nos] à languore peccati. Nihilominus secundum glossam & Bedam, immo secundum doctores catholicos & Hebræos, communiter capitulum præsens loquitur pro tempore Christi. Deniq; (vt refert Hieronymus) Iudæi increduli, qui Iesum Christum non recipiunt pro Messia eis promisso, exponūt hoc modis: In tribulatione sua, hæc sunt verba Dei, id est, Iudæi in hac captiuitate eis à Romanis inducta, mane consurgent ad me: quia quotidie mane & vespere orant Deum, liberari à tribulatione captiuitatis præsentis per aduentum Messie, dicentes: Venite, & reuertamur ad dominum, à quo peccando recessimus, & ad quem quotidie pœnitendo redimus, quia ipse cepit, i. Romanis tradidit, nos propter peccata nostra, & sanabit nos ab hac calamitate in aduentum Messie. viuificabit nos vita gratiæ [post duos dies] i. rex Messias statim cum venerit, viuificabit nos. [in die tertia] id est, in die iudicii [suscitabit nos, & viuemus in cōspectu eius] quia tunc perfecte saluabimur. Iudæi ergo per secundum diem, intelligunt Christi primum aduentum, quem præstolantur futurum: per tertium vero diem, intelligūt diem iudicii. Quibus Hieronymus obiicit, qd respondere nequeunt, quis sit primus dies. Porro, vt recitat Lyræ, Iudæi moderni sequentes Rabbi Salomonem, per primum diem accipiunt tempus primi templi à Salomone constructi, cui successit nox destructionis illius templi per Chaldæos: per diem vero secundum, accipiunt tempus secundi templi, à Zorobabel ædificati, cui successit nox destructionis templi illius per Romanos. Per tertium autem diem, accipiunt tempus tertij templi, quod asserunt à Messia ædificandum, de quo templo exponunt, quod in fine Ezechielis scribitur de cuiusdam templi structura mirabili. Itaq; post duos dies præfatos, videlicet finita captiuitate præsentis, & in die tertia cum Messias construxerit templum, dicunt se viuificandos ac suscitandos. Sed hæc expositio sumit diem satis improprie, fundaturq; in errore perfidiæ, quod dicunt Christum nondum venisse. Supponendo ergo quod verum est, vt pote qd Christus iam venit, sicut in sequentibus palam probabitur, exponenda est litera vere atq; catholice hoc modo: [In tribulatione sua] id est, in dolore pœnitentiæ pro peccatis, quia vera ceteris pœnitentiæ, tribulationem animæ habet, iuxta illud: Reuinit consolari anima mea. Et deuotus Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Non enim leuiter est descendit, nec modice reputandum, quod Deus sublimis offenditur, quod creator omnipotens inhonoratur, sed cordialissime oportet tristari, humiliari & emendare. Propterea Hieremias hortatur: Luctum vnigeniti facti tibi, planctum amarum. Et Moses: Cum quæreris dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæreris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Vel: In tribulatione sua corporali, quia in Christi aduentu subiecti erant Iudæi Romanis, qui præfererūt eis crudelissimos dominos, Herodem & Pilatum, qui Iudæos frequenter tribulauerunt, & quosdam eorum vicissim occiderunt. [mane] id est, in spiritualis diei aurora, videlicet mox illustrante eos gratia spiritus sancti, qui spiritualem diem facit in anima, dum gratiæ suæ splendore eā in omnibus ad salutem pertinentibus clare irradiat atq; accendit, de quo die accipi potest illud Proverbi. 4. Iustus sicut lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectum diem. De hoc mane fertur in Psal. 5. Mane astabo tibi, & videbo, qm̄ nō Deus volens iniquitatē tuas. Consurgent ad me, erigēdo se ab imis ad summa, à terrenis ad superna, dignosq; pœnitentiæ fructus agendo. Vnde scriptum est in Iob: Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te. Venite à multis in quibus consistit turbatio, ad vnum quod necessarium est, in quo quies vera consistit, Venite non gressibus corporis, sed

3. Re. 7.
4. Re. 25.
1. Efd. 2.
& 4.

Psal. 76.
Psal. 37.

Hiere. 6.
Deut. 4.

Matt. 3.
Iob 8.

Luc 10.

sanctis affectionibus cordis & actibus fidei, spei ac charitatis, & reuertamur ad dñm Christum. Quidam per mane intelligunt tempus prædicationis Ioannis Baptistæ, cuius doctrina, conuersatione, atq; baptismo multi Iudæorum ad Christum conuersi sunt. Dicitur q; tempus hoc mane, cum sit principium temporis gratiæ, quod ad Romanos dies vocatur, dicente Apostolo: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et alibi: Ecce, inquit, nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. [Quia ipse dñs cœpit] i. præteritis temporibus puniuit, & captiuitati exposuit. [et sanabit nos] iam, quæ admodum Zacharias dixit: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Anna quoq; prophetissa loquebatur de Christo omnibus qui expectabant redemptionē Hierusalem, & Simeon: Nunc dimittis seruum tuum domine &c. Curauit autem Christus electos Iudæos spiritualiter à seruitute peccati atq; vulneribus animæ, corporaliter quoq; curauit infirmos eorum, sicut euangelistæ testantur. Propter quod apud Esaiā prædictum est: Deus vester ipse veniet, & saluos vos faciet: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. [percutiet] virga paternæ correctionis in præsentis, ne aternaliter pereamus, [et curabit nos] indulgendo & confortando. Vnde ait apostolis: In mundo pressuram habebitis. Deniq; per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Hinc Proverb. 3. scriptum est: Disciplinam domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corripis. Quem enim diligit Deus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Et Iob tertio ait quidam: Beatus homo qui corripitur à domino: In crepationem ergo domini ne reprobis, quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. [viuificabit nos] per gratiæ infusionem, mortem culpæ delendo, corporis quoq; immortalitatem in spe exhibendo. [post duos dies] id est, expleto tempore quod fuit ante legem, & tempore illo quod fuit sub lege, videlicet nunc instante tempore euangelicæ legis, quando plenitudine temporis veniente, verbum caro factum, habitauit in nobis, & dixit: Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Et iterum: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. [in die tertia] quando resurgens à mortuis, iam non moritur. [suscitabit nos] id est, futuræ resurrectionis spem dabit. Capitis enim præcessio, spes membrorum est. Præterea, resurrectio Christi, est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Hoc totum scribit ad Corinthios sanctus Paulus: Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vel quod ait, Post duos dies, & in die tertia, idem tempus significat, scilicet diem dominicæ resurrectionis, in quo etiam viuificauit nos: quia, vt dicit Apostolus, resurrexit propter iustificationem nostram: tunc quoque apprensus discipulis, mortem infidelitatis cepit auferre, & vitam fidei reparare. Hieronymus per primum diem, intelligit primum Saluatoris aduentum: per diem secundum, diem iudicii, in quo in maiestate & gloria omnibus apparebit: per tertium, diem æternitatis, quando in patria claritatem suam monstrabit electis. Sed difficile videtur assignare, quomodo in hoc tertio die suscitabit nos, vel post prædictum secundum diem viuificabit nos. Glossa vero, per primum diem intelligit tempus à principio mundi vsque ad Christi aduentum: per diem secundum, tempus aduentus Christi, quo viuificamur per fidem: per tertium autem, tempus generalis resurrectionis, quando reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. [et viuemus in cōspectu eius] quia post Christi passionem & resurrectionem, fideles vere spiritualiterq; vixerunt coram Christo, qui spiritum sanctum misit in corda eorum. [scimus] scripturas & ea quæ fidei sunt, [sequemurq;] opera Christi, conformando nos eius humilitati, patientiæ, obedientiæ & passioni. Vnde & ipse testatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Itemq; Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Hinc ait Psalmista: Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei. Vel sequemur Christum, peracto iudicio ascendentes cum ipso in alta cælorum. [Vt cognoscamus Dominum] non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, cognoscentes sicut & cogniti sumus. Vnde in prima sua Epistola ait Ioannes: Quum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Hæc cognitio est finis noster & tota merces, de qua ait Saluator ad patrem: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESVM Christum. [Quasi diluculum præparatus est egressus eius.] Duplex est Christi egressus, vnus æternalis, qua per generationem æternam egreditur de corde patris, de quo Micheas scriptum est: Egressus eius sicut à principio, à diebus æternitatis. Et ipse Christus Ioan. 16. Exiui, inquit, à patre. Alius temporalis, qua per generationem maternam exiuit de inuoluto ac integerrimo utero super benedictissimæ virginis, de quo cantat Psalmista: Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, Et de isto egressu nunc agitur, vt sit sensus: Egressus eius, id est, processus Christi

Rom. 13.
2. Cor. 6

Lucæ 12
Lucæ 2.
Ibidem.

Esaiæ 35.

Ioan. 16.
Acto. 14

Galat. 4.
Ioan. 1.
Lucæ 19.
Ioan. 10

1. Co. 15.

Rom. 4.

Philip. 3

Mar. 16.
Lucæ 9.
& 14.

Ioan. 12.
Psal. 67.
1. Co. 13.

1. Ioan. 2
Ioan. 17.

Psal. 18.

Christi de virgine matre, & aduentus eius in hunc mundū per incarnationis mysterium, est preparatus, id est, à Deo factus, & nobis exhibitus, quasi diuiculum, quod est principii diei. Quemadmodū enim hora diluculi oriente luce fugantur tenebrę noctis, & totus mundus solis splendore perfunditur; sic Christo de virginis vtero prodeunte, atq; in mundo se manifestante, caligo ignorantie vitiorumq; tenebrę dissipari cœperunt, & veritatis emicuit claritas. Hinc scriptum est Esaię 62. Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accēdatur. Et Christus in Euangelio ait: Ego lux veni in mundum. [& veniet] Christus [quasi imber nobis temporaneus] quemadmodum enim imber iste in terra promissionis semina sata coalescere facit in terra, estq; multum conueniens terrę, & eam fecundans, sic Christus veniendo in mundum & prædicando, corda hominum fide & gratia per suam fecundauit doctrinam. Vnde & ipse ait: Semen est verbum Dei. Et Ioan. 15. ait discipulis: Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Venit quoq; [&] quasi imber [serotinus terrę] quoniam sicut imber serotinus perducit fructus ad maturitatem; sic Christus ope gratiæ suę perficit fidem nostram, ut per dilectionem operetur, & fructus virtutum producamus, ne simus sterilis arbor. Hinc etenim ait: Sine me nihil potestis facere. Et iterum: Semen fecit fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Vel dicitur imber serotinus secundum Hieronymum, in quantum æternę beatitudinis præmia confert. Secundū glossam quoque, in terra promissionis bis tantum in anno datur pluuia de cælo, propter quod pluuia temporanea fertur, quæ semina iacta coalescere facit; serotina vero, quæ ea ad maturitatem deducit. Vnde de hac terra Moses ait in Deuteronomio: Terra quam ingredieris, non est sicut terra Aegypti, vbi iacto semine aquæ ducuntur irriguæ, sed montosa est & campestris, de cælo expectans pluiam, quam dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt à principio anni vsq; ad finem. Vtinam cor nostrum sit huiusmodi terra, quatenus verbum Dei in eo fructificet, & impleatur in nobis quod dominus alio loco promittit: Dabo vobis pluiam temporaneam & serotinam. [Quid faciam tibi Ephraim] i. populo decē tribuum, [quid faciam tibi Iuda] i. populo duarum tribuum, s. Iudæ ac Beniamin, per quos tribus Leuitica datur intelligi, quasi dicat ipse dñs: Defectus vestrę saluationis non est ex parte mei, sed vestri, & iam tanta beneficia vobis exhibui, qd merito cōuerteremini ad me, & non obstante malitia vestra, adhuc quodammodo misereor vestri. Ita q; his verbis declarat, se habere pñ patris affectum ad filios pereuntes. Simile huic est quod ait per Esaiam: Quid ultra debui facere vineę meę, & non feci? & per Micheam: Popule meus, quid tibi feci, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Hoc quoq; affectu loquitur Esai. 42. Vtinam attendisses mandata mea, Et Deuter. 5. Quis det talem eos habere mētem, ut timeant me, & bene sit eis? Non ergo Deo imputemus, sed negligentie nostrę, qd perimus, vel minus habemus. [Misericordia vestra quasi nubes matutina] i. misericordia mea quam vobis impendere sum paratus, non est fixa, sed fructuosa in vobis, sed sicut nubes matutina sole ascendente cito pertransit, sic gratia mea in vobis effectum non habet propter duritiam & ingratitude vestram. Est item [&] quasi ros mane pertransiens, qui solis calore mox exiccat. Nomine rosis & nubis, gratia atq; benignitas Dei significatur. Esaias dicit: Ros lucis ros tuus. Et rursus: Creabit dñs super omnem locum montis Sion nubem per diem. Deus autem populo Israel etiam non credenti, multa beneficia & gratias gratis datas concessit, quæ omnia nubi & rosi instabili comparantur, quia non perduxerunt eos ad gratiam gratam scientem, celeriterq; auferbantur ab eis. [Quidam exponunt hoc modo: Quid faciam tibi Ephraim & c; quasi dicat: Indigni estis saluari, & misericordiam consequi, cuius ratio subditur: Misericordia vestra, id est, quæ inest vobis formaliter, est quasi nubes matutina, & sicut ros mane pertransiens, i. sine effectū & vana, non virtus vera, sed simulata, quemadmodum nubes matutina est frequenter sine pluuia, & ros matutinus sine humectatione terrę, in quo Iudæorū increpatur hypocrisis, quam Christus maxime redarguebat in scribis, pharisæis, ac sacerdotibus, prout Matth. 23. legitur: Væ, inquiens, vobis scribis & pharisæis, qui similes estis sepulchris dealbatis. Quidam referunt ista ad Iudæos & decem tribus Israel, qui erant tempore Osee prophete, tuncq; in proximo capiendi fuerunt per Assyrios & Chaldæos. Videtur tamen posse referri ad Iudæos pro tempore Christi, in quem in primo aduentu aliqui de singulis vel pluribus tribubus crediderunt. Plures vero non crediderunt, & eorum qui crediderunt, quidam auersi fuerunt. Propter quod secundum Euangelistas, exprobrauit eis, dicendos: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida & c. de quibus & Esaias cap. 9. prædixit: Nouissime grauata est via maris trans Iordanem Galilæe gentium. [Propter hoc] s. quia vos consulere volui, [dolui] i. more ædificantis, qui ligna dolat, asperitatem materię deponendo, dolui vos, i. verbis acutis cōminatus sum vobis, [in prophetis] i. per os prophetarum, quatenus obliquitatem vitiorum vestrorum delestem per minas, [occidi eos] videlicet negligentes, qui prophe-

Ioan. 12.

Lucę 8.

Ioan. 13.
Matt. 13.
Lucę 8.

Deut. 11.

Hier. 5.

Esa. 3.
Mich. 6.

Esa. 4.

Matt. 11.
Lucę 10.

prophetis non obedierunt [in verbis oris mei] i. per verba mea eos occidendos prædixi, vel verbis cōminatorijs multū eos affixi ac terrui. LXX. trāsulerunt, Succidi pphetas vestros, occidi eos verbo oris mei, & ita sensus est, qd pseudopphetas Deus occidit, eo qd populum seduxerunt, iussitq; eos interfici, vel imperando occidit, vt populus videns illorum occisionem, respisceret, pœniteret, nec se excusaret, dicendo, Seductus sum. Tempore Helie occisi sunt prophete Baal quadringenti quinquaginta. Deniq; circa aduentum Christi erant pseudopphetæ in Iudæa, de quibus scribitur in Actis, videlicet Theodas & Iudas Galilæus, q perierunt occisi. [& iudicia tua] i. sententia tuæ damnationis, seu æquitas iudicij quo te iudicabo. [quasi lux egredientur] i. omnibus euidenter innotescant, ita qd scient te iuste damnatū, captū, seu derelictum, eo qd post tantam admonitionem cōuerri nolueris. Vel, iudicia tua passius, id est, pœnæ, quas tibi infligam, quasi lux egredientur, quoniam manifeste patebūt, vt pro manifestis peccatis inferatur manifesta punitio, sicq; pœna sit correspondens peccato. Nunc enim videmus quomodo Iudæi vastentur, eo qd in Christum non credant. Ideo autem sic punientur, [Quia misericordiam volui] id est, opera pietatis & compassionis affectum accepto, [& non sacrificium] legale tempore euangelicę legis, in qua cæremonialia cessauerunt atq; mortifera facta sunt, quia non erant nisi figuratiua mysteriorum Christi nouęq; legis: propter quod, veritate impleta ac patefacta, debebant cessare. [& scientiam Dei] formatam ac salutarem, charitate ornatam, & bonę operationi coniunctam volui [plus q; hoc locausta] legis, quæ ad Dei honorem totaliter cremabantur, in signum qd homo debet te totum Deo offerre, eiusq; obsequio mancipare. Vnde dominus ait in Psalmo: Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et rursus: Sacrificium & oblationem nolui, holocaustum & pro peccato non postulasti. Et apud Esaiam 66. Qui immolat bouem, quasi qui interficiat vitum; qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, quæ omnia accipi possunt pro tempore nouę legis propter causam præactam, vel pro tempore veteris testamenti, quantum ad hoc, qd non erant per se accepta, neq; peccati purgatiua, quemadmodum ad Hebræos scribitur: Impossibile est, sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Hæc proprie dicuntur contra Iudæos, qui propter occisionem Christi à Romanis vallati, obtulerunt innumerabilia sacrificia Deo pro sua ereptione: sed quia in Christi discipulos non exercuerunt clementiam, & Christi scientiam contempserunt, non meruerūt aliquam misericordiam consequi. [Ipsi autē] decem & duæ tribus [sicut Adam] in paradiso [transgressi sunt pactum] i. legem quam pepigi cum eis, quemadmodum Adam contra diuinum præceptum comedit de fructu ligni scientiæ boni & mali. [Ibi] i. in Adā [præuaricati sunt in me] quia in ipso omnes cecidimus, & nascimur filij iræ in originali peccato. Vel, ibi, i. in hoc qd misericordiam & scientiam Dei non prætulerunt sacrificijs legis. [Galaad] i. vrbs illa sita in tribu Gad, pertinens ad sacerdotes, & ciuitas fugitiuorum est. [ciuitas operatium idolum] quia in ea primo consecratum est idolum, secundum Hieronymum. [supplantata sanguine] id est, deiecta propter sanguinem in ea impie fufum. Vel hoc ideo dicitur, quoniam primo ab Assyrijs capta est, & sanguis ciuim eius partim effusus est. [& quasi fauces virorum latronum] id est, habitatores Galaad assimilati sunt faucibus latronum, aliorum bona deuorantium, quoniam aliorum bona diriperunt & consumpserunt. [Particeps] fuit Galaad in peccatorum sacerdotum in via interficientium [id est, sacerdotum idolorum, qui per se vel suos ministros spoliabant vel occidebant in via, [pergentes de Sichem] id est, filios Israel, qui ibant per hanc ciuitatem seu de ea versus Hierusalem statutis diebus secundum legem, vt hostias offerrent in templo secundum legem, quod prædicti sacerdotes & habitatores Galaad ægreferentes, posuerunt infidiatores in via, qui pergentes interfecerunt aut spoliauerūt. Deniq; Sichem, secundum Bedam, quæ modo Neapolis dicitur, erat in confinio decem duarumq; tribuum, & sic de ea fuit Israelitis iter versus Hierusalem. Galaad autem interdum est nomen montis, vt patet Gene. 31. [quia scelus operati sunt, in domo Israel] id est, in terra atq; familia decem tribuum. [vidi horrendum] id est, immanissima crimina, scilicet adorationem vitulorum & occisionem pergentium. Vnde & Hieremias ait: Obstupuit cælum super hoc, & expauit terra vehementer. [Ibi * fornicatus est Ephraim] id est, Ieroboam qui vitulos aureos fecit, eratq; de progenie Ephraim, & Ephraim secuti sunt eius facinora. [contaminatus est Israel] vitio idololatrię, sequens reges suos, [sed & Iuda] id est, populus duarum tribuum, [pone messem tibi] id est, segetes colliges & messem in terra tua habebis, [cum conuertero captiuitatem populi mei] id est, cum tempore Cyri regis reduxero duas tribus de captiuitate Babylonica ad propriam terram sub duce Zorobabel. In quibus verbis innuit propheta, qd duæ tribus essent capiendę ac liberandę, sed de liberatione decem tribuum non loquitur nisi pro tempore Christi & fine mundi.

4. Re. 10.
Acto. 5.

Psal. 49.
Ibidem.

Hebr. 4.

*fornicatus
tides Ephraim

De moralitate huius capituli. Artic. XIII.

D Quem-

Quoniam ad id itaq; dñs ait in presentis capituli principio, [In tribulatione sua mane confluent ad me,] & nos debemus in omni tribulatione corporali seu spirituali, in omni tentatione & persecutione oculos ad Deum dirigere, eiusq; clementiam implorare, ut vel liberemur, vel patienter feramus & preualeamus, que admodum ait Psal. Ad dominum, cum tribularer, clamaui. Vnde 2. Paral. 20. Iosaphat ait: In nobis non est tanta fortitudo, ut possimus resistere: sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos erigamus ad te. Magnam nobis spem prestant verba Dei, dicentis: Salus populi ego sum: de quacumq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Multis quoq; tribulatio est incitamentum conseruandi ad Deum, qui in prosperis extollerentur, in quibus impletur illud Esaiæ 28. Sola vexatio dabit intellectum. Debemus insuper nos inuicem cohortari, dicentes: Venite & reuertamur ad dñm, prout ad Hebr. dicit Apostolus: Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Peccando autem mortaliter, a Deo omnino recedimus. Venialiter vero peccando, ab ipso aliquantulum elongamur, & nisi adsit custodia diligens, ad recessum disponimur. [vniuersificabit nos] per gratiam suam infusionem, [post duos dies] i. post attritionem & inuocationem, contritionem quippe precedit attritio, quam sequitur diuinæ pietatis imploratio, tuncq; Deus videns hominem fecisse quod in se est, infundit vitam gratiam, quæ dirimit mortem culpæ. [In die tertia] i. in confessione, quæ attritionem & inuocationem consequitur. [suscipiet nos] perfecte, etiã a reatu totaliter aut partim, secundum quantitatem pudoris, contritionis atq; feruoris. [Quasi diluculum præparatus est egressus eius.] Præter duplicem Christi egressum, in præcedenti articulo positum, est tertius eius egressus, quo spiritualiter venit ad corda fidelium, de quo ait Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hic ergo egressus præparatus est nobis quasi diluculum seu aurora, ut depellat à nobis obscuritatem peccati, & omne quod salutem animæ aduersatur, dum modo mane surgamus ad eum, primo omnino quærentes regnum Dei & iustitiam eius, & cum Psalmista dicentes: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Itemq; cum Esaias: De mane vigilabo ad te. Stat enim ad ostium pulsans, [Et veniet quasi imber nobis temporaneus,] rorem consolationis & fecunditatis, aquamq; sapientie salutis donando. [et serotinus terra,] quando transfert nos de fide ad speciem, de merito ad præmium, de imperfecto ad perfectionem, de quibus ait Apostolus: Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Vnde Matth. 20. scriptum est: Cum sero factum esset, dixit dominus vineæ procuratori: Voca operarios, & redde illis mercedem. [Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iudæ?] Hæc possunt esse verba clementissimi Dei ad Christianos peccatores, temporalia congregantes, & labijs tantum confitentes, vel alijs vitijs implicitos, quos Deus ad poenitentiam indefinenter inuitat, eorum damnationi velut compatiens. De quo dicit Apostolus, quod vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hinc & Petrus dicit Patienter agit dñs propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti. Cui consonans Esaias: Propterea, inquit, expectat dñs, ut misereatur vestri. Non ergo diuitias bonitatis & longanimitatis eius contemnimus. Mallet etiam Christus animarum amator denuo crucifigi, quæ sineret quempiam (quantum in se est) condemnari. [Misericordia vestra quasi nubes matutina,] multa enim beneficia tribuit istis Deus, videlicet sacramenta ecclesie. Sed ipsi negligunt semetipsos, & misericordia Dei eis oblata, tanquam nubes matutina, non firmatur nec perseverat in eis. Sed uti nam gratia & misericordia nostra cõparetur nubi, de qua loquitur Esaias: Ecce dñs ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Et rursus: Qui sunt isti, qui ut nubes volant? [Quia misericordiam volui, & non sacrificium.] Ex hoc docemur, quod benignos, pios & compassiuos, ad ignoscendumq; faciles, & tribuendum ac succurrendum paratos esse oporteat, ut alter alterius onera portemus, & tales exhibeamus nos proximis nostris, qualem cupimus Deum esse nobis. Propter quod Ephes. 4. scribit præcipitq; Apostolus: Omnis amaritudo & indignatio & ira & clamor tollatur à vobis. Estote vero inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Salomon quoq;: Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Et iterum ait: Facite misericordiam, plus placet Deo, quæ victimæ. Hæc verba Osee allegat Christus contra pharisæos apud Matthæum, dum ait: Euntes discite quid sit, Misericordiam volo, & non sacrificium, & scientiam Dei plus quam holocausta. Sanctum ergo & acceptissimum Deo est, studio sacræ scripturæ insistere, sic tamen, ut modus seruetur, & utiliora non omittantur. Vnde dicit Hieronimus. Semper in manibus tuis sacra sit lectio, tenenti tibi codicem somnus subrepat, & cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Ama scientiam sanctarum scripturarum, & vitia carnis non amabis. Verum tamen hæc salutaris scientia Dei, interdum pura oratione & immaculatæ conuersationis munditia melius atq; felicius impetratur, propter quod Iacobus ait: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. [Galaad ciuitas operantium idolum]

lum.] Galaad interpretatur transmigratio testimonij, sicq; designat peruersos prælatos, impiosq; doctores seu prædicatores, qui testimonium scripturæ transferunt in abusionem & voluptatem carnalem, in omnibus quæ operantur, propria comoda exquirentes. Isti sunt ciuitas operantium idolum propria adinventionis, non voluntate diuinæ iussionis: suntq; præterea velut fauces latronum, quæ subditos bona consumunt, eosq; malis exemplis & negligentia ac torpore spiritualiter strangulant & occidunt. Et sunt participes sacerdotum iniquorum, qui [pergētes in via] virtutum [de Sichem] i. opere bono [ad Hierusalem] i. internæ pacis contemplationem, [interficiunt] retrahendo eos à bono, atq; in vitia inducēdo. [In domo Israel vidi horrendum] Horrendum plane est, considerare aut dicere, quod immanissima vitia inueniant iam in ecclesia Dei, præsertim in his qui spiritualibus deputati videntur, & de ecclesie bonis sustentantur. [Postremo, quod in isto capitulo dictum est, Quia ipse cepit & sanabit nos, quidam ad literam sic exponunt: ipse Christus cepit, i. apprehēdit nos eo modo, quo ad Hebræos dicit Apostolus: Nusquam angelos apprehēdit, sed semen Abraham apprehēdit, quia videlicet ex femine Abraham naturam assumpsit humanam. Hinc & David fatetur: Misit de summo, & accepit me. Quauis autem expositio ista sit vera, non tamen ad propositum esse censet, quia pro eo quod nostra translatio continet, ipse cepit, in Hebræo & in translatione Septuaginta habetur, ipse rapuit: & secundum hoc, litera ista exposita est præcedenti articulo.

Elucidatio literalis capituli VII. Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim. Articulus XV.

Consequenter ostenditur causa derelictionis decem tribuum, intolerabilis multiplicitas iniquitatis ipsorum. Itaq; dñs ait: [Cum sanare vellem] quantum in me erat, vel voluntate antecedente, non consequente quæ semper impletur, iuxta illud Esaiæ 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. [Israel] i. populum decem tribuum, & vnū à vulneribus animæ, de quibus apud Esaiam habetur: Vulneris & hulus & plaga tumens. Vel à captiuitate & tribulatione hostili [reuelata est] i. manifeste ac multipliciter facta est iniquitas Ephraim [id est, Hieroboam effraç, qui aureos vitulos fecit, ac regum eius iniquitatem sequentium, qui pro magna parte erant de genere Ephraim. [et malitia Samaritanorum] i. habitatorum Samarię metropolis in regno decem tribuum, qui assecuti sunt peccata & idololatriam regum suorum. [quia operati sunt mendacium] i. idolum, quod teste Apostolo nihil est, sicq; mendacium dicitur, quia opponitur veritati rei seu eatis. Quemadmodum enim verum multipliciter dicitur, ita & falsum. Recte quoq; idolum vel simulacrum appellatur mendacium, quoniam sicut verum opponitur falso, ita simulacrum Deo, qui veritas est. Deniq; idolum dicitur nihil, vel non ens, non ex parte materiæ, aut formæ artificialis superinductæ, sed quantum ad id quod esse aut significare putatur. Quidam enim coluerunt idola tanquam animata, & aliquid numinis seu diuinitatis habentia, alij tanquam imagines rerum aliquid diuinitatis habentium, quorum vtrunq; est falsum. Propter quod Socrates dixit se malle adorare canem, quod idolum, eo quod canis, cum sit opus naturæ, dignior est idolo quod est opus artis. Vel per mendacium generaliter intelligi potest dolus atq; fallacia, quibus isti pleni fuerunt, sicut communiter fuerunt & sunt Iudæi. Vnde in Hieremia habetur: Vnusquisq; à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. [Et fur ingressus est, spolians latrunculus foris.] Per furem & latrunculum quidam intelligunt Hieroboam regem, qui occulte & deceptorie aggressus est populum, inducēdo eum ad idololatriam, sicq; spoliavit eum auxilio Dei & spiritualibus bonis, & velut pessimus latro eorum animas interfecit, quas à fonte vitæ Deo sancto & adorando auerit. Sed quia in præcedenti capitulo dictum est, quod in regno decem tribuum vigerent latrocinia & rapina, potest per furem & latrunculum designari, quod in populo isto fuerunt fures latenter ingredientibus & spoliantes, latrunculi quoq; in locis forissecus interficientes. sæpe enim ponitur in scripturis singulare pro plurali. [Et ne forte dicant in cordibus suis] i. ne cogitent cum assensu, omnem malitiam eorum me recordatū] i. quod nunc antiqua & pristina eorum peccata in deserto seu postea perpetrata attendo, & pro illis eos iam punio, ita quod patres comederunt vnam acerbam, & ob id dentes filiorum obstupescant, impleaturq; in eis illud Hieremiæ in Threnis: Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. [Nunc circumdederunt eos adinventiones suæ] i. vitia idololatriæ usq; in præsens, tam euidenter, tamq; multiformiter perseverant in eis, quod per modum vestimenti eos circumdant, & testantur quod propter propria crimina puniuntur, nec possunt vetera patrum suorum peccata contra Deum causari sic itaq; proprijs culpis & poenis pro illis iuste inflictis circumdantur atq; ligantur, prout in Proverbis asseritur: Iniquitates suæ capiēt impium, & funibus peccatorum suorum cõstringetur. [coram facie mea factæ sunt] i. me presente ac intente prædicta mala egerunt, vel coram facie mea factæ sunt, i. peccata illa mihi ipsi propositi, ut ea viciscar. [In malitia sua latificauerunt regem] i. populus Israel cõsentiendo & insistendo peccatis Hieroboam regis, latum fecit eundem, [et in mendacijs suis] i. verbis mendacibus atq; fraudibus

Hebr. 22
Psal. 17.

Esaiæ 1.

1. Cor. 8.

Hierc. 9.

Thre. 9.

Proou. 3.

3. Re. 12.

Ca. VII 40

D. DIONYSII CARTHUSIANI

lentis operibus latificauerunt [principes] prædicti Hieroboam, q regi suo cõfœderati in malo, gaudebãt de idololatria populi. ¶ Quidã exponunt hoc de falsis prophetis, quorũ consilio dicũt Hieroboam constituisse cultũ vitulorum aureos; quibus obuiare videtur dictum Hieronymi, asserentis q Hieroboam forte fecit caput vituli aurei, sicut didicit in Aegypto, in qua tale colebatur portentum. Et iterum 3. Reg. 12. habet, q Hieroboam excogitato consilio fecit hos vitulos, & dies festiuos instituit, secundũ qd finxit sibi pprio corde. Vnde non videtur dicta assertio vera. Potuit th esse, q in processu tẽporis pseudopropheta roborauerunt eum in suo errore, quẽadmodum creditur fecisse propheta Samariã, qui prophetã de terra Iuda missum, & regẽ Hieroboam increpantẽ, seduxit. ¶ Omnes adulterãtes, i. spirituale adulteriũ seu idololatriã cõmittentes, [quasi clibanus succensus à coquente] i. similes furno à pistore accenso, qm sicut pisto fornam calefacit, sic Hieroboam plebẽ Israel ad idololatriam prouocauit. ¶ Qui euit paululũ ciuitas, i. populus vrbis, in qua mansit Hieroboam, modico tẽpore cessauit [à cõmixtione fermẽti] i. ab insectide & cõmuniõne corruptionis idololatriã, donec fermẽtaretur totũ. vniuersus populus idololatriã cõsentiret. Primo enim Hieroboam non compulit populum ad vitulorum culturam, sed inclinauit, tum ne ab aliis quibus bonis & religiosis ei renitentibus impediretur propositum eius, (Nam in principio regni sui multi adhuc deuoti fuerunt in decem tribubus) tum quia pensauit, q coacta & per necessitatem seu violentiam introducta, citius dissoluuntur; quod aut volũtarie agitur, diutius perseverat. Idcirco ciuitas parum quieuit; nam primo reliquit populum propriã voluntati, & tunc non exercebatur idololatria tam frequenter, sed paulatim traxit populum ad suam voluntatem, donec omnes consenserunt, quanuis semper fuerunt quidam, aliorum comparatione paucissimi, qui non consenserunt propter quos positi erant custodes, ne permitterent Hierosolymam ire & immolare. ¶ Deniq in fermento duo considerantur, videlicet prioris naturã corruptio, sicq; accipitur in malo, & significat corruptionem peccati, seu falsam doctrinam, vt cum ait saluator: Cauete à fermento pharisæorum, & à fermento Herodis. Et Apostolus: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. Sic modo accipitur. Secundo, consideratur in fermento quãdam virtualis sapiditas, quã massam efficit sapidam, & ita accipitur in bono, & designat statum Ecclesiã, vel efficacem doctrinam, aut simile aliquid, vt dum ait in Euangelio Christus: Simile est regnum cælorum fermento quod acceptum abscondit mulier in farina tribus fatis, donec fermentaretur totum. [Dies regis nostri] id est, toto populo igne idololatriã inflammato, cõperunt idololatrantes dicere coram Hieroboam: Iste est dies solennis, quem Hieroboam rex noster statuit nobis in honore idolorum celebrandũ; ideo nunc gaudemus, & ludimus, & idola adoramus. Hieroboam enim præfixit populo certos dies solenniter peragendos, & populus regi suo applausit. [Cõperunt principes furere à vino] id est, principes Hieroboam prædictis verbis exhilarati, vitijs gulã seruiebant, & præ ebrietate vini, vsum rationis amittentes, cultui idolorum irrationabiliter & imprudenter vacabant vt furibundi. [Extendit manum suam] rex Hieroboam [cum illusoribus] id est, populo atq; principibus, qui sibi vanis laudibus illudebant, immo & seipfos seduxerunt. Rex enim videns subditos sibi sic acclamare, consensit, & eadem fecit, quã populus, in idolorum honorem. [quia applicuerũt] subditi, [quasi clibanum cor suum] ad consilia regis, id est, feruenti affectu consenserunt instigationi Hieroboam suggerentis vitulorum culturam. [cum insidiaretur eis] i. quum ipse Hieroboam fraudulenter auerteret eos à veri Dei obsequio. [Tota nocte dormiuit coquens eos] id est, Hieroboam cernens populum toto affectu sibi acquiescentem, fuit securus, & noctibus intrepide conqueuit, qui populum istum coxit, id est, igne idololatriã indurauit, quemadmodum ignis fornacis panes indurat. Nam ante iste Hieroboam formidauit, & inquiete dormiuit, timens si populus Israel iret adorare in templo Hierusalẽ, q reuertere ad successores Dauid, sub quorũ dominio fuit tẽplum, sicq; metuebat occidi à populo, vel regno priuari; idcirco ex vitioso timore & ambitione, fecit vitulos aureos, vt illos Israel adorãt, non amplius proficisceretur Hierusalem. Cumq; Hieroboam vidisset se, quod optauerat, assecutum, secure dormiuit. [mane ipse succensus] i. diluculo confurgens Hieroboam, statim ardore idololatriã est ignitus, [quasi ignis flammã] ita q ante omnia cum feruore accessit ad idolorum culturam. Quid plura? [Omnes] principes & satellites ac subditi eius [calefacti sunt quasi clibanus] id est, exemplo impij regis feruebant ad idololatriam. Ecce quantum nocet iniqua potestas: nam cõminus vellet subditos curare impedita est salus eorũ per regis facinora, in quantum imitati sunt ea, propter quod scriptum est in Ecclesiastico: Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. [& deuorauerunt iudices suos] i. bonos qui eos recte arguebant de idololatria, tandem subuerterunt, & suo ac regis consilio atq; exemplo ad idololatriam induxerunt. Vel deuorauerunt eos, quia redarguentes, & idola colere non volentes, occiderunt. [Omnes reges eorum] videlicet decem tribuum [ceciderunt] id est, peccato idololatriã lapsi sunt, quoniam

qm nullus eorũ recessit à peccato Hieroboã, vt patet 3. & 4. Reg. [non est qui clamet in eis ad me] qm nullus eorũ me veraciter inuocauit, quia & si forte quidã eorũ Deum Israel aliq modo cognouit & inuocauit, non tamẽ digne & virtuose, eo q idola nõ abiecit. [Ephraim] i. regnũ decem tribuum [in populis ipse cõmiscetur] i. gentibus assimilatus est, veri Dei cultum derelinquẽdo, & miscẽs se vitijs gentilitatis, qã non solũ aureos vitulos adorauit, sed in super deos nationũ. [Ephraim factus est subcineritius panis] i. sordibus idololatriã vndiq; cõtaminatus, & per penitentia nõ cõuersus, quẽadmodũ panis subcineritius maculatur pulueribus terrã, neq; reuoluit. ideo subdit, [q nõ reuersat] sic ipsi non sunt ad dñm reuersi, ita, q verbũ Esaiã cõpletur in eis: Populus nõ est reuersus ad percutientem se, & dñm nõ exquirit. [Come derunt alieni] i. extranei & gentiles hostes Israel, [robur eius] i. bona populi huius terrã nascentia deuorando, thesauros tollendo, & forres populi occidendo. [& ipse nesciuit] i. plagã propriam non attendit, nec Dei iustitiã cõsiderauit, nec suã castigationis contemplatus est causam, videlicet q propter idololatriã talia pateretur. Simile est quod de regno Iudã prædixit Esaias: Deus cõbussit eũ in circuitu, & non cognouit, de quib; scriptũ est in Hieremia: Percussisti eos, & nõ doluerũt. [Sed & cani] i. senes effusi sunt in eo. i. idololatriã vitio dediti erant in populo isto. Vel sensus est, q ipsi vsq; ad vltimã senectutẽ & regni sui finem, permãserunt in tanto facinore, prout in libro Iob scribitur: Cunctis diebus suis superbit impius. [& ipse] populus Israel [ignorauit] q finis regni sibi instaret merito huius peccati. Et humiliabitur superbia Israel, i. debite punietur & deñcietur [in facie eius] i. cito adhuc populo isto, quẽ alloquor, viuẽte, & propriã calamitatẽ spectante ac sentiente. Deus em̃ superbis resistit, & corã Deo atq; hoĩbus odibilis est superbia. Vnde & Esaias ait: Incuruabis sublimitas hoĩm, & humiliabitur altitudo viroũ. [nec reuersi sunt] filij Israel [ad dñm Deũ suum, & nõ quãsierũt eum in oĩbus his] malis pœnã & culpã quibus grauati sunt, ita q nec vexatio dedit eis intellectu, nec impletũ est in eis illud Esaiã 26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis. De talibus scriptũ est in libro Iob: Quasi de industria recesserũt à Deo. Et iterum: Dixerrunt Deo, Recede à nobis, scientiã viarũ tuarũ nolumus. Itemq; Hier. 5. Indurauerũt faciem suã supra petrã, & noluerũt reuerti. [Et factus est Ephraim quasi colũba seducta] i. assimilatus columbã retribus aucupis cõprehensã. [non habens] ipse Ephraim [cor] i. veram sapientiã & rectã rationis iudiciũ, propter quod dæmonũ venantiũ captus est laqueo, estq; securus errorẽ qui subdit. De talibus loquit dñs in Hieremia: Audi popule stulte qui non habes cor. Hoc loco dicit gloriosus Hieronymus: Præcipit dñs in euãgelio, vt simus simplices quasi columbã, & astuti quasi serpẽtes, vt imitãtes simplicitatẽ columbã & serpentis astutiam, nec alijs nocere possimus, nec ab alijs insidias patiamur, sed simplicitate & prudentia exhibeamus hoĩem temperatum: quia prudentia absq; bonitate, malitia est; & simplicitas absq; ratione, stultitia. Porro in columba duo notãtur, puta simplicitas & stoliditas: quo ad primum, accipitur in bono, cum ait Saluator: Estote simplices sicut columbã. Et Psalmista: Quis dabit mihi pennas sicut columbã? Esaias quoq; Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbã ad fenestras suas? Sic & in Canticis p columbã designat ecclesia. Quoad secundum, accipitur in malo, sicut hoc loco. Præterea, secundũ Hieronymũ, ppheta cõparat Ephraim columbã magis, q cãteris auibus, qm aliã aues cum vitã suã periculo proprios protegunt pullos à rapacibus auibus, sola columba ablatos pullos non dolet, neq; requirit. Sic regnum Ephraim dissipatum per partes, populum deletum non sensit. Deĩnde describitur insipientia Israel. [Aegyptum inuocabant] i. inuocatione & confidentia Dei relicta, Aegyptiorum subsidium procurare conati sunt tempore tribulationis hostilis, quod fecerunt tẽpore Osee regis, [ad Assyrios abierunt] pro auxilio tẽpore Manahẽ regis, vt legitur 4. Regũ 15. & 17. [Et cum profecti fuerint] ad Aegyptios siue Assyrios procurandos, [expandam super eos rete meũ] i. amplitudinẽ potentia meã, ita q locũ mutando nõ effugient manum meam, in qua sunt oēs fines terrã. Male dictus em̃, qui ponit carnẽ brachiũ suum, & à dño recedit cor eius. [quasi volucrem cali detraham eos] i. deñciam & ab effectu optato impediam. Simile est qd Ezechiel. 12. loquitur Deus: Expandam super vos rete meum, & capiemini fagena mea. Vnde & Esai. 30. testatur est Aegyptus vane auxiliabitur. [Cedam eos] i. puniam [secundum auditionem cœtus eorum] i. vniuersaliter, secundum quod omnes regis sui consilium audierunt, & idolis seruierunt. Vã eis, qm recesserunt à me] per idololatriam aliãq; peccata, propter quã meruerũt temporaliter captuari, aternaliterq; damnari. Vnde in Threnis habetur: Vã nobis, quia peccauimus. Cum em̃ Deus aternus ac adorandus, sit vniuersã beatitudinis origo fontana, qui ab ipso discedunt, nil nisi miseriam illabuntur, & si tẽporaliter prosperari atq; florere videantur, tanto infeliciores sunt, quo amplius prosperantur. [Vastabuntur] i. ab Assyrijs capientur, [quia præuaricati sunt in me] legis præcepta penitus deserendo, immo & contra naturalem rationem idola venerando. [Et ego redemi eos] quia patres eorum

3. Re. 12.

3. Reg. 11

Matt. 16.

Lucæ 12.

Marci 8.

1. Cor. 5.

Matt. 13.

Ecc̃i 10.

Esai. 9.

Hier. 3.

Esai. 40.

Hier. 5.

Iob 15.

1. Petr. 5.

Ecc̃i 10.

Esai. 12.

Iob 34.

& 22.

Hier. 5.

Matt. 10.

Ibidem.

Psal. 54.

Esai. 60.

Cant. 2.

Psal. 94.

Hier. 17.

Thren. 5

rum eduxi de Aegyptiaca seruitute, & has decem tribus Deus frequenter liberauit miracu-
 Exod. 12 lose ab hostibus, vt patet 3. & 4. Reg. [& ipsi locuti sunt contra me mendacia,] beneficia mea
 3. Re. 15. & 18. idolis ascribendo, sicut & patres eorum dixerunt. Ipsi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de
 4. Reg. 3. terra Aegypti. [Et non clamauerunt ad me in corde suo,] cordialiter atq; attente me depre-
 & 10. cando, [sed ululabant,] idola laudabant & adorabant [in cubilibus suis,] in quibus lasciu-
 Exod. 32 ebant, vel in delubris, vbi idololatriam exercebant. Et rite canticum idolorum nominat san-
 ctus propheta ululatum, secundum glossam: quia amisso rationali sensu, lupis seu canibus
 similes erant. [super triticum & vinum] i. post immoderatam cibi ac potus sumptionem,
 [ruminabant,] more bestiarum ad fauces ea quae sumperant, reducebant, in q; de gulae vitijs ar-
 guuntur, [recesserunt a me] qui omnia impleo, non locali distantia, sed affectionis imparili-
 tate, qm vnionem charitatis & gratiae abiecerunt. De talibus ait Deus Esai 65. Ea quae nolui,
 Hier. 23. elegistis. [& ego erudiui eos,] mittendo eis prophetas, naturali q; lumine rationis eos deco-
 Psal. 4. rando, de quo legitur: Signatum est super nos lumen vultus tui dñe. [& confortauit brachia
 eorum] tempore praehorum, ita q; miraculose praualuerunt. Vel per brachia intelliguntur
 potentiae operatiuae, videlicet intellectus practicus & voluntas, appetitusq; sensitiuus, quas
 Deus confortat, dando promptitudinem operandi. Vnde per Ezechielem dominus ait:
 Ezech. 30. Confortauit brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis regis Aegypti confregi. [& in
 me cogitauerunt malitiam,] male sentiendo de me, vel ex proposito me inhonorando, aut
 dolendo de hoc q; tam potens sum, q; eorum peccata vicisci possum, eosq; punire. [reuerfi
 sunt] id est, a me auersi, & ad coepta mala reflexi, [vt essent absq; iugo] legis per Mo-
 sen datae, & sine obedientia ac timore nominis mei, sicut de populo Iudae dominus ait apud Hieremi-
 am: A seculo fregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam. Quo contra
 Hier. 2. scriptum est Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, qualiserat
 Thre. 3. qui ait: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. [facti sunt vt arcus dolosus,]
 Psal. 72. Arcus dolosus vocatur, qui sagittam reflectit in sagittantem, sic isti sagittas, id est, blasphe-
 mias miserunt contra Deum conseruatorem ipsorum, qui tenuit eos sicut sagittans arcum,
 quae tamen sagittae Deo non nocuerunt, sed in ipsos retortae sunt, & eos interfecerunt, quem-
 admodum scriptum est: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniqui-
 tas eius descendet. [Cadent in gladio] aduersariorum, id est, ab Assyrijs occidentur [princi-
 pes eorum] de quibus iam dictum est: Coeperunt principes furere a vino. [a furore linguarum]
 i. propter insensatos sermones blasphemiae contra Deum altissimum, & propter ardentia ver-
 ba ad idolorum honorem prolata. [Ista subsannatio eorum] id est, praeducta eorum ido-
 latria atq; irrisio Dei, similis est subsannationi seu idololatriae, quam didicerunt & exercu-
 erunt [in terra Aegypti,] in qua, secundum Hieronymum, Apim caeteraq; Aegyptiorum co-
 luerunt portenta. Loquitur autem de eisdem specie, non numero. Hi namq; quibus loqueba-
 tur Osee, no didicerunt praedicta in Aegypto, sed patres eorum. [Postremo, quae dicta sunt
 in isto capitulo ab illo loco,] Caedam eos secundum auditionem coetus eorum, multum con-
 uenienter aptantur Iudaeis pro tempore Christi. De illis itaq; qui Christo non crediderunt,
 sed procurauerunt mortem ipsius aut consenserunt, ait saluator: Caedam eos, id est, per Ro-
 manos punia eos tempore Titi ac Vespasiani, secundum auditionem coetus eorum. i. generaliter
 secundum quod pene oes audierunt consilia principum sacerdotum, ita vt postularent sibi Barra-
 bam dari, meq; interfici. Vnde Esai. 65. Christus testatur: Dies ultionis in corde meo, calcaui
 Marc. 15. eos in furore meo. Vae eis, quoniam recesserunt a me, nolentes doctrinam meam recipere,
 Ioan. 9. & dicentes: Nos scimus, quia hic homo peccator est. Vastabuntur ab exercitu Romanorum, iux-
 ta illud Danielis 9. Ciuitatem & sanctuariu dissipabit populus cum duce veturo. Quia pua
 Luca 23. ricati sunt in me, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Et: No habemus re-
 Ioan. 19. gem nisi Caesarem. Vnde Hier. 5. loquitur Christus: Prauaricatione prauaricata est in me
 domus Israel, & domus Iuda negauerunt dominum, & dixerunt: Non est ipse. De hac quo-
 que vastatione dixit Saluator: Circundabunt te inimici tui vndiq; & ad terram prosterne-
 te, eo q; non cognoueris tempus visitationis tuae. Et ego redemi eos. Christus enim omnes
 Galat. 3. redemit, quantum ad sufficientiam: solos vero electos, quantum ad efficientiam, & ipsi lo-
 Mat. 12. cuti sunt contra me mendacia, quando dixerunt, In Beelzebub principe daemoniorum eij-
 Ioan. 19. cit daemones. Et item: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filiu Dei se
 fecit. Super triticum & vinum ruminabant. Erant em scribae & pharisaei vitijs gulae subiecti,
 Matt. 23. iuxta illud, Amant primos recubitus in cenis: Recesserunt a me, quemadmodum Matthei
 22. habetur: Abeuntes pharisaei, fecerunt consilium, vt caperent IESVM in sermone. Et
 ego erudiui eos, euangelicam sapientiam praedicando, & confortauit brachia eorum, quan-
 tum in me fuit, quia proposui eis spem regni caelestis, & in me cogitauerunt malitiam,
 prout Mattheus inducit: Congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium
 Matt. 26. principis sacerdotum, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Vnde
 per

per Hieremiam Christus fatetur: Facta est mihi haereditas mea quasi leo in sylua, dedit con-
 tra me vocem suam. Hoc est quod ait Psalmista ad regem Messiam in Psalmo 20. cuius ex-
 ordium: Domine, in virtute tua laetabitur rex: Quoniam declinauerunt in te mala, cogita-
 uerunt consilia quae non potuerunt stabilire. Reuerfi sunt, vt essent absq; iugo, obsequij Chri-
 sti & praceptorum consiliorumq; eius. De quo ait: Tollite iugum meum super vos. Vide-
 Matt. 11. bant enim ambitiosi atq; avari Iudaei, q; Christus in omnibus humilitatem & paupertatem
 edocuit, quod non sapuit eis, sed dixerunt: Insanit, quid eum auditis? Facti sunt vt arcus
 Ioan. 10. dolosus, iacula blasphemiae proiciendo in Christum, nam & dolose conati sunt eum cape-
 re in sermone. Cadent in gladio Romanorum, principes eius, id est, sacerdotes Iudaicae ple-
 bis, a furore linguarum suarum, id est, propter furiosa blasphemiae verba aduersus Christum prola-
 ta. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti, quemadmodum enim subsannauerunt filium
 Dei incarnatum in terra promissionis, sic in Aegypto subsannauerunt Deum aeternum pa-
 tres eorum per idololatriam.

Declaratio moralis eiusdem cap. VII. Art. XVI.

DE Israel & Ephraim ac Samaria possumus loqui dupliciter, Primo, secundum nomi-
 num interpretationem: secundo, quo ad conuersationis illorum maneriem. Quonia
 ergo vita decem tribuum, scilicet Ephraim & Israel, pessima fuit, postq recesserunt de do-
 mo David, quia ex tunc idola coluerunt, ideo per eos significantur quandoq; inobedientes
 Christiani, haeretici, caeteriq; peruersi. Loquendo autem de Israel secundum nominis inter-
 pretationem, quae est, Vir videns Deum, no designat proprie nisi fideles & bonos. Ephraim
 vero quod interpretatur incrementu, significare potest hoc modo & bonos & malos: secun-
 dum qd aliqui crescunt in verbis bonis ac spualibus, alij in reb' malis, inutilibus siue superfluis.
 Veruntamen in praesenti loco Israel & Ephraim accipiunt in malo, secundum qd populus ille
 prauissimus erat. Est itaq; tropologicus intellectus: Cum ego Christus post resurrectionem
 & spiritus sancti missionem, sanare vellem Israel, id est, populum ecclesiae Christianum sola
 fide ac nomine, qui fide informi speculantur diuina, reuelata est iniquitas Ephraim, id est,
 peccata principum ac praetorum plebis Christianae eruperunt & propalata sunt. Hi enim
 dicunt Ephraim, quasi in temporalibus condescendentes, & quoniam praesident alijs, quemad-
 modum reges decem tribuum communiter de tribu Ephraim extiterunt, & malitia Samariae
 per Samariam decem tribuum metropolim, figurantur principales in domibus praetorum
 ac principum, qui communiter primo adharent iniquitatibus praesidentium. Hi itaq; pre-
 lati ac principes mali cum suis domesticis saepe impediunt subditorum salutem, du eos bladi-
 Hier. 10. mentis, comminationib', vel exemplis trahunt ad culpam, per quam gratiae Dei obicem po-
 nunt, ne illustrent atq; curentur. Vnde apud Hieremiam legit: Quia stultice egerunt pastores, &
 dnm non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. Summo ergo humilimoq;
 affectu exorandus est Deus, vt praestet bonum praetatum principemq; condignum. Dum er-
 go superiores subditorum salutem impediunt, impletur quod subditur: [Et tur ingressus est
 Luc. 11. spoliatus] per quem intelligi potest diabolus, qui tunc corda ingrediur subditorum, & spiri-
 Luc. 8. tualib' eos bonis destituit, secundum qd ait saluator in Euangelio: Venit diabolus, & tollit ver-
 bum de corde ipsorum, ne credentes salui fiant. Hic quoq; diabolus est, latro foris, animas stran-
 gulans, atq; in caliginoso aere habitans, & in omni itinere nostro nobis insidians. Vel no-
 mine furis daf intelligi omnis seductor occultus, simulator & callidus: qui mentem lupinam
 veste ouina abscondens, multos subuertit, spoliat & occidit, idcirco & latrunculus appellat.
 De talib' ait saluator: Attendite a falsis pphetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrin-
 secus aut sunt lupi rapaces. Et reuera omnis superior sibi commissos negligens aut subuertens,
 Mat. 7. fur dici potest & latro, de cuius manu sanguis pereuntiu queritur. Et ne forte dicant in cor-
 dibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum, nuc circundederunt eos adinventiones
 Matt. 23. suarum, id est, ne peruersi & impenitentes dicant se puniri propter antiqua sua vel aliorum pecca-
 ta, per poenitentiam vel castigationem deletariam nuc quotidie tot noua peccata addunt veteri-
 bus, q; recetib' vitijs circudant & puniri merent, nec possunt se excusare. De talib' dicit Apo-
 2. Tim. 3. stolus: Impij proficient in peius & Psalmista: Prodiit qsi ex adipe iniquas eorum, transierunt in af-
 Psal. 72. fectum cordis. Coram facie mea factae sunt, hoc est qd fertur in psalmo: Delicta mea a te no
 Psal. 68. sunt abscondita. Apud Iob quoq; dicitur: Deus nouit hominum vanitatem, & videns iniqui-
 Iob. 11. tatem, nonne considerat? Maxima nobis est ratio abstinendi a culpa, q; Deo praesente, intuen-
 te ac iudicante, agimus intus, q; foris quicqd egerimus. Ideo em ait vir sanctus: Seruauit man-
 data tua & testimonia tua, qa omnes vias meas in conspectu tuo. [Praeterea q; vehementer id
 pertinet ad omnipotentis Dei irreuerentiam, q; amplius humanu q; diuinu veremur aspectu,
 q; Deo attendente audemus cogitare, qd coram hominib' non audemus exprimere, qd soli
 facim' op' Dei negligentius, q; facerem' illud si honesti hominis adesset persona. Semp ergo
 pensamus ac honoremus praesentiam atq; intuitu maiestatis diuinae, dicentes ad creatorem]

Psal. 118. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. [In malitia sua iustificauerunt regem, & in mendacijs suis principes] sic subditi dum maioribus suorum impię voluntati assentunt, eorumque actus peruersos approbant & sequuntur, iustificunt eos. Quemadmodum enim boni prelati ac principes de subditorum profectu precipue gaudent, dicente Ioanne in tertia sua canonica: Maiorē horum gratiam non habeo, quā ut audiam filios meos in veritate ambulantes: sic prelati indigne iucundantur in his, qui ipsorum conformantur erroribus seu peccatis. [Omnes] isti inepri-fidentes sunt [adulterantes] carnaliter aut spiritualiter, quo contra dicit apostolus: Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate. [quasi clibanus succensus a coquente] sic inflammati sunt igne libidinis aliorumque vitiorum. Iam videmus quomodo in clericis regnet carnalia vitia, & quā ad ampliorem obligant munditiā, turpius inquinant. [Qui-uit paululum ciuitas a commixtione, donec fermentaretur totum] i. populus istis indignis prelati subiectus, successiue infectus est, & primo quasi per blandimenta attractus, donec tandem omnino subuersus est. Paulatim enim malum inualefcit. Idcirco principijs est obstandū, ne parua scintilla vniuersam sylvā incendat. Siquidē quod inolitū fuerit, non facilliter emendatur. [Dies regis nostri] Solent maiores in seculo isto certos prefigere dies, ad vacandū spectaculis, vanitatibus seu conuiujs: & in illis diebus plebs illis applaudens, vanaque festa ac impia opera peragens, dicitur [dies regis nostri] id est, iste est dies superioris rectorisque nostri, in quo statuit ista quę agimus, esse agenda. [Coeperunt principes furere] id est, igne concupiscentię inflammari, vsumque rationis amittere, & bestialiter se habere [a vino] in quo est luxuria. Nempe in his quę carnem suā nutriunt delicate, vitia copiosius prouocant, & motus libidinosi exurgunt, ita vt more furentium, impetū passionum sentiant. [Extendit manum suam cum illuloribus] i. impius dominator & pastor subditis sibi vane applaudentibus cooperatur, consentit & commiscet: quia applicuerunt quasi clibanū cor suum] id est, prompto animo consenserunt consilio presidentis. [Tota nocte] i. durante vitiorum caligine, [dormiuit] id est, in volupate & impia securitate quieuit [coquens eos] id est, presidentes subditos igne prauitatis indurans, quia non preest in sollicitudine, neque attendit quā distric-tam ab eo Christus exigit rationem. Si enim vnusquisque nostrum, secundum apostolicū documentū, debeat cum metu, timore ac tremore suscipere operari salutem, cū quāto metu & cura oportet prelatum sibi alijsque prouidere, cui tanto grauius instat periculum, quāto pluribus preest. Sed heu hoc multi non ponderant, de quibus Esaias inducit: Speculatores cęci, videntes vana & dormientes. [Omnes calefacti sunt] igne vitiorum, [et deuorauerunt iudices suos] id est, frequenter persequuntur eos, a quibus iuste & charitatiue reprehendunt. Non enim amat pestilens corripientem. [Omnes reges eorum ceciderunt] Inefficaces namque aliorum rectores toties cadūt, quoties peccant, quia peccatū ruina est a rectitudine ratiois, a statu virtutis, ab erectione mentis in Deū. [Ephraim] i. presidentes indigni [in populis commiscebatur] i. vulgo assimilant in vili cōuersatione, quemadmodū dictum est: Erat sicut populus, sic sacerdos, cum tñ in Esaiā dicat: Princeps ea quę digna sunt principe, cogitabit. [Ephraim factus est subcineritius panis, quod non reuertatur] sic omnis impoenitens, qui nō excutit se a pulueribus terreę affectionis, sed iugiter iacet in vno latere, rebus caducis atque carnalibus inhærendo, est velut subcineritius panis, qui non vertitur in alteram partem. Verum qui audit Apostolum, Quę sursum sunt, querite: & Ioannem, Agite dignos fructus penitentię non est huiuscemodi panis sic sordidatus, sed panis mundus, de quo satur Apostolus: Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. [Comederunt alieni robur eius] Hoc fit, dum subuersores & demones spiritualium bonorum vigore nos priuant ita, vt vitijs tanquam effœminati vincamur, nec hostibus animę reluctemur. Quo contra monet Apostolus ad Ephesios: Confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Iacobus quoque: Resistite, inquit, diabolo, & fugiet a vobis. [et ipse nesciuit] id est, hanc suam calamitatem, deiectionem, depauperationem non pensauit, nec doluit: sic multi paulatim euacuant ac decidunt, nec attendunt, quia & spiritualia dona facilliter, & interdum imperceptibiliter amittuntur. Sunt insuper aliqui qui a deo infirmant, quod egregerunt, si eis dicatur, quod a pristino seruore dilapsi sunt.

Apoc. 3. Vnde in Apocalypsi dñs loquitur: Quomodo dicis, quia diues sum, cum sis pauper, cæcus, & nudus, miser & miserabilis: Memento itaque vnde excideris, & penitentiam age. [Sed & cani effusi sunt in eo] i. vsque in finem vitę perstiterunt in malo. [Et factus est Ephraim] id est, prelati vel in temporalibus fecundati, [quasi columba seducta] quia nec propriā, nec gregis sibi commissa damnationem & excacationem attendūt. Isti inuocant humana prestdia, quę per Aegyptum & Assyrios designantur, sed dñs apprehendit astutos in astutia eorum. [Væ eis, quoniam recesserunt a me] Aternaliter enim peribunt, nisi peniteant. Vastantur quoque ab inuisibilibus hostibus hæretici aut qui scripturam peruertunt, loquuntur contra Christum mendacia. [super triticū & vinū ruminabāt] Hoc cōpetit his quod post dñici corporis & sangui-

& sanguinis sumptionem crapulose viuentes, vsque ad ructum implentur. Postremo, quomodo sequentia beneficia Dei sint Christianis impensa, & qualiter ipsi vitia quę subduntur, committant, ex dictis facillime patet.

[Expositio literalis capituli VIII. In gutture tuo sit tuba. Art. XVII.]

Loquitur insuper dñs ad Oseas: [In gutture tuo sit tuba] i. per guttur tuum vocem tubalem forma clare & alte, prænunciando quę dico. Vnde in Esaiā habetur: Quasi tuba exalta vocem tuam. Et in Psalmo 149. Exultationes (id est, iucundę laudationes) Dei in gutture eorum. Quid autē clamandum sit, subditur: [quasi aquila] id est, quidam similitudo aquilę, scilicet Nabuchodonosor, quod propter suam atque suorum rapacitatē & velocitatē, vel ob suę elationis altitudinē, aut regiā excellentiā, aquila nominat. De quo Ezechiel scribit: Aquila vna grandis magnę alarū venit ad libanum, de quo subditur, [super domū dñi] i. veniet super templum Hierusalem, vt destruat illud, [pro eo quod transgressi sunt] iudei [fœdus meum] i. testamentum quod pepigi cum patribus eorum, quod & promiserunt se obseruaturos, dicendo ad Moysen Exo. 19. Oia quę precepit dñs, faciemus, & erimus obedientes. Quidam per fœdus istud intelligunt pactum, quod Sedechias iurauit regi Nabuchodonosor, vtpote quod ei seruiret tributum, quod postea rupit, de quo in Ezechiele dicitur: Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Vnde & Nabuchodonosor, capto Sedechia, dixit ad eum: Deus tuus, qui odio habet iniquitatem tuā, tradidit te in manū meas. Sed prima expositio aptior est. Nam translatio Septuaginta sic habet: Pro eo quod transgressi sunt testamentum meum. [et legem meam prauaricati sunt] quia & duę tribus tempore Manasses idola coluerunt. Vnde nec precepta moralia, nec iudicialia, nec cęremonialia seruauerunt. [Me inuocabūt] pro liberatione a Chaldæis tempore necessitatis, non ex charitate, sed ex seruili timore. [cognouimus te] dō domine Deus [Israel] i. nos populus tuus quod dicimur Israel, quoniā nati de Iacob quod dicitur est Israel. Habuerunt enim isti notitiā quandam de Deo, videlicet quod eduxit patres eorum de Aegypto. Deinde dñs ait: [Proiecit Israel bonum] tanquam dicat, cum non sequamini fidem & opera Iacob, sed cultum legemque Dei spreueritis, non estis digni Israeli nuncu pari. Vnde apud Ioannem Christus ait Iudæis: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. [inimicus persequetur eum] id est, Chaldæi, quod tempore Sedechię constat impletum. [Ipsi regnauerunt, & non ex me] Hoc aliqui exponunt de Saul. Vnde Hieronymus dicit hic, quod Saul non ex Dei voluntate, sed populi errore factus est rex. Alij vero exponunt de Hieroboam primo decem tribuum rege & successoribus eius. Propter quod Beda dicit, quod populus contra Dei voluntatem elegit Hieroboam regem. Veruntamen obuiare videtur, quod 1. Regum 10. legitur: Cum enim Samuel fudisset oleum super caput Saul: Ecce, ait, vnxit te dñs super hæreditatem suam principem. postea, stante Saule in medio populi, loquutus est Samuel: Certe videtis quem elegit dñs, quoniam non est similis illi in omni populo. Iterum scriptum est, quod Saule vncto, immutauit ei Deus cor aliud, & prophetauit. Item quod erat vir electus & bonus, & non erat de filijs Israel melior illo. Denique 3. Regum 11. scriptū est, quemadmodū dñs per Ahiam prophetam dixit ad Hieroboam: Scindā regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decem partes. Et iterū: Te autem assumam, & regnabis super omnia quę cunq; desiderat anima tua. Proinde cum Roboam filius Salomonis collecto grandi exercitu vellet pugnare contra Hieroboam, vt reduceret decem tribus ad se, venit Semeias vir Dei, & Deo iubente locutus est Roboam ac populo: Non bellabitis contra filios Israel. a me enim factum est hoc. Dominus quoque promisit Hieroboam, quod edificaret sibi domum si delem, sicut fecit ipsi David, si custodiret mandata ipsius. Quauis ergo verba Hieronymi & Bedę non reprobem, securius tamen puto, vt locus iste intelligatur de pessimis successoribus Hieroboam, qui intruserunt seipfos, vel de Saul atque Hieroboam, pro eo tempore quod regia potestate abusi sunt. Præterea, nec dicere audeo, quin Ichu, quem vnxit adolescens, missus ab Helisæo, Deo volente ad regnum promotus sit: sed postea Deum offendit vitulos adorando. [principes extiterunt] isti iam dicti, [et non cognoui] id est, non approbavi principatum eorum de tempore illo quo principabantur iniuste. Denique dici nō potest quin Salomon fuerit a Deo electus in regē ac principē, & tñ postea impiissime præfuit, reprobareque meruit, non tamē dico eum damnatum. [Argentum suum & aurum suum] id est, de argento & auro, [fecerunt sibi idola], in toto vel in parte aurea siue argentea, vel auro atque argenteo ornata, sicque diuitijs a me concessis dire abusi sunt. Vtriusque enim regni populus idola varia fabricauit, quia de duarū tribuum regno dixerat Esaias: Repleta est terra eius idolis, opus manuum suarum adorauerunt. [vt interirent] id est, per Assyrios caperentur. Hęc dictio, vt, denotat hic concomitantiam, non causalitatem; neque enim idola fecerunt, vt perirent, sed formationem idolorum consequutus est eorum interitus, sicut culpam sequitur pœna. [Proiectus est] id est, destructus ab Assyrijs [vitulus tuus] id est, duo aurei vituli. Pōnit enim singulare pro plurali, quia Assyrii destruxerunt phana vitulorum cum vitulis. Simili

Esa. 58.

Ezec. 17.

Ezec. 19.

Ioan. 8.

3. Re. 12.

3. Re. 13.

4. Re. 9.

Esa. 3.

Psal. 104 Simili modo dicitur in Psalmo: Dixit, & venit locusta, id est, locustæ quæ plurimæ, ò [Samaría] id est, regio seu populus decem tribuum. Vnde Samaria hoc loco nõ est nomē specialis vrbis, sed regionis, quemadmodum & in Ioanne vbi legitur: Venit mulier de Samaria haurire aquam. Illa enim mulier nõ erat de vrbe dicta Samaria, sed de ciuitate Sichar, quæ alio nomine dicta est Sichem. Deniq; nullus aureorū vitulorū positus fuit in ciuitate vocata Samaria, sed vnus in Bethel, alter in Dan. [Iratus est furor meus in eis] id est, contra decem tribus idolorum latras. [Vsq; quo non poterunt emūdari] per pœnitentiã ab idololatria ista; quasi dicat: Mirum est qd vitium istud tam indelebiter eis adheret. [qa ex Israel] i. à Hieroboam Israelita, & populo eius [& ipse] i. vitulus iste est, ita qd ab alijs gentibus nõ sumpserūt culturam vitulorū aureorū, vt Baal & Astaroth à Sidonijs, Chamos à Moabitjs, & Moloch ab Ammonitis. [At tifer fecit illum] vitulum aureum opere sculptorio siue fusorio. [& non est Deus] vitulus ab artifice factus, non enim est animatus vel immortalis, sed res artificialis. De hoc multa dicuntur in libro Sapientia. [Quoniam in araneæ tela erit vitulus Samarie] id est, vituli aurei terræ Samaritæ dissoluentur, quemadmodum tela araneæ dissoluitur vento. Assyrii namq; cõmmeruerūt eos, & velut in puluerem redegerūt. [quoniam ventum seminabunt] i. vana idololatriæ opera exercebunt. Vnde de verbis inanib; scriptum est in Iob: Nunquid finem habebunt verba ventosa; [& turbinem metent] i. tribulationem & tempestatem captiuitatis pro mercede recipient. opus autē meritorium seu demeritorium, est quasi semen, merces vero est tanquam fructus seu messis. [Culmus stans non est in eis] Culmus est stipula portans spicas, secundum quod in Genesi legitur Pharaon vidisse septem spicas in culmo vno. Porro, vt Beda testat, dum semina in terram proiecta, vento corrumpunt, & interiorem perdunt medullã, non possunt producere stipulam, nec stipula portat spicam, de cuius granis fiat farina. In populo itaq; decem tribuum dicit non esse culmus stans, quoniam opera solida fructuosa ac meritoria non habebant, sed ventum seminabant dūtaxat. [germen non faciet farinam] i. operatio eorū nullam habebit prosperitatem, nec fortis sine salubrem. [Quod si fecerit] id est, si aliquid prosperitatis eis euenerit, [alieni comedent eam] id est, in vsum Assyriorū redigetur. Vel ab eis violabit & destruet. [Deuoratus est Israel] i. ab aduersarijs pro magna parte occisus. [Nunc factus est in nationibus] id est, in proximo est vt translatus de propria terra, inter gentes moretur. [quasi vas immundum] ita vt contemptui habeatur, & viliter contrectetur. [quia ipsi ascenderunt ad Assur] hoc explanatur dupliciter: Primo, qd quondam miserunt legatos ad regem Assyriorū pro auxilio, magis sperantes in humano subsidio q̃ diuino, propter quod meruerūt ab Assyrijs postea captiuari. Secūdo, qd ascenderūt ad Assyrios capti atq; inuiti [Onager solitarius sibi] i. similis factus est onagro solitudinem diligenti. [Ephraim] i. decem tribus, qm̃ libertate sibi concessa abusus est, nam sicut onager in eremo hinc inde vagatur sine iugo, sic decem tribus per diuersarum gentiū idololatriam vagabantur sine iugo legis diuinæ. Onagri per deserta vagando pro refrigerio attrahunt ventum, quæ admodum apud Hieremiam legitur: Onagri steterūt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones: sic isti ventum humanæ defensionis attrahere sunt conati. [Munera dederunt] decem tribus [amatoribus] i. Assyrijs, cum quibus pacem amicitiamq; habebant tempore Manahen regis Israel. [sed & mercede conduxerūt nationes] Assyriorū ac Aegyptiorū, vt auxiliū sibi impenderent. Vnde superius dictū est: Abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorē, cuius pœna subiungitur: [Nunc congregabo eos] ad prælium contra nationes vt cadant. Vel congregabo eos, id est, pariter obsideri faciam eos, [& quiescent paulisper ab onere regis & principum] i. interim non dabūt tributa regi Assyriorū & principibus eius, donec capti ab eis, non iam tributa, sed seipfos exhibeant ad omnem iniuriam tolerandam, tanquam in extremã captiuitatē perducti. [Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum] Non solummodo coluerūt vitulos in Bethel & Dan, sed in montibus quoq; ac locis deliciosis coluerunt gentium deos. [factæ sunt ei aræ in delictū] i. sacrificando in aris, grauissime deliquerunt. [scribam eis multiplices leges meas] hoc legi potest dupliciter: Primo negatiue atq; ironice, tanquam dicat Deus omnipotens: Quid prodesset, si leges meas multiplices, i. diuersa pcepta legalia per Moysen data, videlicet præcepta moralia, iudicialia, ac cæremonialia iterū eis proponerem, vel alia adderem? qd enim non obedirent, patet ex hoc, qd toties leges has contempserunt, ideo subditur: [quæ velut alienæ computatæ sunt] id est, leges meas quasi ad ipsos non pertinentes atq; extraneas abiecerunt. Præcepi enim vt mihi soli seruirent, & in Hierusalem immolarent, cuius omnino fecerunt oppositum. Secundo legitur affirmatiue, eritq; sensus: Scribam eis multiplices leges meas, i. per prophetas sanctos eas in scriptis redigam, & populo huic eas proponam. Hoc em̃ fecit Deus per Osee, Amos, &c. [Hostias offerent, & immolabunt carnes pecorum] occisorum, [& comedent] hostias istas, vel alia quæq; edulia, [& dominus non suscipiet] id est, acceptas seu placitas non habebit [eas.] pro quo sciendum, quod aliqui in decem tribubus colebant non solum falsos deos, sed etiam Deum, quemad-

Ioan. 4.
3. Re. 12.
1. Par. 13.
Sap. 14.
Iob 15.
Gene. 41.
Hier. 14.
2. Re. 7. 8.
3. Reg. 11.
12. & 13.

quemadmodum 4. Regum scribit de Samaritanis, aliqui autē eorū non colebant nisi verum Deum, secundū qd 3. Regū 19. dñs loquitur ad Heliã: Reliqui mihi in Israel septē millia viroꝝ, q̃s genua nõ sunt curuata ante Baal. Aliqui vero eorū non nisi idola coluerunt. De his autē, qui Deum verum & idola coluerunt, quib; & 3. Regū 18. ait Helias: Vsq; quo claudicatis in duas partes: nunc agit. Horum quippe sacrificia, quibus Deo oblata, Deo non placuerunt propter idololatriæ admixtionem. Nemo em̃ potest duob; dñis seruire, & teste Apostolo, Nulla conuentio Deo eũ idolis. [Nunc recordabit] i. scire & considerare se demonstrabit Deus, [iniquitatis] id est, idololatriæ eorum, mox tradendo eos in captiuitatem. [& visitabit peccata eorū] cætera per iusta tormenta. [Ipsi in Aegyptū conuertent] vel per affectum tempore obidionis, vel ab Aegyptijs postulando auxilium, vel in seruitutem tam vilem ac duram collabendo, sicut erat seruitus Aegyptiaca, quam perpeffi sunt in Aegypto patres eorū. Quidam q̃q; eorū corporaliter intrauerūt Aegyptū, & ibi habitauerūt secundū glossam. [Et oblitus est Israel factoris sui] id est, decem tribus non habuerūt salutarem atq; formatam de Deo creatore suo notitiam, prout Moses ait: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es dñi creatoris tui. [& edificauit delubra] id est, phana idolis in locis excelsis. [& multiplicauit Iudas] id est, populus subditus regibus ex semine Dauid, videlicet tribus Iuda, Beniamin, & Levi. [vrbes munitas] captis enim decem tribubus, studuerunt terram suam cõtra hostes munire per fortalitia & machinas varias, ne similia paterentur, vt patet 4. Regū 15. [Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius] i. domos. Hoc Beda & glossa dicunt impletum tempore Ezechia, qm̃ Sennacherib rex Assyriorū venit, & occupauit omnes vrbes munitas in Iuda, quemadmodum in Esaia, & 4. lib. Regū habet. Crudelitas autē & persecutio Sennacherib, noie ignis designat. Nam quælibet grauis pœna solet per ignē significari. Pleni; tamē videt istud impletū tempore Sedechia, qm̃ Chaldei ipsam Hierusalem cæterasq; vrbes Iudæ incenderūt & destruxerūt. Itaq; in principio & fine huius capituli loquitur Propheta de captiuitate regni Iudæ, in medio autē de decem tribuum captiuitate. Ex quo innoscit, verū esse qd dictū est, scilicet, qd nunc seorsum, nunc cõmixtim loquat de vtriusq; regni statu & captiuitate, quibus pro maiori parte loquatur de tribubus decem.

4. Re. 14.
& 18.
Matt. 6.
2. Cor. 6.
Deut. 32.
Esa. 37.
4. Re. 19.
& 19.
2. Tim. 4
Esa. 40.
Acto. 4.
Marc. 3.
Abdias.
Tit. 1.
Pro. 28.
Psal. 48.
Luc. 11.
Psal. 17.
Psal. 99.
Heb. 3.

De tropologico intellectu capituli VIII. Art. XVIII.

Moraliter dñs ait prædicatoribus atq; doctorib;: [In gutture tuo sit tuba] i. sonore, euideter & fiducialiter prædica verbum Dei, ne timeas, sed secure & ordinate argue increpa, obsecra in omni patientia. Vnde per Esaia dominus ait: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem. Hinc in Actibus orauit primitiua ecclesia: Da seruis tuis Domine cum omni fiducia loqui verbū tuū. Chrs quoq; in Euangelio Iacobū & Ioannem nominauit filios tonitru, propter altisonam ac tubalē prædicationem eorū. Quid autē prædicandum sit, subdit: [Quia aquila] i. diabolus, propter altitudinem elatiōis & naturalis ingenij perspicacitatem aquila appellatus, de quo testat Abdias: Si exaltatus fueris vt aquila, detrahā te, dicit dñs. [venit super domū dñi] i. corda inobedientium Christianorum intrauit ac possidet. Hi enim sunt domus Dei fide informi, & nomine tantum, proprie tamen non sunt domus Dei. [pro eo quod transgressi sunt fœdus meum] id est, euangelicam legem, qui enim Christi mandata transgreditur, a dæmone inhabitari meretur: & nisi pœniteat, eius tormentis æternaliter subicietur. [Me inuocabunt] tempore necessitatis & angustia, id est, ex seruili timore poti; quam sincera dilectione. [cognouimus te Israel] id est, nos qui sumus Christiana fide atq; baptismo insigniti, propter quod Israel dicimur, veram de te ò Deus habemus notitiam. Dicunt enim se nosse Deum, quanuis factis negent, sed isti non merentur exaudiri. Qui enim declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. [proiecit Israel bonum] id est, Ecclesia malignantium sacramenta & beneficia Christi contemnit, vel non digne honorat, gratiam Dei amittit, Christianæ sapientiæ negligit dignitatem, non attendit qd nihil felicius Christiano, cui promissa sunt regna cælorum. Nempe homo cum in honore esset, non intellexit. [inimicus persequetur eum] id est, diabolus, mundus, & caro tentabit superabitq; eum, qui enim diuinæ gratiæ spoliatus est ope, omni vento passionum, omni impetu vitorum, omni tentatione deiicitur, sicutq; nouissima hominis illius peiora prioribus. Quo contra ait vir sanctus: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non cõuertar donec deficiant. De habitante quoq; in adiutorio altissimi scriptum est: Cadent a latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Deniq; ppter peccata populi Christiani, terra sancta hæreditas nostra data est hostibus, cultoribus immundissimi canis. [Insuper de indignis & ambitiosis principibus ac prælatis, qui seipfos intrudunt, vel simoniace promouentur, non secundum voluntatem DEI, legitimumq; processum, loquitur Christus. [Ipsi regnauerunt, & non ex me.] Nemo enim digne ac deifice prædens, assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, vt dicitur ad Hebræos, Nam & Chrs non semetipsum clarifi-

Luc. 22. clarificauit, vt pontifex fieret, sed ait: Qui maior est vestrum, sit vester minister: & qui voluerit maior inter vos fieri, erit minister vester. Isti non pensant verbum Chrysostromi: Quis est qui desiderat praelationem, nisi qui non timet iudicium Dei: qd nancq; periculosius, nisi illis praesse, ac Deo pro illis rationem exhibere, pro quorū salute passus est verus Deus vnigenitus patris: Et si vnusquisq; scire confiteriq; debet, quod pro suis ipsius regimine insufficiens sit, quomodo potest velle multis praesse: [principes extiterunt, & non cognouit] id est, per approbationem: non enim vtiliter, iuste aut Deo placenter dominant hominibus, qui seipso non subdunt diuinis praecceptis, de quibus scriptum est: Vx terrae cuius rex puer est, & principes mane comedunt. Quales vero esse debeant principes, Moses tangit in Deutero. Date, inquit, ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes. [Argentum suum & aurum suum fecit sibi idola.] Hoc faciunt, qui de thesauris suis aedificant sibi habitacula, seu alia quaeq; artificialia, preciosa, curiosa, vana, superflua, concupiscentias oculorum suorum, quae in pauperum sustentationem piosq; vsus expendi debuerant. Sed qd per auro & sapientia, per argentum eloquentia designatur, illi de argento & auro suo faciunt sibi idola, qui falsa & friuola documenta inueniunt & proponunt, quib; dicit: Sapiētia & sciētia tua decepit te. [proiectus est vitulus tu] id est, caro lasciuens seu concupiscentia carnalis, quae tunc proijcit, dum diuinitus reprobatur, & in puluerem suum reuertitur. [vsq; quo non poterit emundari:] Hoc domin; ait, quasi admirans impenitentiam & multiformem transgressionem Christianorū malorum. Impius nancq; cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. De talibus scriptum est Hieremi. 15. Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Vnde rursus per Hieremiam loquitur spūs sanctus: Vsq; quo morabunt in te cogitationes noxiar; Ideo autem multi non emundantur, [quia ex Israel] & ipse est, id est, princeps seu praelatus subditos non dirigens, sed subuertens, nō infirū, sed corruptum, est ex populo Christiano: propter quod alij eum amplius imitant, quā si esset penitus alienus & ethnicus: maxime vero nocet tanquam hostis domesticus. [Quoniam in araneorum tela erit vitulus] Samaria; id est, omnis carnalis voluptas, & caro spurcissima subito tanquam tela aranearū resoluatur, putrescet, atq; deficiet, iuxta illud Sapientiae 5. Transierunt omnia tanquam vmbra praeteriens. Et Esaias ait: Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos agris: exiccatum est scenum, & cecidit flos. [Quia ventum seminabunt] id est, opera vana & instabilia exercebunt, quae Apostolus nominat opa carnis. Vnde ait scriptura Pro. 11. Impius facit opus instabile. [Et turbinem metet] i. poenam & tribulationem pro premio fortient. Quae enim seminauerit homo, haec & metet, secundum Apostolum Gal. 6. Et qd seminat in carne, de carne metet corruptionem. Tales vtiq; circumferunt omni vento doctrinae, & concupiscentijs seruiunt, assimilanturq; viro stulto, qui aedificauit domū suam supra arenam. Seminemus ergo opera virtuosa ac solida, de quibus metamus quietē ac pacem aeternam. [Deuoratus est Israel] hoc fit, dum Christianus propria iniquitate occidit atq; consumitur, omne esse spūale gratificans amittendo, in tantum, vt quis se putet aliqd esse, tamen nihil sit. [Nunc factus est in nationibus] i. conuersationi infidelium parificatus per peccata innumera. [tanq; vas immundum] cum sit plenus sordibus vitiorū. [Onager solitari] Ephraim; id est, transgressor legis diuinā superb; onagro similat, dum concessa libertate abutens, per oim vitiorū diuerticula vagus progredit, prout scriptura disseruit: Vir van; in superbiā erigitur, & tanq; pullū onagri, se libere natū putat. Sed vtinam sim; asinus talis, de quo scriptū est in Genesi: Isachar asinus fortis, vidit terram qd esset bona, & requiem qd optima, & supposit humerum suum ad portandum. [Munera dederunt amatoribus suis] sic multi dant dona adulatoribus laudatoribusq; inanibus, & his a quibus caeco amore amantur, vt delectabilia sua vel beneficia adipiscantur. [Nunc congregabo eos, & quiescent paulisper ab onere regis & principum.] Sic accidit nobis, quando Christus sub alis misericordiae suae nos colligit & defendit, tunc em̄ diuinā dulcedinis gustu recreati, ab exterioribus molestijs repauescimus, & ab onere eius, de quo ait Saluator: Nunc princeps huius mundi eijciet foras. Et Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. De huiusmodi rege dicitur Iob 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbiae. Saep̄ em̄ concedit Deus seruis suis sabbatū mētis, vt respirent, atq; futurae beatitudinis refectionem praebent. Hinc enim Chrs̄ ait apostolis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. [Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum] Hoc agunt haeretici, sacrificantes extra ecclesiam. [scribam eis multiplices leges meas] sic Christus quotidie ad memoriam Christianorum reducit euangelicae legis praeccepta per praedicationes & scripta doctorū, quae ipsi quasi extranea respuunt. [Ipsi in Aegyptū conuertant] i. ad vitia & delectationes seculi huius, quibus contigit illud veri Prouerbi; Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.

Exposi-

Expositio literalis Cap. IX. Noli laetari Israel, Art. XIX.

DEinceps propheta redarguit decem tribus. [Noli laetari] intus in corde, [et Israel] id est, decem tribus idololatrae, & [noli exultare,] signa interioris laetitiae foris monstrando, [sicut populi] id est, vt caeterae nationes. quasi dicat, Non habes causam gaudendi, sed multipliciter dolendi atq; lugendi magis, quā gentiles, qui Dei notitiam non habuerunt, quibus nec data est lex scripta Mosaica, sicq; grauius illis deliquisti, quia vt ait saluator, Cui multum datum est, multū requiritur ab eo. Et: Seruus qui scit voluntatem domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Porro decem tribus gaudebant se esse similes nationibus alijs per hoc, qd proprios deos colebant. Vnde putabant se in pace habituras in terra sua, quemadmodū aliae gentes in suis prouincijs pacifice habitabant, sed nunc dicitur eis, ne hoc putent, quia sicut grauius peccauerunt, sic durius punientur. [quia fornicatus es a Deo tuo] id est, per idololatriam recessisti ab eo, quod est grauissimū scelus, & vilior atq; ingrator factus es gentibus, quae Deū nullatenus habuerūt. [Dilexisti mercedem super omnes areas tritici] id est, temporalia bona, qd in horreis recondunt, videlicet triticū, per quod caetera ad vicium pertinentia intelligunt, amasti tanq; praemium idololatriae tuae. Nam pro cultu idolorū putabant sibi a dijs suis temporalia condonari, sicut superius facti sunt: Haec mercedes mea, quas dederunt mihi amatores mei. Deinde propheta mutat personā, quasi ad alios loquens: [Area & torcular] i. blada & vina, qd in horreo & torculari locant, [non pascet eos] scilicet decem tribus, vel quia non creuerūt, qn̄ tēpore Heliae & Achab nō pluit in terra Israel annos tres & menses sex, vnde & tūc magna exitit fames. Postmodum quoq; sub Helia & filio Achab tanta fuit carissima, qd mulieres comederunt fructū ventris sui, sicut 4. Regum 6. plenius recitatur. Vel quia ablata sunt eis, praecipue ab Assyrijs. [et vinum menties eis] materialiter, id est, optatū atq; speratū vsus vini non consequent, vino non nato vel ablato, sicq; vinū fuit eis deceptionis occasio atq; materia, propter quod dicitur eis mentiri. [non habitabit in terra domini] i. in terra quam Deus dedit patribus eorū tempore Iosue, sed ab Assyrijs capient ac transferentur. sicq; non fame duntaxat, sed captiuitate quoq; puniti sunt. Reuerfus est Ephraim in Aegyptum corde vel idololatriae imitatione, ita qd in Aegyptum fugere peroptabant, & idololatriam Aegyptiorū sectabant, illorū quoq; auxilium desiderauerunt, pro quo miserūt in Aegyptū legatos, vt dicit 4. Regū 15. Sicut per Israel, ita per Ephraim hoc loco accipiunt decem tribus. [et in Assyrijs] id est, in terra Assyriorū translatus, [pollutus] i. idolothyta seu idolis immolata, alia qd cibaria in lege prohibita, comedit. Non libuit domino vinū in terra Assyriorū, in qua sine altari & templo manebūt, [et non placebūt ei sacrificia eorū,] qniam contra praecpta legis oia fecerūt, & idolis seruiert. [quasi panis lugentiū] id est, sacrificia eorū Deo displicerūt, quia immūda fuerūt, sicut immūdus est panis vel cibus lugentiū mortuū, qui cibus comedit in domo in qua iacet defunctus. Oia em̄ cibaria qd erant in domo in qua iacuit mortuus, reddebant secundū legem polluta. Vnde subiungitur: [Omnis qd comederit eū, contaminabit] qd tam cibus qd comestor fiebat immundus. Quod autē sacrificiū decem tribuū fuerit Deo inacceptū, subiungitur: [quia panis eorū] id est, cibus quem offerent, [animarū] & vitae corporali [ipsorū] prodest, cū eo vescunt, sed Deo non placet pro hostia. [non intrabūt in domū domini] i. non ingredient templū Hierusalem, in quo secundū legem sacrificia fuerūt offerenda. [Quid facietis in die solenni,] & [in die festiuitatis domini:] i. quia nūc dictū est, qd vinū & triticū vobis subtrahentur, & capiemini, nec sacrificia vestra Deo placebūt, qmodo ergo implebitis praecptū legis de obseruatione diei solennis, in quo deberis coram Deo apparere non vacui, sed cū oblationibus & gaudio cordis: tanq; dicat, Tantus erit dolor, calamitas, atq; penuria vestra, immo & pressura, Assyrijs terram vestram intrantib; qd non poteritis diem solennē Deo debite agere, atq; implere implenda. Praeterea qd facturi sint, subdit: [Ecce enim profecti sunt] id est, proficiscent, ponit nancq; praeteritū pro praesenti more prophetico, propter certitudinem prophetiae. [et vanitate] i. praetribulatione imminente fugerūt, qui poterant. [Aegyptus congregabit eos] id est, in Aegyptū confugerunt, & ibi colligent, sicq; Aegyptus congregauit eos sicut locus congregat locata. [Memphis sepeliet eos] id est, in vrbe Aegypti dicta Memphis, qd olim erat Aegypti metropolis, morient ac sepelient. Quidam exponūt haec de reliquis duabus tribuū, quae Godolia occiso, cū Ioanna filio Kareah, dissuadente Hieremia, sed comitante, intrauerunt Aegyptū, & ibi postea a Chaldaeis occidebantur pro magna parte. [Desiderabile argentū eorū] id est, thesauros quos ipsi amauerūt, vel bona qd argento comparauerūt, scilicet villas & ornamenta villarū. [vrtica haereditabit] i. operiet, ita qd villis destructis, infructuosa ibi herba nascet, & loca in quibus forsitan preciosa quaeq; absconderunt, diu erunt inculta, ita qd spinarū & vepres ibi nascet. [lappa] quoq; erit [in tabernaculis eorum] residuis vel destructis, id est, in locis vbi domus aliqñ stabant. Per qd designat captiuitatis ac desolationis terrae longa protractio, quod totū referri potest ad terram decem tribuū ac duarū, quia post decem

E. tribuum

Luc. 12. Ibidem.

Osee. 2.

3. Reg. 7. Iaco. 5.

Leuit. 16

Exo. 12. Exo. 34.

Hier. 40

tribuum captiuitatē ab Assyrijs, itemq; post duarū tribuum captiuitatē à Chaldæis, manserunt regiōes eaz; diu sine habitatorib; notabiliter multis. [Venerunt dies visitationis, venerunt dies tribulationis]i. temp^o afflictionis decē tribuum (in q̄ qd meruerunt, recipient) iam est impletum. [scitote Israel stultum, prophetā insanū, viz; spiritalē.] Hoc qd ait, scitote, qdā dicunt esse vnam dictionē, & q; in Hebræo sit vna dicitio, eritq; sensus, Scitote, id est, omnes agnoscite Israel, i. Israelitam esse stultum, i. sine diuinorū notitia, ppheta insanum, i. arreptiarum seu diabolico spiritu pphetantē, viz; spiritalē, i. maligno spū adimpletum. Sic ergo Osee loquitur cōtra falsos arreptitiosq; decē tribuum vates, qui populo prospera promittebant, atq; sanctorum prophetarū verbis cōtradixerunt, q̄rum stultitia & insania patuit in captiuitate decē tribuum. Hieronymus vero exponit, vt, scito te, sint duæ dictiones, innuitq; in Hebræo sic esse, Et est sensus, O Israel, i. Israelita vel plebs Israelitica, q̄ me aliosq; prophetas spiritu sancto impletos, te increpantes, tibiq; vera p̄nunciantes, dixisti insipientes, insanos, & spiritu malo inflatos, iam nunc scito, q; tu ipse sis stultus, i. sine intellectu, ppheta insanus, promittendo tibi prospera in futurum, & de proprio corde inaniter vaticinando, & item vir spiritalis, i. spūalibus reuelatiōibus mēdiciter occupatus. Frequenter autē loquit scriptura de populo quasi de vna persona, quē admodum dñs ait Exod. 5. de filijs Israel: Dīmitte * filium meum, vt sacrificet mihi in deserto. Vel sic, Scito te Israel stultū, i. te ipsum cognosce insipientē, mihi nō acquiescendo, agnosce etiā prophetā insanum, i. me quē reputabas insanum, eo modo q̄ principes dixerunt ad Iehu de adolescente, quē miserat Helisæus, qd venit insanus iste ad te? & viz; spiritalē, i. verum vatē, spiritus sancto inspiratū. [Propter multitudinē iniquitatis tuæ]i. magna & multa, enormia & quasi innumera tua peccata. [& multitudo amētis]i. multiplicata est cordis tui excecatio atq; insania, ita q; incorrigibilis extitisti, & nec signis, neq; sermonibus, nec tormentis potuisti ab idololatria reuocari, futura supplicia intueri, sanctisq; prophetis fidem adhibere. Peccata enim cor ipsum obtenebrant, & quanto anima in vitijs amplius habituat, tanto difficilior edocet, & irrationabilior in seipsa efficit. [Speculator Ephraim cum Deo meo propheta.] Verba ista exponunt dupliciter. Hieron. em, Beda & Glossa, exponunt hoc modo: Ephraim, id est, Ieroboam Ephratæus, primus rex decē tribuum, speculator cum Deo meo, i. à Deo vero & secundum eius voluntatē constitutus est speculator populi Israel, propheta, i. quantum ad hoc habuit prophetæ officium. Nēpe ad hoc Deus dedit principes & prophetas, vt populum delinquentē erigerent, stātes firmarēt, & vniuersorū salutem intenderent. Vnde Ezechiel dñs loquitur Speculatorem te dedi domui Israel. Sic ergo & Ieroboam à Deo factus est rex, vt speculator condignus esset populi sibi cōmissi: ipse vero plebē decepit, eam ad idololatriam inducendo, i. deo sequitur, [laqueus ruinæ]i. Ieroboam [factus est]i. populo illaqueator, ad ruinā peccati perducens. [in oibus vijs]i. vniuersis operib; [eius]i. populi vel proprijs. Ipsius namq; opera pessima, erant alijs exempla peccandi, & cōsilijs suis ac factis erat causa, q; populi opera erāt peruersa. Vnde superius dictum est, Laqueus facti estis speculatori, & sicut rete expāsum super Thabor, [insania]i. idolum, cuius cultus est summa insania, & ipsum ex humani cordis insania factū est, sicq; vocat insania, sicut effectus exprimit noīe suæ causā. Itaq; insania ista posita est [in domo Dei eius]i. in Bethel, q̄ interpretat̄ domus Dei. Vnum em aureorū vitulorū posuit in Bethel, alium in Dan. Vel in domo Dei eius, i. in populo decē tribuum, q̄ adhuc erat domus synagogaq; Dei, qñ Ieroboam fecit ac posuit vitulos in finibus populi huius. Alij satis probabiliter exponunt sic, Speculator Ephraim, i. custos & annunciator populi Ephratæi seu decē tribuum, cum Deo meo, i. secundū reuelationē & voluntatē diuinā. Vel loquēs cū Deo, est propheta verus ac spūalis, tanq̄ dicat, veros prophetas dedit Deus populo huic, qui sunt veri speculatores eius, annunciano q̄ vera sunt, & salutem eius sollicitè intēdendo. Vnde Esaias loquit de seipso: Super speculā dñi ego sum stans iugiter per diem. Et Abacuc ait: Super custodiā meā stabo. Laqueus ruinæ factus est propheta talis populo Israel, non directē, sed occasionaliter, super oēs vias eius, i. in omni actione populi, decē em tribus prædicationem sanctorū pphetarum nō solum spreuerunt, sed insuper insidiabant eis vsq; ad mortem, ita q; bona facta & sancta verba prophetarū, erāt eis occasio magnæ culpæ, laqueusq; ruinæ, ex sua em malitia inde scandalizabant, vnde debuerāt emendari. Hinc & Apostolus ait: Christi bonus odor sumus in omni loco: alijs quidē odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. [Insania in domo Dei eius.] per domum Dei, intelligunt tēplum Dei in Hierusalē, in q̄ fuit insania, q̄ & duæ tribus insanissima opera ibi fecerunt, Zachariā filium Ioia de lapidando, & idola venerando tempore Ioas & Achaz. [profunde]i. ex deliberatione enormiter & animo obstinato, [peccauerunt] decem tribus, [sicut in diebus Gabaa] id est, quemadmodum peccauerunt filij Benjamin tempore iudicium, vexantes concubinam Leuitæ incredibili libidine vsque ad necem, de quo factō nec poenituerunt veraciter, sicut nec decem tribus de idololatria sua. [Recordabitur * iniquitates eorū,] & quid sit hoc, exponit subdendo,

4. Re. 9.
Ezec. 3.
3. Re. 12.
super omnes
Esa. 21.
Abac. 2.
2. Cor. 2.
2. Par. 24.
Iudic. 19.
iniquitatis

[& vi-

[& visitabit]i. vlciscetur [peccata eorum] hoc est, De^o qui diu patientissime distulit p̄nam, ita q; quasi oblitus videbatur eorū facinora, ostendet se intueri ac detestari crimina ista, tradēdo decē trib^o in man^o Assyriorū. [Quasi vas in deserto inueni Israel]i. vniuerso pene mūdo ad idololatriā declinante, inueni, non vtiq; à casu, sed clementer electas, & gratiose questitas, atq; ex Aegypto deductas reperi duodecim tribus Israel in deserto solitudinis, q̄ ambulabant, q̄si vvas. i. ceteris gentib; preciosiores, vberiores, & Deo familiariores, quē admodū in Deutero inducitur: Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis. [q̄si prima poma]i. primitiuos fruct^o [ficulneæ] seu ficus primi temporis, ita q; sicut huiusmodi poma sunt delectabiliora, meliora, & auidius colligunt, sic populus Israel fuit dilectus & p̄electus populus Dei & germen ipsius, quē admodū asserit Esaias: Viri Iuda germen delectabile eius. Hinc in Deuteronomio Moyses dixerat populo isti: Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis q; sunt super terram. [in cacumine eius]i. in principio, vel altiori gr̄a statu, seu originali propagine populi huius, q; per ficulneam designat. [vidi]i. misericorditer cognouit [patres eorū] Abraham, Isaac, & Iacob, qui fuerūt principū propagationis plebis istius, & posteris suis per gr̄am altiores. Si em totus populus Iudæorū per modū arboris consideret & velut vna progenies, præfati patriarchæ stabūt in vertice, quorū meritis & posteris miserus est Deus. Propter qd in Deut. legit: En dñi Dei tui cælū est & cælū cæli cælorū, terra & oīa q̄ in eis sunt & tamen patribus tuis conglutinus est dñs & elegit eos, a mauitq; semē eorū post eos. [ipsi autē intrauerūt ad Beelphegor]i. ad cultū idoli sic vocati, qd erat Deus Moabitæ, quando videlicet ad consiliū Balaam missæ sunt mulieres Madianitæ, q̄ facerent filios Israel secū peccare, & Deū suū videlicet Beelphegor adorare, quē admodū in Numeris habet. [& ab alienati sunt]i. à Deo pro idololatriā alieni effecti, qdā eorū, nō oēs, [in confusione]i. in confusibili ac inordinatissima veneratione Beelphegor, tumq; corporaliter fornicabant cū prædictis mulieribus, edebantq; de sacrificijs idoli Phogor, iuxta illud Psal. Et initiati sunt Beelphegor, & comederūt sacrificia mortuorū. [& abominabiles facti sunt, sicut ea q̄ dilexerūt]i. idola q̄ coluerūt. Nam sicut idola naturali vita corporaliq; sensu carent, dicēte Psalmista, Oculos habent & nō videbūt, &c. sic ipsi vita gratiæ & spūali sensu priuari sunt. Vñ ait scriptura: Similes illis fiant q; faciūt ea, & oēs q; confidunt in eis. [Ephraim]i. populus decem tribuum [q̄si auis auolauit]i. à ppria terra velociter ductus est per captiuitatem in terrā Assyriorū. Ponit autē præteritū pro futuro. [Gloria eorū à partu, & ab utero, & à conceptu]i. Hoc dupliciter legit, Primo sic: Gloria eorū, id est, gloriatio decem tribuum, fuit à partu, i. de hoc q; multos pcreauerint filios, q̄s; procreatio, per partū, uterū & conceptum significat. sicq; iactabant se q; populū regni Iudæe multitudine vincerent, foeminasq; foecundas haberent. Secūdo sic, Gloria eorū &c. i. gloriatio eorum etiam auolauit à partu, i. à filijs ipsorum, ita q; filij q; destituti sunt diuinæ protectionis auxilio, & ab hostibus capti. [Quod & si enutrierint filios suos]i. quanuis eos ad incrementū perduxerint [absq; liberis eos faciā in hostibus]i. filios eorū ab Assyrijs permittam interfici. Quidā autē referūt ista ad pressuram & calamitatem Israel, quam ab Azahelle rege Syriæ passi sunt, q; eos dirissime deuastauit, vt dicit 5. Regū 19. [sed & vā eis, cū recessero ab eis.] Huic loco paululū immorari oportet. Dicūt em frater Raimund^o, in lingua Hebræa mulū peritus, & Lyra, q; locus iste sit vnus de p̄ctis veteris testamenti, à Iudæis incredulis post Chri aduentū corruptis. Vnde secundum eos, vera litera hæc est: Quia etiā vā eis, incarnatio mea de eis. Probationē hui^o prosequit Lyra. Exponunt ergo hæc partē de populo Iudæe, à Romanis vastato, ita q; Osee ex occasione captiuitatis decē tribuum, occasionaliter loquit de destructione Iudæorū à Romanis, eo q; filij Dei ex ipsis incarnatū abiecerūt. Ait ergo vnigenit^o Dei per prophetā: Vā eis, id est, tēporalis captiuitatis afflictio, atq; æternæ dānationis illatio instat Iudæis. Incarnatio mea de eis, i. ex virgine de eorū stirpe progenita, humanā carnē assumpsit. Huic autē asserioni cōcordat, qd translatio septuaginta interpretū ac Theodotiōis, sic cōtinet, Sed & vā eis est, caro mea ex eis, Ex quib; arguitur, q; Chri sit Deus & homo in vnitate personæ. Verū, vt recitat Lyra, Rabi Salomon adinuenit quandā solutionē ad hæc, dicēs q; in Hebræo scriptū sit, Vā eis cū recessero ab eis. Hieronym^o q; hoc dicit. Sed ad hoc respōdet Lyra, q; litera ista corrupta fuit anteq; Hieronymus transtulit. Porro Hieronymus & alijs cōmuniter exponūt hæc de decē tribub; vt sit sensus: Vā eis cū recessero ab eis, i. cū auxiliū meū eis subtraxero, & aduersarijs suis ipsos tradidero, immo æternum vā eis, dum De^o gr̄am in p̄senti, & gloriā in futuro eis abstraxit. [Ephraim (vt vidi) Tyrus erat]i. olim populus decē tribuum fuit tantæ multitudinis, abundantie, & excellētis, qñ videlicet Ieroboam primo elegerunt in regē, & nōdum idololatriā inciderunt, q; Tyro similes erant [fundata in pulchritudine]i. q; Tyrus posita fuit in maxima excellentia in introitu maris, quāta em fuerit gloria Tyri, Ezechiel diffuse prosequit. [Et Ephraim educet ad * interfectores]i. id est, Assyrios vel Azahellem Syriæ regem [filios suos] non spon te, sed necessitate compulsi patres cum filijs tradiderunt se hostibus. Consequēter propheta

Deut. 32.
Esa. 5.
Deut. 7.
Deut. 10.
Num. 25
Psal. 109
Psal. 113.
Ezec. 26.
27. 28.
* interfectorem

E 2 preca-

precatur vel præficiat, auferrī decē tribub⁹ occasione superbiæ: iam em̄ prædictū est, q̄ de multitudine plis inaniter gloriabant. [Da eis dñe. i. rogo vt des, vel dabis: propheta em̄ hæc orat zelo iustitiæ & charitatis affectu, ne superbiendo grauius peccet, vel prænuñciat ea more prophético. [Quid dabis eis? Cur q̄rit, nisi vt audientes reddat attentos? & responderet. Da eis vultū sine liberis] i. coniuges infœcundas [& vbera arenia] vt nec concipiant nec lactent infantes, q̄d in multis fœminis illorum erat impletum. nam & Azabel scidit prægnantes.

Iosue 5.

[Omnes nequitia eorum in Galgal]i. decem tribus peccata sua multipliciter commiserunt in loco qui dicit Galgala, vbi Iosue populum circumcidit, quieuit, & arcam ad tēpus reposuit, vt patet in lib. Iosue. Propter q̄d filij Israel, propter loci huius solennitatem coluerunt in eodola sua, & alia innumerabilia cōmiserunt facinora, [ga ibi exosos habui eos] nō quo ad naturā secundum se consideratam, sed vt tot peccatis contaminatam odio q̄ppe sunt Deo impius & impietas eius, sed impietas secundū se odit à Deo, impius vero ratione impietatis, q̄ Deo dissimilis reddit. Similitudo em̄ causa amoris, & dissimilitudo odij causa est. Non q̄ in Deo sit rancoris affectus, cum ipse sit essentialiter amor seu charitas; sed odire asseritur eos q̄s detestatur & reprobatur. Deniq; cōstat ex his, q̄ dum beneficijs Dei abutimur, expediēs est, vt tollantur à nobis, ne abutēdo damnabilius pereamus. Vnde de lingua, quæ data est ad laudandum Deū, & ad p̄ferendū vtilia, orat psalmista: Muta fiant labia dolosa. Itaq; exosos habui eos [Propter multitudinē adinventionum ipsorum] i. innumera vitia, quæ ex propria cogitatione conceperūt & effectui manciparūt. [de domo mea eijciam eos] i. de terra Israel, quā eis concessi, vel domibus & vrbi bus suis sibi à me collatis. [Non addam vt diligam eos] i. de captiuitate ista non redimā eos, sed vsq; in finem seculi derelinquam. Dicitur autem De⁹ diligere eos quibus benefacit. Simpliciter vero loquendo diligit eos, q̄s ad bona gloriæ p̄ordinauit, q̄bus in præsentī dat bona gratiæ gratū facientis. Propterea, si nūc aliquem temporaliter puniat vsq; ad mortem, hanc tamen punitionem ordinat ad bonū animæ eius, videlicet ne æternaliter pereat, sed purgatur & castigatus gratiā fortiat, dicitur eum diligere: sic aut nō afflixit decem trib⁹, sed tēporaliter ac æternaliter eas reliquit pro maiore vtiq; parte, quæ nec in captiuitate p̄uenit, nisi p̄ modicā parte, vt dicitū est, & ex libro Tobia aliquatiter elici potest. ideo non addit diligere eos. [Omnes principes eorum] recedentes. Percussus est Ephraim [ab hostibus, & partim occisus, partim translatus, vulneratus aut veditus. [radix eorum exiccata est] i. virtus generatiua ipsis p̄ parte ablata est. Vel p̄ radicē intelligitur omnipotēs virtus Dei, in q̄ primo erat q̄si in radice fundati, quæ dicit exiccata, non in se, sed q̄si ad eos, q̄bus cessauit rorem gratiæ, vim prolificandi, ac cætera beneficia consueta influere. Vel radix sunt sancti patriarche, q̄ malis filijs nō subuenerūt. [fructū nequaquam faciēt] filios generando, aut meritorie operādo, q̄ nō est de oibus vniuersaliter intelligendū, alioquin tota gens illa iam defecisset. [Quod & si genuerint, interficiā amantissima vteri eorum] i. eorum charissimos filios, vñ iam dixit Absq; liberis eos faciā. [Abijciet eos dñs De⁹ meus] de p̄pria terra in Assyrios. [ga nō audierūt eū] i. p̄ceptis diuinæ legis & verbis prophetarū nō obediērūt. [& erūt vagi in nationib⁹] habitando inter Gētiles in locis nō p̄prijs, & p̄ diuersos errores atq; peccata vagando. ¶ Postremo multa eorum q̄ circa finem huius cap. dicta sunt, Iudæis q̄ Christum crucifixerūt, posterisq; eorum cōueniēter aptant. Illi em̄ à Romanis grauissime arctabantur, & Deus habuit eos exosos p̄pter multitudinē adinventionū suarū contra Christum. Eiecit q̄q; eos de domo sua, i. de Hierusalē & Iudæa, nec addidit eos diligere, sed vsq; in finē eorum desolatio p̄manet. oēs etiā principes eorum, puta pontifices, fuerūt recedētes à Christo. Sed & radix eorum q̄dammodo exiccata est, nec faciunt fructum virtutū, sed sunt arbores steriles. Abiecit insuper eos dñs Deus, quia non audierūt vocem eius, nec Christi prædicationem receperunt, dicentes: Non est hic homo à Deo. Vnde vsq; in præsens sunt vagi in nationibus.

Sap. 14.

¶ Explanatio moralis eiusdem cap. noni. Art. XX.

Psal. 10.
* malitiā

Per Israel legem Dei abijcētē, significatur mali Christiani, falsi religiosi, atq; heretici, q̄bus nūc dicitur: Noli lætari Israel, noli exultare, i. nec intus nec foris gaudete, sicut populi, i. quemadmodum lætari possunt qui humane ac rationaliter conuersantur, quia fornicatus es à Deo tuo, i. p̄ceptis Christi non obtemperasti. Mali itaq; non habent in se causam iustæ lætitiæ, sed incumbit eis dolere ac plangere, nec gloriari vel iactare se habēt de hoc q̄ sunt Christiani, sed humiliari & contristari, q̄ fidē Christi non adornauerūt operibus, & solo nomine seu fide informi Christiani consistunt. Et idem exat iudiciū de falsis religiosis, sub habitu spūali cor seculare atq; carnale gerētibus, q̄bus dicit Hieremias: Scito & vide, quia malum & amarum est te reliquisse dñm Deū tuū, & non esse timorē eius apud te. Iacobus q̄q; Risus vester in luctum cōuertatur, & gaudium in mœrorē. Veruntamē isti exultare possunt & debent in spe miseratiōis diuinæ & in opib⁹ p̄nitentiæ, gratias dño referētes, q̄ nō statim cū peccauerunt, tam grauit̄ vindicauit in eis. Dilixisti mercedes sup̄ oēs areas tritici. Hoc secundū sensum in præcedēti articulo positū faciunt, q̄ actum prædicationis, vel cætera opera

Ioan. 9.

Hier. 20.

Iacob. 2.

in spiritualia ex suo genere bona, exhibent sine præpostero, scilicet propter commodum temporale & corporales diuitias: cuius oppositum dicit se fecisse Apostolus. Quoniam temporalia & corporalia ad bona diuina ac spiritualia quasi ad finem sunt referēda: cuius oppositum agunt auari atq; hypocritæ, imitantes phariseos, qui vt ait saluator, deuorāt domos viduarum sub proluxa oratiōis obtentu. Area, id est, ecclesia Dei, in qua velut in horreo, continentur fideles & sacramenta ac alimonia animarū. Vnde Ioan. Baptista dixit de Christo: Triticum congregabit in horreum suum. Et Esaias loquitur Synagogæ: Tritura mea & filia areæ meæ, quæ audiui à domino exercitū, annunciaui vobis. Torcular, id est, passio saluatoris vel persecutio aduersitatis. Vnde habetur Esai. 63. Torcular calcavi solus, non passet eos, quia instructionem honorū non aduertunt, nec participes sunt meritorū ecclesiæ, cū sint extra charitatem, nec dicere possunt cū psalmista: Particeps ego sum omnium timentium te, nec fortuantur effectū, fructum seu meritū dominicæ passionis, qm̄ sacramenta Christi non venerantur, neq; suscipiunt ea reuerenter. Insuper per aduersa non purgantur, quia nō sustinent ea patienter. Et vinum mentietur eis, per vinū intelligi potest sanguis Christi, sub vini speciebus contentus: qui dicitur eis mentiri, dum eius potatiōe damnationem potius q̄ salutem merentur. Qui em̄ biberit calicem dñi indigne, iudiciū bibit, & reus erit sanguinis Christi. Non habitabūt in terra domini. i. in ecclesia triumphante seu patria, de qua cantatur: Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Propter q̄d scriptū est Psal. 5. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos. Nunc q̄q; non habitant p̄ charitatē & sanctā conuersationem in ecclesia militante, nec actualiter perfecti q̄ p̄tinent ad mysticum corpus Christi, quemadmodum de talibus fert Ioannes in prima sua canonica: In nobis erant, sed non erant ex nobis. Reuersus est Ephraim. i. mūdāna sibi adaugēs est quilibet Christianus, in Aegyptū redeundo ad secularem vitam & priores ignorantie tenebras. q̄ contra admonet in prima sua epistola Petrus: Succincti lumbos mētis vestrę, sobrii, perfecti, sperate in eam q̄ vobis offertur gratiam, non configurati prioribus ignorantie vestrę tenebris, sed secundū eum qui vos vocauit sanctū, & ipsi sancti in omni conuersatione sitis. Et Paulus: Nolite, inquit, conformari huic seculo. Tales sunt carnales ac tepidi religiosi, q̄ exteriorib⁹ cōsolatiunculis gaudēt. Et in Assyrijs pollutū comedit. Assyrii interpretantur dirigētes, per q̄s intelligunt prudentes huius seculi, de q̄bus ait saluator Luc. 16. Filij hui⁹ seculi prudentiores filijs lucis in gnatione sua sunt. Et Hier. 4. Sapiētes sunt vt faciāt mala, bene autē facere nesciūr. Inter hos comedit pollutū, q̄ illoꝝ peccatis cōmunicat opere aut cōsensu: vel nō corrigi, cū potest & debet. Vnde horat Apostolus: Exite de medio eorum, & immundū ne tetigeritis. [Non libabūt dño vinū.] Per vinū frequenter designatur sapientia, q̄ est notitia sapida. Qui ergo per sapientiā sibi cōcessam Deū non venerat, neq; fructuose ea perutilur, non libat dño vinum, sed dicit ei Esai. 1. Vinū tuū mixtū est aqua. [& nō placebunt ei sacrificia eorum] ex parte offerentiū, qui enim non est in charitate, nihil facit Deo acceptū seu meritorium. & quis sacrificiū nouę legis, videlicet sacramētū altaris (q̄d pluraliter sacramēta & sacrificia dicitur p̄pter pluralitatē specierū, sub q̄bus cōsistit) sit semper placitū Deo ex p̄pria dignitate, tñ ex parte indigne offerentiū dicit non placere, quis in se placeat, q̄niam peccat q̄ offert imparatus. [quali panis lugentium] luctu inordinato pro temporalium amissione vel de p̄fectu alterius. talium enim panis, i. lachrymæ, seu operatio, Deo non placet. ¶ Deniq; in præcedenti articulo verba ista ad literam exposita sunt, ita q̄ per panē lugentium, designat cibum desentū mortuū, sed nūc addā q̄d ibi omisi. Hieronymus enim, per panē lugentium, literaliter intelligit sacrificiū legis, q̄d offerebat pro mortuis. Vnde glossa ait: Apud Iudæos sacrificiū pro mortuo offerebat, quæ oblatio panis lugentium dicitur, & à lugentibus offerebatur. Cum autē quis de illo comedebat, ipse immūsus & sacrificiū immūsum dicebat. [Quid facietis in die solenni?] in q̄ deberetis cum speciali deuotione Deo vacare, & negligētias dierum ferialium recuperare, q̄si dicat: Dies solennes non expenditis fructuose. [Ecce em̄ profectioni sunt] i. ab ecclesiastica vanitate & charitate recesserūt. [a vastitate] i. propter aduersitatem tentationis seu persecutiōis, de q̄bus in Euangelio scribit: Quia ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. [Aegyptus congregabit eos] Aegyptus figura est mūdi huius, qui totus in maligno positus est: eos autē qui à Deo recedunt, recipit mund⁹. [Desiderabile argentum eorum] i. secularem prudentiam quam dilexerūt: vrtica possidebit. i. p̄nalis punctura damnationis, quia vt dicit Apostolus ad Roma. 8. Prudentia carnis mors est. [lappa] id est, spina seu remorsus conscientie: in tabernaculis] i. cordibus [eorum] * synteresis enim remurmurat malos & dum impij intra se redeunt, non veram mentis quietem seu tranquillitatem, sed conscientie remorsus inueniūt. [Venerūt dies visitationis] Dies em̄ mortis & particularis iudicij, singulis nobis indefinenter propinquat, propter q̄d Iacobus dicit: Ecce iudex ante ianuam assidet. [scito te] dñs Israel [stultum] i. tu Christiane, q̄ fide, non charitate & opere, Christianus es, nosce te esse stultū, quia nō habes sapientiā veram, illam quæ est vnū de septem do-

Mar. 12.
Luc. 22.
Mat. 31.

Psal. 118.

1. Cor. 11
Psal. 26.

1. Ioan. 5

1. Pet. 1.
Rom. 12.

2. Cor. 6.

Luc. 8.
1. Ioan. 9

Iaco. 5.

nis spūs sancti, de q̄ Sapientia primo inducitur: In maleuolam aiam non introibit sapientia. Scito q̄q̄ te esse prophetam insanum] dum tibi longā vitam promittis, dicens illud Lucæ Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos: regesce, comede, bibe, epulare. Tali em̄ dicit: Stulte, hac nocte animā tuam reperent a te. q̄ aut parasti, cuius erunt? [speculator Ephraim] i. prælatus ecclesiæ [cum Deo meo ppheta] i. a Deo q̄si propheta effectus est, dum populo futura p̄dicit, videlicet vniuersale iudiciū, gaudia beatorū, & p̄nas reproborū. Vel est propheta, exponendo scripturas & interpretando. Sic em̄, secundū Ambrosiū, apostolus loquit de prophetis, dicendo: Prophetæ duo vel tres dicant, & cæteri taceant. Item q̄: Potestis p̄ singulos pphetare. [Laqueus ruinæ factus est super est omnes vias eius.] Hoc intelligi potest de prælato malo & bono. Malus em̄ p̄lat⁹, est alijs directe laqueus ruinæ, q̄s male agendo, vel debita omittendo, subuertit. Bonus q̄q̄ p̄latus est alijs laqueus ruinæ occasionaliter & indirecte, qm̄ multi sunt q̄ eius iustitiā ferre nō possunt, in q̄bus veritas parit odium, & suo superiori rebelles sunt. [insania] i. grauis error, irrationabilis vita, & bestialis cōcupiscētia, [sunt in domo Dei eius] i. in cōgregatione talis prælati, q̄ merito esset ecclesia Dei p̄ charitā rē, sed sola fide ecclesia est, q̄ em̄ bono carent p̄lato vel ei resistūt, multis modis insaniūt. [p̄funde peccauerūt, sicut in dieb⁹ Gabaa] Hoc cōpetit oībus, q̄ ex proposito, deliberatiōe, habitu vitioso, aīo indurato, Deū offendunt, q̄ difficulter sanantur: qui aut peccat ex sola ignorantia, infirmitate vel passione, sanat facilliter. [Quasi uas in deserto inueni Israel] i. electos gētiles mihi preciosos & charos, q̄s post passionē per apostolos ad fidē conuerit. [in cacumine eius] i. in p̄cipuo statu seu principio militantis ecclesiæ. [vidi patres eorū] i. apostolos, qui eos spūaliter genuerūt in Ch̄so, sicut ad Galatas scribit Apostol⁹: Filioli, q̄s iterum parturio, donec formet Ch̄s in vobis. [ipsi aut] non idem numero, sed q̄dam de fide ipsoꝝ. [intrauerunt ad Beelphegor.] Tales sunt auari, gulosi & lubrici, quorū Deus est vel aurum, vel venter, aut Venus: qui ab alienati sunt a Deo & abominabiles, sicut ea quæ colunt ac diligūt. [Ephraim sicut aus auolauit] i. taliū q̄libet celeriter a Deo recessit, tanq̄ leuis & vagus. [q̄z gloria est a partu & ab utero] i. in actibus venereis seu multitudine filioꝝ carnaliū, qui p̄uocant filijs suis priuantur. [Ephraim vt Tyrus erat] i. ecclesia malignorū olim in baptismo vel postea, erat tanta gr̄a totq̄ virtutib⁹ adornata, q̄t terrenis diuitijs Tyrus q̄ndam abundauit. [Ephraim educet ad interfectores filios suos] i. dæmonibus animarū occisoribus exponit posteros suos seu imitatores, q̄s in proprijs fouet peccatis, quemadmodū scriptum est: Dimiserunt reliq̄as suas paruulos suos. Hoc faciunt & mali prælati, pestiferiq̄ doctores, de quib⁹ dicit: Cæci sunt & duces cæcorū. Hi pariter cadunt in lacū gehennæ, traduntq̄ se ipsos aduersarijs suis dæmonibus, q̄bus dant locum. [Omnes nequitia eorū in Galgal] i. in volutabro vel ceno carnalis seu turpis affectiōis, ex qua prodeūt vitia. Galgal aut interpretat̄ reuelatio, vel volutabrū. [sibi exosos habui eos] q̄niam propter interiorem immundiciam displicent Deo hoīes operaq̄ eorū. [De domo mea eiciam eos] i. de societate electorū militantis ac triumphantis ecclesiæ. De militanti quippe ecclesia scribit Timotheo Apostolus: Scias, q̄ modo te oporteat conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia Dei vini, columna & firmamentū veritatis. [Non addam vt diligam eos] q̄niam æternaliter damnabuntur. [omnes principes eorū] i. negligentes p̄lati ac imp̄i dominatores sunt [recedentes] a Deo per culpam, quærentes semetipsos potius q̄ alioꝝ salutem. [Percussus est Ephraim] i. mali Christiani per peccatū laesi sunt a diabolo, & in naturalibus vulnerati, atq̄ ad opera bona ineptiores effecti. [Radix eorū] i. gratia, in qua fuerant radicati, [exiccata est] i. destructa, q̄ non habuit humorem bonæ operationis se conseruantis, nec diuinæ pietatis influentia est compluta, q̄d contigit ex eorū negligentia. Vnde & p̄nitēs ait in psal. Percussus sum vt scēnū, & aruit cor meū, q̄a oblitus sum comedere panem meum. [fructum nequaq̄ facient] qm̄ nemo potest sine gratia promereri, vel fructus spūales producere, de q̄bus ad Galatas dicit Apostolus: Fruct⁹ spūs est, charitas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas &c. [Quod & si genuerint] spūaliter vel carnaliter sibi similes in peccatis, ita q̄ parē sequat̄ sua proles. [interficiā amatissima vteri eorū] i. eos q̄s maxime dilexerunt, & ex utero suo, i. corde p̄ instructionē pestiferā, vel ventre per carnalē propagationem genuerunt in esse naturæ aut culpæ seu utroq̄, occidam, omne spūale ac beatificū esse subtrahendo, eosq̄ damnando, ita q̄ spiritualiter nihil erunt, immo & nihil respectu vltimi finis & electorum, qui esse gratiæ vel gloriæ sunt sortiti.

Expositio literalis cap. X. Vitis frondosa Israel. Art. XXI.

Hoc loco ostendit propheta, qualiter decem tribus beneficijs Dei abusi sint. Et vt earum ingratitude clarius innotescat, primo inducit, quales aliq̄ erant dono p̄ssimi Dei. [Vitis frondosa Israel] i. synagoga seu domus aut familia decem tribuum, de quibus propheta nunc specialiter tractat. Quauis quod dicit, toti duodecim tribuum synagoga olim conuenerit, quæ fuit similis vineæ pulchræ, frondibus ac vuis fecundæ. Habuit enim multas personas tanquam frondes vel uas, erantq̄ personæ illæ fructib⁹ virtutū ornatæ, antequam idolo-

idololatria tēpore Hieroboā subintravit. Propter q̄d subdit: [Fructus adæquatus est ei] i. secundū multitudinē ac pulchritudinē suā, fructum prulit opera bonorū, ita q̄ numero hoīm & merito vitæ p̄portionabiliter creuit, maxime tpe Dauid & Salomonis. Vel fructus adæquatus est ei, qm̄ terra eis cōcessa, fertilissima fuit, & populo sufficientiā terræ nascentiū prulit. Sed prima expositio melior est, qm̄ LXX. trāslatio talis est: Fructus multus in ea. Deniq̄ p̄ eo q̄d nra trāslatio cōtinet, vitis frōdosa Israel: Aquila trāstulit, Vitis aquosa Israel. Quod secundū Hieroñ, in malā partē accipit, pro his q̄ cultu Dei relicto, venerati sunt idola. Vitis em̄ aquosa nisi fuerit a vitatore putata, tota in frōdes excrescit, & humorē quē debuit in vna mutare, supflua folioꝝ ac frondiū extēsiōe dispergit. Totq̄ erāt decē tribus crescentes in multitudinē hoīm, sed fructū bonæ conuersationis Deo agricolæ nō exhibētes: q̄a pro eo q̄ debuerūt facere uas, fecerūt labruicas. Solet aut populus Israel noīe vineæ designari, sicut in Psal. 79. Vineā de Aegypto trāstulisti. Et Hiere. 12. Pastores multi demoliti sunt vineā meā. Et Esai. 5. Vineā dñi sabaoth domus Israel. De qua in euāgelio ait Saluator: Homo quidā plantauit vineā, & locauit eā agricolis. q̄ quondā int̄m fuit frōdosa, vt dicit Psal. Extēdit palmites suos vsq̄ ad mare, & vsq̄ ad flumē ppagine eius. Deinde scribit ingratitude atq̄ abusus vineæ huius. [secundū multitudinē fructus sui multiplicauit altaria] i. quo copiosior fuit in diuitijs & multitudine populi, eo plura cōstruxit altaria ad idola honoranda. [iuxta vbertatē terræ suæ] i. secundū q̄d terrā fertilissimā possidebat, [exuberauit simulacris] i. plurimis idolis abundauit, diuersaq̄ gentiū deos colēdo, vt dictū est. [diuifum est cor eorū] hoc dupliciter elucidat. Primo, secundū Hebræos, q̄ (vt refert Hieronym⁹) dicit, q̄ q̄diu reges decē tribuū, & ipse tribus pari cōsensu idola honorabāt, nō venit captiuitas: q̄a tunc culpa populi aliq̄ modo excusabat p̄pter imperiū atq̄ tyrannidē regū, inducentiū subditos ad idololatriā, immo & phibētium, ne irēt ad sacrificandum in Hierusalē dño. Vltimus vero rex Israel dictus Osee, q̄ licet fecerit malū corā dño, nō tñ sicut p̄res eius, vt legit 4. Reg. 17. p̄cepit ne vituli aut rei tāto studio colerent, sed dedit licētiā populo eundi & sacrificadi in Hierusalē, cui popul⁹ cōtradixit sicq̄ diuifum fuit cor populi a corde regis, & nullā idololatriæ excusationē habebāt. Propter q̄d mox venit extrema captiuitas, sicut subiungit̄: [nūc interibūt] i. prius ab Assyrijs vastabunt, q̄dam em̄ eorū erāt occisi, alij aut trāslati, q̄s fecit Salmanasar rex Assyriorū habitare iuxta flumē Gozan in ciuitatib⁹ Medorū, vt scribit 4. Reg. 18. Secundo exponit sic: Diuifum est cor eorū, i. partim Deo, partim idolis ministrādo, atq̄ in duas partes claudicādo, habēt mentē diuifam, nō totaliter Deo se vniētē. [Ipse] Deus oīpotēs per manū Assyriorū [cōstringet simulacra eorū] i. idola & vitulos aureos Israelitæ, aurū & alia preciosa sibi inde tollentiū. [depopulabit aras eorū] i. altaria idololatriæ deputata. [Quia nūc dicēt] filij Israel, [Nō est rex nobis.] Hoc dicere poterāt, capto iā vltimo eorū rege Osee. Vel dixerunt hoc iā ante, vt ideo dicant, regē nō habem⁹, qm̄ hūc quē habem⁹, nō potest regiæ dignitatis officij exercere in nobis, aduersarijs nris reluctādo. Ad vtrunq̄ istorū q̄d sequit̄, pertinet. [nō em̄ timem⁹ dñm] idcirco meruimus nrm perdere regē, nec ipse potuit nos tueri, q̄bus restitit Deus. [et rex q̄d faciet nobis] i. q̄d poterit nos iuuare rex homo, cū Deus rex oīpotens nobis resistat. Istud præcipue dicebāt boni in decē tribubus, q̄ p̄pter peccata in Deū cōmissa, fatebant populū Israel opprimi. Deinde propheta ex parte Dei redarguit populū istū, verbis pseudoprophetaꝝ acquiescentē. [loquimini verba visionis inutilis] i. verba falsoꝝ prophetaꝝ, vobis pacē & prospera pollicentiū, repetite cū credulitate & allegatione, quasi oppositum vobis euenire nō poterit. Vel istud est verbū populū ad pseudopphetas, a quibus desiderabāt p̄spera sibi sponderi. Sed qm̄ sponsio talis fuit conficta & fallax, S. Osee rē ipsam respiciēs, vocat verba illa prophetica, verba visionis inutilis: q̄a re vera sic fuit, licet popul⁹ Israel nō ita putauerit. Et simili modo dicit in Esai: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. [Et ferietis fœdus cū mendacio] i. cū sermonibus falsis seu deceptoribus variis consensum seu cōfederationē habebitis, dicēdo: Pax erit nobis. [et germinabit q̄si amaritudo] i. cōfcederatio ista tanq̄ semē amariū producet [iudicium] damnationis [super sulcos agri] i. habitatores terræ vestra, p̄ modū sulcorū ab Assyrijs opprimendos, eo q̄ tali pacto conserierint. [Vaccas Bethauen] Hunc locū Hieronymus & eius sequaces ita exponunt: Vaccas, i. vitulū aureū, q̄ derisorie dicit̄ vaccæ, ponēdo plurale pro singulari, quēadmodū in Exodo dixerūt filij Israel de vitulo aureo: Isti sunt dii tui Israel, q̄ te eduxerūt de terra Aegypti. Bethauen, i. vitulū istū positū in Bethel, q̄ alio noīe dicit̄ Bethauen, i. domus idoli, [coluerunt habitatores Samariæ] i. decē trib⁹. Potest em̄ nomine Samariæ, vrbs metropolitana vel tota regio decem tribuum, designari. Signū aut q̄ coluerunt vitulum istum ex corde, est: [quia laxit super eum] i. de vitulo isto [populus eius] i. decem tribus planxerunt ac doluerunt, dum vitulus iste missus fuit regi Assyriorum, vt statim dicitur. Ingemuerunt ergo q̄ deus, quem colebant, esset eis ablatus. [et æditui eius] i. sacerdotes custodes vituli. Aeditui namq̄, quasi ædē idoli tuētēs, dicuntur. [super eo] i. de vitulo isto [exultauerunt] quia pro vitulis aureis, sup eū

2. Reg. 6.
2. Par. 13
3. Re. 8. 9

Esai. 5.

Matt. 21
Lucæ 20
Psal. 77.

Osee 2.

3. Re. 12.

Esai. 30.

Ezec. 13.

Exo. 32.

qs furtim sustulerūt, reposuerūt vitulos æneos deauratos. Vñ cum vituli deaurati exportati fuerūt, gaudebāt q̄ furtū eorū māsi. in cultum. Istud, vt refert Hieron. dicit̄ Hebræi. Exultauerunt ergo aditū [in gloria eius]. in auro q̄ vitulus tam preciose & gloriose erat format⁹. Vel, in gloria eius, i. in auro vitulo q̄d fuit gloria populi. [quia migravit] ab eo, i. q̄ vitulus recessit à populo secundum populi estimationē. putabāt em̄ aureum vitulum sublatū, & ad Assyrios missum. [siquidē & ipse] vitulus deauratus [in Assur delatus est munus regi vltori] i. regi Assyriorū trāmissus est à rege Israel pro munere, qui rex Assyriorū dicit̄ vltor, quia fecit vindictā in regē Syriæ, impugnantem regem Israel. Legit̄ autē 4. Reg. 15. q̄ Manahē rex Israel misit Phul regi Assyriorū mille argēti talēta, vt sibi præberet auxilium, inter q̄ alig dicunt vitulos p̄dictos fuisse directos, [Cōfusio Ephraim] i. regē Israel, q̄ dicitur Ephraim, qm̄ primus rex decē tribuū fuerat Esrat̄us. [capiet] i. operiet & implebit [& cōfundet in Israel in voluntate sua] i. in eo q̄ fecit secundū p̄prium placitum, nō secundū Deum, pcurando videlicet sibi auxiliū imp̄i regis per missionē sacrilegorū donorū. Cū em̄ rex Assyriorū cognouisset, q̄ vituli non essent aurei, sed deaurati forinsecus, iratus est vehemēter, putās fraudem à rege, nō à sacerdotibus, factā, scripsitq̄ regi Israel q̄d factum fuit: q̄ audito, confusus est, & inde magis displicuit, vnde placere sperauit. Porro contra hāc expositionē quidā multipliciter arguit. Primo, q̄ videt̄ satis extorta. Secundo, nā coniunctio q̄, exprimit causam dicti p̄cedētis: sed q̄d dictū est, q̄ luxit populus eius, non est causa q̄ habitatores Samarię colebant vitulos. Tertio, qm̄ dictum illud de furto & deuratione vitulorū, videtur confictum, eo q̄ R. Salomon inde nil referat. Dicit ergo in Hebræo sic haberit̄: Ad vaccas Bethauen timuerunt habitatores Samariæ, i. propter absorptionē vituli aurei ad regem Assyriorum, timuerunt habitatores Samariæ, ne propter inhonorationē hanc vituli aliq̄d mali eis accideret. Noster autē trāslator videt̄ credidisse, q̄ timor iste fuerit reuerētis: ideo pro timuerūt, trāslulit coluerunt. Sed dicēdum, q̄ expositio S. Hieronymi, atq̄ trāslatio eius, sint verę nec ad improbationē expositionis eius sufficit simpliciter dicere, q̄ videat̄ extorta ex p̄dictis etiā constat, q̄ non sit extorta, sed textui consona: propter q̄d glossa & Beda, & alij cōmuniter eam sequuntur. Ad secundū argumentū dicēdum, q̄ coniunctio quia, non semper in scripturis dicit̄ causam à priori, quæ est causa rei, sed sæpe denotat causam à posteriori, quæ est causa signi, sicut in Psalmo: Confitebor nomini tuo dñe, qm̄ bonum est, qm̄ ex omni tribulatione eripuisti me. Non etiā dicit̄ semper causam dicti p̄cedētis, sed subinde exprimit causam dicti sequentis, vt in illo Hieremiæ: Quia stulte egerunt pastores, propterea ois grex eorū dissipatus est. Itemq̄ in Psalmo: Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia, elegi abiectus esse in domo Dei mei. Itaq̄, Quia hoc loco notat causam à posteriori, vt lucet ex elucidatione inducta. Ad tertiū dico, q̄ nequaquā putare debemus, B. Hieronymū dictū illud de furto & deuratione vitulorū finxisse, nec diceret hoc asseri ab Hebræis, nisi de hoc cerrus fuisset, q̄ sapissime cōtulit cum Hebræis. Nec sequitur: R. Salomon non dicit hoc, ergo non est. Præterea translatio Hieronymi hoc loco bona est, & Hebræicā consona veritati, immo translatio LXX. interpretum magis consonat translationi Hieronymi, q̄ literæ, quam p̄dictus adstruit in Hebræo haberi. Sic em̄ trāslulerunt LXX. Apud vitulum domus On morabantur, qui habitabant in Samaria. Per hoc nanq̄, q̄ dicunt eos esse moratos apud vitulum domus On, i. Bethauen, datur intelligi q̄ cultui idoli insitebant. Verū esse potest, q̄ dicit̄ Hebræica sit æquiuoca ad Timuerūt & Coluerūt. [Transire fecit Samaria regē suū] i. decē tribus per idololatriā meruerūt regnū sibi auferri, & regē suū transire, i. desinere, ita q̄ nullū de cetero regē habent. Potest quoq̄ specialiter accipi de vltimo rege eorū Osee, quem fecerūt secū transire in manus hostiles, per hoc, q̄ consiliū eius abiecerunt, non eūdo in Hierusalē ad sacrificandum dño, præsertim q̄ & ipse Osee aliunde peccauit, quanuis minus q̄ p̄decessores eius. [quasi spumam super faciem aquæ] i. viriliter atq̄ celeriter, sicut spuma est res vilis, & cito discurrit ac dissoluitur, currendo in superficie aquæ. [& disperdent̄] i. ab Assyrijs destruentur [excelsa idoli] i. loca sublimia, in q̄bus idola coluerūt, quod idolum fuit [peccatum Israel] i. materia maximi peccati Israelitarum, qui in vitulorum aliorūq̄ adoratione deorum grauissime peccauerunt. [lappa & tribulus] i. herbæ infructuosæ sponte nascentes, videlicet spinæ, vepres, vrticæ &c. [ascendent super aras eorum] id est, super loca altarium sacrilegorum ab Assyrijs destructorum, per quod insinuatur longa desolatio terræ. [Et dicent] captiuitate iam instante, præ vehemēti pauore [montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos.] per quod innuitur, q̄ magis optabant mori subita morte, quam videre ea quæ inferunt mortem, & crudelissimis hostibus tradi. Siquidem grauior mors expectata q̄ illata. Hoc quoq̄ dixerunt Iudæi tempore captiuitatis suæ ab exercitu Romano- rum, que madmodū Christus baiulans sibi crucem p̄dixit: Tunc incipient montibus dicere, Cadite super nos &c. [Ex diebus Gabaa] i. à tēpore quo filij Beniamin in Gabaa ciuitate sua sceleratissime oppresserūt vxorē Leuitę. [peccauit Israel] i. duodecim tribus, nō quia peccatum

Psal. 53.
Hier. 3.
Psal. 83.

Lucæ 23.
Apoc. 6.

eatū illud in filios Beniamin vlti sunt, in hoc em̄ benefecerūt: quanuis secundū Hieronymū moti fuerint ad pugnā illā magis ex naturali dolore, q̄ amore iustitiæ, sed p̄pter illud quod subdit, [ibi steterūt] i. vltio illo peccato, nō p̄cesserūt ad vindicandū iniuriā Dei in filios Dā, q̄ idolū Michæ coluerunt. Poti⁹ q̄p̄ & primo debebāt vlcisci iniuriā Dei, videlicet idololatriā & destruere idolū Michæ, q̄ humanā iniuriā: quia ergo non correxerūt scelus q̄d corrigere debebāt atq̄ valebāt, participes erant in malo. Deniq̄ factum illud de idolo Michæ, contigit circa tēpus, quo oppressa fuit vxor Leuitæ. [Non cōp̄rahendit eos in Gabaa præliū.] Hoc Beda ita exponit: Non cōp̄rahendit, i. populus Israel non perijt in bello cōtra filios Beniamin [super filios iniquitatis] i. ob id q̄ contra filios Beniamin p̄dicti sceleris auctores aut defensores congressi sunt in hoc em̄, vt dictū est, benefecerūt: sed qm̄ non vindicauit hæc plebs in primis iniuriā Dei, destruēdo Michā & domum ac idolū eius, p̄pter q̄d bis vlti fuerūt à filijs Beniamin: & redit hoc in idē cum p̄inductis, q̄ & Michā & tribum Dan tenebant occidere. Secundū hanc autē expositionē propheta ponit futurę pro præterito, s. cōp̄rahendit pro cōp̄rahendit. Hieronymus vero videt̄ ita exponeret: Non cōp̄rahendit, i. non inuadet ac superabit eos, s. decē tribus in Gabaa. i. ratione pugnæ, quā populus Israel intulit Gabanonitis propter oppressionē vxoris præfatæ, præliū captiuitatis quo iam deijciēdi sunt, sicut subiungit̄: [iuxta desiderū meum] i. secundum propriā voluntatē & zelum iustitiæ meæ, quo impiorū iustā punitionē amo. [corripia eos] tradendo manibus Assyriorū. Iuxta hunc modū loquendi ait dñs Esai. 1. Heu ego cōsolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et apud Ezechielē: Cōplebo furorē meum, & requiescere faciam indignationē meā, & consolabor. Itaq̄ Deus sanctus & iustus lætatur in punitione p̄uorū. Sed obuiare videt̄ illud Sapient. 1. Deus mortē non fecit, nec lætat̄ in perditione viuorū. Et illud in Tobias: Non delectaris in perditionibus nostris. Et respondendū, q̄ Deus nō gaudet in dānatione seu punitione hoīm, inquantū sunt hoīes, sed inquantū imp̄cēnites, vel inquantū tēporalis afflictio expedit eis, tanq̄ medicinale emplastrū: sic quoq̄ non delectat̄ in ipsa perditione vel punitione, inquantū sunt quædam mala ac priuatiua, sed vt sunt effectus iustitiæ. Propter q̄d ait in Prouer. Ego q̄q̄ in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis, euenerit. In his autē atq̄ similib⁹ verbis loquit̄ De⁹ affectu ac more humano, q̄ & desiderij p̄prie sumptū, videlicet pro appetitu boni absentis, nō cōpetit Deo, in q̄ p̄sentialiter æternaliterq̄ cōsistit oīm bonorū atq̄ pulchrorū ac desiderabiliū p̄fecta possessio. [Congregabunt̄ super eos populi] i. collectū in eos irruet exercitus cū rege Assyriorū adueniēs, [cum corripient̄ propter duas iniquitates suas] i. omissionis diuini cultus, & cōmissio- nis idololatriæ. Vnde apud Hieremiā loquit̄ dñs de regno Iudæ: Duo mala fecit popul⁹ me⁹: Me dereliquerunt fontē aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas. Quidā p̄ duas iniquitates, intelligūt duos vitulos aureos: alij, q̄ iniuriā Dei nō vindicauerūt in cultorib⁹ idoli Michæ, & vitulos aureos adorauerūt: sed nō apparet q̄ isti ab Assyrijs capti, puniti sunt p̄pter peccatū q̄d contigit tēpore Michæ & Iudicū. [Possumus q̄q̄, p̄ duas iniquitates intelligere persecutionē prophetarū & idololatriā, vel idololatriā & contēptum p̄cepti seu exhortationis Osee regis Israel, vt irēt & sacrificia Deo offerret̄ in tēplo Hierusalem.] [Ephraim vitula docta diligere tritūrā.] Secundū Hieron. locus iste vsq̄ ad finē capituli, magnis est obsecratis: inuolutus. Deniq̄ cōsuetudo sanctarū est scripturarū, maxime p̄phetarū, vt p̄topologia atq̄ metaphorā historiæ exprimat veritatē. Ait ergo: Ephraim vitula &c. i. decē tribus pares sunt vaccæ seu vitulæ tereti seu tritūrati in horreo, hoc est, excutienti grana à paleis, ferreos orbis ad hoc deputatos sup segerum acervos trahendo, secundum q̄d moris est grana excutere in Palæstina, quæ vitula amat tritūrā, i. locum tritūræ, vel fruges seu messem excutiendā. Quæ admodum itaq̄ vitula talis amat tritūrā, quia alitur ibi, iuxta illud: Non alligabis os boui tritūranti. Vnde non vult inde cito exire: & si percussa ac fatigata p̄rumpet egreditur, tamen statim reuertitur vt pascatur: sic populus Israel dilexit idololatriam. Et licet ob hoc frequenter castigaretur & hostibus traderetur, noluit tamen reuerti ad dñm: & si interdum redijt, non diu adhæsit, sed mox ad idololatriā redijt vitia, quod etiam constat in libro Iudicum, cuius debita p̄cena subiungitur: [Et ego transiui] i. transire feci hostes eorum, puta Assyrios [super pulchritudinem colli eius] i. super pulchra, delicate nutrita, superba atq̄ rebellia colla decem tribuum, subiugando eas totaliter hostium potestati conculcantium eas, iuxta quem modum loquendi ait Esaias: Posuisti dorsum tuum transiuentibus. Deus enim resistit superbis, & deijcit eos. [Ascendam super Ephraim] id est, p̄ aduentum Assyriorum opprimam eos. [Arabit Iudas] id est, duæ tribus, videlicet Iudæ & Beniamin cum filijs Leui, visa decem tribuum extrema punitione & captiuitate, cœperunt corda sua excolere, & vomere p̄cēnitentiæ à pristina duritia frangere, atque ad virtutes disponere, quod factum est tempore Ezechie, qui eos hortabatur ad hoc. [confringet sibi sulcos] id est, obicem gratiæ tollet à se, & virtutum dura ac terrena obstacula conteret. [Iacob]

Iudic. 18
Iudic. 20
Ezec. 4.
Tob. 7.
Prou. 1.
Hier. 2.
Iudi. 18.
Deut. 25
1. Cor. 9.
4. Re. 17.
Esai. 27.
4. Re. 18.

[Iacob]i, tam illi qui ex decem tribubus manus hostiū euaserūt, & ad consiliū Ezechie Deū verū coluerunt, venientes in Hierusalem ad faciendū pascha, sicut per literas eis intimauerat Ezechias, de qua re Esaias ppheticē pregnāciāuit, & 2. Paral. 29. clarius recitat, q̄ illi qui ex regno Iudæ ad meliora inducti sunt ex consideratione captiuitatis decē tribuū. [Seminate vobis in iustitiā] i. opa bona secundū præcepta legis iuste peragite, & velut semina quædā promittite, vt felicē mercedē in futuro obtineatis. quæ em̄ seminauerit homo, hæc & metet. [et metite] i. opa bona per modū seminis sata colligite [in ore misericordiæ] i. in cōmunicatiōne pietatis cōmunicetis, quatenus de bonis operibus non intumescatis, sed mutuo gratiā diuinitus datā cōmunicetis, secundū quod scriptū est 1. Petri 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiā, in alterutrū illam administrantes. Sit ergo iustitiā per misericordiā temperata, ne sit crudelis, sed peccatoribus condolens, omnibusq; benigna, quæ admodum Rom. 16. admonet Paulus: Debemus nos firmiores alijs imbecillitatē portare, & non nobis placere. [innouate vobis] i. ad salutē vestrā intus recens facite [nouale] i. cor seu agrū cordis vomere pœnitentiæ nunc procissum. Nouale em̄, ad literā, dicitur ager tunc primū procissus. Hoc est quod admonet Apostolus: Renouamini spū mētis vestræ, & exuite veterem hoīem cū actibus suis. Propter qd̄ orat Pſalmista: Cor mundū crea in me De⁹, & spm̄ rectū innoua in viscerib⁹ meis. Oportet itaq; vetera vitia abiectare, spinas passionū & tribulos inordinationū eradicare, & semē verbi cœlestis corde puro recipere. Propterea Hiere. 4. habetur: Nouate vobis nouale, & nolite ferere sup spinas. Qui autē passiones & vitia de agro cordis sui nō abijcit, habet timere, ne Christus eū visitās, dicat illud Prouerbijs: Per agrū hoīs pigri transiui, & ecce totū repleuerūt vrticæ. Præterea, quia Osee nouit ista doctrinæ suæ monita nō esse perfecte implenda à populo, nisi pro tēpore Christi ac euāgelicæ legis, adiecit: [Tēpus autē requirendi dñm] per charitatē & reformationē perfectā ac opera bona, erit [cum venerit qui docebit vos iustitiā] i. Chrs̄ quando videlicet per seipsum, & deinde p̄ apostolos euāgelicæ legis perfectionem cœperit p̄dicare. Vnde in Esaiā de Christo ait pater cœlestis: In scientia sua iustificabit ipse seruus meus plurimos. Tunc em̄ electi Iudæi toto ad Deū conuersi sunt corde. Hinc habetur Pſal. 71. Oriēs in diebus eius iustitiā, & abundantia pacis. Quidā exponunt istud qd̄ ait, Cū venerit q̄ docebit &c. de Ezechia rege, q̄ docuit populū colere Deū, Quod non videtur conueniēter dictū, q̄ Osee hæc dixit imminēte decē tribuum captiuitate, q̄ facta est vndecimo anno imperij Achaz, & tūc Ezechias habuit viginti circiter annos. Achaz nanq; regnauit sedecim annis, & Ezechias cœpit regnare cū esset viginti quinq; annos, pauci q̄q; ex decē tribubus ac quiuerūt cōsilio Ezechia. Aptius ergo de Chro accipit, q̄ Esai. 63. protestatur: Ego q̄ loquor iustitiā, q̄ p̄ceptis legis adiecit euāgelicorū consilio: iustitiā: Nisi, inquit, abundauerit iustitiā v̄ra plus q̄ scribatur & pharisæorū, nō intrabit in regnū cœlorum. Pro eo q̄ n̄ra trāslatio cōtinet, Innouate vobis nouale, LXX. trāstulerunt: Illuminate vobis lumē sciētia, i. bene agendo adipisci satagite veram prudentiā & sanctæ discretionis splendorem, per quē valeatis discernere, qualiter iustitiā per misericordiā sit temperanda, & ecōtra. Sicq; propheta docet nos tria habere, dicēdo: Seminate in iustitiā &c. Pro quibus orat vir sanctus, Bonitatē & disciplinā & scientiā doce me. Quod autē lumen scientiæ obtineatur recte conuersando seu præcepta implendo, cōstat ex eo qd̄ scriptū est Eccl̄ 1. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiā, & Deus præbebit illam tibi. Et iterū scriptum est: Pie agētibus dedit sapientiā. Consequēter ait propheta ad decē tribus, sibi inobedientes in prædictis doctrinis. [Arastis impietatē] i. peccata in animo concepistis per cogitationem & consensum. [iniquitatem messuistis] i. ad effectum impie cogitata deduxistis, vel captiuitatem pro malorū aratione recepistis. [comeditis frugē mendaci] i. fructum erroris consecuti estis, & vobis incorporastis, delectando in vitijs, vel experiendo pro peccatis debitas pœnas, sicq; fecistis directe cōtrariā documētis præhabitis. [Quia confusus es] o popule decē tribuū [in v̄is tuis] i. peccatis & actib⁹ idololatriæ, æstimans te liberandū ab hostibus idola inuocando. Confusus es q̄q; [et in multitudine fortium tuorū] i. principū, potentū atq; nobilium, vel in robore tui exercitus & multitudine pugnatōrū, non in Deo. [cōsurgēt tumultus in populo tuo] i. exercitus Assyriorū cū tumultu, sonitu seu clangore inuadet te. Vel cōsurgēt tumultus, i. sonus confusus & vlulatus in populo tuo fugiente Assyrios. [et omnes munitiones tuas] i. fortalitia atq; præsidia [vastabuntur] ab hostibus iam præfatis [sicut vastatus] i. captus ac interfectus [est Salmana] princeps Madianitarū [à domo] i. populo seu familia [eius] Gedeonis [qui vindicauit] i. reprobauit atq; damnauit [Baal] idolum quod coluit Israel, cuius phanum quoq; Gedeon destruxit, & lucum aramq; demolitus est. Aliqui textus habēt, Qui vindicauit Baal, i. Gedeon in Baal vindictam exercuit. De hac re plenius legitur in libro Iudicum, vbi habetur qd̄ Gedeon cum suo exercitu persecutus est Sebee & Salmana, comprehenditq; eos, & propria manu occidit. Nunc tamen dicuntur vastati à domo Gedeonis, quia cooperabantur Gedeoni in persequendo & capiendo. Consensit insuper ei in hoc, qd̄ illos occidit. Istud itaq;

Galat. 6.

Ephe. 4.
Pſal. 50.
Lucæ 8.

Prou. 24

Esai. 53.

4. Re. 18.
Esai. 63.

Matt. 5.

Pſal. 118.

Eccl̄ 1.

Iudic. 6.

Iudic. 8.

itaq; contigit in die prælij, quando Gedeon cum viris trecētis pugnauit contra maximum exercitum Madianitarum, [matre super filios] id est, de filiorum interfectione [allisa] id est, nimio mœrore contracta, vel simul cum illis occisa. Præfati nanq; principes cum Madianitis interfecerunt multos filiorum Israel, matribus eorum præsentibus, quæ multo mœrore confectæ, vel simul occisæ defecerunt. Legitur quoq; in Iudicum libr. qd̄ Gedeon dixit Sebee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis, quibus Gedeo dixit: Fratres mei fuerunt filij matris meæ. Viuit dominus, si seruaueris eos, non vos occiderem. Vnde quod ait propheta, Matre super filios allisa, specialiter accipi potest de matre hac, tam speciosus filijs destituta. [sic fecit vobis] o decem tribus [Bethel] id est, idololatria, quam exercuistis in vrbe Bethel, in qua vnus positus erat de aureis vitulis, quem colendo meruistis perire, quemadmodum perijt Salmana. Et hoc à facie malitię nequitiarum vestrarum [id est, propter peruersitatem vitorum vestrorum, quæ aspexi, & oculis meis præsentia erant. Vel per Bethel intelligitur vitulus aureus, qui fuit eis materia occasioq; peccandi, vel certe sacerdotes vituli habitantes in Bethel, qui populum in idololatria confortabant.

Iudic. 8.

¶ Elucidatio tropologica eiusdem capituli. Artic. XXII.

DE militanti deniq; Ecclesia Christi veraciter dicitur, [Vitis frondosa Israel,] Ecclesia Denim Israel nuncupatur, quoniam oculis fidei conspicit Deum. Habet ergo hæc vitis frondes magnos atq; pulcherrimos, puta apostolos & apostolicæ perfectionis imitatores, virore virtutum splendentes, ipsamq; ecclesiam mirabiliter adornantes, qui primitias spiritus receperunt, qui etiam botri vocantur, vinum sapientiæ continentes, & internæ refectionis nobis propinantes saporem. De qua vinea in Canticis scriptum est: Vineam sicut pascifico in ea, quæ habet populos. De qua in Euangelio ait Saluator: Ite & vos in vineam meam. Sed & Christus qui est verissimus Israelita, tanquam vir videns Deum per speciem à maternæ suæ conceptionis exordio, vocat se vineam: Ego, inquit, sum vitis vera, & pater meus agricola est. Ipse enim spiritualiter protulit botros Ecclesiæ. [fructus adæquatus est ei] id est, vinea ista secundum gratiam sibi concessam, copiosum attulit fructum, optime conuersando, alios conuertendo, instruendo, perficiendo, & in omni dono spiritus sancti quotidie proficiendo. Nec enim vquam tanta gratia alicui congregationi collata est, vt ecclesiæ Christianorum. Propter quod tempus nouæ legis vocatur tempus gratiæ. Porro qui satagit digne conuersari vocatione qua vocatus est, & dicere potest cum Apostolo, Gratia Dei in me vacua non fuit, iste adæquat fructum gratiæ sibi exhibitæ, & dignus est nomine Christiano. [secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria] Hoc accipi potest in bono, qd̄ ecclesia multiplicauit materialia templa atq; altaria, secundum multitudinem fructus sui, id est, secundum eminentiam deuotionis sibi infusæ. Vel secundum quod in exterioribus diuitijs abundauit, cupiens cultum Dei & oblationem sacrificij euāgelicæ legis multiplicari, & toto orbe diffundi. [Iuxta vbertatem terræ suæ] id est, fecunditatem sui cordis, in quo, tanquam in bona terra, verbum Dei receptum est atq; fructificauit. [exuberavit simulacris] i. imaginib⁹ crucifixi & sanctorum, qui sunt quasi scripturæ simplicium, & memoriam pronocant, deuotionemq; inflammant. Vel exuberavit simulacris, i. formis seu speciebus intelligibilibus diuinorum, quæ iugiter contemplantur, ex visibilibus inuisibilia contuendo, & in cœlestium memoria se indefinenter (quantum vitæ præsentis permittit fragilitas) occupando. Vtinam animæ nostræ bonis simulacris dñicę passionis, horrēde mortis, futuri iudicij, cœlestiū gaudiōrū, infernaliumq; pœnarum depingatur. ¶ Præterea accipi possunt ista in malo, de ingratis & reprobis, qui multitudine beneficiorū Christi abutentes, vanitates sibi quasi altaria quædā multiplicāt, in quibus offerunt diabolo sua obsequia, non Dei, sed propriū desiderātes honorē. Exuberāt q̄q; simulacris, i. mundanis cogitationib⁹, inutilibus phantasij, cogitantes de sceminis & pecunijs, de fama gloriaq; terræna, quibus dicit Ioannes: Custodite vos à simulacris. Et dñs per Esaiam: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Horum Deus confringet simulacra, & depopulabit aras, quando ipsi cum vanitatibus & phantasmatibus suis condemnabuntur, quia nec opus nec ratio erunt apud inferos. Et Iob 5. habetur: Vidi impios dño flante perijsse. De quibus cantatur in Psalmo 1. Iter impiorū peribit. Et iterum: Qm̄ tanq; scenum velociter arefcunt. Hi frequenter merentur bonis priuari rectoribus, & tanquam oues errantes dimitti, tuncq; dicere possunt, [Non est rex nobis.] Sed qm̄ inter peruersos communiter inueniuntur aliqui boni, qui propter peccata sua vel cohabitantium sibi pensant id factum, idcirco in horū persona subiungitur: [Non enim timemus dñm.] Iusti quippe solent se impijs, cum quibus sunt, & quorum peccata deplorant, connumerari, quemadmodum Esdras & Daniel. Vnde Esdras: Peccata, inquit, nostra creuerunt vsq; ad cœlos. [et rex quid faciet nobis?] id est, princeps seu pastor nil proficit subditis, nisi Deus assit per gratiam. Nisi em̄ dominus ædificauerit domum, & custo-

Roma. 8.

Canti. 3.
Matt. 23

Ioan. 15.

Ephes. 2.
1. Cor. 15

1. Ioan. 9.
Esai. 1.
Eccēs 9.

Pſal. 16.

1. Esdr. 9.
Dani. 9.

& custodierit ciuitatem, inaniter laboratur. [loquimini verba visionis inutilis] Hoc derisorie dicitur cōtra somnatores & somniorū obseruatores, qui suas imaginationes vel diabolicas illusiones aduertūt, reputant & enarrant, quasi visiones ppheticas, quod Leuit. 19. phibetur: Non obseruabitis somnia, & in Ecclesiastico inducitur: Quasi qui apprahēdit vmbra, & sequitur ventum, secundū hoc visio somniorum. Rursusq; ait scriptura: Somnia extollūt imprudentes. [ferietis fœdus cum mendacio.] Hoc agunt fraudulentī, mendosī, simulatores, & callidī qui in sua vulpina calliditate atq; palliata confidunt astutia, qui dicunt illud Esai. 28. Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Istis germinabit seu orietur quasi amaritudo amarissima damnationis iudicium, cum Deus apprahēderit astutos in astutia eorum, & perdere cœperit omnes qui loquuntur mendacium. Feriamus igitur fœdus cum veritate, immobiliter inhærentes testimonijs scripturarum, & veritas certissime liberabit nos. [vaccas Bethauen] i. lasciuias carnis. [coluerunt habitatores Samariæ] i. hi qui se dicunt & simulant permanere in custodia præceptorum Christi: quales sunt hypocritæ, clerici lubrici, & carnales religiosi. Samaria autem custodia interpretatur. [quia luxit super eum populus eius.] Hoc fit, dum boni subditi, & vulgus indoctum, sed timoratum, superiorū suorū & clericorum ac religiosorū turpiter conuersantium peccata deplangit, & aditui eius super eum exultauerunt. Hoc plane contingit, dum summi prælati ac sacerdotes, qui esse tenentur diligentissimi custodes ecclesiæ, de prædictorum lubrica conuersatione lætantur, gaudentes de hoc q; sibi parificantur in vitijs carnis. [siquidem & ipse] vitulus, id est, motus lasciuus [in Assur delatus est] id est, ad diabolū dirigentem ad mala. Assur enim interpretatur dirigens. [munus regi] vltori, id est, principi tenebrarū, per quem diuina iustitia vlciscitur hominum crimina, cui & impij dant seipso & opera sua. Quo contra monet Apostolus: Nolite locum dare diabolo. [Confusio operiet Ephraim] id est, eos qui temporalia thesaurizant. Diues enim cum obierit, nihil secum auferet, apprahēdet eū quasi aqua inopia, vt dicitur Iob 27. Ephraim autem interpretatur augmentum. [Et confundetur Israel] id est, quicunq; fidelis, [in voluntate sua] i. propriæ voluntatis affectiones, non diuina præcepta sequendo, nec eius inhærendo vestigijs, qui ait: Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. In quo inobedientes, præsertim religiosi rebelles, & murmuratores notantur. Propter quod ad Hebræos iubet Apostolus: Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis. Porro, si nostra voluntas diuina charitate formetur, & præceptis dominicis subiaccitur tunc opus bonum erit tanto amplius Deo gratum ac meritorium, quanto vehementius ex voluntate agentis procedit, quoniam Deus magis pensat muneratq; affectum, q; opus. Sed tunc voluntas hominis est magis diuina, q; humana dicenda. Grandis ergo perfectio est, voluntate tota ac prompta facere quod iubetur, suadetur, aut postulatur. [Transire fecit Samaria regem suum.] Sic multi peruersi merentur sibi auferri prælatum seu principem bonum. Præterea in die iudicij dicturi sunt reprobi, quod subditur: Dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. [Tantus enim erit horror illius iudicij, vt sanctus Iob dicat] Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus? Hinc scriptum est in Apocalypsi Reges terræ, principes & tribuni, diuites & fortes, absconderunt se in speluncis & petris montium, dicentes montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. [Ex diebus Gabaa] id est, a tempore elationis [peccauit Israel] id est, infidelis infideliter agens. nam ex superbia oriuntur diuersa peccata. Gabaa autem interpretatur collis, quo nomine designatur elatio. Hinc scriptum est in Tobias: Superbiam in animo tuo nunquam dominari permittas. [Congregabuntur super eos populi] id est, contra impios Christianos conuenient alij ad debellandum eos. [cum corrigentur propter duas iniquitates suas] i. propter peccatum in Deum & in proximum. Interdum enim dat Deus impios hostibus suis propter hæc duo peccata. Peccatum vero in Deum est, quod fit cōtra tria præcepta primæ tabulæ quod autem fit contra præcepta secundæ tabulæ, est peccatum in proximum. [Ephraim vitula docta diligere trituram.] Hoc competit his, qui non emendantur flagellis, vel qui lassantur in via perditionis, & ambulāt vias difficiles, iugumq; Christi suauæ ac leuæ abijciunt, qui in contrectatione terrenarū rerū infatigabiliter occupantur: quod est, huiusmodi homines vitulæ trituranter similes, vt patet ex proprietatibus vitulæ talis, in præcedenti articulo positus. [Et ego trāsui sup pulchritudinē colli eius] i. taliū colla humiliāui, & p pœnas mihi subieci. Propter qd Esai. 3. legi: Pro eo q; eleuatæ sunt filiz Sion, & ambulabant collo extento, nudabit dñs verticem filiarū Sion. Et Ecclesiast. 24. sapientia ait: Omnium excellentium & sublimium colla propria virtute calcaui. Solet enim in colli erectione cordis superbia demonstrari atq; rebellio, iuxta illud Iob 15. Cucurrit impius aduersus Deum erecto collo. [ascendam super Ephraim] id est, debitas castigationes super prædictos peruersos inducam. [arabit Iudas] id est, verus confessor fidei & actu ecclesiasticus, visa impiorum

piorum punitione, cor suum ad meliora disponit, & ferro pœnitentiæ ad gratiæ susceptio- nem pleniorē aperiet atq; aptabit: tunc em lauauit in sanguine peccatoris manus suas, Et Pro- uerb. 19. habetur: Pestilēte flagellato, stultus sapientior erit. [confringet sibi sulcos Iacob] i. contra vitia luctans, eademq; supplantās, cordis sui a se remouebit duritiam, & franget se- ipsum, petens sibi dari cor carneum, sciens scriptū, Qui cordis est duri, incidet in mala. Hoc nēpe est qd docet Saluator: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Sulci autē animæ, sunt duri inordinatīq; motus, & vniuersa græ impedimēta. Hac quoq; contractione p̄cipue egent, q; ex naturali dispositione iracundi, superbi, ptinaces, vel ad alia mala proclius sunt. [Arastis impietate, iniquitate messuistis, comedistis frugē mendaci.] Arat impietatem, qui malū propositum cōcipit, & ad peccandū animā suā disponit, quēadmodū Prouer. 6. dicit: Cor cogitās cogitationes pessimas. Metit autē iniquitate, qui procedit in opus: comedit vero frugē mendaci, qui lætat cū male fecerit, & in malitia gloriā. Vnde de impijs scriptum est Prouerb. 1. Comedit igitur fructus suos, suisq; consilijs saturabuntur. Comedit q; frugem mendaci, q; debitis afficiunt & adimplētur tormētis, prout apud Hieremiā dñs precessat, Ecce ego cibabo populū istū absynthio, & cibabo eos felle. Qui autē opus Dei reuerenter delectabiliterq; persoluit, comedit frugē iustitiæ, & cū Christo dicere potest illud Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciā voluntatē patris mei qui in cælis est. [Quia confisus es in vjs tuis.] Quidā confidunt in vjs propriæ prauitatis, de qbus scriptū est Esai. 59. Confidunt in nihili, & lo- quuntur vanitates. Alij vero cōfidunt in vjs suæ iustitiæ, putātes se aliquid esse, & dicentes se di- uites, nō attrēdentes imperfectiones ac negligētias suas. [et in multitudine fortium tuorum.] Isti em cōfidūt in fortibus actibus suis, non sequētes vestigia eius, qui profiteretur: Dñe, memo- rabor iustitiæ tuæ solius. Et alterius: Oēs iustitiæ nostræ quasi pannus menstruata. Vnde Iob loquitur: Etiam si iustus fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. [Consurget tumultus] id est, inordinatio vitiorum, multiplexq; tentatio & afflictio [in populo tuo, & omnes muni- tiones tuæ vastabuntur] i. vniuersa in quibus inaniter confidebant, peribūt. Humiliemur ergo sub potenti manu Dei, nec arbitremur nos apprahēdisse, sed quæ priora sunt obliuiscētes, in anteriora extendamur, p̄ficiendo quotidie in timore atq; sollicita cordis custodia. cum em consummauerit homo, tunc incipit. Et in solo Deo tota mente sperantes, dicamus carnē illud Deificū, prorsusq; dulcissimū Psal. 61. In Deo salutare meū, & gloria mea Deus auxiliij mei, & spes mea in Deo est. [sic fecit vobis.] o Christiani Christo ingrati, [Bethel] id est, hi qui vident alijs in spūalibus præsidere, sed pessimæ conuersationis exemplo inficiunt quos saluarent. Bethel autē interpretatur domus Dei, præidentes vero in spūalibus, maxime esse vident domus Dei. Et ne subditi pereuntes, totā suā dānationem & culpā in prælatos & clericos retorquerēt, adiectū est: [A facie malitiæ nequitiarum vestrarum.] interdum em merentur tales superiores habere, vel eorum peruersitati nimis facilliter se conformant, para- tiores sequi malos q; bonos. Cætera patent ex præcedenti articulo.

¶ Explanatio literalis Cap. XI. Sicut mane transit. Artic. XXIII.

Præcedenti capitulo dixit propheta, Transire fecit Samaria regē suū quasi spumam su- per faciem aque. Hoc idem nunc repetit sub alia similitudine, nec est nugatio, cum non sit inutilis repetitio. [Sicut mane transit] i. quemadmodum diluculum seu aurora cito finitur, sole in altum surgente, diemq; perfectum causante. [pertransit rex Israel] quod acci- pi potest de Osee vltimo rege Israel, qui nono imperij sui anno ab Assyrijs captus atq; occi- sus est. Vel indeterminate, vt sit sensus, Pertransit rex Israel, i. regnum decem tribuū destrue- tur, ita q; vltiā regē non habebit, quod post huius prophetiæ pronunciationem statim im- pletum est. [Quia puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum.] Loqui- tur hic propheta de toto duodecim tribuū populo, quasi de vno supposito, nam & plura sæ- pe singulariter designantur, vt hoīes nomine plebis. Itaq; ait, Quia puer Israel, i. popul⁹ He- bræorum quasi puer fuit in Aegypto. Quod tripliciter accipi potest. Primo, qm̄ in Aegyp- to natus, creuit, & multiplicatus est. Secundo, qm̄ quidam de populo isto habuerunt se in Aegypto stulte & pueriliter, idololatriæ alijsq; vitijs insistendo. Tertio, nam quidam eorum velut pueri ab innocentia & puritate vocati, Deo vero seruiuerunt in Aegypto corde deuoto, quemadmodum habetur in Malachia propheta de Leui patriarcha, q; multos auertit ab impietate, haud dubium quin in Aegypto. Alij quoq; patriarchę filios suos in Dei obsequio instruxerunt. Vnde de talibus dñs loquitur Moysi in Exodo: Clamor filiorum Israel venit ad me. [et dilexi eū] i. præ ceteris gentibus populū istum elegi, varijsq; beneficijs decorauī, & ad vniuersi veri Dei cultū vocaui. Propter quod Moyses ait: Te elegit dñs, vt sis ei populus peculiā- ris de cunctis populis, qui sunt sup terrā. Et Malach. 1. habetur: Dilexi vos, dicit dñs. Hinc quoq; in Num. Balaam fassus est: Dñs Deus cum illo est, & clangor victoriæ regis in illo est. [Et ex Aegypto vocaui] i. per manum Moysi eduxi [filium meum] i. populū istum mihi si- lialiter prædilectū. Porro dilectio Dei ad creaturas, potius dicit effectualis seu oposa, q; affe- ctualis

Psal. 57.
Prou. 28
Luca 9.
Prou. 26
Psal. 51.
Hier. 23.
Galat. 6.
Apoc. 3.
Psal. 70.
Esai. 64
Iob 9.
1. Petr. 5.
Philip. 3
Mich. 6.
Osee 10.
4. Re. 17.
Num. 15
Mala. 2.
Exo. 2. 3.
Deut. 7.
Num. 23

etualis seu affectuosa. Propterea quis amor Dei fit in se simplex & vniformis, magis tamen dicit vnum amare q̄ alium, secundū qd̄ maius bonum vult, seu maiora p̄stat beneficia vni q̄ alteri, secundū voluntatis suæ liberrimæ propositū æternale. De hoc filio Dei seu populo Israel, dñs ait in Exodo: Filius meus primogenit⁹ Israel. Atq; ad Pharaonē: Dixi, inquit, tibi, dimitte filium meum, vt sacrificet mihi in deserto. Et apud Hierem. Ephraim primogenit⁹ meus. Porro hæc verba, Ex Aegypto vocaui filium meum, allegat Matthæus prædicta atq; impleta in Christo. Ex q̄ sequit, q̄ verba hæc ad literam sint de Christo prænunciata: q̄a (vt asserit August.) probatio per autoritatē scripturæ, non tenet nisi ex sensu literali. Nunc aut̄ dictum est, verba ista literaliter intelligenda esse de populo Israel. Quō ergo concordanda sunt ista? Aduertendum ergo, quia (vt refert hoc loco Hieronymus) Iulianus Augustus & apostata, 7. libro contra Christianos, obiecit Christianis hunc passum, dicens: Quod pp̄pheta de Israele dixit, Matthæus euāgelista ad Christū trāstulit, vt simplicitati eorum q̄ ex gentibus crediderunt, illuderet. Huic venenosæ obiectioni S. Hieronymus eleganter respondet his verbis: Matthæus euāgelista primo scripsit euāgelium in Hebræo, quod non poterāt legere, nisi qui fuerant ex Hebræis. Non ergo propterea ista allegauit, vt illuderet ethnicis. Si aut̄ Hebræis illudere voluit, aut stultus fuit, aut imperitus: Stultus, si apertum fecit mendacium; Imperitus, si non intellexit, de quo ista dicerentur. Stultitiam ipsum volumen euāgelicum S. Matthæi excusat, quod prudenter ordinateq; dispositum est. Imperitum q̄q; non possumus dicere, quē ex alijs testimonijs scripturæ, ab ipso allegatarum, sciētiam legis habuisse cognoscimus. Est ergo dicendum, q̄ ea q̄ de personis vel populo veteris testamēti dicta sunt typice, hoc est, figuratiter, inquantū erāt figura Christi, in Christo vere literaliterq; impleta sunt. Et de illis scripta sunt, secundum qd̄ erant figuræ Christi. Ideoq; de Ch̄o principaliter, immo & literaliter intelligunt̄, cum non sit inconueniens, secundum August. eandem scripturā intellectum literalem habere multiplicē. Vnde secundum hunc modum, qd̄ in lib. Paralip. de Salomone cōscriptum est, Ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in p̄rem, Apostol⁹ ad Heb. 1. allegat de Christo: quia hoc dixit Deus de Salomone, secundū quod erat typus saluatoris, q̄ nō solum per certas personas, sed & per ipsum populum veteris testamēti sæpe significat. Sic ergo Matthæus præducta verba allegat pro testimonio Ch̄i, q̄a de populo Israel dicunt̄, vt erat Ch̄i figura, ita q̄ per eductiōnē filiorū adoptiuorū ex Aegypto, præfigurabat eductiō filij naturalis ex loco illo, [vocaerūt eos] i. Moses & Aarō collegerūt filios Israel in Aegypto, p̄nūciantes q̄ Deus educturus esset eos de solo illo. [sic abierunt a facie eorū] i. eos nō audierūt, sed terga verterūt, dicētes: Iudicet dñs iter nos & vos, q̄a fecerere fecistis odorē nostrū corā Pharaone, vt patet Exo. 5. Vel sensus est, q̄ pp̄hetæ vocauerūt filios Israel, hortando eos ad cultū Dei, q̄bus non obedierūt, sicut subiungit̄: [Baalim immolabāt & simulacris] i. idolis vel sculptilibus [sacrificabāt,] videlicet Astoroth, Moloch, sicut in lib. Reg. ac Iudicū pleni⁹ continet̄. [Et ego quasi nutricius Ephraim] i. illis peccantibus ego clementissimus Deus sicut pius pater ac pater erā populo Israel, præcedēdo eos in eremo per diē in colūna nubis, ne solis vrerent̄ feruore, & per noctē in columna ignis, ne tenebris tererent̄, vel aberrarent. [Portaui eos in brachijs meis] i. per modum nutricijs p̄ssimæ dulciter eos tractaui, & p̄ desertum deduxi, ita q̄ brachia mea, i. misericordia & potestas aderant eis. Vnde Deut. 1. Moses fatur: Portaui te dñs De⁹ tuus, sicut portare solet mulier paruulum filium suum. Rursusq; in Cantico: Expandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portaui in humeris suis. [Et nescierunt] i. nō aduerterunt, [q̄ curarē eos] i. à peccatis idololatriæ ceterisq; piaculis eos vellē sanare, quantū in me erat, præstolando emendationem eorū in solitudine, & in terra ludææ. Vnde Esai. 30. scriptum est: Propterea expectat dñs, vt misereatur vestri. Et Petrus in 2. sua epistola: Patienter agit dñs, nolens aliquem perire, sed omnes ad p̄nitentiam reuerti. [In funiculis Adam traham eos] i. per beneficia similia beneficijs Adæ collatis alluciam, & dudum attraxi eos ad nominis mei notitiam, dilectionem, & cultū. Veleo amore, quo sanctum feci Adam in paradiso, volui eos sanctificare. Propter quod subditur: [In vinculis charitatis] i. effectibus dilectionis. Beneficia nempe vocantur vincula atq; funiculi charitatis, qm̄ colligāt beneficiatū beneficienti, seu rationalē creaturam creatori. Hinc per Hieremiam dñs ait: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Christus quoque apud Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Pro eo quod nostra translatio habet, in funiculis Adam, Aquila, Symmachus, Theodorio, & LXX. trāstulerunt hominum pro Adam, ita q̄ alia translatio cōtinet. In funiculis hominum traham eos. Cuius diuersitatis ratio potest esse, q̄ Adam in Hebræo est nomen cōmune & proprium. Inquantū vero est nomen cōmune, significat hominem. Sed vt est nomen proprium, significat protoplastum parentem. Ex quo patet, quomodo intelligendum sit quod super Matthæum dicit Hieronymus: Vbicunq; inquit, habemus, filii hominis, in Hebræo habetur, filii Adam. Est itaq; sensus huius translationis, immo & primæ secundum Hieronymū, In funiculis

Exod. 4.
Ibidem.
Hier. 31.
Matt. 2.

1. Par. 17.
2. Re. 7.

Exo. 12.
& 14.

Judic. 2.
3. & 8.
4. Re. 23.
2. Par. 28
Exod. 13
Num. 22

Deut. 32

1. Petr. 3.

Genes. 1.

Hier. 31.

eulis hoim &c. i. propter vincula charitatis, quibus astrinxi mihi Abraham, Isaac & Iacob, etiam istos mihi colligauit vel colligabo, puta electos ex Israele vel secundum glossam, ea charitate, qua mihi patriarchas præfatos astrinxi, coniungā mihi & istos. Vnde Deut. 10. Moses: Patribus, ait, tuis conglutinatus est dñs, & dilexit semen eorum post eos. In Hier. quoq; asserit dñs: Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi domū Israel, vt esset mihi in populum, & nomen, & laudem, & gloriam. [Et ero quasi exaltans iugum super maxillas eorum] Hoc, vt breuiter tangit Hieronym⁹, exponitur dupliciter. Primo sic: Ego Deus ero quasi exaltans, i. extollens seu subleuans iugum super maxillas eorū, i. iugum cæterarū nationū eis superinductum, vt ab onere nationum liberati, mihi libere famulentur. Hoc fecit Deus frequenter tempore Iudicum. Et item post tempus huius prophetiæ tribui Iudæ ac Benjamin, vt scribitur in libris Hester, Iudith, & Machabæorum. Secundo exponitur sic, Ero quasi exaltans, i. iugum legis grauissimum duræ ceruici eorū imposui, ne idolorū insisterēt laudibus. Hinc per Esaiā ait dñs: Infrenabo os tuū laude mea. [& declinaui ad eum vt vesceret] i. populo huic cōdescendi, & manna eis transmisi, vt manducaret in eremo annis quadraginta. [Non reuertet̄ in terrā Aegypti,] LXX. trāstulerunt, Habitabit Ephraim in Aegypto. Sed redit in idem, qm̄ sensus est, q̄ decem tribus, instante Assyriorū aduentu, optabāt in Aegyptū fugere ac reuerti, sed non poterūt. [& Assur ipse rex eius] i. Salmanasar rex Assyriorū suæ ditioni subiiciet eos inuitos, & seruiet ei violētia pressi, qd̄ id eo meruerunt, [q̄m noluerunt conuerti] ad Deum, p̄nitentiā peragēdo de idololatrijs ac reliquis culpis. [Cœpit gladius in ciuitatibus eius] i. gladius Assyriorū cœpit occidere in vrbibus decē tribuum, [& confumet electos eius] i. pulchras ac elegantes populi huius personas necabit, [& comedet capita eorū] i. principales in decem tribubus, s. sacerdotes, diuites ac nobiles deuorabit, esse vitale tollendo. Propheta in isto cap. sæpe ponit differentiam vnus tēporis p̄ alio, more prophetico, sicut in psalmo quo decātamus: Annunciabitur dño generatio vêtura, & annūciabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur, quē fecit dñs. Verunt̄ qm̄ Osee hæc dixit, cœpit gladius hostium debacchari in vrbibus Israel, vt patet ex 4. Reg. Sed post introducta est finalis atq; totalis captiuitas. [& populus meus] Israel ductus in captiuitatē, s. decem tribus, quæ solo nomine erant populus Dei, vel iure conditionis, aut propter partes, vel quia specialiter à Deo vocati. [pendebit ad reditum meum] i. consolationem seu liberationē expectabit à me, sero instructuoseq; p̄nitens. Vel, pendebit ad reditum meum, i. suspēsus erit, confusus ac miser, quovsq; ad eum reuertar per exhibitionē beneficiorū meorum. [Iugum aut̄ imponetur eis simul] i. populo decem tribuum non occiso, sed translato, imponet rex Assyriorū onus duræ seruitutis. [quod non auferetur] à populo decem tribuum. Nam ista eorum captiuitas vsq; ad finē mundi protrahitur. Deinde loquit̄ dñs, vel quasi cōpatiēdo perituris, sicut pius pater, vel quasi cōminādo iniqs, sicut iust⁹ iudex. [Quō dabo te Ephraim] i. quasi condoleo tibi popule decē tribuum, quia traditurus sum te hostibus, vel dure ac terribiliter tradam te illis. [protegam te Israel] i. qua iustitia potero te ab hostibus defensare: tanq̄ dicat, Non hoc meruisti. [Quō dabo te] Quærit Deus vt terreat, & terrendo ad p̄nitentiam excitet interrogatos. Et respondet, [sicut Adama ponam te,] & item [vt Seboim] i. subueri meruistis, o filij Israel, funditusq; subuerri, & in fauillā ac cinerē redigi, sicut subuersæ sunt igne & sulfure Adama & Seboim, quæ erant duæ vrbes Pentapolis, seu quinque ciuitatum subuersarum propter peccatum contra naturam. Quinq; autem ciuitatū istarum hæc nomina sunt, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Segor. Porro hæc verba, sicut Adama ponam te, dñs profert non asserendo, sed quid isti meruerint insinuando, vel per respectum ad causas particulares, puta ad merita hominum. Subditur enim: [Cōuersum est in me cor meum] i. à rigore iustitiæ, ad suauitatem clementiæ me conuerti, non per aliquam mutationem in me factam, sed per comparisonem ad opus siue effectum, pro qua conuersione orat Psalmista: Conuertere dñe, & eripe animam meam. Hoc enim modo dicitur immutabilis Deus mutari à seueritate iustitiæ, ad lenitatem misericordiæ, & econtra. Vnde Iob ait: Conuersus es mihi in crudelem. Et in Zacharia dominus protestatur: Sicut cogitauit vt affligerem vos, cum ad iracundiam me prouocasset patres vestri, sic conuersus dieb⁹ istis cogitauit, vt beneficerem domui Iuda. [conturbata est p̄nitudo mea] i. viscera misericordiæ meæ, quibus sæpe dico me p̄nitere de hominum damnatione, super te clementer commota sunt, ita q̄ tibi misereri decreui. Loquitur autem Deus affectu humano, non q̄ in ipso sit veraciter p̄nitudo, secundum quod scriptum est in libro Regum: Porro triumphator in Israel non parcat, & p̄nitudo non flectetur. Sed per modum p̄nitentis se habet, dum à cœpto opere vel facta comminatione desistit. Vnde præducto Regum cap. dicit P̄nitet me, q̄ constituerim Saul regem. In Genesi quoq; P̄nitet me fecisse hominem. [non faciam furorem iræ meæ] i. magnitudinem rigoris ac zeli iustitiæ meæ non ad effectum perducam in populo isto, [non conuertar] i. à proposito miserendi non variabor, [vt disperdam

Hier. 13.

Esai. 48.

4. Re. 25.

Psal. 21.

4. Re. 25.

Gen. 19.
Deut. 28

Psal. 6.

Iob 30.
Zach. 8.

Gene. 6.

1. Re. 15.

Ibidem
Gene. 6.

Ephraim i. decem tribus totaliter ac irreparabiliter destruaui, sicut destruxi vrbes prefata. Scit itaq; dñs reuocare ac moderari sententiam, si tu noueris corrigere vitam immo interdum ex sola sua benignitate hoc facit. Propter quod apud Hieremiam proficitur: Repent loquar aduersus gentē & regnum, vt eradicem & destruaui illud. Si pœnitentiã egerit gent illa, agã & ego pœnitentiã super malo quod cogitauit, vt facerem illis. Deniq; pãdit causam cur tam pie acturus sit, [qm̄ Deus ego,] propter quod propriũ est mihi, misereri & parcere seu citra condignũ punire. [& non homo,] ideo punio ad emendationem, quantum in me est, non ad interitum. Homo aut̄ punit, vt perdat. Vel ideo dicit hoc, qm̄ iudex seu vltor frequenter excedit in vlciscẽdo propter imperum passionum, sicq; iram ac furorem suum ad implet. Deus vero cum sit simplicissima quædam essentia, passiones ignorat, sed cũ tranquillitate oĩa agit, iuxta illud Sapientie: Tu aut̄ dominator dñe cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. [in medio tui sanctus] i. tibi cohabitare & auxiliari teq; sanctificare paratus, quãtum in me est. Proprie tñ & actualiter non dicitur Deus esse, nisi inter bonos, in quorũ cordibus per gratiã habitat, quales vtiq; quidam ex decem tribubus erãt. [& nõ ingrediar ciuitatẽ] Verba hæc multipliciter exponuntur. Primo sic: Non ingrediar ciuitatẽ eo modo quo iudex cõmorus, i. non veniã ad te, vt te iudicialiter penitẽ destruaui. Vel, nõ ingrediar ciuitatẽ reproborum eo modo, quo in medio tui sum. Vel, nõ ingrediar in ciuitatem vnã duntaxat, i. non in vna tantũ vrbe ponam cultũ meum, sed vbiq; terrarũ hunc dilatabo, & offeretur mihi in omni natione oblatio munda. Iudæi pro suo errore exponũt hoc modo, Non ingrediar &c. i. populũ istũ Israel non sic deseram, vt ad nationes me transferam. [Post dñm ambulabunt] i. qui ex populo Israel fuerint saluati, Deo fide & charitate cohærebunt, iuxta illud in Psal. Adhæsit anima mea post te, hoc est, opera talia exercebunt, per quæ Deo feliciter vniantur. [Quasi leo rugiet] i. ipse Deus omnipotens efficaciter terribiliterq; loquetur, & omnes suos aduersarios perterrebit, quem admodum leo suo rugitu animalia stupida facit & fixa. Hoc idẽ habetur apud Iohelẽ & Amos. Præterea secundũ Hieron. Iudæi hæc referũt ad tẽpus Messie, quem præstolant̄ venturum. Sed q̄ expectant implenda, sunt dudum impleta, Christus em̄ quem scimus venisse, rugijt sicut leo, de quo Apoc. 5. dicitur: Vicit leo de tribu Iuda. Rugijt aut̄ clamore terribilis cõminationis, dicendo: Nisi pœnitentiã egeritis, omnes similiter peribitis. Et iteq; Ibunt hi in suppliciu æternum. Et Arctã est via quæ ducit ad vitam. Et: Multi vocati, pauci vero electi. Et alia multa terribilia loquit̄ in euangelio. Erãtq; docēs, sicut potestãtẽ habens, non sicut scribæ & pharisæi. Eiecit insup spũs verbo. [& formidabũt filij maris] i. habitãtes in insulis audita ab apostolis prædicatione euãgelij Christi, timebũt casto timore, & conuertent̄ ad fidẽ. Vnde Esai. 42. prædictũ est: Ponent dño gloriam, & laudẽ eius in insulis nunciabunt. Vel, filij maris, dicuntur homines huius seculi, qui mare procellosum vocantur, & fagena prædicationis capti adunatiq; sunt, quorum multi ab ipso sunt Christo docti atq; conuersi. [& auolabunt quasi auis ex Aegypto] i. cito conuertent̄ ad Christum Aegyptij, vel in Aegypto morantes. Quod per prædicationẽ Simonis ac Iudæ constat impletũ, quẽ admodũ Esaias prædixit: Cognoscetur dñs ab Aegypto, & cognoscẽt Aegyptij dñm, & colent eum in hostijs & muneribus. [& quasi columba de terra Assyriorum] i. in regione Assyriorum manentes, festinanter ad Christum confugient. In his siquidem terris olim præcipue viguit Christiana religio. [Et collocabo eos in domibus suis] i. nunc in ecclesijs, deinde in caelestibus mansionib;. Hoc est quod in euangelio dicit Saluator: Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Et denuo: Prædicabitur, inquit, euangelium hoc in vniuerso mundo. De hoc sapissime loquitur Esaias, sicut cum ait: Ecce isti de longe venient. Et: Ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Consequenter dñs ingrati tudinem & peccata regni decem tribuum repetit. [Circundedit me] i. vndiq; in honoraui atq; offendit, [in negotiatione] meum honorẽ & nomen idolis ascribendo, [Ephraim] i. Ieroboam primus rex decem tribuum Ephraim. Nam vitulis aureis factis, dixit: Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Circundedit quoq; me [& in dolo domus Israel] i. in fraude qua decem tribus decepit, eas ad idololatriam inducendo. Dicit autem Deus infinitus circundari, non q̄ circumscribatur vel limitetur, sed qm̄ ex omni parte ad eum acceditur, vel contra eum proceditur. Vnde habetur in Psal. Synagoga populorum circundabit te. [Iudas autem] i. populus tribus Iudæ & Benjamin, [testis fidelis] i. bene viuendo mihi & legi testimonium veritatis perhibuit verbo & opere, testificans me esse Deum verum, & vera esse quæ in lege scribuntur. [descendit cum Deo] i. dño Deo adhaerendo, humiliavit se, subiiciens se legis imperio. [& cum sanctis fidelibus] i. prophetis ac patriarchis, cum quibus descendit, per hoc q̄ eorũ vestigia imitans, in valle humilitatis processit. Cum enim decem tribus a domo Dauid se segregassent, & idola colere ordirentur, duæ tribus cum tribu Leuitica in cultu Dei permanerunt etiã diu, quibus interdũ ad tẽpus idolis deseruierunt. Postremo,

Hier. 18.

Sap. 12.

Psal. 62.

Toelis 3. Amos 1.

Luce 13. Marc. 25. 7. & 20.

Mat. 7. 8. Lucæ 4.

Esai. 49.

Mat. 8. & 24.

Esai. 44.

3. Re. 12.

Psal. 7.

3. Re. 12.

stremo, quidã Hebræorũ, referẽte Hieronymo, exponunt hæc sic, q̄ cũ Moses cũ duo decim tribubus ad rubrũ mare venisset, & filij Israel Aegyptios supra se venire vidissent, alijs inter eos desperantibus, alijs in Aegyptũ redire optantibus, & omnibus istis contra Deũ infideliter mēdaciterq; agētibus, tribus Iudæ fideliter stetit, & Mosen primo secuta est, ingrediendo post eũ mare rubrũ. Propter quod meruit principatũ & regiã dignitatẽ, sicq; descendit cum Deo in mare rubrũ, & cum sanctis fidelibus, i. Mose & Aaron ducibus populi. Hoc dictum vocat Hieronymus fabulam: multi tamen doctores catholici opinantur hoc verum.

¶ Expositio eiusdem capituli XI. tropologica. Artic. XXIII.

Sicut mane transit, pertransit rex Israel. Rex Israel, i. princeps populi Christiani seu militatis Ecclesie, est Christus, cui sacrilegi acclamabant Iudæi: Si rex Israel est, descendat nũc de cruce. Cui & boni Iudæi in die palmarum cantabant: Benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Rex iste cito pertransijt in hoc mundo, quia Iudæi, quibus missus fuerat, statim abiecerunt eum extra vineam, & in iuuentute eius occiderunt eum, dicentes: Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Hic fuit puer Dei patris, de quo dixit primitiua Ecclesia: Conuenerunt aduersus sanctum puerum tuum Iesum in ciuitate hac, ipse enim est naturalis & vnicus puer seu filius patris æterni. De quo scriptum est: Ecce puer meus, quem elegi, electus meus, complacuit sibi in isto anima mea. [Et dilexi eum.] Hunc enim puerum, secundum quod Deus est, diligit pater amore prorsus immenso, & tantum, sicut seipsum. Porro secundum naturam eius assumptam diligit eum plus, q̄ totum vniuersum. Vnde in baptismo & transfiguratione pueri huius locutus est: Hic est filius meus dilectus. [Et ex Aegypto vocaui filium meum] Herode defuncto. Spiritualiter vero post passionem, quando ex mundo isto per Aegyptum significato, transfuit eum, & ad dexteram suã maiestatis constituit. Præterea regem istum, qui per fidem & gratiam corda nostra inhabitat, quidam negligentes, carnales seu impij cito a se transire, id est, recedere faciunt, dãdo locum diabolo. De talibus enim ait in libro Geneleos: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. In libro Iob quoq; Dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Qui enim in charitate & gratia est, nisi omni custodia cor suum custodierit atq; instanter in Dei timore se conseruauerit, facile perdit quod habuit, domusq; eius subuertitur. Oportet ergo sollicite ambulare corã Deo sancto ac metuẽdo. Præterea rex noster dici potest intellectus seu ratio, q̄ in regno animæ ceteris virib; dominatur, quem a se transire faciunt, qui passionibus & peccatis non efficaciter reluctantur, quorum omnis sapientia deuoratur. Quo cõtra hortatur Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. [Quia puer Israel] Hoc de ecclesia seu quolibet vero Christiano accipi potest, qui per puritatẽ & innocentia puer, per contẽplationem vero diuino, Israel appellatur. Talibus em̄ ait Saluator: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? De quibus ait per Esaiam: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dñs. Hos diligit Deus, quem admodũ Ioan. 9. legitur: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret. Et Paulus: Propter niam, ait, charitatem, qua dilexit nos pater, filium suum misit, &c. [Et ex Aegypto] i. seculari & tenebrosa conuersatione, [vocaui] per inspirationẽ internam, vel prædicationẽ quoq; exteriorem. [filium meum] i. quemcunq; fidelem & Christianum. Vnde dicit Apostolus: Erripuit nos de præsentis seculo nequam, & transfuit in regnum filij dilectionis suæ. [vocauerunt eos, abierunt a facie eorum.] Hoc de incorrigibilibus & superbis accipiendum est, quos per prælatos atq; vicarios suos Christus vocat ad pœnitentiã, sed contempnunt, [Baalim imolabant, & simulacris sacrificabant.] Hoc spiritualiter agunt, quorum deus venter est, Venus, vel aurum, aut propriæ adinventionis perfidum dogma, qui amplius amant, colunt, & cogitant creaturas q̄ creatorem, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. [Et ego quasi nutricius Ephraim] id est, populi crescentis in bono. Christus nempe est noster nutritius, qui ait: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Nutrit enim nos pane sacramentali, pane lachrymarum, pane consolationis internæ, pane vitæ & intellectus, gratiæ bonæq; actionis. Vnde in euangelio loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. [Portauit eos in brachijs meis.] In brachijs suis portauit nos filius Dei ad patrem, quando baiulans sibi crucem exiuit, atq; in crucis ligno brachia sua sancta pro nostra redemptione extendit. Eos quoq; portat Christus quotidie in brachijs suis, quos iugiter tam dulciter tractat, consolatur, præseruat, ita vt cum multa alacritate & sine graui impugnatione omne opus Dei perficiant, viam mandatorum dilatato corde potius currant q̄ ambulent, quibus vtiq; magna necessaria est cautela, vt vera circumspectione ac humilitate ornentur, Deoq; grati consistant, nec alios aspernentur. Aliter diceret Christus de eis quod subditur: Nescierunt, q̄ curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Sic plane trahit nos Christus, dans nobis ineffabilia beneficia suæ charitatis in-dicia. Dat enim nobis seipsum in cibum & potum, tribuit sacramenta, & ad originalis iu-

4. Re. 16.

Exo. 14.

Matt. 27

Mat. 21.

Acto. 4. Esai. 42. Matt. 12.

Mat. 3. 17. Marc. 2. Mar. 16.

Gene. 6. Iob 21.

Prou. 4. Eccl. 27.

Psal. 31.

Exo. 4. 5. Ioan. 21. Esai. 8. Ephe. 2.

Coloss. 1

Prou. 12

Ioan. 6.

Matt. 11.

Mar. 15. Lucæ 23.

Psal. 118

Ioan. 1. 9

nitia conformitatem reducit nos in baptismo & poenitentia sacramento. Hinc apud Ioan. loquitur Ego si exaltatus fuero, oia traham ad meipsum. Et Paulus: In fide, inquit, viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum p me. Hoc tractu pissimo indiget pigritia atq; infirmitas nostra, qui sine gratia semper inhaeremus terrenis ac vilibus rebus. Propter quod sponsa precatur Cantic. 1. Trahe me post te. [Et ero eis quasi exaltans iugum & c.] hoc est qd asserit Paulus, Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. [Declinaui ad eum] i. de caelo ad terram descendi ad populum istum per incarnationis mysterium. [vt vesceretur pane substantiali ac sacramentali, vt dictum est. A summo enim caelo egres- sio eius. Et ipse ait Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Qui manducat hunc panem, habet vitam aeternam. En quanta dilectio, liberalitas atq; dignatio. [Non reuertetur in terram Aegypti] i. plebs vere Christiana, ad conuersationem non reuertetur munda- nam. Quod si fecerit, tunc [Assur] i. diabolus erit [rex eius] qui est rex filiorum superbia. [Coe- pit gladius eius] i. tentatio diaboli praualere, [in ciuitatib' eius] i. congregationib' Christia- noib' rebellu, qui a proprijs concupiscentijs superantur, [et consumet electos, & comedet capita eius] i. eminentes ac superiores populi huius ad nihilu redigit daemone, pertrahes oes simul in damnationem aeternam. [Et populus meus pendebit ad reditu meum,] quia dum Christi gratiosam praesentiam piusq; iuuamen amittimus, nil boni valemus, quousq; nos visitet & confortet. Idcirco feruenti semper dicamus affectus: Couertere dñe vsq; quo, & de- precabilis esto super seruos tuos. Et interim renuat consolari anima nostra, suspirans ad re- ditum sponsi. [Iugum aut imponetur eis simul, qd non auferetur] quia peruersi nuc subdu- tur iugo laqueisq; diaboli, cum quo postea in inferno aeternaliter cruciabunt. [Quo dabo te Ephraim?] hoc dicit dñs cominando impijs Christianis, quibus melius esset viam iustitiae ignorasse, q; agnitam abieciisse. Vnde merentur subuerti, sicut Pentapolis. Sed Deus frequen- ter miseretur eoz, sicut subiungit: [Conuersum est in me cor meum.] Tempore em euage- licae legis gra & misericordia Dei praecipue abundauit. Propter qd dicit Apostolus ad Titu Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nri Dei. [In medio tui sanctus.] Christ' em in medio est suoz, que admodum ait Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in noie meo, ibi sum in medio eoz. [Et non ingrediar ciuitate] i. ecclesia impioz, iuxta illud in Psalmos Odiui ecclesia malignantiu, & cu impijs non sedebo. [Post dñm ambulabunt] i. Christi vesti- gia assequetur veraciter Christiani, scientes q; non sit seruus maior dño suo. Nemo em venit ad patre, nisi per Christu. Ideo dicit in 1. sua epist. Ioan. Qui dicit se in Christo manere, de- bet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Petrus quoq; Christus, inquit, passus est pro no- bis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. [Quasi leo rugiet] Christus, pre- fertim in die iudicij dicens: Ite maledicti in ignem aeternu. Tunc em iuxta Esaiæ sermonem, dñs vt ignis veniet, & vt tepestas currus eius. Nuc etiam rugit per ora efficaciu praedicatoru atq; doctoz, quib' ipse dat os & sapientia. [Et formidabunt filij maris] i. hoies seculares audi- ta praedicatione huiusmodi, metuēt diuinā iustitiā, futurū iudiciū, poenas aeternas. [Et auo- labunt] i. a pristina couersatione cito recedēt, [quasi aues] i. iugitatem sequēdo per contem- plationē caelestiu & supergressionē terrenoz, ne eis dicatur: Filij hoim vsq; quo graui cordes Sed & illud Esaiæ 40. eis coueniat Qui sperat in dño, mutabit fortitudinē, assumet pennas vt aquila, volabunt & non deficient. [Ex Aegypto] i. tenebrosis operibus mundi huius posi- ti in maligno, vbi est ciuitas illa magna, q; spūaliter dicitur Sodoma & Aegyptus, vt dicitur Apoc. 11. De qua ciuitate accipitur, qd iam dixit, Nō ingrediar ciuitate. [Et quasi columba,] imitando simplicitatem & innocētiam columbinā, auolabunt [de terra Assyrio] i. de pro- prio corpore, per recessum videlicet ab operibus carnis, vt viuant in spiritu. Nempe qui in carne sunt, Deo placere non possunt, vt dicitur ad Rom. 8. Et si secundū carnem vixerimus, moriemur; si aut spiritu facta carnis mortificauerimus, viuem'. [Et colocabo eos] i. per fidem & charitatem, obseruantiamq; praepceptoz, [in domibus suis] i. ecclesijs, vel in deuotis cōgre- gationibus atq; coenobijs. Ista em praesertim conueniunt his, qui mundanam conuersatio- nem penitus detestantes, ad claustra confugist. [Circūdedit me in negociatione Ephraim] i. praelati teporalia cupide congregantes, qui dicunt se nosse Deum, factis aut negant, & ne- gatione boni ac mēdacijs dñm vndiq; inhonorant. Circūdant etiā isti Christu, [et in dolo domus Israel] i. fraude qua fallunt, subuertunt, scandalizant ecclesiam, errantes & in errore mittentes, Vnde monet Apostolus: Videte, ne quis vos seducat per inanem fallaciam. Et ite- rsi: Ne quis vos seducat vilo modo. [Iudas aut] i. populus fide & actu ecclesiasticus, corde ve- ro & opere confitens dño. [et stis] i. veritatis. De talibus enim ait Deus per Esaiam: Vere vos testes mei. Et Christus in Actis: Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria. [descendit,] humiliando seipsum, ponensq; in puluere os suum, si forte sit spes, vt scriptum est: Descen- dit ergo a tumore superbiae cum Deo, id est, secundum voluntatem atq; imperium Dei, qui per Petrum locutus est: Humiliamini sub potenti manu Dei. Descendit ergo cum Christo, discens

discens ab eo, quia mitis est & humilis corde: q non venit ministrari, sed ministrare, & patri obedire vsq; ad mortem. [Et cum sanctis fidelibus] i. Apostolis ac apostolicis viris, illoz hu- militatem sectando, dum alij fraude ac negatione Deum circumdant. Tales sunt, qui alioz malis exemplis aut suggestionibus dolosis non corrumpunt, quemadmodum docet Apo- stolus Ephe. 5. Nolite fieri participes eoz. Rursusq; Obseruetis eos, qui offendicula & scan- dala concitant, & declinate ab eis.

Elucidatio cap. XII. Ephraim pascit ventum. Art. XXV.

Requenter S. Osee eundem repetit sensum, sub alia forma verborum, & aliqua adijci- endo, peccantes enim multipliciter arguendi instruendiq; sunt. Quod ergo superius dixit, regnum decem tribuum vanitatibus suis insistere, & ab hominibus magis, quam a Deo postulare auxilium, nunc resumit. [Ephraim,] id est, rex & populus decem tribuum. [pascit ventum,] id est, vanam spem suam fouet in Assyrijs confidendo, & seipsum fallit spe ventosa, in hominibus frustra sperando. Vel pascit ventu, id est, superbos & vanos simi- les vento Assyrios alit, soluēdo eis annuatim magnum tributū, vt patet 4. Regum de Mana- hen & Osee regib' Israel. [et sequitur aetum] i. Aegyptioz auxilio innitit. A qbus tempo- re Osee regis postulauit auxiliū contra regem Assyrio. Aegyptus aut per aetum significat, quoniam regio illa est in parte magis calida, quam Iudæa aut Samaria. Est enim respectu ter- rae sanctae in parte australi, vt fert. Glossa vero exponit sic: Sequit ventum, i. ire ad plagam meridianā. fluctuabat em inter duos pplos [tota die] id est, iugiter omi tempore, de q nuc ser- mo, singulis dieb' ac noctibus. [mendaciū & vastitatem multiplicat] i. verbo & actu menti- tur, idola venerando, & opprimi vastariq; meret, Deū magis ac magis offendendo. Multi- plicat igit vastitatem, i. causam suae captiuitatis adauget incessanter peccando, vel a Pharaone subsidia implorando. Quo cognito, rex Assyrio: venit atq; destruxit regnū decem tribuum. [et coed' cu Assyrijs inijt] id est, pacis & amicitiae pactum tempore Manahen, q dedit regi Assyrio: multa munera, vt regnum suum firmaret. [et oleū in Aegyptū ferebat] id est, Pharaoni inter alia dona oleum (cuius Samaria fertilissima est, secundū Hieronymū, & qua- le in Aegypto non inuenit secundū glossam) destinauit & ferri fecit. Hoc fuit tēpore Osee re- gis, q cupiens a rege Assyrio: & tributo, quod ei soluebat, liberari, misit munera regi Aegy- pti, vt eum a iugo Assyrio: erueret. [Iudicium ergo domini cum Iuda, & visitatio super Ia- cob.] Hoc dupliciter explanat. Primo sic: Iudicij ergo domini, id est, quoniam decem trib' tot operata sunt mala, idcirco iudicij reprobationis & poenae seu iusta punitio Dei est cum Iu- da, i. pro pplo regni Iudæ contra decem trib'. Quoniam vna causa captiuitatis decē tribuū feri fuisse, q; toties pfectū sunt regnū Iudæ, vt patet in lib. Regū 3. & 4. Sicq; De' vindicauit persecutionem Iudæ illatam in regno Ephraim. [Et visitatio] i. visitationis venit super Iacob, i. regnū Israel seu decem tribuum. Secundo sic: Iudicium ergo domini cu Iuda, id est, quoni- am regnū Iudæ non poenituit decem tribubus captis, idcirco post illaz vastitatem iudici- um domini est cu populo duaz tribuū, vt iudicet ac puniat eas per Chaldaeos. Et visitatio, i. flagellatio irruit super Iacob, i. pdictū populū Iudæ ac Benjamin ex semine Iacob progeni- tum. [iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius], id est, secundū exigentiam ope: & cogi- tationū, vel eoz quæ ex proprijs adinventionibus gessit. [reddet ei] i. regno Israel secundum primā expositionem, vel regno Iudæ iuxta expositionem secundā. V trūq; em regnū iuste pu- niuit Deus onipotens, q singulis tribuit quod merent, quemadmodū in Iob inducit: Absit a Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus em hois reddet ei, & iuxta vias singuloz restituet. Vnde in Apocalypsi: Ecce venio (inqt) cito, & merces mea mecu est, dare vnicuiq; secundum opera sua. Consequenter recolat beneficia patriarchae Iacob collata, quibus po- steri fuerunt ingrati. [In vtero] Rebecca genitricis suae [supplantauit] Iacob [fratrem su- um] Esau, non propria, sed Dei virtute. Ipse nempe quod egit, non sensit: sed Deus qui prauidit eum sibi futurum fidelem patriarcham, qui & praedestinos amat, dedit ei hoc facere in signum futuri. De hac supplantatione habetur in Genesi, quod collidebantur in vtero. Propter quod Rebecca pericula metuens, dixit Si sic futurum mihi erat, quid necesse erat concipere? Cumq; iuisset ad consulendum Dominum, locutus est ei Deus: Duæ gentes in vtero tuo sunt, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Hic itaque fuit supernaturalis mysticusq; conflictus. [et in fortitudine sua] sibi a Deo con- cessa per naturam vel gratiam. [directus] id est, recte aptatus [est] Iacob ad praediandum [cum angelo] sancto, quando sicut in Genesi scriptum est, vir scilicet angelus in specie vi- ri, luctabatur cum eo vsque mane. [Et inualuit ad angelum] sicut illic subiungitur: Qui cum videret, quod eum superare non posset, dixit: Dimitte me, iam enim aurora est. Dici- tur autem Iacob angelo praualuisse dupliciter: Primo, qm precibus & deuotione quasi ex- tortit ab angelo, quod quærebat. Nec mirum si dicatur inualuisse ad angelum, cum domin' dicat ad Moysen: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Moses ergo charitate

& precibus, quasi ligauerat Deum. Secundo, quod inualuit secundum apparentiam, ita quod angelus finxit se sanctum Iacob superare non posse, quæ tamen fictio non fuit fallax aut mendosa, sicut nec illa, qua Christus finxit se longius ire: sed dispensatoria, & veritatis præfiguratiua. Præfigurauit enim, quod Iacob hostibus præualeret, & populus nasciturus de eo, filios Esau superaret. Quod tempore Dauid constat impletum, seruiente Idumæa regi Dauid sub tributo, quando & Ioab interfecit omne masculinum in Idumæa. [& confortatus est] Iacob benedictione suscepta ab angelo, quando & dictus est Israel, atque audiuit ab angelo: Si fortis fuisti contra Deum, id est, me Dei nunciū, quanto magis contra homines præualebis? Cum enim Iacob nimis timeret aduentum Esau, misit Deus hunc angelū, ut consolaretur confortaretque Iacob. Tamen secundū Augustinū 16. de ciuitate Dei, fuit angelus, quod cum Iacob venit de Mesopotamia. [Fleuit & rogauit eum] i. Iacob lachrymose precatus est angelum, ut se benediceret atque in via custodiret, sicut & factum est. [in Bethel inuenit eum] id est, angelum. Non seruatur hoc loco ordo historiarum. Ista namque inuētio diu precessit confortationem & luctam præfatam, quando videlicet Iacob ex consilio Rebeckæ fugit à facie Esau pergēs ad Syriam, ad Laban fratrem Rebeckæ. Cumque venisset ad quendam locū, & dormiret in eo, vidit in somnis scalam usque cælos erectam, & angelos Dei ascendentes ac descendentes per eam, dñm quoque innixum scalæ, & sibi dicentem: Ne timeas Iacob, terram hæc dabo semini tuo, & ero custos tuus quicumque perrexeris. Cū ergo Iacob euigilasset, pauens: Quam terribilis inquit, est locus iste? non est hic aliud, nisi domus Dei. Propter quod vocauit nomen vrbs illius Bethel, quod interpretatur domus Dei, quæ ante Luza vocabatur. Quæ omnia Gene. 18. plenius describunt. [Et ibi locutus est nobiscum] angelus. Per hoc enim quod in Bethel loquebatur in persona Dei ad Iacob, loquebatur & filius eius in lumbis patris, ad quos promissio Iacob facta pertinuit. Hoc loco (vt recitat L. yra) multa fabulantur Iudæi, dicentes quod Iacob fortitudine sibi ad horam concessa, vere præualuit angelo. Item, quod angelus victus fleuit, rogauitque ipsum Iacob dilationem de obuinenda primogenitura & inualefcentia super Esau, ita quod angelus iste fuit custos Esau, volens impedire Iacob, ne ingrederetur terram promissionis ad acquirendum benedictiones ac primogenita Isaac in præiudicium Esau. Hæc autem stulta & friuola sunt. Quod enim angelus erat fortior Iacob, patet ex hoc, quod cū tetigisset neruum femoris eius, statim emarcuit, & claudicauit. Rursus angelus ille cum fuerit bonus, & sciuerit quod Deus promississet ipsi Iacob terram promissionis, nequaquam conatus est impedire diuinum promissum. Item, quia beatifica Dei visione fruebatur, dolor in ipso non habuit locum. Vnde nec fleuit, neque tristatus est de promissi impietione diuini, sed erat diuinæ voluntati in omnibus conformatus. [& dominus Deus] qui est [exercituum] id est, angelorum [dominus] memoriale (est) eius [ytpote patriarchæ Iacob. Hoc ideo dicit, quia in nomine Israel, quod angelus imposuit Iacob, includit nomen Dei, quoniam Israel interpretatur vir videns Deum. Vel ideo, quoniam Iacob habuit Deum iugiter in memoria. Et item, quoniam Deus vniuersorum voluit se specialiter dici Deum Iacob. Sicque Deus est memoriale Iacob, quia per Iacob commemoratur. Vel iste est sensus: Et dominus Deus exercituum, dñs est memoriale. i. nomen eius, scilicet dñi Dei, quia communiter in veteri testamento dñs exercituum appellatur. Vnde scriptum est in Amos: Formans montes, & creans ventus: dominus exercituum, nomen eius. Deinde propheta affat & admonet posteros Iacob. [Et tu] popule Iuda seu Israel. Ad vtriusque etenim regni populum possunt hæc verba aptari. [ad dominum Deum tuum conuertaris] sequendo vestigia Iacob patris tui. Quod partim impletum est in primo aduentu Christi, & post dominicam passionem, quæ per apostolorum prædicationem multa millia Iudæorum ad fidem conuersa sunt, vt patet in Actibus. [Misericordiam & iudicium custodi] Primo, miserendo tibi ipsi, quemadmodum scriptum est: Misere animæ tuæ placēs Deo. Et: Qui sibi nequam est, cui bonum erit? Et Pro. 11. Benefacit animæ suæ vir misericors. Iudicium autem sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Est in super iudicium propriæ discussionis, & reprobationis, seu veræ discretionis, quod spectat ad omnes, vt scilicet vnusquisque vitia sua diiudicet, inter bona & mala discernat, seipsum discutiat, nec se impunitum relinquat. Vnde ait Apostolus: Si nosmetipsos diiudicarem, non vtiq; iudicaremur. Et in lib. Iob habetur: Nunquid qui non amat iudicium, potest sanari? Qui autem prælatus est, alijs iudicium iustum exerceat tanquam iudex illorum. Misericordia autem sine iudicio, pusillanimitas dicitur. Iudicium vero sine misericordia, crudelitas fertur. Commiscenda ergo sunt hæc moderatione sagaci. [& spera in Deo tuo semper] in prosperis & aduersis, vt cū S. Iob dicas: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quis enim sperauit in eo, & confusus est? Propter quod Esaias 30. differuit: Deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum. Et Psal. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti querentes te, domine. Cū omni ergo fiducia inuoca Deum, & longanimiter expecta eum, Spera in eo, quæ si in patre clementissimo, sicut in amatore præcipuo, tanquam in domino omnipotente, & crede te eis certus esto quod paratus sit indulgere, auxiliari, & quicquid veram concernit salutem, conferre.

De

De sic sperante dicit Psalmista: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Et Hieremias: Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et alibi scriptum est: Omnes qui sperant in eo, non infirmant. Pro eo quod Hieronymus transtulit, Et spera in Deo tuo semper: Septuaginta transtulerunt, Et appropinqua Deo tuo semper. Hoc est, de virtute in virtutem procede, omnem immunditiam culpæ absterge, & Deo per charitatem semper viscerosius atque intimius vniri, immo immergi enitere. Insuper redit propheta ad decem tribuum increpationem: [Chanaan] id est, plebs decem tribuum, quæ Chanaan appellatur, non origine generis, sed paritate & imitatione iniquitatis, quoniam Chananzorum vitia idololatriamque sequuta est. Vnde & Daniel ait presbytero iudici, qui vtiq; erat de femine Iuda secundum Hieronymum: Semen Chanaan, & non Iuda, species decipit te. Iudæ quoque atque Hierusalem dicit in Esaias: Audite verbum domini principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei vestri populi Gomorrhæ. Item in Ezechiel: Pater tuus Amorrhæus, mater tua Cethæa, [in manu eius statera dolosa.] Per hoc decem tribus reprehenduntur de fraude in proximum & auaritia, de legis etiam prauaricatione, quæ iussit: Nolite iniquum aliquid facere in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Et denuo ait: Sit tibi æquus modius, æquusque sextarius. De hoc habetur in Psalmo 61. Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in frateris, vt decipiant de vanitate in idipsum. Denique quidam affirmant, quod Chanaan sit hoc loco nomen commune, significans mercatorem, quemadmodum Proverb. 31. vbi legitur: Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananzæo. Sicque mercatores Israel de statera notantur dolosa. [calumniam] id est, pauperum oppressionem, & aliorum iniuriationem, [dilexit] id est, contra charitatem, contra legem naturalem & scriptam, & contra illud Leuit. 19. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. [Et dixit Ephraim] scilicet decem tribus. [Veruntamen diues effectus sum] id est, non obstante, quod dilexi calumniam & stateram dolosam, in temporalibus nunc abundo, & sufficit mihi, quod ea possideo, nec curo, quomodo adeptus sim ea. [inueni idolum mihi] i. deum constabilem, cui seruido effectus sum diues. Vel idolum, id est, aurum siue pecuniam, quod est deus, idolumque auarum sicut venter dicitur deus gulosi. Propter quod dicit Apostolus: Deponite auaritiam, quod est simulacrum seruitus. [Omnes labores mei non inuenerunt mihi iniquitatem meam.] id est, diuitias, quas laborando collegi, non mihi ostenderunt iniquitatem meam. Vel causa non fuerunt peccati, quod feci. [Et ego dominus Deus tuus de terra Aegypti] id est, quis tam grauius me offendisti, ego tamen ab eo tempore quod te seu patres tuos de Aegypto eduxi, semper misericors fui tibi, & quando conuerti volebas, pœnitentem clementer recepi. Immo adhuc veniam gratiamque promitto, & locum pœnitendi concedo. Vnde subiungit: [Adhuc sedere te faciam in tabernaculis] id est, synagogis, vel proprijs domibus, vel in congregationibus sanctis, [sicut in diebus festiuitatis] id est, cū ingenti cordis solennitate, cum securitate, deuotione cordis atque lætitia, quemadmodum in veteri testamento consuetudo fuit veris Israelitis, sedere in legalibus festis. Hoc autem tripliciter accipi potest. Primo, conditionaliter, dummodo vitam corrigerent, ita quod ab imminente captiuitate liberarentur. Secundo, pro tempore Christi, quando per eum & Apostolorum sermocinationem aliqui ex decem tribus conuersi, sederunt in tabernaculis illis præclarissimis primitiue ecclesiæ, secundum quod dominus apud Esaiam prædixit: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidutiæ, & in requie opulenta. Tertio, pro tempore finalis conuersionis Iudæorum, quando plenitudine gentium introgressa, omnis Israel saluus fiet. [Et loquor sum super prophetas] i. reuelationes inspirauit prophetis, & per illos loquutus sum, ita quod sermo meus cecidit super corda eorum, & locutio mea super eos descendit. [& ego visionem] id est, propheticas reuelationes [multiplicauit] multifarie multisque modis loquens patribus in prophetis. Vnde apud Lucam habetur: Sicut loquutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius. Eisdem etiam prophetis valde multiplices visiones ostendit anagogice aut symbolice, scilicet Dauid, Salomoni, Esaiæ, Hieremias, Ezechiel, Danieli. Multi demum fuerunt prophetae, quorum visiones non sunt conscriptæ. Et omnes prophetae principaliter loquuti sunt pro tempore & de mysterijs Christi, quemadmodum in Actibus Petrus testatus est: Omnes prophetae à Samuel & deinceps annunciauerunt dies istos. [& in manibus prophetarum] id est, per verba & actus eorum. [assimilatus sum] id est, hominibus assimilatus, prænunciatus, præfiguratus, & similitudinariè præsignatus sum. Sic enim vnio Christi & ecclesiæ præfigurata est per coniunctionem Adæ & Eue; per formationem quoque Eue de costa Adæ, præfigurata est formatio ecclesiæ de latere CHRISTI dormientis in cruce. Sic arca Noë, typus fuit ecclesiæ, & Isaac ligna baiulans, Christum significauit, crucem propriam ad locum immolationis suæ portantem. Dauid quoque & Hieremias per tribulationes suas & opera, Christi passionem & opera apertissime figurauerunt. Et Ionæ deglutitio triduo durans, Christi triduanam sepulturam monstrauit.

Loquitur

Psal. 83.
Hier. 17.
Psal. 25.

Dani. 13.

Esai. 1.
Ezec. 16.Leui. 19.
Deu. 25.
Leui. 25.Phil. 3.
Col. 3.

Esai. 32.

Rom. 11.

Heb. 1.
Luc. 11.

Acto. 3.

Gene. 2.

Ioan. 19.
Gene. 22.

Ion. 2.

Ca.XII. 70

D. DIONYSII CARTHUSIANI

Loquitur autem Osee commixtum de beneficijs Dei, & maleficijs populi. Vnde nunc rursus recitatis beneficijs creatoris, commemorat vitia & ingratitude[m] populi. [Si in Galaad idolum] id est, quia in vrbe trans Iordanem nomine Galaad, idololatria exercetur, & idolum reperitur, sicut superius dictum est, Galaad ciuitas operantium idolum. [tamen frustra errant in Galgal] id est, dno tribus grauius peccant, & grauius alijs, dum idola colunt in Galgala ciuitate duarum tribuum, de qua dictum est: Omnis nequitia eorum in Galgal. Tanq[ua]m dicat, cum duobus tribus habeant sacerdotes & templum, in quo & per quos secundum legem offerre possunt, & nihilominus idola colant in loco Galgal; inexcusabiliores sunt, quo ad hoc, decem tribubus, quae nihil horum habuerunt. [bobus] id est, vitulis aureis [immolantes] Quod enim hoc frustra fecerunt, hinc liquet. [Nam & altaria] [sacrilegatorum] erunt quasi acerui] id est, tumulus seu congeries lapidum iacentes [super sulcos agri] id est, altaria decem duarumq[ue] tribuum, in quibus idolis seruiuerunt, penitus destruentur ab Assyrijs & Chaldaeis. [Fugit Iacob] a facie Esau [in regionem Syriae] ad Laban auunculum suum fratrem Rebeccae, vt dicitur in Genesi, [et seruiuit Israel in vxorem] id est, Iacob alio nomine Israel, septem annis seruiuit auunculo suo Laban pro Rachele filia eius in coniugem recipienda: videbanturq[ue] sibi anni breues propter amoris magnitudinem, vt in Genesi describitur. [et in vxorem seruaui] vel seruiuit, vt aliqui continent textus, id est, cum Iacob vidisset sibi pro Rachele suppositam Liam, seruiuit auunculo alijs septem annis, vt Rachelem reciperet, quam tamen statim post Liam recepit, octo (vt dicitur) euolutis diebus. Et per ista septennia seruaui, i. oues & pecora Laban custodiuit. Vel seruaui pactum, qd fecit cu[m] Laban de tempore ministrandi sibi pro filiabus. [In propheta autem] i. per manum Moysi excellentis prophetae, de quo Deutero. 34. scriptum est: Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, qui nosceret dnm facie ad faciem, [deduxit dñs Israel de Aegypto] in manu potenti & brachio extento, [et in propheta] id est, per charitatem, precem & meritum huius prophetae [seruatus] i. a morte praeseruatus [est] populus Israel [frequenter, quando Deum grauisime offenderunt, sicut in adoratione vituli conflatilis, & tentationibus ac murmuracionibus contra Deum, quemadmodu[m] in libris Moysi copiosissime recitatur. Dixerat equidem Moyses: Aur dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Cui dominus: Dimisi, inquit, iuxta verbum tuum. Hinc fertur in Psal. Et dixit vt disperderet eos, si no[m] Moyses electus eius stetit in confectione in conspectu eius. Deinde ponit decem tribuum ingratitude[m], [Ad iracundiam] i. vltionem terribile[m], & effectum similem ei q[uod] ex ira procedit, [prouocauit me Ephraim] i. decem tribus [in amaritudinibus suis] id est, peccatis ac idololatrijs vix ac sanctae suauitati contrarijs, atq[ue] ad aeternam amaritudinem pertrahentib[us]. Vnde in Hieremia habetur: Amarum est te reliquisse dnm Deum tuum. Nihilominus vitia peccantem delectant, sed delectationem amarissimam amaritudo consequit[ur], iuxta illud Apoca. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantu[m] date illi tormentum & luctum. Praeterea, pius ac dulcis inuariabilisq[ue] creator, dicit ad iracundiam prouocari, non q[uod] in ipso sit passio siue mutatio, sed quia exigente sua iustitia, & promerete hominum culpa, per modum prouocati & irati se habet in vindicando, Propter quod ait apud Hieremiam: Nunquid me ad iracundiam prouocant? Nonne semetip[s]os in confusione vultus sui? [et sanguis eius super eum veniet] id est, causa mortis suae redundabit in eum, id quod suis peccatis erit causa propriae punitionis, quemadmodum in Ezechiele dñs ait frequenter de eo, qui propria negligentia, non pastoris ignauia, perit: Sanguis eius erit super caput eius. Et puero Amalachita occiso, dixit David: Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuu[m] loquutum est, dicens: Ego occidi Christum domini. Vel sanguis eius, id est, sanguis innocentum atq[ue] infantum suorum, quem fudit, iuxta illud in Psalmo: Effuderu[n]t sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt [scilicet] Chanaan. [super eum veniet] ita q[uod] debitam poenam persoluet. [opprobrium eius restituet ei dñs suus] id est, pro contemptu & blasphemia Dei, recipiet a Deo opprobrium poenae, & in magno erit contemptu ac vilitate, quatenus sicut fecit, fiat ei, & per quae peccauit, puniatur. Et fiat quod ait Saluator: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Vnde & Dauid, qui vxorem tulit Vriae, dominus ait: Ego tollam vxores tuas, & dabo eas proximo tuo.

Moralis explanatio eiusdem cap. duodecimi. Art. XXVI.

NVnde dictu[m] est saepe, qd per Ephraim (q[uod] interpretat[ur] augmentu[m], & Dei cultu[m] abiecit) signentur Christiani iniusti, mali flati, religiosi ignaui, qui sibi temporalia augent, vitia colligunt, & opus Dei negligenter exoluunt. Vnde de quolibet horum nunc dicitur: [Ephraim pascit ventum] i. propriam vanitatem & animi leuitatem fouet ac roborat, & est tanquam puluis, quem proicit ventus a facie terrae, & sicut arundo vento agitata, no[n] habet radicem cordis in virtutibus fixa. Quo contra de electis ait psal. In populo graui laudabo te. [Et sequitur aeternu[m] i. concupiscentiae ignem, irae, furoris, cupiditatis ardorem, in petu[m] passionu[m]

passionum. Quo contra Ecclesiastici 18. dicit: Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Et in Prouerbijs dicitur: Impetu concitati sp[irit]us quis poterit sustinere? Hoc ad sapientem non pertinet, prout in Iob dicitur: Nunquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? [Tota die] i. iugiter [mendacium & vastitatem multiplicat] agens contra veritatem vitae, doctrinae, atq[ue] iustitiae, daemone[m]q[ue] captiuitati ac laqueis se innectens, & aeterni carceris inclusionem sibi accumulans. [Et foedus cu[m] Assyrijs] id est, daemone[m] [ini] quorum voluntati se aequat, sicut in Esaiam habetur: Percussimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Assyrii autem interpretantur dirigentes, & daemones dirigunt in viam damnationis aeternae. [Et oleum] id est, verba adulationis, vel apparentiam sanctitatis, vel sapientiae nitorem. [in Aegyptu[m] ferebat] i. ad homines seculares adduxit, illis adulando, vel ab eis laudem optando, vel scientiam suam iactando, qd multi faciunt religiosi, praedicatores & clerici, vt temporalia commoda consequantur & honorentur. De quo oleo scriptum est: Oleum peccatoris non impinguet caput meu[m]. Iudicium ergo domini cum Iuda] i. huiusmodi Christianos, q[uod] dicunt se nosse confiteri q[ue] Deu[m], sed operibus negant, Christus districte iudicabit. Scienti enim bonu[m] & non facienti, peccatu[m] est illi, vt Iacobus docet. Et Petrus: Tempus est, inquit, vt incipiat iudicium a domo Dei. [Et visitatio] diuinae vltionis irruit [super Iacob] id est, eum qui cepit vitijs reluctari & poenitere, sed recidians, supplantatur a vitijs, quales sunt multi religiosi, qui cu[m] ceperint spiritu, carne consumant. Qui enim in claustris non studet quotidie cum vera diligentia affectiones animae rectificare, vitia extirpare, cogitationes vanas ac malas reprimere, peior & incorrigibilior fit secularibus. [In vtero supplantauit fratrem suum.] Hoc salubriter competit his, qui in medio ecclesiae alios superant in profectu virtutum, vel errorem eor[um] conuincunt, & destruunt sapientiali rationis discursu, quemadmodu[m] Ch[rist]us promisit discipulis: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterit resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Et Paulus ad Titum 2. Verbum sanu[m] irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, nil habeat mali loqui de vobis. Petrus quoq[ue] in prima sua canonica: Sic est voluntas Dei, vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentiu[m] ho[m]inum ignorantiam. [Et in fortitudine sua directus] i. ad Deu[m] recte erectus [est cu[m] angelo] tales sunt q[uod] angelicam conuersationem ducunt in carne mortali, sursum habentes corda, & toto affectu caelestis patriae beatitudinem concupiunt. [Et inualuit ad angelum] i. instantissimis precibus obtinuit gram desiderata[m], p[er] cooperatione[m] & administratione[m] angeli vitae suae custodis. Hoc q[ui]libet nostru[m] facere debet, frequenter deprecado angelu[m] sibi in custodia delegatu[m], vt taliter sibi in o[mn]ibus assistat, daemones repellendo, bona inspirando, imperfectu[m] nostru[m] excusando, preces & merita n[ost]ra dno offeredo, gram Dei reportando, vt tandem beatificemur cu[m] ipso. Sicq[ue] conueniet singulis nobis, qd subdit de S. Iacobo: Et confortatus est, fleuit, & rogauit eu[m] [videlicet] angelu[m]. [In Bethel] i. in ecclesia seu domo Dei. [inuenit eum] Ibi enim Ch[rist]ianus inuenit angelos sanctos, q[ui]s certu[m] est personaliter ibi adesse, praecipue in officio Missae. Ibi quoq[ue] praeueniunt principes illi angelici coniuncti [psallentib[us], qui corde sincero fatenti: In conspectu angelor[um] psallat tibi. Oportet enim vt angelici vultus cogitemus ac veneremur p[er]sentiam, q[uod] nobis solitarijs p[er]sentim incubuit, ne audeamus agere angelo sancto p[re]sente ac conspiciente, qd fratre astante no[n] faceremus. [Et ibi loquit[ur] est nobiscum] p[er] inspiratione[m] internam, quemadmodu[m] Zacharias testat[ur]: Dixi angelo q[uod] loquebatur in me. [Chanaan in manu eius statera dolosa] Chanaan interpretat[ur] quasi mouentes, quales sunt seductores, q[uod] alios a rectitudine quaerunt virtutu[m] auertere, a stabilitate mentis deicere, spoliare seu defraudare, in quor[um] manu est statera dolosa, iniusta mensura, compositio fraudulenta. Isti calumniam diligunt, gaudentes dum alijs iniuriatur, & simplices ac egenos fallunt aut opprimunt. Quod etiam avaris mercatoribus certum est conuenire, qui non curant, qualitercunq[ue] procurent diuitias, dummodo eas acquirant. Propter quod verba sequentia competunt eis: Veruntamen diues effectus sum, inueni idolum mihi] i. thesaurum, in q[uo] confido, in quo est cor meum, amor & cogitatio. Isti non pensant scriptura[m] Ecc[lesi] 10. dicentem: Nil est iniquius, quam amare pecuniam. Et: Possibili[us] est camelu[m] transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Quam diu plebs Christiana permanet talis, non est Deus proprie Deus eius, q[uia] nec ipse diligit eam secundu[m] p[re]sentem iustitia[m], nec ipsa colit ac diligit eum vt Deu[m]. Quod em[en] Deus vniuersor[um] non sit proprie De[us] impior[um], inuicem Psalmita, dicendo: Beata gens, cuius est dñs Deus eius. Verum isti sunt populus Dei, & ipse fit Deus eorum, dum a seculari conuersatione, ab impuritate carnali conuertit eos ad se. Ideo subdit: Et ego dñs tuus de terra Aegypti] i. a tempore spiritualis egressionis tuae de mundo atq[ue] Aegyptiaca peccatorum seruitute, [adhuc sedere te faciam] i. per contemplationem quiescere, gustare, & videre, quam dulcis est dñs [in tabernaculis] id est, in conuentu seu domo iustor[um]. De quibus fertur in Psalmo: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustor[um]. Cum talibus enim habitat Deus, secundum illud Apoca. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus,

Osec. 6. Osec. 9.

Gen. 27. Gene. 29

Ibidem.

Exod. 32. Psal. 105

Hier. 2.

Apo. 18.

Hier. 7.

Ezec. 33. 2. Reg. 1.

Psal. 105.

Judic. 1.

Sapi. 11.

Matt. 7. 2. Reg. 12.

Psal. 11.

Matt. 11.

Psal. 14.

Pro. 27. Iob 15.

Esai. 23.

Psal. 140. Titi. 1.

Iacob. 4. 1. Pet. 4.

Gal. 3.

Luc. 21.

1. Pet. 2.

Psal. 137.

Zach. 1.2

Matt. 19. Mar. 10. Luc. 18.

Psal. 32.

Psal. 117.

minibus, & habitabit cum eis. Postea vero sedebunt in tabernaculis triumphantis ecclesie, de quibus in Euangelio legitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut recipiant vos in eterna tabernacula. Sic ergo sedebunt nunc in tabernaculis [sicut in diebus festiuitatis] ut quales fuerunt per baptismum, tales fiant per poenitentiam. De quibus cantat psal. 91. Plantati in domo dñi, in atrijs domus Dei nostri florebut. Fugit iacob in regionē Syriæ, & seruiuit Israel in vxorem] Per iacob a facie Esau fugientem, & pro vxore seruientem, præfiguratus est Christus, vitorum victor omnipotens, & Deum clare contemplans, qui nonnunquam fugit a facie iudæorū, & habitauit in desertis locis, iuxta ciuitatem quæ dicitur Effrem, vt Euangelista Ioannes testatur. Seruiuit quoq; Deo patri, eius præcepta seruando, & vsq; ad mortem obediendo, vt sibi perfecte desponsaret per vnionē gratiæ & gloriæ synagogam, quæ per Rachelem pulchram facie designatur. Sed Deus pater supposuit ei ecclesiam ex gentibus congregatam, quæ designatur per Liam, oculis lippam atq; deformet quia gentilitas cæca fuit, & vitijs deformata. Porro in fine seculi desponsabitur Christo synagoga. [In propheta autem] id est, per Christum prophetam & dominū prophetarum, de quo Moses dixit: Prophetam suscitabit vobis dominus. [eduxit dominus] Trinitas benedicta, [Israel] id est, omnes electos, [de Aegypto] i. vitijs seculi ad regnum ecclesie, [& in propheta seruatus est] id est, virtute & merito Christi saluator populus Christianus. Ad iracundiā me prouocauit Ephraim] id est, peccans populus Christianus [in amaritudinibus suis] i. habendo amaritudines contra se inuicem, cum deberent mutuo esse benigni, dulces, & charitativi. Habendo autem amaras inter se affectiones, merentur vt & ego talis sim eis, qualis vnus eorum est alteri. Hinc ad Galatas dicit Apostolus: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Et alibi: Omnis amaritudo & clamor tollatur a vobis. Et Iacobus ait: Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt inter vos, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Deniq; Moses ille mitissimus, idem iussit Deuteronomij 29. Non sit, inquit, inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Quod Paulus quoque ad Hebræos curauit commemorare, dicendo: Pacem sequimini cum omnibus, contemplantes, ne qua radix amaritudinis sursum germinans, impediatur, & per illam inquinaentur multi. Si igitur volumus, vt Christus sit nobis pius, dulcisq; iudex, simus & nos pii, ac dulces ad proximos & confratres, supportantes inuicem in charitate, & imperfectiorib; condolendo sincere. [Et sanguis eius super eum veniet] id est, iniquitas impij in ipsum reorquetur, eiq; nocebit, & punitionis suæ causa consistet. Vniuscuiusq; enim peccatum in ipsum redundat, & ei prius ac magis quàm alteri nocet, quemadmodum Prouerb. 11. legitur: In impietate sua corrueat impius, Et in insidijs suis capientur iniqui. Alibi quoq; Salomon loquitur: Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Et Psal. 56. Foderit ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. & opprobrium eius restituet ei dominus] i. pro culpa opprobrij quo Deum inhonorauit, aut proximum spreuit, faciet eum Deus contemptibile, vilem ac miserum. Propter quod 1. Regum 2. affirmat: Quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et Baruch inducit: Facti sumus subtrus, & non supra, quia non obediuimus domino. Postremo magnum est, & peccati vehementer consumptiuum, ac singularis gratiæ meritorium, habere sortem ac feruidum zelum honorandi Deum excelsum & benedictum, atq; optare vt opus Dei reuerenter, itemq; solenniter impleatur.

Declaratio cap. XIII. Loquente Ephraim, horror inuasit Israel. Art. XXVII. **R** versus propheta describit maleficia populi Israel. [Loquente Ephraim] id est, Hieroboam Ephraetæ, primo decem tribuum rege, præcipiente aureos vitulos adorari, [horror] admirationis vel timoris [inuasit Israel] id est, decem tribus. Primo enim non omnes consenserunt ei, & tamen verebantur ei resistere. Vnde & multi ex timore regis coeperunt idololatrare. Quidam vero multum mirabantur, quando Hieroboam dixit de vitulis: Isti sunt dñi tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. [& deliquit in Baal] id est, in cultu idoli sic vocati. Vnum enim peccatum trahit ad aliud. Vnde cum decem tribus ad idololatriam vitulorum deuolutæ fuissent, in alias idololatrias varias sunt prolapsæ. [& mortuus est] morte peccati, quæ vitam gratiæ aufert, cum separet a Deo, omnis vitæ fontali principio. De qua morte scriptum est in libro Sapientie: Os quod mentitur, occidit animam. Et Christus apud Mattheū: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Paulus quoque 1. ad Timoth. 5. Vidua quæ in delicijs viuit, viuens mortua est. [Et nunc addiderunt ad peccandum] multiplicando idololatriam, aliaq; peccata annexa, quia non dolent de perpetratis. [feceruntq; sibi conflatile de argento suo] id est, vitulos argenteos conflatione formatos. Quia vt asserit glossa, Cum Hieroboam fecisset vitulos aureos, populus fecit argenteos, vt secundum suam possibilitatem haberet deos argenteos ad similitudinē aureorū. Vnde

3. Re. 13.
3. Re. 12.
Sapi. 1.
Matt. 8.
3. Reg. 12

Vnde subiungitur, [quasi similitudinem idolorū] i. partim similes vitulis aureis, scilicet in forma artificiali, quæ non in materia. [Factura] i. opus [artificum totum est] i. omnia idola ista humano artificio sunt formata, nec sunt aliqd diuinitatis aut potestatis sortita. Propter qd stultissimum est talia colere. [His] i. de idolis istis, [ipsi] i. idololatræ, præcipue sacerdotes idolorū & principes regum Israel, dicunt: [Immolate homines vitulos adorantes.] Hoc dupliciter legit. Primo sic, O homines. i. populi decem tribuū, immolate hostias vitulis aureis, sic, vt sitis vel qui estis adorantes vitulos istos. Hortabantur enim subditos ad sacrificia sacrilega, etiam propter qstū & gulam. Et ne pergerent adorare dñm in Hierusalē. Secūdo sic, Immolate o cultores idolorū, ipsos hoies adorantes vitulos vitulis, i. filios vestros ac filias, vobiscū idola venerantes, immolate idolis ipsis. Hoc em̄ quidam eorū fecerunt, quemadmodū fertur in psal. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. [Idcirco] propter hæc mala terunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fum⁹ de fumario.] Quemadmodū omnia ista ad horam apparent, & subito dissoluuntur, siue disparent & auferuntur: sic decem tribus protinus capient, & transferent vel occident. Nubes quippe matutina & ros matutinus, incidente in se solis splendore siue calore, statim fugant. Puluis quoq; turbine raptus ex area, i. vento eiectus ex horreo, & fumus per caminum ascendens, in tenuissimas auras dissoluunt, quemadmodum scriptū est: Sicut deficit fumus, deficient. [Ego autē] i. sum [domin⁹] Deus tuus ex terra Aegypti] id est, ex die qua te inde eduxi. Nam & impiorū est ipse Deus p creationē & generalem prouidentia. Et populo Israel, quanuis idololatræ & ingrato, multa largit⁹ est beneficia, & triumphos in prælijs, vt patet 3. & 4. Regum. [Et Deum absq; me nescies] id est, hoc tibi præcepi & iubeo, vt nullū pter me reputes Deum. Et merito nullū pter me coleres Deū, cū ego tanta tibi bona præstiterim, & saluator non est pter me.] Qui propria possit virtute saluare, vel a culpa eripere aut beatitudinem cōdonare: quāuis aliqui sint quasi instrumentales saluatores, vel a temporalibus periculis liberatores, qualis fuit Paulus: Saluos, inquit, faciam quosdam ex illis. Hinc in Esaia habetur: Deus iustus & saluans præter me non est. [Ego autē cognoui te in deserto] i. de necessarijs tibi prouidi in eremo, qñ existi de Aegypto. Loquitur autem De⁹ de toto populo, quasi de eisdem numero, sed ad eosdem specie referri oportet. Nam patres istorū cognouit in deserto, & quosdam eorū, videlicet prædestinatos, cognouit ibi per approbationem & dilectionem, q̄s spūaliter & corporaliter aluit. Omnes vero communiter recognouit per prouidentiam generalem, expādens nubem in protectionē eorū in die a caumate solis, & ignem, vt luceret eis in noctibus. [in terra solitudinis] i. in eremo iam p̄fata, in qua vsq; tūc nemo habitauit. Quam Hieremias vocat imaginem mortis, qñiam om̄i humano carebat solatio, & vitæ totius sustentaculo. [iuxta pasua sua] i. circa loca vbi eos nutriti. Vel secūdu alimēta eis a me collata. [adiimpleti sunt & saturati sunt] de manna & aqua, quam produxi eis de petra, de coturnicibus quoq; iuxta illud Psal. 77. Pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata, & manducauerūt & saturati sunt nimis. Item in terra promissionis diuitijs sunt impleti, & esu ciborum proprioq; saturati. [Et eleuauerunt cor suū] per elationem superbiæ, non attendētes q̄ oīa recepissent a me. [& obliui sunt mei,] quia in deserto & in terra promissionis per idololatriam, ingratiūdinem, aliaq; peccata Deū grauissime offenderunt. [Et ego ero eis quasi leæna] i. tam dire puniam eos per Assyrios, sicut leæna maciat bestiam, quam manducat. Ero quoq; eis [sicut pard⁹,] qui est animal velox, [in via Assyriorum] id est, in itinere quo capti pergunt ad terram Assyriorū, ita q̄ euadere non valebunt. [occurram eis,] inferēdo vindictam, [quasi vrsa raptis catulis] id est, crudelissime nimis, dando eos in manus hostium crudelissimorū. Porro secūdu naturales, nihil sæuius est vrsa, dum esurit vel catulos suos amisit. [Et dirumpam interiora iecoris eorū] i. vitalia auferam, ita q̄ fame, gladio, mœrore, ac labore vitam amittent. Et consumam eos ibi, q̄si leo bestia agri] id est, rex Assyriorū crudelis vt fera [scindet eos] id est, dilaniari præcipiet. Vel sensus est, q̄ bestia agri comederūt morticina occisorū insepulcorum, eorū præcipue qui obierunt in via. [perditio tua] (o) Israel (est) ex te] id est, ista tua afflictio exitibus tuis peccatis tibi illata est, & ex teipso est vnde peristi. [tantummodo in me est auxilium tuū] id est, in me duntaxat cōsistit saluatio tua, ita q̄ ego solus valeo te temporaliter æternaliterq; saluare. Propter qd dicit Apostol⁹: Sufficiencia nostra ex Deo est. Et apud Hier. legit: Scio dñe, q̄ nō est hois via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Consequenter dñs loquitur populo huic ironice zelo iustitię: [Vbi est rex tu⁹] Osee filius Ela? [Maxime nunc saluet te] in tanta necessitate & tribulatione, cum maxime indiges. [in omnibus vrbibus tuis] per Assyrios deuastatis. Quasi dicat, iam te saluare non valet, qñiam captus est tecū. [& iudices tui] id est, vbi sunt iam maiores tui ac principes? q̄si dicat, iam te iuuare non queunt, sed simul deiecti sunt, [de quibus dixisti: Da mihi regem & principes.] petierunt enim duodecim tribus regem tempore Samuelis. Et per consequens, postularunt

3. Re. 12.
Psal. 105.
Psal. 37.
3. Re. 21.
4. Reg. 3.
Esa. 45.
Exod. 13
& 14.
Hier. 2.
Exo. 16.
& 17. 16.
Exod. 32
Num. 14
Exo. 17.
4. Re. 17.
Deut. 32
1. Cor. 3.
Hier. 10.
4. Re. 17.
1. Reg. 8.

principes tales, quales esse solent cū regib⁹. Vnde propheta loquitur de diuersis quasi de eisdem. Illi enim qui tempore Samuelis perierunt regem contra Dei voluntatem, non fuerunt tempore Osee prophetae, qui nunc decem loquitur tribubus. Deinde ait dñs: Dabo tibi regem in furore meo. quosdam reges dedi sibi potius in vindictam tuam perversitatis, q̄ ad salutem, videlicet Ieroboam successoresq̄ eius, q̄niam subditi mali merent sibi p̄fici p̄latū inutilem, principemq̄ nocentem, iuxta illud in libro Iob: Qui regnare facit hominē hypocritā p̄pter peccata ppli. Et Esa. 5. dñs ait: Dabo pueros principes eorū, & effeminati dñabuntur eis. Vnde per Ezechielē 20. p̄dixit: Regnabo sup vos in furore effuso. [& auferā] tibi regem [in indignatione mea], in zelo iustitiæ meæ contra peccata, priuando regem indignū vita & regno, quemadmodū patet impletum in Saule, Sedechia, & alijs multis regibus Israel. Vnde in Ecclesiastico scribitur: Sedes ducum superborū destruxit De⁹, & sedere fecit mites pro eis. Apud Danielelem quoq̄: Ipse mutat tempora & aetates, & transfert regna atque constituit. [Colligata est] i. apud me reposita, [iniquitas Ephraim] i. decem tribuum, ita q̄ referuo eam, non indulgeo, sed mox eam viciscar. Hoc modo ait & sanctus Iob: Signasti q̄niam in saculo peccata mea. [absconditū peccatū eius] i. quasi in marsupio apud me collocatum, & integre referuatam, vt statim retorqueat in eum per captiuitatem Assyriorum. Tuncq̄ per vindictā manifestabit. [dolores parturientis venient ei] i. calamitas maxima, quæ doli mulieris parientis assimilet, q̄niam Assyri ceperint eum, s. pplm decem tribuum. Ipse populus iam p̄fatus, est filius non sapiens, filij stulti, q̄niam veri Dei cultum spreuerūt. Vnde superius dictum est: Ephraim colūba seducta, nō habes cor. Loquitur autē de toto populo, quasi de vna persona, ponitq̄ singulare pro plurali, sicut frequenter fit in scriptura. [nunc enim] id est, veniente & p̄ualēte exercitu Assyriorū, populus iste non stabit in contritiōe filiorū i. filiorū suorū, qui patribus p̄sentibus occisionem ferre non poterit. Vel, non stabit, q̄a cū filijs suis desicet & capiet, nec eos contra regem vltorē poterit defensare. [De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne.] Hunc locum doctores catholici sequentes Hiero. exponūt de Christo & redemptione facta p̄ ipsum, de resurrectione quoq̄ hominū in Christi resurrectione manifestata, atq̄ in die nouissimo consummanda. Ad hunc etem sensum allegat Apostolus scripturā p̄sentē, sicut iā dicā. Ch̄s itaq̄ Deus & homo postq̄ per prophetā grauiss. cōminationes intulit decem tribubus, iam conuertit se ad p̄nunciandū vniuersalē redemptionem hoīm fiendā per ipsum, quatenus bonos cōsolaret de promissione salutis aeternæ, sicq̄ patientius sustinerēt tēporalē pressurā. De manu, potestate seu imperio mortis. Vel de manu mortis, i. opere malo perducente ad mortem, liberabo eos precio sanguinis mei, & merito passionis meæ in die parasceues, ita q̄ mors nō regnabit in ḡne humano, vt antea: sed per gr̄am meam opera vitiosa corrigentur, & de morte temporalī pergunt purgati ad vitā aeternā. [de morte] gehennæ, i. de infernali miseria & de carentia beatificæ visionis redimā eos, perducendo purgatos & sanctos ad patriam. Vnde subiūgitur: Ero mors tua, o mors, i. mortem culpæ auferam ab electis. Mortem quoq̄ infernalis miseriæ auferam ab eis. Et in futura resurrectione dabo eis corporis & animæ immortalitatem perfectam. Deniq̄ Ch̄s in sua resurrectione liberauit quosdam a morte naturæ, q̄n videlicet multi sanctorū qui dormierunt, resurrexerunt cū eo. Ch̄s etiam in die passionis suæ vniuersos redemit sufficienter, electos vero redemit efficienter, q̄niam ipsi duntaxat fructum dominicæ passionis consequuntur. Propter quod dicit Apostolus: Ch̄s resurrexit a mortuis primitiū dormiētū. Et: Sicut in Adā oēs moriunt, ita & in Christo omnes viuificabunt. Morsus tuus ero inferne, i. aliquos educam ex te, & quosdam relinquam in te, quemadmodum factum est in die dominicæ resurrectionis, q̄n sanctos in limbo detentos eripuit Ch̄s, secundū quod apud Zachariam p̄dictū fuit: Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui eduxisti vinc̄tos tuos de lacu, in quo non est aqua. Pro eo q̄ nostra trāslatio continet: Ero mors tua o mors, ero morsus tu⁹ inferne, Septuaginta transtulerūt, Vbi est causa tua mors: vbi est aculeus tuus inferne: Quod allegans Apostolus ad Corinth. nō tamen q̄ntum ad formam verborū, sic ait: Cum autē mortale hoc induerit immortalitē, tūc fiet sermo qui scriptus est: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Quæ verba August. ita allegat: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Hoc quippe electi peractio iudicio lēti cantabunt. Causa autē, contentio & victoria mortis, idem significant, vt pote molestiam, per quam mors humano generi p̄ualebat. Deniq̄ de p̄dicta liberatione a morte facta per Christum, scriptum est Esa. 25. P̄cipitabit dñs mortem in sempiternum, & auferet lachrymam ab omni facie. Et alibi: Viuent mortui mei. Hinc 1. Pet. 5. scriptum est: Ch̄s semel mortuus est pro peccatis nostris, iustus p̄ iniustus, vt nos offerret Deo, deglutiens mortem, vt vitæ aeternæ efficiemur hæredes. Vnde & Ch̄s in Apoc. Habeo, inquit, clauis mortis & inferni. Deinde sanctus Osee perpendens fragilitatem mortalis naturæ, sibi cum alijs cōmunem, & humanæ carnis conditionē, videlicet q̄ cōmuni nec essitate

mortuus esset atq̄ ad inferos descenderet, ait: Consolatio abscondita est ab oculis meis. I. consolari nō valeo, & quicqd̄ mente concepero, dolorem meū non tollit: dū penso inuitabilem mortis necessitatem, quæ amantissima inter se separat. [Quia ipse] infernus [inter fratres], q̄slibet charos & proximos, scilicet inter patrem & filiū, matrem & filiā, & c. [* diuidit] * diuidet dū vnum recipit, aliumq̄ superstitem derelinquit. In tern⁹ autē hoc loco non sumit pro loco aeternaliter damnatorū dñtaxat, q̄n Ch̄s inde nullum abstraxit, sed pro receptaculo aīæ post hanc vitam, secundū Hieronymū. Alij exponūt hæc verba aliter: Consolatio abscondita est ab oculis meis, i. cōsolatio illa q̄ fiet in futuro iudicio vel post mortē electis, mihi ignota est, an s. mihi impartiet, q̄n nescit homo an sit dign⁹ amore vel odio, sed oīa in futurū referuant incerta. Quoniam ipse Ch̄s, de q̄ iam sermo, inter fratres (i. homines, q̄ omnes sunt fratres origine & natura) diuidit, q̄sdam saluando & quosdam damnando, secundū qd̄ ait Matth. 25. Separabit eos ab inuicem, sicut segregat pastor agnos ab hœdis. Adducet vrentē ventū dñs de deserto ascendente, & siccabit omnes venas ei⁹ & c. Locus iste difficilis est. Quisdam autē p̄ ventū vr̄tem, intellexerūt ventū consuetū, q̄ & domū primogeniti Iob detecit, q̄ venit a regione deserti. Hoc autē Hieronym⁹ improbat, q̄niam illū ventū non dicit dominus adduxisse. Per qd̄ insinuat, q̄ ventus ille in malam partem & pro contraria potestate accipit. Ventus autē hoc loco in bono accipitur. Hieronymus autē per ventū vrentem intelligit Ch̄m, peccata mundi tollentē, q̄ venit ignem mittere in terram. De quo Abacuc 3. loquitur: De⁹ ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Quem pater adduxit in mundū, q̄ ventus ascendit ab imis ad summa. De deserto ascendente, id est, genere humano, de q̄ nat⁹ est Ch̄s secundū carnem: quod ante eius aduentū erat pro maxima parte desertum, ac derelictum a Deo & gratia. Vel, de deserto, i. virginis vtero, nulli viro cōmixto. Et siccabit venas eius, id est, peccata, per quæ q̄si per venas mors intrat, obstruet & depellet, iuxta illud: Ecce agn⁹ Dei, q̄ tollit peccata mundi. Et desolabit fontē ei⁹, i. diabolus fontem peccati, cui⁹ inuidia mors introiuit in orbem terrarū, Ch̄s vincet & contristabit, quemadmodū ait apud Ioannem: Nunc princeps hui⁹ mūdi eijcietur foras. [Et ipse diripiet] i. dæmoni auferet, tanquā p̄dator omnipotens [thesaurū oīs vasis desiderabilis], sanctos in limbo detentos, q̄ erant & sunt thesaurus Dei, collectus seu constas sicut ex partibus, ex omni vase desiderabili, i. ex singulis electorū, qui ad limbū descenderūt. Et dicta sunt vasa desiderabilia, i. Deo preciosa & chara, gratiæ contentiua. Vnde de Paulo dñs ait: Vas electionis est mihi iste. Dicunt q̄q̄ thesaur⁹ omnis desiderabilis, q̄a diabolus maxime desiderauit vasa illa in inferno tenere. Vel iste est sensus, q̄ Ch̄s in hoc mūdo diripuit thesaurū omnis vasis desiderabilis, i. peccatores, sed p̄destinatos, q̄s ad tempus possedit diabolus, conuertit ad se quemadmodū ait in euangelio: Cū fortis armat⁹ custodit atriū suū, in pace sunt ea q̄ possidet: si autē fortior illo superuerit, vniuersa vasa eius diripiet. P̄terea qdam literaliter procedentes, per ventū vrentem intelligūt ignem cōflagationis, per modū venti discurrentem, vel tempestatem seu turbine faciem eius p̄cessuram. Qui ignis ascendet de deserto, i. in altum ascendet intātū vt aqua diluuij, siccabitq̄ venas ei⁹, id est, humida deserti loca faciet arida. Comburetq̄ insup cuncta illic viuentia, & diripiet thesaurū omnis vasis desiderabilis, id est, omnia mūdi huius concupiscibilia demoliet. Postremo propheta ad decem tribuū vastitatem conscribendam reuertitur. [Perat] i. iā peribit & destruet [Samaria] i. decem trib⁹ vel eaz⁹ regio siue metropolis. Samaria enim q̄q̄ significat urbem in regno decem tribuū principalem, quandoq̄ totā prouinciam, aliquando populū habitatorem urbis siue prouinciæ. [quoniam ad * iracundiā concitauit Deū suū] per idololatriam. Quomodo autē De⁹ ad iracundiā concitet, paulo ante ostensum est, iuxta quem modū scriptū est Baruch 3. Exacerbasti eum q̄ fecit vos, Deum ceterū. [In gladio] Assyriorū [* perat] i. occidat pro parte. Non enim omnes occisi fuerunt. [paruuli eorū elidant] i. conterantur, vel ad saxa percutiantur vsq̄ ad mortem, quemadmodū Persæ ac Medi alliserūt paruulos Babylonis, prout Dauid & Esaias p̄dixerūt. [Et scetæ eius] i. vxores populi decem tribuū p̄gnantes [distendant] i. disrumpantur. Assyrii enim ex nimia crudelitate nec lactentibus neq̄ p̄gnantibus pepercerunt, propter rebellionem Osee regis. Porro, qd̄ ait p̄pheta quasi optando, Perat, elidantur & distendantur, intelligi potest tripliciter. Primo, per modū propheticæ p̄nunciationis, vt sit sensus: Peribunt, elidentur, distendantur. Secundo, per modū imprecationis, conformando se diuinæ iustitiæ, quia frequenter expedit incorrigibilibus in hoc mundo vastari. Tertio, ad insinuandū qd̄ illi meruerint, vt quasi comminando perterreat prauos.

Expositio eiusdem Cap. decim tertij tropologica. Arr. XXVIII. Loquente Ephraim, id est, impijs principibus aut p̄latis, qui magis tyranni q̄ rectores vocandi sunt, perversa iubentibus siue docentibus, horror inuasit Israel, id est, subiectos, p̄cipue bonos, qui illicita detestantur, nec tamen contradicere audent. Vnde in Prouerbij habetur: Cum impij sumperint principatum, gemet populus, & deliquit

populus superiorum suorum prauitate subuersus, in Baal. i. in vitijs idololatriæ similibus. Sic enim peccant, quæ deus venter est, aurum, venus, aut proprius sensus. Maxime etiam nocet iniustus platus aut princeps, qui subditis quasi exemplar obijcitur. Ideo Salomon ait: Regnabit impius ruina hominum. Porro qui hoc modo concutiuntur horrore, & propter iussa siue consilia aut violentiam præsentium inducunt ad culpam, imperfecti sunt, nec excusant in toto, cum dicat saluator: Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et Ecclesiasti. 4. scriptum est: Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te. Talis fuit sanctus Iob: Donec, inquit, deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem quam cepi tenere, non deseram. Qui ergo Deum veraciter metuit, nec sic formidabit aliquem, ut relinquat iustitiam, fecerunt sibi consolabile de argento suo. Per argentum designat scientiam, per consolabile autem consolabile dogma, vel sermo apparatus & fallax. Consolabile itaque sibi faciunt de suo argento, quod apparentes ac fallaces doctrinas inducunt. Vel verba ornata iactantiam plena proponunt, quales sunt hæretici & sophistæ, omnesque qui in propriis oculis sapientes sunt, & suam scientiam alijs per verba inania cupiunt ostentare, vel per blandos dulcesque sermones fatagunt fratres suos decipere, quales sunt simularotes & callidi, qui prouocant iram Dei. Hæc omnia sunt similitudines idololatriæ, quia in his velut in idolis delectant. Factura artificum totum, id est, nil utilitatis continetur in his, sed aliud non sunt nisi verba ventosa, artificioso eloquio colorata. Idcirco erunt quasi nubes matutinae. id est, quæ ista agunt, cito deficient, atque in suis vanitatibus disperibunt, quæ admodum scriptum est: Sicut deficit fumus, deficiant: Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Vnde Pro. 10. scriptum est: Quasi tempestas transiens non erit impius, iustus autem quasi fundamentum æternum. Qui & corporaliter vixerint atque floruerint, tamen spiritaliter moriuntur, immo & annihilantur, quia peccatum nihil est, & peccando fiunt homines nihil, secundum Augustinum. Virtus enim facit hominem grauem ac stabilem, vitium autem leuem ac mobilem. Propterea Esaias ait: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Iob quoque 11. dicitur: Si iniquitatem abstuleris, eris stabilis. Denique per inducuntur recte dicti sunt nubes sine aqua, quoniam aquam sapientiam salutaris non habent, nec aquam spiritus sancti, de qua astruit Christus: Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hinc Iudas in sua affirmat canonica: Hi sunt nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum cõseruata est usque in æternum. Ego autem cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Per desertum & terram solitudinis, intelligi potest præfens seculum nequam, in quo per gratiam Deum non habitat, vel caro concupiscentiarum seruies, quæ est terra solitudinis, in qua secundum Apostolum non habitat bonum, nec habet cum spiritualibus gratiæ donis communionem. In hoc deserto & terra hac esse dicunt, qui seculariter aut carnaliter viuunt, de quibus Rom. 7. dicitur: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Tales vero sunt aliqui ab æterno electi, qui cum sint predestinati, quis ad tempus errant, finaliter perire non possunt. Idcirco cognoscit eos, etiam quoniam adhuc iniqui sunt, quia secundum æternæ predestinationis intuitum, inuariabiliter diligit eos, & de necessarijs ad salutem prouidet ipsis. Hinc Rom. 5. inducitur: Commendat autem charitatem suam in nobis Deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Præterea plures sunt in seculo non seculariter viuentes, qui cum sancto Dauid dicere possunt: In terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Hos ergo in deserto cognoscit Deus per approbationem. Iuxta pascha adimpleti sunt, & saturati sunt: & eleuauerunt cor suum, & obliuiscuntur mei. Hoc maxime competit atque attribuit diuitibus & ingratibus & similibus his, quibus Deus spiritualibus vel temporalibus bonis impleuit. Sed ipsi cum in honore essent, non intelligentes abusi sunt donis Dei, & susceptis beneficijs facti indigni. Eleuauerunt tumore superbiæ cor suum, alios aspernando, & quasi non acceperint gloriando, nec diuinis iustificationibus obediendo. De quibus dominus ait apud Esaiam: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et ero eis quasi læna. Istis utique dominus horribilius, qui excogitari potest vel dici, occurrunt in hora mortis, & in die particularis eorum ac vniuersalis iudicij. Ideo dicit Apostolus: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. De quo Esaias testatur: Quia indutus est vestimentis vitionis, Et quod sapiens de ipso asserit: Armabit creaturam ad vitionem inimicorum, & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. Ideo ait nunc, qui occurret peruersis quasi læna, & ut patet in via Assyriorum, id est, demonum, quando a demonibus vel angelis fuerint suo tribunali oblatis. Tunc exhibebit se eis seuerum, ut vrsa catulis destituta, disrumpetque interiora iecoris eorum, id est, vitam gratiæ & gloriæ ipsis negabit, & consumet eos in penis inferni, non ipsum esse, sed omne bene esse tollendo ab eis, intantum, quod appetibilis erit eis prorsus non esse, quod tam infeliciter esse. Perditio tua Israel ex te, tantum in me auxilium tuum. Hoc vnicuique nostrum dominus ait: Vnde & Christus ait discipulis: Sine me nihil potestis facere. Et Iob: Ecce inquit, non est auxilium mihi in me. Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Totam ergo spes nostra semper in Deo sit fixa, omnesque presumptio tollatur a nobis. Vbi est rex tuus, nunc saluet te. Hoc dicit his, qui in hominibus sunt confisi, & posuerunt carnem brachium suum, quod in hora

in hora mortis nemo illorum potest de manu Dei erueri, iuxta illud Psal. 48. Frater non redimet, redimet homo. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Quia ut dictum est, multi exigentibus suis demeritis, merentur infructuosum atque nocuum vel insufficientem sortiri prælatum seu principem. Quibus etiam bonus prælatus quandoque auferretur per mortem, vel alio modo, propter eorum ingratitude & peccata. Colligata est iniquitas Ephraim, id est, impoenitentium, quia eorum peccata Deus apud se retinet, qui non cõitent nec poenitentibus absconditum eius, id est, talium culpas Deus quasi in scrinio seruat, ut præfixo tempore debitam inferat poenam. Quandoque autem peccatum dicitur bono modo absconditum, id est, a Deo indultum, quasi nunquam fuisset, & quasi Deum id ignoraret: sicque fertur in psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Dolores parturientis venient ei, id est, omni reprobo in hora mortis atque iudicij, dicente Apostolo: Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Tales quoque non stant in contritione filiorum, quia cum imitatoribus suis pariter pereunt. Pereat Samaria, id est, ecclesia simulans se custodire diuina mandata, sed non vere efficiens ea. Samaria autem custodia interpretatur. Paruuli eorum, id est, discipuli malis magistris conformes, elidantur. Et foetæ eius, id est, personæ fecundæ in malo, quæ alios quoque fouent in vitio, distendantur in penis æternis.

Expositio cap. XIII. & vltimis: Couertere Israel ad dominum Deum tuum. Art. XXIX. Post increpationem Samariæ, totus nunc Israel ad poenitentiam inuitatur. Couertere Israel ad Dominum Deum tuum] auertendo cor tuum a bonis caducis & vanis, ab inordinato affectu, a cogitationibus malis, ab omni immunditia culpæ, & seruiendo domino in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus tuis. Deus enim est finis noster summus ac vltimus, idcirco ad eum debet esse tota mentis conuersio, atque ad ipsum quasi ad finem ordinanda sunt omnia, ut nihil ametur aut fiat, nisi in ipso & propter ipsum. Vnde per Hieremiam loquutus est: Si reuerteris Israel ad me, couertere. Quoniam corruisti in iniquitate tua] id est, propter peccata tua hostibus traditus es & occisus. Si sic exponatur, non erit referendum ad eosdem numero, sed specie, eo modo quo legitur in psalmo: Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebant, & diluculo veniebant ad eum. Vel sic: Corruisti in iniquitate tua formaliter, ita quod ipsa ruina est iniquitas tua. Peccatum enim est lapsus anime a statu virtutis, ab eleuatione in Deum, a rectitudine æquitatis. Corruisti ergo per idololatriam ac cetera vitia. Quid autem agere debeant se conuertendo ad Deum, subiungitur: Tollite vobiscum verba] verba de cordibus vestris infigite, ne peccetis, iuxta illud: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Tollite quoque vobiscum verba, diuinis præceptis parendo, & verba confessionis, diuinæ laudis ac propriæ iniquitatis assumite. Et conuertimini ad dominum] per contemplationem amorosam, operationem virtuosam, profectum quotidianum ac incessantem, ut sitis toto corde erecti, fixi ac simplici in eo. Ad illud enim debet esse conuersio, a quo est processio. Et vnum quodque perficitur, quum suo principio copulatur. Quoniam ergo rationalis anima a Deo per creationem procedit, non potest perfici, nisi per conuersionem suam ad ipsum. Et dicite ei] deuote orando: Orem aufer iniquitatem] omnia nostra dimitte peccata venialia atque mortalia. Non autem aufertur peccatum, nisi per gratiæ infusionem, quæ iustificat & gratificat impium. Oportet autem auferri mortale peccatum, antequam meritorium sit nostrum obsequium. Propter quod scriptum est: Declina a malo, & fac bonum. Et accipe bonum] id est, opus nostræ seruitutis habe acceptum, parcendo nostræ imperfectiõni, nostramque fragilitatem clementer pensando. Cum enim nostræ iustitiæ sint quasi pannus menstruatus, indigemus semper Deum humiliter deprecari, ne propter imperfectiones, euagationes, negligentiasque admixtas despiciat nostrum obsequium. Quod utique imperfectum est valde, præsertim si diuinæ naturæ consideretur maiestas, cui cum infinita reuerentia seruiendum esset, si foret possibile. Hinc orat Psalmita: Oculi tui videant æquitatem. Hoc etiam orat omnis qui bene aduertit Deum dixisse: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Dicamus ergo humiliter: Imperfectum meum viderunt oculi tui. Et reddemus vitulos] id est, sacrificia quæ per vitulos designantur, quia in veteri testamento fiebant de vitulis sacrificia, itaque reddemus vitulos labiorum nostrorum, id est, sacrificium laudis, gratiæ actionem, orationem. Et quicquid ore ad Deum laudem proferet, tibi o domine offerimus, qui dixisti psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Propter quod ibidem rursus horat Psalmita: Immo la Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Insup dicit: Assur non saluabit nos] id est, in aduersitate non confugiemus ad regem Assyriorum, aut aliquem principem mundi, nec in homine ponemus spem nostram, super equos non ascendemus] nec in velocitate equorum sperabimus, quoniam fallax equus ad salutem. Et Salomon Pro. 21. dicit: Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Et Esaias: Dixistis, ad equos fugiemus, ideo fugietis. Et super veloces ascendemus, ideo veloces erunt qui persequentur vos. Nec dicemus vltra, dominus nostri] sunt] opera manuum nostrarum] id est, idola manufacta non amplius vocabimus deos nostros, sed te solum verum Deum colimus, quem admodum Moses iussit: Dominum

Hier. 17
Iob. 10
Phil. 3
Pro. 28
Mat. 10
Iob. 27
Psal. 97
Esa. 57
Iudas apostolus
Gal. 4
Rom. 8
Psal. 62
Psal. 42
Esa. 1
Heb. 10
Esa. 59
Sap. 5
Ioan. 15
Iob. 6
2. Cor. 3
Hier. 17
Iob. 10
Luc. 1
Hier. 4
Psal. 77
Psal. 118
Mat. 6
Psal. 36
Esa. 64
Psal. 16
Psal. 74
Psal. 22
Esa. 30
Deut. 6

minum Deum tuū timebis, & illi soli seruias. Hæc autē fiducialiter oramus ò domine, [quia eius q̄ in te est, misereberis pupilli] i. ppli Israel ad te clamantis, & in te per gratiā existentis, qui dudum male agendo amisit patrem cęlestem, & nunc pœnitendo relinquit patrem diabolum. Tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Eis nempe Deus facillime miseretur, qui humano destituti sunt solatio, nec aliud quā Deum habēt refugiū. Propter ea Deuterono, 10. Moses loquitur: Dominus Deus vester, Deus deorum est, & dominus dominantium, Deus magnus, & potens atq; terribilis, qui personam nō accipit, nec munera, facit iudiciū pupillo & viduę, amatq; peregrinum. Hoc quoq; cantat Psalmista: Domin⁹ custodie aduenas, pupillum & viduam suscipiet. Post admonitionem propheta dominus promittit spem venię. Sanabo contritiones eorū, id est, peccata quę sunt vulnera animę, tollam, & vires per peccatum læsas ac deformatas, reformabo ac cōfortabo. Vnde apud Hieremiam domin⁹ spondet: Conuertimini ad me, & sanabo auersiones vestras. Sic sanatus fuit qui cecidit: Benedic anima mea domino, qui propiciat omnib⁹ iniquitatibus tuis, qui sanat oēs in infirmitates tuas. [diligam eos] ego, de quo scriptū est Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Et Sapiētia 11. Parcis omnibus domine, q̄niam tua sunt qui amas animas. Itaq; diligam eos, volendo ac tribuendo eis bona gratię in pręsenti, bona glorię in futuro. [spontaneę] id est, gratis, sola misericordia & voluntate libera atq; pijsima. Propter quod ait Ioannes: Diligam⁹ Deū, q̄niam ipse prior dilexit nos. Amor em̄ Dei pręuenit nos, & causat om̄ne bonum in nobis. Deniq; licet alia à se de necessitate cognoscat, non tamen de necessitate, sed libere vult & diligit eā, sicut Thomas ostendit in prima parte. [quia auersus est furor me⁹ ab eis] id est effectus iustitię in effectum clementię est conuersus. Vnde per Esaiam loquitur dominus: In indignatione mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui. Non enim in perpetuum irascetur, & cum iratus fuerit, misericordię recordabitur. Iuxta hunc modū scriptum est 2. Macha. 8. Ira domini in misericordiam conuersa est. [Ero quasi ros] id est, corda eorum rore gratię adimplebo, & in bonis operibus scēcūdabo. Sicq; [Israel germinabit sicut lilium] id est, electi filij Israel virore virtutū & vitę munditia pullulabunt atq; splendebūt, nec erūt arbores steriles. Hoc de q̄cunq; fideli, gr̄a Dei perfuso, accipi potest, q̄ Christi sectatur vestigia, dicentis in Canticis: Ego flos campi & lilium conuallium. Hinc domin⁹ ait in Esaiā: Noli timere serue meus Iacob, effundam sp̄m meū super semen tuū, & benedictionem meam super stirpem tuam. [Et erumpet radix eius] i. voluntas eius in qua est origo merendi ac demerendi, vel radix est, omnis potentia boni operis productiua. Quę erumpet, i. in actum virtutis extendetur [vt Libani] id est, copiose ac firmiter, sicut radices arborum quę nascunt in monte qui dicitur Libanus, q̄nto altius crescunt, tanto profundius radices transmittūt, secundū Glossam. [Ibunt rami eius] i. virtutes & dona sp̄s sancti ei concessa, vel fructus & opera tendent in melius, & perfectionem suscipient, ita vt dilatentur ad alios in exemplū ac subuentionē, qui sub ramis illis quiescāt ac protegan̄, adiuti meritis taliū. [Et erit quasi oliua gloria eius] Per oliuam q̄ semper permanet in virore, de qua oleū orit, significatur immarcescibilitas gratię, exhibitio op̄e misericordię, & illuminatio aliorū p̄ conuersiōem exemplarem idoneamq; doctrinā. Est igit̄ sensus: Gloria eius, i. excellētia gratię populi Israel, vel beatitudo eius futura, similis erit oliuę, perseverando iugiter in vigore, alijs q̄q; misericorditer succurrēdo, & verbo ac opere proximis lucendo, iuxta illud Matt. 5. Luceat lux vestra coram hoībus. Vēz hęc duo vltima, scilicet misericorditer subuenire, & proximisq; lucere vt proficiant merito, nō habēt locū in patria, nihilominus cōprehēsores viatoribus succurrūt ac lucent. [Et odor eius] i. fama virtutū erit [vt Libani] i. thuris, vt sit bonus odor Dei in omni loco, q̄niam fama iusti, dulcis est auditui cordis, quemadmodū odor thuris naribus corporis. Libanus autē, secundū Hieronymū, pro monte & pro thure accipit, hicq; pro thure suscipitur. Potest tamē sumi pro monte p̄dicto, qui cū sit fertilissim⁹ & arborum ramis operus, potest esse boni odoris. [Conuertent] veri Israelitę, proficiendo in charitate & gr̄a, [sedentes in vmbra eius] i. sub diuinę pietatis protectione quiescētēs. Pro q̄ orat Psalmista: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Et: Protegar in velamento alarum tuarum, [viuent tritico] id est, omnīū regē abundantia perfuerunt, sicut ait saluator: Quarite primum regnū Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Et Esa. 3. Si volueritis, inquit, & audieritis me, bona terrę comedetis. Potest quoq; per triticum intelligi panis vitę & intellectus. De hac sessione & refectiōe ait Cantic. 2. sp̄sa: Sub vmbra illius, quem desiderabā, sedis & fruct⁹ illi⁹ dulcis gutturi meo. Propheta namq; per corporalia spiritualia explicat bona. [Et germinabunt] id est, in bonis operibus, in actibus contemplationis & charitatis, in aliorum instructione, conuersiōe seu sp̄ali generatione scēcūdi erūt. [quasi vinea] Nam vinea domini sabaoth, dom⁹ Israel est. Vineaq; p̄fert optimū, odoriferū, lætificatiuū ac fortissimū fructū, ita & viri perfecti. [memoriale ei⁹] i. nomē, fama seu cōmemoratio populi hui⁹, erit [sicut vinū Libani] i. preciosa, dulcis atq; cōtinna erit propter excellentē gratiā sibi collatā.

Memo-

Memoria em̄ iusti cū laudibus, vt Salomon ait. Et in memoria æterna erit iustus. Vnde Sapientia 3. scriptū est: Viuet nomina eorū in generationem & generationem. Porro vinum libani est, vel quod in templo dño offerebatur secundum legem, de quo Libano loquitur Zachar. 11. Aperi Libane portas tuas. Vel, q̄d diuersis pigmentis conditum est, seu thymiamate mixtum, vt suauissimū fundat odorē. [Ephraim, qd mihi vltā idola] i. o decem trib⁹ seu filij Israel, cū tantam vobis promiserim gratiā, quid de cetero idola mihi opponis, & contra me colis? Vel sic: Ephraim dicet, quid mihi vltā idola, i. quid ad me spectāt? Q. d. toto corde ea detestor. [Ego exaudiam & dirigā eum] per semitas æquitatis in finem felicitatis æternę. Vnde Esai. 30. scribitur: Ad vocē clamoris tui statim, vt audierit, respōdebit tibi. Deniq; alio loco per eundem Esaiā aliquid plus dñs spondet: Anteq̄ clamēt, exaudiam eos. Hoc est quod ait Psal. Desideriū pauperū exaudiuit dñs, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. [Ego vt abietē virentem] faciam eum, dando ei virore in fide & charitate, quatenus renouatus in anima, contēpletur cęlestia. Abies autē nomen est arboris. Deinde dñs mutans in loquēdo personā, alloquit̄ populū istum. [ex me] i. dono gratię meę. [fructus tuus inuentus est] i. cōuersatio tua fructuosa processit, quia in me cārum auxiliū tuū. Vnde & Esa. Oīa, inquit, opera nostra operatus es in nobis. Et Apostolus: Deus est, q̄ operatur in nobis & velle & perficere p̄ bona voluntate. [Quis sapiēs & intelliget ista] quę in libro prophético obscurissime ac profundissime dicta sunt sub diuersis figuris atq; metaphoris, & q̄s [intelligēs & sciēt] tanq̄ dicat, rarus est talis, & nemini possibile est hoc, nisi per sp̄itū sanctū clementissimū illustreretur. Deniq; ante Christi aduentum scripturę prophetarum obscurę erant valde & insufficienter expositę, sed per Christū, & eius apostolos atq; discipulos, sanctos quoq; doctores, declarata sunt nobis abditā scripturę, & patefacta mysteria, in cuius signū Christo moriente scissum est velū tēpli à sursum vsq; deorsum. Hoc loco dicit Hieronymus: His verbis Osee obscuritatē voluminis sui & difficultatē explanationis ostendit. Si autē ipse qui scripsit, vel difficile vel impossibile confiteat, quid nos facere possimus, qui lippietibus oculis & peccatorū fordibus obscurati, clarissimum solis iubar non possumus intueri, nisi dicamus: O altitudo diuitiā sapientię & scientię Dei! &c. Insuper verbis his simile est illud in Psalmis: Quis sapiens, & custodiet hæc? [Quia recta] i. iustę & sanctę sunt [via domini] i. diuina pręcepta & documenta, de quibus Salomon loquitur: Via eius via pulchrę, & omnes semitę eius pacificę. Et Psal. Lex domini immaculata, &c. [Et iusti ambulabūt in eis] i. fide & opere adimplebūt, atq; in cunctis obediet & vere cognoscent. [prauaricatores vero corrūēt] i. peccabunt [in eis] i. in transgressiōe earum. Vel, in cęptis non perseverando, vt inconstantes, qui ad tempus credunt & bene agunt, & in tempore tentationis deficiunt. Vel penitus recedendo ab eis, vt illi, qui nec bonum incipiunt. Hęc expositio procedit secundum dicta Hieronymi, qui dicit capitulum istud referri ad tempus Christi, secundum anagogen. Vnde secundum eum refertur literaliter ad aliud tempus, non tamen explicite docet, ad q̄d. Beda vero affirmat, q̄ propheta in isto capitulo literaliter decem tribus, quę vitulos aureos adorauerunt, alloquitur. Veruntamen intuenti literam huius capituli constat, q̄ in isto populo non sint impleta, quę in hoc sunt capitulo dicta. Vnde alij referūt ad tempus Ezechie, ad cuius admonitionem populi Iudę, & quidam ex reliquis decem tribuum pœnituerunt & profecerunt in bono, videntes populi Israel captiuitatem. Alij referunt ad tempus reuersionis à Babylonica captiuitate, in quo Iudęi in magna fuerunt prosperitate certis temporibus, s. post occisionē Holofernis (vt dicitur in libro Iudith) & sub Simeone fratre Iudę Machabæi. De quo Hieremias euidenter prędixit. Porro nonnulli referūt totum istud Caput ad literā pro tempore Christi, quando incarnatus inter hoīes cōuersari dignatus est. Quod probant, quia in isto Cap. vbi nos habemus, Conuertentur sedentes in vmbra ei⁹, trāslatio Chaldaica apud Hebręos authentica, atq; Hebraicę veritatis in locis obscuris declaratiua, sic cōtinēt Congregabunt de filijs captiuitatum suarū, habitabunt in vmbra Messię sui. Hęc autē expositio cū sit catholica, breuiter est tangēda. Conuertere Israel ad dñm Deū tuum. Sic prędicauit Iudęis Ioan. Bapt. dicendo: Pœnitētiā agite. Tollite vobiscū verba, non dicit: Bruta aīalia, aut similia sacrificia legalia. Quia in nouo Testa. hæc cessauerūt, sed sacrificiū laudis iugiter manet: Et dicite ei, videlicet Christo, Oēm aufer iniquitatē, Chrs nanq; peccatū originale & actuale sua abstulit passione, quęadmodum Esa. 53. dicit: Vulneratus est propter iniquitates n̄ras, attritus est propter scelera nostra. Propter q̄d Acto. 13. Paulus dixit Iudęis: Per hunc vobis annunciat̄ remissio peccatorū ab omnibus, à quibus nō potuistis in lege Mosis iustificari. Et reddemus vitulos labiorū nostrorum, non dicit vitulos stabulorum, sed labiorū, q̄a carnales iā cessauerūt hostię. Vñ primitiua ecclesia sacrificiū laudis Deo deuotissime obtulit, vt patet in Actis. Assur nō saluabit nos. primitiua nepe ecclesia nō armis neq; humanis auxilijs cōtra persecutores suos bellauit, sed precibus, iuxta illud Actorum: Et nunc dñe respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiduciā loqui verbum tuum.

G 4 Et

Prou. 10.
Psal. 111.
Esa. 65.
Psal. 9.
Phil. 2.
Matt. 27
Roma. 11
Psal. 106
Prou. 3.
Psal. 18.
Lucę 9.
1. Efd. 1. 2
& 4.
Iudith. 15
1. Mac. 4
Baruc. 3
Matt. 3.
Acto. 4.

Et cum orassent, motus est locus in quo erant, & repleti sunt omnes spiritu sancto. [Sanabo contritiones eorum] Venit enim filius hominis querere & saluum facere, quod perierat. De quo Esaias 55. prædixit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Diligam eos spontaneè. Hoc est, quod apud Ioan. 15. contestatur discipulis: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Et: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Præterea cum dilexisset suos, qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos. Ero quasi ros, inuisibiliter veniendo in virginem, & fecundando eandem, iuxta illud in psalmo: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Ero etiam quasi ros, corda discipulorum per sapientiam irrigando, per gratiam fecundando, per charitatē diuinā à carnali amore refrigerando. [Israel] i. primitiua ecclesia ex ludæis collecta. [germinabit quasi lilium] cōuertendo inter se virtuosè, & totum pene mundum ad Christum conuertendo, atque in ipso regenerando, quemadmodum loquitur Corinthiis Paulus: In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Propter quod Esaias prænuñciauit: Qui ingrediuntur impetu de Iacob, implebunt faciem orbis semine. Et Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum. [et erumpet radix eius] i. Christus radix ecclesiæ, de quo apud Esaiam scriptum est: Ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Propter quod ait in Apoca. Ego sum radix & genus David, stella splendida & matutina. [vt Libani.] Hoc factum est, quando Christi apostolos aliosque discipulos protulit, tanquam ramos pulcherrimos, quibus ait: Ego sum vitis vera, & vos palmites. Ibunt rami eius de bono in melius. Immo per totum mundum cucurrerunt apostoli atque discipuli Christi, quibus dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et erit quasi oliua gloria eius. Nam gratia Christi omnibus clementer subuenit, & beatitudo eius nunquam marcescit. Et odor eius vt libani odor erit. Fama enim Christi ubique cunctis fidelibus dulcissimus odor est. Et sicut apostoli erant bonus odor Christi, sic Christus fuit bonus odor Dei. De quo odore dicit sponsa Cant. 1. Trahe me post te, curremus simul in odorem vnguentorum tuorum. Et denuo: Odor oris tui super omnia aromata. Conuertentur sedentes in vmbra eius, id est, Christi, sicut nunc dictum est. Sub cuius protectione habitauit primitiua ecclesia, immo & tota semper moratur ecclesia. Cui promissit in euangelio: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus, usque ad consummationem seculi. Hinc scriptum est Thren. 4. Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In vmbra tua viuemus inter gentes. Viuent tritico, id est, sacramento altaris, quod consecratur in pane triticeo. De quo ait saluator Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, viuet in aternū. Et germinabunt quasi vinea, quia vt dictum est, Vineam Christi est ecclesia militans, in operibus bonis fructificans. Ephraim dicet, quid mihi vltra idola? Hoc quidam exponunt sic, quod aliqui ex decem tribubus, habitantes & idola colentes in terra Assyriorum, ad prædicationem apostolorum crediderunt, & idola penitus abiecerunt. Ego exaudiam & dirigam eos. Vnde Christus ait in Euangelio: Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt clarificetur pater in filio. Et item: Omnis qui petit, accipit. Quis sapiens, & intelliget ista? tanquam dicat: Pauci ex Iudæis conuertentur ad Christum, nec eius gratiam atque mysteria nunc descripta intelligent. Hoc dicit propheta admirando cecitatem Iudæorum, quod scilicet tam pauci respectu aliorum credituri essent in Christum. Iuxta quē modum loquitur Esaias: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? [Quia rectæ viæ domini] id est, præcepta atque consilia Christi. [Et iusti ambulabunt in eis] per obedientiam sanctam, puta apostoli ceterique electi ecclesiæ, de quibus Christus ait ad patrem: Ego sermonem tuum dedi eis, & ipsi seruauerunt, & cognouerunt quia tu vere me misisti. [Præuaricatores vero corrueunt in eis] videlicet obstinati Iudæi. De quibus Simeon dixit: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel. Et ipse Saluator: In iudicium, inquit, ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Postremo, quomodo omnia ista de quolibet iusto moraliter accipi queant, patet ex præinductis. Cuilibet namque fideli præcipitur: Conuertere Israel ad dominum Deum tuum. Qui conuersus & rore Christi perfusus, germinat quasi lilium, iuxta illud in psalmo: Iustus vt palma floreat, sicut cedrus libani multiplicabitur. Producit enim candidissimos fructus spiritus sancti. De quibus ad Galatas testatur Apostolus: Fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia &c. Et Christus: Qui manet, inquit, in me, hic fert fructum multum. [Ibunt rami eius] i. opera eius pertingent in finem vite æternæ. [Et erit quasi oliua gloria eius] Hoc plene expositum est. Talem quoque dignetur Christus facere quilibet nostrum, vt cum viro sancto dicamus feliciter: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, Qui est super omnia sublimis & benedictus, Amen.

¶ Narrationum in Oseam Finis.

D. Dio-

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN PROPHE TAM IOHEL ELUCIDATIO. PROEMIVM.



Anctus Hieronymus præmittit huic prophetae prologos duos, qui habentur in Biblijs. Primus incipit, S. Iohel apud Hebræos post Osee ponitur. Secundus vero sic incipit, Iohel Phatuel filius. Porro in prologis seu præfationibus istis aliqua dicit Hieronymus, quæ sibi inuicem videntur contraria. In primo siquidem ait prologo, quod quicquid in hoc propheta dicitur, ad tribum Iuda & ad Hierusalem pertinere credendum est. In secundo autem asserit prologo, quod terram duodecim tribuum describit, eruca, brucho, locusta, atque rubigine esse consumptam. Et idem affirmat in epistola ad Paulinum, de omnibus diuinæ scripturæ libris. Hinc quidam dicit, quod de dicto Hieronymo hoc loco patet videtur esse tenendum, & quod Iohel prophetauit non solum contra duas tribus, quæ nomine Iudæ signantur, sed & contra alias decem, & in hoc sequitur quendam Hebræorum doctorem. Veruntamen nullo modo opinor, quod Hieronymus tam aperte, quantum ad sensum, posuerit contradictionem, præsertim circa eundem locum. Immo si verba eius diligenter pensentur, potest (ni fallor) rationalis dari concordia. Ait enim in prologo, quod sicut in Osee ad decem tribus confertur vaticinium, ita in Iohel totum ad Iudam & Hierusalem pertinere credendum est, nullamque Israelis seu decem tribuum in hoc propheta fieri mentionem. Itaque sicut Osee non sic loquitur decem tribubus, quin & aliqua de duabus tribubus inserat, vt patet ex dictis in Osee, & omnes concorditer id fatentur: sic Hieronymus non sic dicit totum Iohelis vaticinium ad tribum Iuda pertinere, quin & aliquid ad decem pertineat tribus. Quod tamen permodicum & pene nihil est, vnde nec reputatur. Idcirco dicit Hieronymus, quod nullam facit decem tribuum mentionem, quia videlicet nihil specialiter tractat aut vaticinatur de eis, nec exprimit nomen earum. Et hoc ipsum quod cōmuniter refert de terra duodecim tribuum, ad tribum Iuda specialiter refertur ac pertinet, ad quam omnia spectant sequentia. Præterea sicut in tertio prologo scribitur, & habetur in glossa, Iohel de tribu Ruben natus est in agro Betharon, vbi & mortuus est in pace atque sepultus. Cum ergo fuerit de populo decem tribuum, verisimile est, quod non omisset aperte redarguere eas, & specialem earum mentionem inducere, si contra eas loqui directus seu missus à Deo fuisset. Dicit quoque Hieronymus, quod eodem tempore prophetauit quo Osee, videlicet in diebus Ozia, Ioathan, Achaz, Ezechia, regum Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. Nam apud Hieronymum pro regula est, quod prophetae titulo tempus certum exprimente carentes, sub eisdem regibus vaticinati sunt, sub quibus illi qui ante eos huiusmodi titulum habent. Huius autem quidam tenent oppositum, asserentes Iohelem prophetaisse tempore Ioram filij Achab regis Israel: qui Ioram diu mortuus fuit ante Oziam, vt patet ex quarto Regum. Sed hoc dictum procedit secundum eos, qui dicunt Iohelem etiam decem tribubus prophetaisse. Magis autem consentiendum est sancto Hieronymo.

¶ Expositio primi capituli: Verbum domini, quod factum est ad Iohel filium Phatuel. Artic. I.

Præmittit Iohel libro suo breue proemium, quod finitur ibi, Audite. Itaque ait: Verbum domini. I. sermo propheti cuius factum est ad Iohel filium Phatuel. I. per angelicam subministrationem inspiratum, & interna siue externa locutione diuinitus dictum Ioheli filio Phatuelis, qui Phatuel creditur fuisse propheta, iuxta regulam Hebræorum, dicentium omnes illos fuisse prophetas, qui in titulis prophetarum ponuntur, vt patet eorum. Vel potest intelligi de increato verbo patris æterni vni genito Dei, vt sit sensus: Verbum domini de quo scriptum est, In principio erat verbum, est i. lud quod factum est ad Iohel, i. Ioheli locutum ac manifestatum per illustrationem propheticam. Porro prophetica illuminationes vt frequentius factæ sunt per locutionem internam atque imaginariam visionem, siue in somno, siue in vigilia per abstractionem à sensu exteriori. Interdum tamen factæ sunt per exteriorē apparitionem ac sensibilem allocutionem, vt patet de Daniele. Aliquando etiam factæ sunt per solam intellectualem illustrationem. Quod tamen, secundum Thomam, cōditiōne prophetica cognitionis aliquo modo transcendit, sicut in David. Cōsequenter propheta ex magnitudine dicendorum auditores reddit attentos. Prouocās ergo ad dicendorum aduertentiam diligentem, [Audite] inquit, quod dicam o [senes] id est, auribus cordis & corporis verba mea aduertite. [et auribus percipite omnes habitatores terræ,] id est, ceteri omnes

Ioan. 10

Dani. 9.

& 10.

Psal. 30.

omnes seu populares. Per senes vero accipi possunt non solum antiquiores ætate, sed iudice ordinarij, q̄ LXX. senioribus à Mose constitutis successerūt. Senes aut̄ qui experientia, maturitate atq̄ sciētia eminent, honorandi sunt, & merito prænominādi, quēadmodū Leuit. 19. dicitur. Corā cano capite cōsurge, & honora personam senis. Hoc ergo pensatet [si factum est istud] quod dicā, i. an simile aliqd̄ contigit [in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum] tanq̄ dicant. Nec in diebus vestris, nec tēpore parentū vestrorū tale quid accidit. Per patres aut̄, non solū proximos genitores, sed & auos atq̄ uosq̄ significat, secundū Hieron. An tamē oēs illos vsq̄ ad Abrahamā, non est certū. Sumit aut̄ hoc loco si, pro non, sicut in Psal. 131. Si introiero in tabernaculū domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Et in Esaiā lurauit dñs, si dimittet vobis iniquitas hæc, donec moriamini. [super hoc] i. de ista materia tam miranda, [filij vestri] narret. quæ auditis à me, vt pater filijs notā faciat veritatē. Pater em̄ debet filio educationē, correctionē & instructionē. [Et filij vestri filijs suis] eadem narrent, [et filij eorū] generationi alteri, i. posteris suis hæc recitent, vt nulla obliuione deleantur. Vel generationi alteri, i. genti alienæ. Quod impletum est per apostolos, qui gētilibus ad fidē conuersis, hæc nūciauerunt, & vsq̄ in præsens à Christianis memoriter recolunt. Simile huic exhortationi est illud in Psal. Quāta mādauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera Filij, qui nascentur & exurgent, & narrabūt filijs suis. Quo em̄ fuerint opera Dei mirabiliora, maiora aut rariora, eo sunt amplius recolenda. Deinde ponit narratio, incipitq̄ tractatus. [Residuum erucæ comedit locusta, & residuū locustæ comedit bruchus, & residuū bruchi comedit rubigo] Eruca est vermis, q̄ in oleribus maxime inuenitur ac nascit. Bruchus aut̄ & locusta sunt vnus speciei. Nā bruchus est proles locustæ qui cum fuerit alatus, ceperitq̄ volare, vocatur locusta, quæ est animal breue ac paruum. Rubigo vero vocatur corruptio seu vitiū segetū, qm̄ si teneræ fruges nociuo rore aut vento percussæ, faciunt pauca aut nulla grana, ita q̄ culmi seu stipulæ & spicæ in ruborē quendā vertuntur. Hūc locū doctores diuersimode exponūt. Iudæi aut̄, vt refert Hieron. dicunt hæc literaliter accidisse, ita q̄ tēpore Iohelis vel circiter, venerūt innumerabiles locustæ in terrā promissionis, quæ non solū fruges, sed insup vinearū ac arborum ramos & cortices consumpserūt. Quod vero locustis residuū mansit, bruchus subsequens deuorauit. Vnde & aliqui expositores catholici, sequentes in hoc dicta Hebræorum, dicūt q̄ in terrā duodecim tribuū venerūt successiue hæc quatuor pestes seu plagæ, ita q̄ terræ nascentia primo ab erucis corosa sunt, secundo à locustis, vorantibus pro magna parte quod superfuit erucis; tertio à bruchis, comedentibus partim residua locustarū; quarto à rubigine, quæ totū consumpsit qd̄ reperit. Vnde & glossa dicit, quia historialiter potuit esse, q̄ hæc oīa simul venerunt tēpore Helix & Achab, qm̄ facta est fames & siccitas annis tribus & mensibus sex. Alij referunt ad famē, factā tēpore Helix & Iorā filij Achab, durantē 7. annis, de qua Helixæus prænuñciauit mulieri Sannamiti, consulens vt pergeret in terrā Philistinorū, vt legit 4. Regū. Sic ergo Iohel dicit, q̄ huic negotio non accidit simile, qm̄ vnaquæq̄ plagæ istarū per se satis molesta est. Sed cū oēs simul eueniūt, durissima pestis est. Hieronymus aut̄ videtur hæc reprobare, quia (vt dicit) si hæc ad literā accidissent, liber Regum vel Paralipomenon nō hæc tacuissent, sicut de duplici fame præfata liber Regum non tacet. Cui obijciunt alij, q̄ non omnia quæ contingunt, scribunt, quemadmodū de terræ motu factō tēpore Ozix regis Iudæ, cum voluit thurificare, prædicti libri nil referūt, sed Amos & Zacharias inde cōmemorant. Aliqui igitur dicūt, q̄ negotium istud fuit res gesta, seu veritas & figura, ita q̄ per prædictorū animalium atq̄ rubiginis plagā, præfigurabant 4. magnæ plagæ Iudæorū, à 4. regnis, videlicet ab Assyrijs, Chaldæis, Græcis & Romanis, eis illatæ. Quidā aut̄ Assyrios & Chaldæos pro eodē computant regno, qm̄ ab eodem mundi climate contra Israelitas venerūt, & Persas ac Medos annumerant regnis quæ vastarūt Iudæos. Dicit quippe Hieronymus, q̄ Hebræi per erucam intelligunt Assyrios & Chaldæos. Assyrii em̄ regnum decem tribuum destruxerunt, Chaldæi vero regnum Iudæ. Per locustas autem, Persas ac Medos, qui Chaldæorum regno destructo, habuerunt Iudæos captiuos. Per bruchum vero intelligunt Macedones seu Græcos, s. reges successores Alexandri Magni, præsertim Antiochum Nobilem. Qui tanq̄ bruchus cum suis sedens in Iudæa, pene omnia deuorauit. Per rubiginem autem Romanū imperium, à quo maxime atq̄ finaliter sunt deiecti, & de terra sua totaliter pulsi. Verūtamen qm̄ reges Persarum ac Medorum non fuerunt Iudæis multum molesti, sed quidam eorū uerūt ipsis plurimū gratiosi, sicut Cyrus q̄ dedit ipsis licentiā redeundi in ppria, & Assuerus, idcirco non cōputauit regnum Medorū ac Persarum inter prædicta regna Iudæos vastantia, sed regnum Assyriorum distinguit à regno Chaldæorum. Hęc sunt quatuor cornua, & 4. venti, de quibus (vt infra patebit) loquitur Zacharias. Deniq̄ quidam eorum qui asserunt literaliter gestum, quod de eruca, locusta, brucho, ærugine scriptum est, aiunt plagas has non vno anno vel tēpore, sed diuersis annis sibi inuicē succedentibus accidisse. Sed secundum

Num. 14 & 2.

Esai. 22.

Psal. 77.

3. Re. 18. 4. Re. 6. & 8.

Amos 9 Zach. 11.

2. Par. 36 1. Esd. 11.

Zach. 1.

eundum hoc non apparet, quomodo vnum genus bestiarum istarum vorasset, quod alteri residuum fuit, præsertim quum singulis annis terræ nascentia orientur, & deposita recon dantur. Nisi forte dicantur hæc bestiarū habitacula hominum introisse. Itaq̄ sicut iam tactum est, secundū Hieronymum, iste est sensus literæ huius: Residuum erucæ, i. populū Iudæ seu Israel, non vastatum ab Assyrijs & Chaldæis, vastabant Persæ ac Medi: Et quem illi non vastarunt, opprefferunt Græci successores Alexandri, de quibus agitur in libro Machabæorum. Iudæos vero non oppressos à Græcis, opprefferunt Romani. Huic autem expositioni quidam obijciunt: Quia de corrosione terræ nascentium ab eruca, locusta &c. fit hic tam euidens mentio, q̄ non videtur aliquo modo esse parabola. Sed quicquid sit de veritate, argumentum istud nullius valoris est: Quoniam in scripturis diuinis multa parabolice denunciantur, & homines nomine bestiarum aliarumq̄ rerum significantur, vbi fit multo apertior atque prolixior mentio de nominibus bestiarum inanimatarumq̄ rerum, quàm hic. Quemadmodum apud Esaiam legitur: Habitabit lupo cum agno, & pardus cum hædo ac cubabit. Vitulus & leo & ovis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & versus pascentur, simul requiescent catuli eorum. Et leo quasi bos comedet paleas. Omnia autem hæc & quædam sequentia, exponuntur ad literam, non de animalium horum domesticatione, sed de hominum diuersarum conditionum pacifica in ecclesia cohabitatione, secundum omnes doctores catholicos. Et multa similia in scripturis habentur, præsertim (vt reor) in Esaiā, cuius liber difficilior comprobatur. [Expergiscimini ebrj] id est, vos qui estis vitijs & passionibus sic inuoluti, vel potu sic repleti, q̄ à recto mentis statu prolapsi estis, nec rationis iudicium imitami, neq̄ pericula vobis imminētia ponderatis: euigilate redeundo ad cor, & à torpore ac negligentia vestra cessate. [et flete] vitia vestra lachrymis pœnitentiæ redimendo. [et vlulate] propter tribulationes instantes [omnes qui bibitis vinum in dulcedine] i. carnali delectatione, non necessitatem naturæ, sed gustus voluptatem quærentes. [quoniam perijt ab ore vestro] i. in proximo est, vt vina ac cætera carnis delectabilia auferantur à vobis, sicut mox subditur. Loquitur autem propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem veritatis. Prophetica quippe cognitio, est quædam imago atq̄ impressio notitiæ mentis diuinæ, in qua omnia quasi præsentialiter lucent & agnoscuntur, tamq̄ infallibiliter sciuntur, sicut ea quæ fuerunt, certissimum est fuisse. [Gens enim ascendet] i. veniet [super terram meam] id est, Iudæam, quæ dicitur specialiter terra Dei, quia ad diuinum cultum electa, & populo Dei à Deo promissa atq̄ collata. [fortis & innumerabilis] secundum apparentiam, non tamen fuit simpliciter innumerabilis, quia in numero, mensura & pondere constituta sunt omnia, vel innumerabilis ob multitudinem suam. Potestq̄ gens ista intelligi exercitus Chaldæorum, vel etiam Assyriorum, Græcorum, ac Romanorū. [Dentes eius vt dentes leonis] i. oīa crudeliter dilaniabit. [Et molares eius] videlicet dentes maiores, vt pote potestas principū populi huius atq̄ scuitia, sunt [vt catuli leonis] ita q̄ cum omni tyrannide populū Iudæorū vastabit. Bona terræ consumet, vrbes demolietur, & nec ætati parcat, nec sexui. [Posuit vineam meam in desertum] id est, synagogam occidit vel transtulit, in solitudinemq̄ redegit. De qua vinea dictum est in Esaiā: Vineam domini exercituum domus Israel est. Et in Hieremia: Ego te plantavi vineam electam. [Et ficum meam decorticauit] id est, populū meum quem quasi fructum dulcem & filios procreauit & alui, min orauit, multos eorum occidendo. [nudans] vineam istam, i. bona eius tollēs ab ea. [spoliavit eam] bonis mobilibus ac immobilib⁹. [Et proiecit] in captiuitatem vel mortem. [albi facti sunt rami eius] i. filij eius arefacti sunt & occisi. Vel sensus est, quod hostes destruxerunt vineas & arbores fructiferas in Iudæa. Quod certum est contigisse Nabuchodonosor tēpore, postmodū quoq̄ sub Antiocho Nobili, & tēpore Titi & Vespasiani. Quæritur, quomodo iniusti Iudæi, de quibus iam dixit, Expergiscimini ebrj, appellentur ficus & vinea Dei? Et respondendū, q̄ eo modo, quo Chrs̄ in euangelio vocat reprobos Iudæos filios regni: Filij, inq̄t, regni proijcient in tenebras exteriores. Vocant itaq̄ ficus & vinea Dei, qm̄ Deus multa beneficia cōcessit ac sbuit eis, specialiter vocans eos ad cultum & grām suā, & qm̄ patriarcharū ac prophetarū filij erant. Cum ergo tāta tibi, o popule Iudæorū, instet calamitas, [Plāge] tua peccata, vt misericordiā cōsequaris, Plāge aut̄ toto affectu, & abūdāter ac pseueranter, [quasi virgo accincta sacco sup virū] pubertatis [tua] i. quemadmodum plorat virgo iuuenula desponsata propter mortem sponsi sui, qui mori anteq̄ eius cupitis fruā amplexibus. Vir aut̄ & spōsus synagoga fuit Deus omnipotens, q̄ in patriarchis & in datione legis desposauit sibi synagogā. Quādiū aut̄ synagoga p̄ idololatriam & alia graua scelera nō recessit à Deo, erat sponsa & virgo mentis integritate, in cognitione, amore & cultu veri Dei. Tēpore aut̄ Iohelis meretrix facta p̄pter multiplicia scelera, monet sup virū pubertatis suæ, i. de celestis spōsi amissione, cordialiter flere. [Perijt sacrificium & libatio de domo domini] id est, terræ nascentibus & cæteris possessionibus deuoratis ab hostibus

1. Mac. 15.

Esaiā 11.

Sap. 11.

Esai. 3. Hierem. 2.

4. Re. 25. 2. Mac. 5.

Matt. 8.

1. Iu. 1.

Exo. 26.

stibus præinductis, vel bestiolis prænominatis, defecit in templo Hierusalem sacrificium, quod erat de materia solida, s. tritico, hordeo, carne; & libatio, i. immolatio de materia liquida, utpote vino & oleo. Deficiente enim causa, deficit & effectus. Et luxerunt sacerdotes ministri dñi. Vehementer contristati sunt, & planxerunt, tum propter cultus diuini cessationem, tum propter cessationem immolationum earum rerum, de quibus sustentabantur. eratq; luctus hic bonus, quantum ad primum, quia ex zelo diuini honoris processit; & etiam quantum ad secundum, si planctus propter defectum oblationis victualium erat, in quantum victualia debite ordinantur ad spirituale bonum animæ, & ad obsequium Dei. Si autem sacerdotes respexerunt ad proprium commodum, priuatumq; bonum, non erat illorum planctus meritorius & acceptus. Porro sacerdotes specialiter dicti sunt ministri Dei, quia ad altaris obsequium deputati, atq; pro primogenitis filiorum Israel dño ministrantes in templo. Hinc em̄ in lib. Numerorū Moses dixit Leuitis Num parum vobis est, q̄ separauit vos dñs à populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis corā eo, & coram frequentia populis. Ezechias quoq; 2. libr. Paralip. 19. ait Leuitis Filij mei, nolite negligere: vos enim elegit dñs, vt stetis coram eo, & ministretis ei, colatis eum, & cremetis ei incensum. [Depopulata est regio] id est, regnum Iudæ sic demolitū est, vt & homines, & animantia, ac terræ nascentia sint destructa. [luxit humus] id est, terra Iudææ priuata est solitis fructibus: sicq; metaphorice luxit, quemadmodum fertur ridere, cum abundat germinibus, fructu flore q; vernans. Ideo subditur: [quoniam deaſtatū] i. ab aduersarijs deuoratum [est triticum] per quod alia blada dantur intelligi. [Confusum est vinum, elanguit oleum.] Sicut de humo seu terra dictum est, q̄ metaphorice fertur planxisse propter carentiam fructuum, sic confusum est vinum, i. ablaturum, ita q̄ consuetum effectum habere non potuit exhilarando bibentes, & prædictos vinolentos suo defectu ostendit confusos, dum sperato desolati sunt potu. Pariformiter elanguit oleum, id est, defecit, & alios ostendit infirmos, qui oleo deficiente pariter contabuerunt. [Confusi sunt agricolæ] i. spe sua frustrati, dum fructu agrorum, quos coluerunt, priuati sunt. [vlulauerunt vitatores super frumento, vino & hordeo] i. de horum fructuum ablatione seu depradatione. [quia perijt messis agri] i. congregatio fructuum præfaktorū in agris nascentium sublata est eis tunc, quando præ manibus habuerunt fruges messisonis. Molestissimum siquidem est, tunc fructibus terræ spoliari, quādo ad maturitatem vsq; deductæ sunt, custoditæ atq; speratæ. [Vinea confusa est, & ficus elanguit] i. vineæ & ficeta fructibus suis sunt destituta per erucam, locustam, bruchum, rubiginem vel hostibus iradita, puta Chaldæis, Assyrjs, vel Romanis. [Malogranatū, & palma, & malum] i. arbores sic vocatæ, [& omnia ligna agri] i. reliquæ arbores infructuosæ siue fructiferæ aruerunt] i. marcida facta sunt plagis præmemoratis, cuius signum est, [quia confusum] i. ablaturum [est gaudium à filiis hominum] i. à Iudæis, qui de prædictis bonis terræ gaudere solebāt. Porro per filios hominum, hoc loco ad literam intelliguntur Iudæi, quibus loquebatur Iohel. Qui & specialiter dicuntur filij hominum, puta eorum qui humane rationabiliterq; vixerunt, hoc est, patriarcharum, prophetarum, & iustorum veteris testamenti. Deniq; malogranatum, cuius cortici Cant. 4. comparantur genæ sponsæ, est arbor medicinalis, secundum glossam, cuius poma sunt rubea, ad edendum amara. Et dicitur malogranatum, quoniam fructus eius multa cōtinet grana. [Accingite vos] sacco & cilicio, [& plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris.] Eundem sensum alijs verbis resumit, vt fortius excitet audientes. Sacerdotum autem præcipue est, propria ac subditorum deslere peccata, & Deum populo reconciliare, cum sint inter Deum ac populum mediatores, offerendo preces & hostias populi Deo, gratiamq; Dei populo reportantes. Cum autem ex negligentia sacerdotum prouenit populi culpa, maxime congruit sacerdotibus flere pro populi reconciliatione, quia & dominus dixit ad Mosē, q̄ filij Aaron portarēt peccata filiorum Israel. [Ingredimini] templum, vel propriam domum ad orandum, sicut ait Saluatori Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & ora patrem tuum in absconso. [cubate] id est, dormite, [in sacco ministri Dei mei] id est, veri Dei, quem ego propheta illius specialiter amo & colo. Illi enim propheta Deum vniuersorum nominant Deum suum, qui ei singulari vniuntur amore & reuerentiali obsequio, qui dicere possunt: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. [qm̄ interijt de domo Dei vestri] i. cito in templo deficient [sacrificium & libatio] de quibus paulo antea iam dictum est: Perijt sacrificium & libatio de domo domini. Idcirco prædicta pœnitentiæ opera exerce, quatenus imminens vastitas tollatur à vobis. Solebant autem Iudæi in veteri testamento secundum præscriptam formam se humiliare, pœnitere, & dominum inuocare, vt patet in libris Regum, Paralipomenon, & Machabæorum. Quod autem hoc modo fecerunt sacerdotes, ac cæteri imminente captiuitate Babylonica, patet in Threnis seu lamentationibus Hieremias. Idem quoq; refert eos fecisse Iosephus instante captiuitate Romana. Hinc per Hieremiam loquitur dominus: Filia populi mei accingere cilicio, & con-

Num. 16

Matt. 6.

Psal. 72.

1. Reg. 7. Esai. 22.

Thre. 1.3

Hiere. 6.

spargere cinere. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū. Ad q̄d aliqui referūt illud Esaiæ 22. In die illa vocabit dñs ad fletū, & ad planctū, & ad cingulū sacci. Præterea adhuc ppheta præfigit sacerdotibus formā pœnitendi, & modū misericordiæ implorandi. [sanctificate ieiuniū] i. actum abstinentiæ in sanctitate peragite, bonis illū operibus adornate, & corda vestra ad deuote ieiunandū disponite. Non em̄ acceptum est Deo ieiunium, nisi in charitate fiat & in obseruatiā præceptorū. Hinc em̄ per Esaiā dñs loquit: Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra. Nunquid tale est ieiuniū, quod ego elegi? Et Apostolus: Exerce te, inq; ad pietatē, nā corporalis exercitatio ad modicū vtilis est. [Vocate cœtū] i. cuneū populi cōuocate. [Congregate senes oēs habitatores terræ] Iudææ, de qua nunc sermo, [in domū Dei vestri,] quæ est domus orationis, videlicet in tēplum Hierusalē, in quo promisit se De⁹ preces erantitū exauditur. Præterea sacerdotū est, vulgū ac subditos adunare, & in modo pœnitendi ac bene agēdi instruere. Iubet q; propheta, vt oēs generaliter cōuocent atq; in tēplo colligantur, quatenus oratio sit tanto exaudibilior, quāto à pluribus immolatur. Propter quod orat discipulos suos Apostolus orare p se, vt ex multarū precibus personarū citius, q̄d peti, obtineatur. [Et clamate ad dñm] dicentes: [Aha, aha, aha diei] i. heu nobis ppter mala diei vltionis, q̄ imminet nobis. Præcipit autē propheta, vt ter dicant, aha, vel propter maiore exprefionē & faciliore misericordiæ implorationē. Vnde in Hiere. habetur: Terra terra terra, audi verbū dñi. Vel, qm̄ sanctam trinitatē offenderunt. Quidā dicit, q̄ in Hebræo sit vna dictio. Veruntamen pro eo q̄ Hieronymus transtulit ter aha, LXX. transtulerūt, Heu mihi, heu mihi, heu mihi. Vnde nō videt vna dictio in Hebræo, nisi forte illa hanc tripartitam exclamationē significet. [quia prope est dies dñi] i. dies vltionis, in qua dñs faciet vobis secundū suā voluntatē & æquitatē, debitas pœnas inferendo, sicut fecistis ei in diebus vestris, eū multipliciter secundū vestrā voluntatē ac prauitatē inhonorando. Quauis em̄ omne tēpus, omnisq; dies sit Dei, illud tamē tēpus dicitur specialiter eius, in quo aliquid efficit nouum, rarum aut speciale, sicut est dies vindictæ atq; iudicij. Dies quoq; nostri dicuntur, in quibus Deus pmit tit nos ppriæ libertati, q̄n & operamur quæ volumus. Vnde & Christus in Luca ait: Hierusalem & c. Et quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi, [& quasi vastitas à potente veniet] i. sicut vastitas seu pressura, quā potēs debiliori inducit, ineffugibiliter opprimit debiliorē, sic vindicta diei dñi irruet sup vos, q̄ non effugietis. [Nungd nō corā oculis vestris] i. in vestra præsentia seu conspectu [alimenta] defecerunt] i. statim deficient. Deficiet quoq; [de domo Dei vestri] i. de tēplo [latitia] cordis [& exultatio] corporis, qm̄ immolatione hostiarū cessante, sacerdotes in tēplo non habuerunt materiā gloriandi, sed lamentandi. Quæ oia tunc impleta noscunt, qm̄ Assyrj & Chaldæi ingressi ac demoliti sunt terrā Iudææ. [Cōputruerunt iumenta in stercore suo] Hoc ad literā accipi potest, q̄ iumenta in stabulis nō habentes stramenta, propter bladōrū defectū iacuerunt, cōputruerunt in suis fæcibus atq; stercoreibus. Vel sensus est, q̄ iumenta, i. homines carnales, gulosi, luxuriosi in fordib⁹ vitiōrū suorū resoluti atq; consumpti sunt, iuxta illud Psal. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Et iterum: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus: [Demolita] i. ab hostib⁹ destructa [sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ] i. repositoria victualium, cū his quæ continebant in eis. [qm̄ cōsumum] i. sublatū ex horreis [est triticū. Quid ingemuit animal?] i. cur bestię p̄ inedia famis clamauerūt, aut singultum quendā fecerunt? [& quid] mugierunt greges armentis? Et respondet, [quia non est pascua eis] i. alimonia, consumptis videntibus terræ & fructibus. Translatio LXX. sic habet, Fleuerunt armēta boum. Idcirco Hieronymus istud de hominibus accipit, qui propter simplicitatē aut stoliditatē, bestialemve conuersationem nominibus bestiarū exprimuntur. [Sed & greges ouium disperierunt] i. hostes em̄ rapuerunt oues & comederūt. Vel præ fame defecerunt. Vel deficiēte pane, Iudæi pecora sua manducare cōpulsi sunt. [ad te dñe clamabo,] orando pro populo tuo, [quia ignis comedit speciosa deserti] i. eruca, locusta, bruchus, ventusq; vrens blada rubiginans, deuorauerunt seu arida fecerunt plana loca camporū, prata & quaslibet terras virentes, quæ iumentis pascua præbuerunt. [& flāma succendit omnia ligna regionis] i. arbores Iudææ. Solet autē per ignem quælibet magna tribulatio vel persecutio grauissima designari. Sed & Chaldæi vtiq; igne materiali incenderunt speciosa, quæ in desertis Iudææ steterunt, & arbores regionis huius combusserunt. [Sed & bestia agri] i. indomitæ vel syluestres, [quasi area sitiens imbrem] i. humore indigens & aquam desiderans, [susperexerunt ad te,] non q̄ bestia Deum agnoscat, aut inuocent proprie, sed metaphorice dicuntur ad Deum aspicerere & clamare, in quantum cibum naturaliter optant ac potum, quæ non habent nisi per prouidentiam Dei. Vnde in euangelio dicitur, q̄ pater cælestis pascit ea. Et in Psal. Qui dat iumentis escam ipsorū, & pullis coruorum inuocantibus eum. Iob quoq; 38. Quis præparat coruo escam, qm̄ pulli eius clamant ad Deum, vagientes eo q̄ non habent cibos? Rursusq; in Psal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Et: Oculi omnium in te sperāt dñe. [qm̄ exiccati sunt fontes aquarum]

Esaiæ 50 1. Tim. 4

3. Re. 8.

2. Cor. 1.

Hiere. 22.

Luc. 19.

* perierunt.

4. Re. 22. 2. Par. 36

Psal. 37. & 48.

4. Re. 23.

Matt. 6. Psal. 145

Psal. 103

rum ja multitudine hostiu, quoz equi & ferui aquas fontiu consumpserut. Vel, a vehementi flatu venti vrentis, qui siccitatem inducit. [& ignis deuorabit speciosa deserti,] secundum sensum iam tactum, sicq; bestia syluestres nec cibum habuerunt nec potum.

[Elucidatio tropologica eiusdem capituli I. Artic. II.

Iohel interpretat aperiens, Phatuel latitudo. Qui igitur bonu virtutis viriliter incipit, filius fit latitudinis, i. græ amplioris & charitatis ardentis, vt dicere queat cu Paulo 2. Cor. 6. Cor nostru dilatatu est. Et cum Psal. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Quid em latius charitate, quæ oia ambit, atq; ad hostes extendit, & vniuersis, quæ habet, comunitur? Ad talē quoq; fit verbu Dei, qm spūs sanctus inspirat ei p. r. tinentia ad salutē, sicut ait Ioan. V nctio docet vos de oibus. ita vt valeat dicere: Audiam quid loquat in me dñs Deus. Cum em incipit rationalis creatura qd bonum est, mox adit spūs, qui adiuuat infirmitatē nostrā. Ideoq; cū plena diuinæ subuentionis fiducia viriliter eit inchoadum, vt humiliter magnanimitē dicamus: Oia possum in eo, qui me cōfortat. Itemq; Dñs dabit benignitatē, & terra nra dabit fructū suum. Quidā vero propriā imbecillitatē, non diuinæ pietatis virtutē, pensantes, nimis pusillanimes sunt, non audentes ad aratru ponere manum, diuinæ bonitatis superliberalissimæ munificentia derogates. [Audite hoc senes, & aurius percipite oēs habitatores terræ] i. spiritalē intelligentiā propheticonū verborum Iohelis, vniuersi Christiani senes iuuenesq; attendite. [Residuū erucæ comedit locusta] &c. Per quatuor ista intelligo quatuor vitia, quatuor virtutibus cardinalibus contraria, quæ sunt, intēperantia, timiditas, iniustitia & indiscretio. Intēperantia aut bona animæ magna ex parte deuat & eicit, qm nisi vitia gulæ & luxuriæ extirpentur, non fit homo spiritaliū capax donoz, dño contestate: Non remanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Et Apostolus Roma. 8. Qui, inquit, in carne sunt, Deo placere non possunt. Ideo Petr⁹ hortatur a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, abstinere. Hinc & Esaias dissert: Quē docebit dñs scientiā, & quē intelligere faciet auditū. Ablactatos a lacte, auulos ab ubere, eos videlicet, qui vitia intēperantiæ detestantur. Deniq; hoc tam manifesto detestandoq; vitio non vincunt, sed timiditate, veræ fortitudini (quæ magnanimitate aggredit for- tia) repugnante, inordinate timentes vbi non est timor, & propriæ pelli timentes, malūt incidere mala culpæ & Dei offensam, q̄ mala poenæ hominumq; indignationē. Quo cōtra ait Saluator Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidūt corpus. Et Esaias: Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & a filio hominis qui quasi scēnū arefcit? Hac vili timiditate carebat, qui dicebat: Non timebo millia populi circumdantis me. Et: Dñs illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Porro (teste scriptura Eccī 34.) q̄ timer dñm, nihil trepidabit. His itaq; sacris testi monijs increpāt vilia corda quorundā, hoies magis q̄ Deum timentiu, qui in presentia superioroz suoz quandā confingūt ac induunt grauitatē: sed illis abeuntibus, ad cōsuetas redeunt culpas, negligentias, & excessus. Hi non agunt bonum amore boni, sed timore mali, in quibus residuū erucæ edit locusta. De qua plaga eripit, qui illud Prouerb. 25. implet: Fili honora dñm, & valebis præter eum vero ne timueris alienum. Qui aut nec intēperantia nec timiditate prædicta deiciuntur, frequēter peccato iniustitiæ superantur, non reddendo singulis quæ sua sunt, neq; iuxta principis apostolorū doctrinā, vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, tanq̄ boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. In his residuū locustæ comedit bruchus. Alij prædictis vitijs reluctantes, per indiscretionem labuntur, quoz non rationabile est obsequiū, qui qm plus faciunt q̄ possunt, dispereunt. In quibus ærugo consumit qd inerat, inesse ve poterat animæ. Insuper per 4. plagas has intelligi possunt 4. tentationes principales. Vel quatuor primi ac maximi persecutores ecclesiæ, seu quatuor principaliores hæresiarchæ, qui infinitas animas spiritaliter iugulauerūt. [Expergiscimini ebrj & flete,] hoc est quod ait Apostolus Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Itemq; Saluator Matth. 25. Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. Deniq; impij ebrj sunt omnes, qui carnalibus delectationibus, mundanis vanitatibus, aut ceteris inordinatis passionū affectionibus sic resoluuntur & vacant, q̄ iudicium rationis non aduertunt, nec Deo neq; ecclesiæ parent, sed in proprij ambulat cordis prauitate. Vnde Hierem. 31. habetur: Vsq; quo delictis dissolueris filia vaga? Et vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine,] de quibus scriptum est apud Esaiam 5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; ad vesperam. Et Prouerb. 25. scriptum est: Væ his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis. Quam multi modo sunt tales, qui & corpus suum & animam perimunt. Vinum enim moderate sumptum, sanitas est corporis & animæ: sed superflue sumptum, mordet vt coluber. [& quoniam perijt ab ore vestro] i. omnis carnalis voluptas cito vertetur vobis in mœrorem æternalemq; poenam, nisi poenitentiam veram egeritis, quemadmodum factum est diuiti, qui epulabatur quotidie splendide. Vidua nempe in delicijs viuens, secundum Apostolum, viuens mortua est. Et apud Lucam comminatus

natus est Christus: Væ vobis qui saturati estis, quia esuriētis. Propterea Ecclesiast. 18. assertur: Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Momentaneum est quod nunc delectat, æternum vero quod cruciat. Præterea hoc loco ait Hieronymus: Nulla res ita inebriat, vt animi perturbatio. Est tristitia quæ ducit ad mortem, hæc abominanda ebrietas est. Est ira quæ iustitiam Dei non operatur, & furori proxima mentis impotem facit, in tantum vt labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore mutet. Quid referā de gaudio & voluptate, & maxime de amore, qui execat cordis oculos, & nihil aliud amantem, nisi quod amat, cogitare permittit? An non est dicenda ebrietas, quum propter vile scortum, animæ libertas in seruiles blanditias inclinatur? [Gens enim ascendit sup terram meā fortis & innumerabilis] i. visibiles ac inuisibiles hostes (Nam & de diabolo dictum est: Inimicus homo hoc fecit) inuaserūt militantem ecclesiā seu animam Christianam deuotam, vt eam a Deo auertant. Mundus em & dæmon indefinenter tentant electos, qui in medio ambulant laqueoz, & propter iustitiā plurima patiuntur aduersa, quæ ad modum legitur 2. Tim. 3. Oēs qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiētur. Qm ergo tot hostibus atq; periculis circunvallatur ecclesia, prælati qui delectationibus vacant, & negligentia dissoluantur, iubentur euigilare a somno ignauitæ, flere & vlulare, quatenus gregi suo debita impendant custodiam, Deumq; pro illius salute lachrymabiliter inuocent. [Dentes eius, vt dentes leonis,] de quo Petrus: Aduersarius, inquit, vester diabolus tanq̄ leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Quid enim crudelius his, qui animas conantur occidere, & ab æterno infinitoq; bono eas auertere, sicq; in sempiterna inferni tormenta pertrahere? [Posuit vineam meam in desertum] i. ecclesiā, quo ad aliquam eius partem, spiritalib⁹ bonis destituit, inducendo fideles ad consensum peccati, quo a Deo deseritur. [& ficu meam] i. animam quæ dulcissimis bonis ac fructibus spiritus sancti abundauit, [decorticauit] id est, a pristinis bonis minorauit, siue abscidit. Tales sunt, qui cum cœperint spiritu, carne consummant. Istud Christus precipue dicit de claustralibus, non obseruantibus regulam suam, qui a statu perfectionis ad secularia vitia deuoluuntur. [plange quasi virgo accincta sacco sup virū puberratis * suæ.] Hoc modo fiedū est cui libet Christiano, qui gratiā baptismalem amisit, vel post poenitentia recidiuauit, atq; cælestis sponsi priuatus puris amplexibus, iam amplexatur hæc terrena seu stercora, qui nutriebatur in croceis, qui cum in honore esset, non intellexit. Vnde scriptū est Thren. 4. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, & non des requiē tibi. Talis utiq; fuit, qui dixit: Exitus aquæ deduxerunt oculi mei, quia nō custodierunt legē tuā. Perijt sacrificiū & libatio de domo dñi. i. sacrificium illud, de quo fert in Psal. 50. Sacrificiū Deo spiritus contribulatus. Et Ecclesiast. 35. Salutare sacrificium est, attēdere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. [& libatio] internæ ac lachrymosæ cōpunctionis. Ista deficiunt ab his, in quibus abundante ac præualente iniquitate, charitas refrigescit. [Et luxerunt sacerdotēs,] boni em sacerdotes, de tãto subditoz suozum dispendio intime dolent. Quæadmodum em gloria patris filius sapiens, sic dolor illius est filius stultus. [Confusum est vinum] i. saporosa contemplatio diuinæ exhilarans cor, in istis deficit, q̄a terrena sapiūt, non diuina. [Elanguit oleum] i. opera misericordiæ defecerunt in istis. Qui em sibi nequam est, cui bonus erit? Et oēs quæ sua sunt quærunt, non quæ alioz. [Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores sup frumēto & hordeo] i. boni prælati, doctores & prædicatores, qui fidelium corda vomere prædicationis colunt, purgant, foecundant, de spiritali sterilitate atq; ruina populi dolent & erubescunt, quia non avertit populus fructus virtutum, quæ per frumentum & hordeum designant. Vnde & Esdras ait: Dñe Deus, confundor & erubescor lauare faciē meam ante conspectū tuū, qm iniquitates nostræ multiplicatæ sunt, & peccata nostra creuerunt vsq; ad cælū. Populus aut fidelis, vocatur & ager & vinea Dei, dicente 1. Corinth. 3. Paulo: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Frequenter vero boni pastores formidāt, ne ex eorum negligentia ac insufficientia accidat imperfectio subditoz, ideo intra se confundunt, mallentq; subesse q̄ præesse. [Malogranatum & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt.] Homines nominibus arborum designantur. Istud ergo contingit, dū hoies diuersarum gratiarū generibus adornati, in vitia collabuntur, & infructuosas arboribus simulantur, arentes, quia non habent humorem influentiæ spiritus sancti. Porro per malogranatum (quæ est arbor medicinalis, habens poma ad edendum amara & granis repleta) figurantur personæ ad aliorum instructionem idoneæ, habentes verba districtæ correctionis, quibus animæ læsiones sanantur, & grana, i. semina verbi cælestis. Per palmam exprimentur, qui diu floruerunt in gratia, tam æstate prosperitatis q̄ hyeme aduersitatis. Tales aut aliquando cadunt, que madmodum Augustinus perhibet, se vidisse cedros Libani cadere. Nemo enim securus est, dicente Apostolo: Qui stat, videat ne cadat. & quo ascendit scensus sublimior, eo casus nocentior. [qm confusum est gaudium] spiritale. [& filijs hoim,] qui cum sint carnales, potius filij hoim q̄ Dei vocantur, quemadmodū testat Paulus 1. Co. 3.

Iacobi 1.
Matt. 13.
1. Pet. 5.
Galat. 3.
* tuæ
Psal. 48.
1. Esd. 9.
1. Co. 10.

Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne homines estis? Accingite vos & plangite sacerdotes, cubate in sacco. Hoc facere habent sacerdotes, praelati solliciti, dum grauis tribulatio imminet: immo quo gregem sibi commissum conspexerint ab inuisibilibus aut visibilibus aduersarijs periculosius impeti, eo amplius humiliare se debent coram Deo, abstinendo, orando, prosternendo, ac diuersis modis diuinam clementiam inuocando, vt tanto benignius adit, quanto maior est indigentia. Et clamate ad dominum, a, a, a diei, quia prope est dies domini. Hoc de die mortis atq; iudicij accipi potest, ad quem debet se quilibet cum magna sollicitudine praeprare. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt, de domo Dei * vestri letitia & exultatio? Vnde mus ad oculum, quomodo nunc a multis deficit panis animae, panis videlicet bonae operationis & gratiae, a quibus spiritale gaudium tollitur, quoniam non in domino, sed in rebus inanibus gloriantur. Computruerunt iumenta in stercore suo. Hoc spiritualiter expositum est praecedenti articulo, & maxime competit ijs, qui non ex sola passione vel infirmitate, sed ex habitu malo atq; proposito delectantur in immunditijs vitiorum suorum, qui sordet in peccatorum squalore, quos profundum absorbit, & latantur cum impie fecerint. Hi sunt tanquam sus lota in volutabro latu. Stercora sunt turpitudines vitiorum, flores autem decor & splendor virtutis. Quid ingemuit animal? Sic multi fidelium gemunt, quia non est pascua eis. spiritualis consolatio, copia gratiae, optata perfectio. Qui enim zelum iustitiae habet, & quotidie proficere cupiunt, dominumq; in omnibus honorare nituntur, frequenter intra se affliguntur & gemunt, quod tot imperfectiones & euagationes miscerent eorum bonis operibus, quod Deo tam feruide ac reuerenter non obsequuntur vt cupiunt, quod optatam virtutum celsitudinem non adipiscuntur, estq; afflictio ista & gemitus mirabiliter meritorius ac peccati consumptiuus. Ad te domine clamabo, dolens & orans pro populo tuo, quia ignis concupiscentiae seu diabolicae tentationis, comedit speciosa. interiore ornatum ac venustatem defert. Id est, cordis humani seu populi Christiani a te relictis, in quo aliquando fuit pulchritudo virtutum, scientiae claritas, gratiae splendor, donorum venustas. Nunc autem in eo, postquam dedit locum diabolo, succubuitq; peccato, deordinata ac deformata sunt omnia, ita quod insunt strepitus passionum, peccatorum tumultus, vultusq; animae a creatore auersus, ad vilia miserabiliter est conuersus. Talis anima similis est domui, in qua nihil suo loco repositum est, nihil ordinate dispositum, sed cuncta subuersa, hinc inde iactata, in qua insuper est foetor atq; tristissimus color. Et sicut in huiusmodi domo nullus consistere delectatur, sic in anima tali Deus habitare penitus detestatur. Et flamma irae, indignationis, furoris, concupiscentiae, cupiditatis, succendit omnia ligna regionis. vniuersos habitantes in seculo. Non vniuersos simpliciter, sed tam multos, quod alij respectu eorum perpauca sunt. Iam enim conspicimus, quod pauci his passionibus dominantur. sed & bestiae agri. homines, qui tanquam iumenta vtilia super sese portant onus & iugum Christi, & dicere possunt, Vt iumentum factus sum apud te. quasi area sitiens imbrem. cum ingenti affectu, suspexerunt ad te, iam te illuminari, consolari ac perfici desiderantes. quoniam exiccatis sunt fontes aquarum. id est, sancti doctores ac praedicatores iam defecerunt ex magna parte, qui tanquam fontes aquae sapientiae salutaris, olim impleuerunt audientium corda. Nunc autem & si sunt qui audire verbum salutis desiderant, defunt qui efficaciter dicant. Porro sapientes & virtuosae personae sunt tanquam fontes aquarum, de quarum plenitudine alij debent haurire fluentia scientiae, accedendo ad eos, vt doceantur, aedificentur, & dirigantur. Tales fontes fuerunt apostoli, de quibus cantatur: In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel. De quibus & accipi potest illud Esai. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

*nostri

Apo. 22. Psal. 68. Pror. 1. Pror. 6. 2. Pet. 2.

Ephe. 4.

Psal. 71.

Ecci 15.

Psal. 67.

Explanatio literalis Cap. II. Canite tuba in Sion. Artic. III.

Hoc loco describit propheta apertius captiuitatem regni Iudae, de quo coepit praecedenti capitulo vaticinari. Canite tuba. i. sonora altaq; voce praedicate, quae subduntur. in Sion. i. in Hierusalem vel in templo. Templum enim & ciuitas ex vna parte fundata erat in monte Sion. Ideo Sion quandoq; significat urbem, interdum templum, aliquando ipsum montem. vlulate. o vos sacerdotes ac caeteri, in monte sancto meo id est, praedictio monte Sion, electio ad hoc, vt in ipso templo construeretur. Conturbentur id est, paeuant atq; poeniteant omnes habitatores terrae Iudae, de qua iam sermo. quia venit dies domini id est, dies in quo dominus vindicabit peccata Iudae, sicut diu praefatus comminatusq; est. quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbis id est, dies plena miseria, propter quod tot nominibus terribilium rerum exprimitur. In die etenim hoc erant tenebrae interiores in cordibus Iudaeorum, & caligo tribulationis seu aduersitatis forinsecus, in locis quoq; caliginosis se absconderunt. Fuit quoq; tunc nubes, i. interpositio inter Deum & eos, ita quod non protegebantur ab eo, nec exaudiebantur, de qua Hier. ait in Thren. 3. Thren. Opposui tibi nubem ne transeat oratio. Fuit etiam tunc turbo tempestatis interioris &

Thren. 3

exte.

exterioris, omnem auferens quietem, tranquillitatem & pacem. Vnde Hier. 23. legitur Ecce turbo dominicae indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet, Non reuertet furor dñi, vsq; dum faciat. Loquit autem Hierem. ad literam de eodem, de quo & Iohel nunc fatetur. Quasi mane expansum super montes. quemadmodum aurora cum tetigerit cacumen montis, statim super totam terram diffunditur. populus multus & fortis. sic veniet super Iudaeam vniuersam festinantissime exercitus aduersariorum magnus atq; robustus. Videtur autem praecipue loqui de Babylonijs seu Chaldaeis, secundum Hieronymum, quauis intelligi possit de quolibet 4. populorum dictorum, qui successiue vastabant Iudaeos, videlicet Assyriorum, Chaldaeorum, Graecorum & Romanorum. Similis ei non fuit a principio, & post eum non erit vsq; in annos generationis & generationis. Secundo hoc apparet, quod propheta non loquitur nisi de vno speciali populo. Ad quod aliqui dicunt, quod quilibet praedictorum populorum, quo ad aliquid, excessit, puta Assyrij in cupiditate, Chaldaei in ferocitate, Graeci in dolositate, Romani in potestate. Sic nanque de multis sanctorum canitur Non est inuentus similis illi. Sed sequendo Hieronymum & glossam, iste est sensus: Similis in potestate ac feritate ei, i. populo Chaldaeorum venientium contra Hierusalem, non fuit a principio, quo reges esse ceperunt in terra. Omnia enim regna vicerunt. & post eum i. post Chaldaeos, non erit gens similis eis vsq; in annos generationis. vsq; ad tempus Alexandri Magni exclusiue, qui in tota Graecia imperauit, eratq; ipso Nabuchodonosor maior atq; potentior. & generationis i. vsq; ad imperium Romanorum, quorum regnum dicitur ferreum a Daniele, eo quod omnia regna domuerint, sicut ferreum omnia domat. Ante faciem eius ignis vorans i. Chaldaei in suo accessu loca quae poterant, incenderunt in terra Iudae, villas & viculos, & post eum exurens flamma i. adepto triumpho, dum ciuitates egredi ceperunt, templum, Hierusalem, ac caeteras vrbes Iudae combusserunt, vt patet 4. libro Reg. & Hier. 12. Quasi hortus voluptatis i. sicut paradisus plenus est omni amoenitate, sic terra coram eo i. sic Iudaea plena fuit diuitijs, pulchra ac deliciosa, antequam Chaldaei eam ingressi sunt. & post eum i. abeunte Chaldaeorum exercitu, solitudo deserti i. terra ista ita vastata manebit & spoliata, quod solitudini similis erit. Vnde per Hieremiam dixerat dñs: In solitudinem redigam locum istum. Neq; est qui effugiat eum. Hoc dicitur propter paucitatem Iudaeorum euadentium manus Chaldaeorum. Aliqui tamen euaserunt, videlicet Iohanna filius Caree cum alijs, de quib; Hier. 43. habetur. Sedechias autem cum principibus fugiens, comprehensus est a Chaldaeis. Quasi aspectus equorum aspectus eorum i. Chaldaeorum exercitus solo visu horribilis erit. & quasi equites, sic current, ita quod velocissimi erunt ac agiles, sicq; Iudaei fugere non valebunt. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient. cum grandi strepitu venient, cum fragore armorum, cum impetu exercituum, cum gressu celerissimo auditate vastandi Iudaeos. Venient quoq; sicut sonitus flammae ignis deuorantis stipulam. omnia destruet, sicut flama, quae ignis est, deuorat stipulam. Velut populus fortis praeparatus ad praelium. bene armatus & conuenienter dispositus. Hae dicitio velut, dicit hic veritatem, non similitudinem tantum. A facie eius cruciabitur populus. Iudaei visis eis, in magno erunt timore ac desolatione. oes vultus redigentur in ollam. i. ollae igni appositae similes erunt. Quemadmodum enim huiusmodi olla fuligine atq; nigredine maculatur, sic facies Iudaeorum praetimore & lachrymis quasi combusti parebunt, iuxta illud Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Hoc quoq; accidere potuit ex fumositate ignium, quos in vrbebus Iudaeorum succenderunt Chaldaei. Vnde LXX. translulerunt, Omnes vultus sicut adustio ollae. Sicut fortes currerent, quasi viri bellatores ascendent mure. In locis facilibus im morandum non arbitror. Istud autem ex praehabitis clarum est, quod Chaldaei per terram Iudaeae velocissime cucurrerunt, & murum Hierusalem caeterarumq; vrbeum muros viriliter ascenderunt. Viri in vjs suis gradientur. Chaldaei ordinate procedent ad praelium, non nimis compresse, ne se inuicem impediunt, nec nimis separate, ne aduersarij inter ipsos subintrent. & non declinabunt a semitis suis. iam tam ordinato progressu, nec fugient, sed vnusquisq; locum vel hostem sibi occurrentem inuadet. Vnusquisq; fratrem suum non coarctabit. nullus de exercitu Chaldaeorum, proximum suum Chaldaeam per nimiam appropinquationem premet. singuli in calle suo ambulabunt, non declinando a semitis suis, vt dictum est. Sed & per fenestras cadent. Chaldaei ostijs obferatis irruent per fenestras praenimio desiderio occidendi Iudaeos. & non demolientur. ex casu tali non conterentur neq; cadentur, tanquam bene armati, vel circa talem modum cadendi experti. Vrbem Hierusalem ingredientur, in muro ieiunant, & considerando ciuitatem, domos Iudaeorum ascendent. cum scalis vel similibus machinis, per fenestras intrabunt quasi fur. improiise & subito. A facie eius i. ex praesentia Chaldaeorum contremuit terra id est, plebs Iudaeam inhabitans, timore concussa est. Vel sensus est, quod praet multitudine exercitus Chaldaeorum, terra in qua in-

Ecci 44.

Dani. 2.

4. Re. 25.

Gene. 1.

Thren. 1

Hier. 22.

25. & 51.

4. Re. 25.

2. Par. 36

H 3 cede

cedebant, tremere videbatur, [moti sunt celi] i. Iudæis in tribulatione positus, immutati à solito influxu, cursu vel statu videbant. Patientibus quippe aduersa præ terroris magnitudine celum ruere, & terra fluctuare videtur. Vnde & dñs comminatur se daturū peruersis celum desuper æneum, & terrā ferream. Vel, moti sunt celi, i. ciues cælestes, sangelii, hoim custodes, qui moti dicuntur, qm̄ circa hoim punitionem inter se pugnare & sibi inuicem resistere dicuntur, proponendo diuino cōspectui causas singulorū, prout Daniel pleni⁹ dicit, qd̄ tñ sit sine discordia, secundū Gregoriū, qui pugna hanc exponit de angelis sanctis. Vel moti sunt cōpassione, nō q̄ cōpassionis affectus sit vere in eis, cū sint impassibiles, sed per modum compatiens se habent, succurrēdo afflictis. [Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorē suum.] Quemadmodum Deut. 4. Moses scripsit, luminaria celi condidit Deus in ministerium cunctis gentibus. Idcirco dum hoies in maximam deuoluantur calamitatem, cladē, pressurā, dicuntur contenebrari, mœrere & immutari. Vnde cum dñs in Ezech. prædixisset deiectionem Pharaonis, adiecit: Operiā cælos sacco, cū extinctus fueris, & mœrere super te faciā luminaria celi. Simili modo in Esaia descripta Babylonis punitione, adiectum est: Stellæ celi & splendor earū non expandent lumen suū, obscuratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Hæc nēpe est consuetudo prophetalis eloqui. Cōmuniter quoq̄ tēpus aduersitatis, vocamus tenebrosū & nubilū. Verū, vt tangit glossa, per solē intelligi potest rex Iuda, à Chaldæis deuictus, præcipue Sedechias: per lunā, reginat per stellas, principes regis, qui cū à Chaldæis cōprehenderētur, in tenebras, hoc est, in magnam infortuniorū caliginem versi sunt. [Et dñs dedit vocē suā ante faciem exercitus sui] i. exercitui Chaldæorū, qui dicit exercitus Dei, tanq̄ diuinæ executor iustitiæ, dedit Deus virtutem terrendi Iudæos & potenter vociferandi contra oēs, ita q̄ clamor & fama præcedens omnes perterrituit, cōueniretq̄ Iudæis, qd̄ ab Esaia de alijs dicit: Torsiones & dolores tenebunt quasi parturientis, & cor omne tabescet, [quia multa sunt nimis castra eius] i. exercitus Chaldæorum (qui dicuntur castra vel exercitus Dei, quia diuina voluntate contra Iudæos venerunt) sunt valde copiosi numero & virtute. Propter qd̄ subditur: [ga fortia & faciētia verbū eius] i. prophetica annūciationem implentes, qua Deus per prophetas annūciavit captiuitatem Iudæorū à Chaldæis. Hanc em̄ multi propheta præfati sunt, maxime Hieremias. Vel faciētia verbum eius, i. verbo interioris inspirationis cōsentientes, quo inspiratū fuerat eis contra Iudæos venire. Hinc enim in Hieremia Deus nominat Nabuchodonosor seruum suum. [Magnus enim dies domini, & terribilis valde] id est, dies quo Deus per Chaldæos puniet regnum Iuda, erit magnus, i. districtæ atq̄ iustissimæ ultionis & terribilis his, qui in eo horrenda patientur tormenta. Dicitur enim dies magnus, propter magna quæ in eo fiunt, aut facta cōmemorantur. Et generaliter tempus accipit denominationem ab his, quæ in eo geruntur. Hinc enim dies mali dicuntur. Et Matth. 6. Sufficit diei malitia sua. Et Michæas dicit: Non ambulabitis superbi, qm̄ tempus pessimum est. Nihilominus dicit Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile. Et tempore nihil preciosius fertur. [Et quis sustinebit eum?] i. quis Iudæorum poterit tam dira ferre supplicia, aut manus euadere Chaldæorum? De hoc etenim terribili die dominus dixit Ezechiel. 22. Conflabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, sicut conflatur argentum in medio fornacis.

¶ Hucusq̄ posita est comminatio Dei, & instantis persecutionis prophetalis prænūciatio. Consequenter inducitur ad pœnitentiam admonitio salutaris. [Nunc ergo dicit dominus] i. prædicta cōminatus est dñs mala per me, vt faciatis quæ sequuntur, & euadatis atq̄ saluemini. [Cōuertimini ad me] cōuersione perfecta & integra, vt pote [in toto corde vestro] i. intellectu & voluntate, per fidem, charitatem & opera, ne vobis conueniat quod de reprobis dictum est Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Cor autem hoc loco pro anima (cuius vires sunt intellectus & voluntas) vel pro superiori parte anime sumitur. Sic cōuersus fuit ad Deū Psal. qui roties profitetur: Conspice hor tibi dñe in toto corde meo. Deniq̄ oportune docentur Iudæi hoc modo conuerti ad dñm, quoniā in exterioribus obseruantijs & cærimonialibus iustificationibus superflue confidebant, quia non erant vere interni atq̄ deuoti. Propter hoc Christus in euangelio de hypocrisi maxime arguit scribas & phariseos. Et per Esaia testatus est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. [in ieiunio,] quod est actus abstinentiæ ac temperantiæ, [et fletu] pro proprijs ac alienis peccatis, qui est actus pœnitentiæ, [et planctu,] pro desiderio gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro. Vel pro liberatione ab imminente captiuitate, qui fletus causatur ex charitate. [Et scindite corda vestra,] eius lapideam duritiā abijciendo, malas cogitationes expellendo, & ad diuinæ gratiæ receptionem illud in oibus exponēdo. Porro hæc scissio præinductę totalitati, qua ad Deū cōuerti præcipimur, nō repugnat, sed præparat ad eandem, quia vrunq̄ est spiritale. Deniq̄ scissio ista aliud prorsus non est, nisi spiritalis circuncisio, ad quā Deut. 10. admonet Moses: Circūcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis

Leui. 16.

Dani. 10

Ezech. 23. Esaie 13. Ibidem.

Ibidem.

Hier. 25. & 37.

Ephes. 3. Mich. 2. 2. Cor. 6.

Psal. 9. & 85. Matt. 23. Lucæ 6. Esaie 26.

amplius. Vnde de Iudæis ita non scissis in corde, scriptum est apud Hieremias: Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircuncisus est corde. Hæc itaq̄ scissio, est peccatorum & passionum eiectio. [Et non vestimenta vestra.] Solebant Iudæi vestes lacerare, dum blasphemiam audierunt, vel grauem inciderunt mœrorem seu aduersitatem. Vnde & audita Christi responsione, Caiphas scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemaui. Iubentur ergo Iudæi corda magis quam indumenta scindere, & in interioribus potius quam in exterioribus perfectionem ac pœnitentiæ veritatem reponere. Non tamen (vt arbitror) absolute prohibetur scissio vestium in casibus præinductis, cum fuerit consuetudo laudabilis, dum conuenienter circumstantionata extiterat. Hinc enim Paulus & Barnabas vestimenta sua scidisse scribuntur, dum idolorum sacerdos voluit eis sacrificare. Aliqui autem dicunt, quod Iudæi habuerunt vanitatem quandam, quam & Christiani plurimi habent, in corporali vestium fracturatione seu scissione, & dicunt hoc eis prohiberi verbis præhabitis. [Et conuertimini ad dominum Deum vestrum.] In quo tota salus vestra consistit, à quo peccando auersi, elongati, & abalienati fuistis. Non enim nisi ad Deum verum debet nostra finalis esse conuersio, iuxta illud Hieremiæ 4. Si reuerteris Israel, ad me conuertere. [quia benignus] in seipso, id est, naturaliter bonus & pius. Propter quod dicit Psalmista: Laudate dominū, quia bonus dominus: psallite nomini eius, quoniam suauis, [et misericors est] per effectum, id est, clemens in ignoscendo, auxiliando, saluando. Misericors dicitur quasi cor miserum habens, in quantum miseriam alterius quasi propriam accipit. Sic autem Deus non appellatur misericors, sed per similitudinem operis & bonitatis charitatisq̄ effectum, in quantum aliorum miseriam reuelat, quasi esset ipse. [patiens] nō statim vlciscendo, sed impiorum conuersionem ac pœnitentiam longanimiter prætolando. Propter quod Ecclesiastic. 5. habetur: Altissimus est patiens redditor. Atq̄ Psalmo 7. Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Si autem patiens dicat à patientia, quæ est virtus moralis, passionem tristiæ frenans ac moderans, sic Deus non est patiens, nisi eo modo quo fertur misericors & iratus, vel etiam contristatus, cum dicat Apostolus: Nolite contristare spiritum sanctum Dei. Et in Genesi dicitur: Tactus dolore cordis intrinsecus. [et multę misericordię] propter diuersitatem effectuum diuinę clementię. Quauis enim misericordia Dei in se vna simplexq̄ consistat, nihilominus multa vocat propter diuersos effectus. Mille etenim modis nouit Deus suis succurrere. Propter quod orat Psal. Secundū multitudinem miserationum tuarum respice in me. Rursusq̄ ait: Misericordias domini in æternum cantrabo, [et præstabilis super malitiā] id est, indulgentiam præstans post conuersionem de malo pœniæ, quod fuerat comminatus, ita quod non infert malum pœniæ veraciter. Sumitur enim hoc loco, secundum Hieronymum, malitia pro tormento, de quo loquit Amos: Si erit malū in ciuitate, quod dñs non fecit: Hinc apud Hieremiā loquit Deus: Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, qd̄ locutus sum aduersus eā, agā & ego pœnitentiam sup malo, qd̄ cogitavi, vt facerem ei. His verbis magnifice commendat nobis super ineffabilis misericordia Dei, ita vt maximam Deo iniuriam faciat, atq̄ in spiritū sanctū peccet, q̄ desperat. Hinc quoq̄ habet psal. 83. Et tu domine Deus miserator & misericors, patiens & multę misericordię & verax. Itemq̄ in Exodo: Dominator dñe misericors & clemens, patiens & multę misericordię, & verax, q̄ custodis misericordiā in millia, q̄ aufers iniquitatē & scelera atq̄ peccata. [Quis scit, si conuertat & ignoscat] Deus? Verba ista dupliciter accipi possunt. Primo, p̄ modū perterritiōis, tanq̄ dicat ppheta: Multa iam dixi de misericordia Dei, sed sententiā repeto, nec debetis presumere vel peccare in spe, aut fieri negligētes, q̄ em̄ scit, i. impossibile vel difficile est scire, an Deus ab ira sua & comminatione conuertat ad indulgēdū, quoniam in aliquib⁹ suis sententijs inflexibilis inuenit implacabilisq̄ quibusdam, sicut ad Hieremiā testat de obduratis Iudæis: Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populū istum. Et Salomon: Quem ille, inquit, despexerit, nemo corrigere potest. Veruntamen dubium nō est, quin his qui toto corde conuertuntur ad Deum, ignoscat. Secundo legunt hæc verba per modum consolationis & prouocationis ad pœnitentiam, quasi dicat sanctus Iohel: Quauis iam multa pdixi (ō Iudæi) de vestra mox futura captiuitate, nihilominus pœnitentiam agite, & nolite diffidere. quis enim scit, si conuertatur à rigore iustitiæ ad lenitatem clementiæ, & ignoscat vobis Deus? [et relinquat post se benedictionem] id est, post visitationem & castigationem parcat, gratiamq̄ infundat, & beneficia sua multiplicet, tanquam diceret: Prophetica prænūciatio aliquando pertinet ad prophetiam prædestinationis, q̄ semper impletur, ita q̄ in illa Deus nequamquam conuertit. Quandoq̄ autē ad prophetiā cōminatiōis, quæ sæpe per preces vel pœnitentiam impeditur, sicut de morte Ezechiæ, subuersiōisq̄ Niniuæ, sic in proposito dubium est, an prophetica reuelatio mihi de vestra captiuitate facta, sit prædestinationis vel comminationis vaticinium, & hoc certo sciri non potest, nisi Deus reuelet. Dicunt quoq̄ nonnulli, q̄ Iohel nesciuit ad quod genus prophetiæ pertineret

Hier. 9.

Matt. 26

Acto. 14.

Psal. 134.

Ephes. 4. Gene. 6.

2. Pet. 2. Psal. 68. Psal. 88.

Amos 3. Hier. 18.

Exo. 34.

Hier. 19. Ecces. 7.

4. Re. 20. Esa. 38. Ion. 3.

vaticinatio sua, de præinductis punitionibus Iudæorū. Hoc tamen non arbitror certū. quā-
 nis em̄ dicat, q̄s scit si conuertat &c. non excludit seipsum, sed innuit, q̄ impossibile vel diffi-
 cile sit hoc sciri, & paucis admodum vel nemini constet. Veruntamen certum est, q̄ spiritus
 sanctus q̄ secundum beneplacitum suum tangit animas prophetarū, eas clarius seu obscuri-
 us illustrando, interdum sic futura reuelat prophetis, q̄ licet sciant talia sibi diuinitus reue-
 lata, ignorant tamen, vtrum ad prædestinationis vel comminationis pertineant pphetiam,
 vt constat in Iona, qui sciuit sibi à Deo prædictum de Niniū subuersione, sed ignorauit an
 hoc infallibiliter impleret, vel p̄ illorū pœnitentiā impediret. Hæc verba Iohelis dixit etiam
 rex Niniū: Quis, inq̄, scit si conuertat & ignoscat Deus, & reuertat à furore iræ suæ, & nō
 peribimus? Dicitur autem Deus conuerti, non q̄ varietur in se, sed q̄niam aliter & aliter se
 habet ad nos. Iuxta quod scriptū est Psal. 84. Deus, tu cōuersus viuificabis nos. [Sacrificium]
 id est, oblatio de solidis, [libamen] id est, oblatio de liquidis, vt dictum est plenius. [domi-
 no Deo nostro] offerantur pro venia impetranda. Consequenter dominus præcipit pro-
 phetis, sacerdotibus, siue doctoribus synagogarū. [Canite tuba in Sion] quod in principio ex-
 positum fuit. [sanctificate ieiunium] id est, abstinentiam corporalem adornate per absti-
 nentiam à peccatis. [vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam] id est, col-
 lectionem fidelium ad cordis puritatem disponite, vel sceleratos à synagoga excludite. [co-
 adunate senes, congregate paruulos, & surgentes vbera] id est, omnem prorsus differenti-
 am plebis colligite, vt pariter inuocent dominum, sicq̄ multitudinis oratio celeriter fortia-
 tur effectum. Infantes quoq̄ adducantur, vt cum parentibus domino præsentari tempore
 necessitatis atq̄ angustiarū, oculos diuinæ pietatis ad misericordiam prouocent. Hoc Iudæi
 facere consueuerūt, vt patet 2. Paralip. 19. [Egrediatur sp̄sus de cubili suo, & sponsa de tha-
 lamo suo] id est, etiam nouiter copulati, carnali amplexu suspenso, ad communem oratio-
 nis confluant locum, vt in tanto periculo precibus vacent, non voluptati. [Inter vestibulum
 & altare plorabunt sacerdotes.] Secundum glossam, duplex fuit altare. Vnum in tem-
 plo, quod vocabatur altare incensū. Aliud in porticu ante fores templi, quod dicebatur al-
 tare holocaustorum. Itaq̄ sensus est: Inter vestibulum & altare, id est, in spatio existenti in-
 ter altare incensū & altare holocaustorum, plorabunt sacerdotes pro suis ac populi culpis.
 Ipsi enim debebant portare peccata populi Israel, & gratiam impetrare subiectis, cum fue-
 rint mediū inter Deum & plebem. [ministri domini] quia ad cultum templi & altaris singu-
 lariter electi ac deputati, vt dictum est clarius, [et dicent: Parce domine, parce populo tuo]
 id est, Iudæis à pœnis debitis propicietis. Repetitio domini, seriositatis & magnæ affectio-
 nis indicium est. Parce ergo o domine, malum culpæ clementer delendo; parce, mala pœ-
 næ tollendo. [et ne des hereditatem tuam] id est, populum Iudæorum, de quo per Esaiam
 loquutus es, Hæreditas mea Israel; & Psalm. Saluum fac populum tuum domine, & be-
 nedic hæreditati tuæ. [in opprobrium] id est, in confusibilem subiectionem, [vt dominen-
 tur eis nationes] puta Chaldæi, seu aliæ gentes. Vnde & Hieremias orat Thren. 5. Ne nos
 des in opprobrium propter nomen tuum, neq̄ facias nobis contumeliam. Vile enim atq̄
 probrosum est fidelibus, infidelibus tradi ac subijci. Deinde ait: [Quare dicunt in populis]
 id est, cur nationes dicunt de Iudæis, [vbi est Deus eorum?] quasi dicant: Non potest eos
 defendere. Sic enim dixerunt gentiles præuolentes Iudæis, Deum verum blasphemando,
 & populum eius subsannando, quod frustra coleret Deum suum; & quia hoc cedit ad in-
 honorationem & iniuriam Dei, Moses & alij prophetæ frequenter deprecati sunt Deum, vt
 gratiam populo suo impenderet, ne talia verba dicerentur à gentibus. Propter quod orat
 Psalm. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua
 & veritate tua, ne forte dicant in gentibus: Vbi est Deus eorum? Et Esa. 48. dominus asse-
 rit: Propter me ego faciam, vt non blasphemem. Vnde iam subditur: [Zelatus est dominus
 terram suam.] id est, populum suū afflictū & pœnitentem dilexit, [et pepercit pp̄o suo] ne
 abundantiori tristitia absorberet. Propterea modo subiungit consolatio populis [Et respon-
 dit dñs] vel per pphetas loquendo, vel operib⁹ ppli pœnitentis vicē reddendo: q̄d est respō-
 dere non ad verba, sed facta estq̄ reale responsum. Secūdū quem modū dicit De⁹ sape in scri-
 pturis hoibus respondisse, q̄ndo videlicet iuxta exigentiam actū humanorū proportiona-
 biliter reddit seu facit. Sic & Esaias 49. profatus: Peccata nōstra responderūt nobis. [Et dixit
 dñs pp̄o suo] promittens eis bona post exercitationē in malo. Ecce ego mittam vobis frum-
 entū & vinū & oleū. terra fertilis erit, & omnia victui necessaria gignent in ea abundan-
 ter. [et replebimini in eis]. vsq̄ ad sufficientiā eis vescemini. Hoc factū est sub Ezechia, con-
 tritis ab angelo Assyrijs in terra Iuda. Alij dicunt, istud impletū post famem, quæ fuit tēpore
 Heliz & Achab, vel eam quæ erat sub Helisæo & Ioram rege Israel. Deniq̄ de fertilitate illa
 sub Ezechia, in Esaias clarissime legit: Misit quoq̄ dñs populo Iudæ frumentū, vinū & ole-
 um, q̄m Assyrijs interfectis, victualia q̄ secū attulerāt, manserūt Iudæis, sicut & cetera spolia,
 [et non

[et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus]. infidelium potestati ac seruituti vltra nō
 tradam vos. Quod intelligi potest dupliciter: Primo conditionaliter, vt pote si in Dei serui-
 tio fideliter steterint. Sic enim diuinæ promissiones factæ regib⁹ & populo veteris testamē-
 ti cōmuniter intelligunt. Secūdo, q̄ dictio vltra, non dicit perpetuitatē, sed notabilem dura-
 tionem, quemadmodū in Esaias habet: Non leuabit gens vltra gladiū contra gētem, nec ex-
 ercebunt vltra ad præliū. Et 4. Regum 6. narrat, q̄ Syri non apposuerūt vltra venire in ter-
 ram Israel, postq̄ Helisæus duxit eos q̄dam cæcitate percussos ad regē Israel in Samaria: & ta-
 men illic mox subdit, q̄ rex Syriæ cōgregato exercitu, ingressus est terram Israel. [Et eum q̄
 ab aquilone est] i. regem ac pplm Assyriorū habitantem in partibus Aquilonis, [procul faci-
 am à vobis] q̄ videlicet angelus dñi vna nocte percussit in castris Assyriorū centū octogin-
 taquinq̄ millia. [et expellam eum in terrā inuiā & desertā] Rex em̄ Assyriorū percussus nō
 fuit plaga illa, sed cum paucis fugit, & p̄ deserta loca in propria redijt cōfusus, pauensq̄. [fa-
 ciem eius contra mare orientale] i. primam partē exercitus Assyriorū respicientem ad mare
 orientale, [extremū eius] i. vltimam partem sui exercitus respicientem [ad mare nouissimū]
 expellam à vobis, totum pene exercitum per angelum occidendo. Mare enim orientale nūc
 dicitur, quod vergit ad orientem, vbi olim erant Sodoma & Gomorra, Adama & Sebo-
 im, nuncq̄ vocatur mare mortuum, q̄niam nullum animal manet viuū in eo. Mare vero
 occidentale appellatur, quod est ad occidentem, & ducit in Aegyptum, in cui⁹ littore Afca-
 lon, Azotus, Gaza, Ioppe, Cæsarea sunt &c. [Et ascendet fœtor eius, & ascendet putredo
 eius] Hoc non videtur ad literam accipi posse de Assyrijs ab angelo interfectis, quia illorum
 corpora in cinerem sunt redacta, & igne consumpta. Vnde Glossa dicit hoc mystice intelli-
 gendum. Hieronymus vero dicit, q̄ Propheta sic loquitur, quoniam seruat meraphoram
 de locustis cœptam, quæ cadauera magnum causant fœtorem in aere. Videtur quoq̄ de
 rege Assyriorū literaliter dictum atq̄ implerum, q̄ à proprijs filijs ignominiose occisus, in fœ-
 torem & putredinem versus est. [quia superbe egit] contra Iudæes, vt patet 4. Regum 18.
 Maximas enim blasphemias scripsit ad Ezechiam: Non te, inquit, decipiat Deus tuus, q̄
 non poterit te saluare de manu hac. Vnde apud Esaiam dominus ait ad eum: Cum fureres
 contra me, superbia tua ascendit in aures meas. Ex quo patet, stultam esse expositionē eorū,
 qui ista de locustis exponunt, & argumenta eorū ex nunc dictis soluta sunt. Non enim cum
 alicuius populi pœna describitur, necesse est omnia ad singulos pertinere, sed frequenter
 transit scriptura de parte ad totum, & e conuerso. ¶ Consequenter inducitur beneficiorum
 promissio, & consolatio Iudæorum. Promittitq̄ dominus bona præinductis malis pœnali-
 bus directe contraria. [Noli timere] timore mundano, carnali, & inordinato, nimis metuē-
 do de futura caristia, sterilitate, pressura. [terra] id est, plebs Iudaica habitans in Iudæa,
 [quoniam magnificauit domin⁹] i. magnifice prænunciauit & egit, [vt faceret] id est, abun-
 dantiā victualium tribueret vobis, sicut spondit. [Nolite timere animalia regionis] id
 est, iumenta & bestia syluestres in regno manentes. [quia germinauerunt] id est, fructum fe-
 cerunt [speciosa deserti] id est, campi spatiosi, & arbores in desertis plantatæ. Ideo subditur
 [quia lignum attulit fructum suum] id est, arbores fructuosæ fuerūt. [sicus & vinea dederūt
 virtutem suam] i. fecunditatem & largitatem ostenderunt, præbendo hoibus vuas & ficus.
 Sumit aut̄ hoc loco ficus pro arbore, puta ficulnea. Deniq̄ propheta loquebat de futura fer-
 tilitate & abundantia terræ per modū præteriti. Alloquit̄ quoq̄ irrationalia animalia, nō
 q̄ putauerit ea suam intelligere vocem, vel q̄ haberent timorem proprie dictum de futura
 sterilitate ac fame, cū nō præconciant talia, nisi forte naturali quodam instinctu: sed allo-
 quitur talia, vt hoies ad intelligentiam aduertentiamq̄ inducat, quemadmodū quotidie p̄-
 uocamus vnuerba creata ad laudem benedictionemq̄ Dei, dicendo: Benedicite omnia opes
 ra dñi dño. Benedicite bestiæ & pecora domino. Laudate dñm de terra dracones &c. [Et fi-
 lia Sion] i. habitatores Hierusalem, oisq̄ popule Iudæorū, q̄ frequenter per Sion signifi-
 catur. [exultate & lætamini in dño Deo vestro] tanq̄ in obiecto, fonte, causa ac fine om̄is san-
 ctæ lætitiæ, i. in consideratione bonitatis beneficiorumq̄ eius. [quia dedit vobis doctorem
 iustitiæ] Per hunc doctore, q̄dam intelligūt ipsum prophetam Iohelē & similes sibi, quos De-
 us dedit tunc ad Iudæorū eruditionem. Potest quoq̄ referri ad Christū, de quo dictum est in
 Osee: Tempus requirendi dñm, cum venerit q̄ docebit vos iustitiam. Frequenter namq̄ pro-
 pheta loquendo de rebus sui tēporis, oculos cordis conuertit ad temp⁹ atq̄ mysteria Chri-
 sti, cuius beneficia spūalia, p̄ corporalia beneficia Iudæis ante collata, præfigurabant. Dicit hic
 q̄dam, q̄ aliqui dicūt Iohelē prophetasse tēpore Helisæi, & q̄ Hieronymus dicat eū antea
 prophetasse, videlicet tēpore Esaiæ. Verum si historia libri Regum rite p̄fēt, inuenit Esaias
 non p̄cessisse Helisæū, sed magis e contra. Helisæus em̄ defunctus est decem tribus nondum
 captis, post quarum captiuitatem diu prophetauit & vixit Esaias, vsq̄ ad tempus Manassæ,
 cœpit tamen prophetare ante decem tribuum captiuitatem, [et descendere faciet ad vos im-
 brem]

Esa. 2.

Esa. 37.
4. Re. 18.

Esa. 17.

Dani. 3.
Psal. 47.

Osee 10.

4. Re. 17.
4. Re. 22.

brem matutinum] id est, pluuiam aptam & fecundatam, cum semen in terram proiecit. [& feroninum], a p[ri]mo tempore messis, secundu[m] glossam, [sicut in principio] dedit, cu[m] non peccasset in eam filij Israel, & anteq[uam] sterilitas p[er]inducta illata est. [Et implebuntur areae], horrea [frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo] id est, in torcularibus vinum & oleum copiose excutient. [Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca] i. annos tantae fertilitatis dabo vobis, quanta fuit sterilitas anno[rum], quorum fructus & germina deuorauerunt Assyrii vel Chaldaei, p[er] locustam & bruchum significati, vel animalia illa minuta, q[uae] Assyrii vel quae bestiolae erant [fortitudo mea magna] id est, potens effectus omnipotentiae meae, quia per illos potenter & rigore vltus sum vestra peccata, & demolitus germina vestra. [quam] fortitudinem [misi in vos] puniendos per illam. [Et comedetis vescentes] fructibus terrae, [& saturabimini] id est, sufficientiam multam habebitis, [& laudabitis nomen domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum] id est, qui primo mirabiliter vos afflixit & castigauit, & nunc mirabilem copiam ree contulit, & consolatione[m] miraculosam ac maximam post vehementem tribulationem induxit, ita vt vere dicatis: Haec mutatio dexterae excelsi. Hoc totum fecerunt ac p[er]ceperunt Iudaei sub Ezechia occisis Assyrijs. [Et non confundet populus meus in aeternu[m],] dum modo in cultu meo perseuerauerit. Vel licet temporalem incurrat confusionem, illa tamen non semper durabit, sed aeternaliter saluus erit populus praedestinatus, p[en]itens, patiensq[ue] in aduersis. Quidam asserit in Hebraeo haberi, Non confundetur populus meus in seculum. Per quod non perpetuitas designatur, sed tempus vsq[ue] ad Iubileum, quauis Iubileus per modicos distet annos. Sed Hieronymi ita & Septuaginta interpretum translatio habet, in aeternu[m]. Vnde potius puto, q[uod] verbum Hebraicu[m] sit aequiuocum ad vtriu[m]q[ue]. Tales tamen promissiones intelligendae sunt conditionaliter, vel pro tempore vltra solitum magno, quemadmodum 2. Regum 7. dominus dixit per Nathan ad Dauid de filijs Israel: Habitabo cum eis, & non turbabuntur amplius, nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius. Idem quoq[ue] habetur 1. Paralip. 22. Insuper quod dictum est, Non confundet populus meus in sempiternum, intelligi potest p[ro]p[ter]cise de his qui erant sub Ezechia, de quibus propheta nunc loquitur, nec oportet eadem vniuersis posteris verificari. Ezechias autem toto tempore vitae suae post occisionem Assyriorum magnam habuit pacem. [& scietis] per harum promissionum impletionem atq[ue] effectum, seu beneficiorum meorum collationem, [quia] id est, q[uod] [in medio Israel] id est, Iudaeorum, [ego sum] p[ro] gratiam specialem tanquam in populo peculiari. Vnde per Moysen dominus ait frequenter: Ego sum qui habito in medio filio[rum] Israel. [Et ego dominus Deus vester] per singularem prouidentiam, q[uod] vos gubernat, & de necessarijs ad salutem prouideo. [& non est amplius, & non confundetur populus meus in aeternu[m],] i. ab hostibus non vincet, nec contumelijs afficiet, secundum sensum iam tactu[m]. Postremo, in scripturis veteris testamenti vbertim promittit Deus Iudaeis sua praeccepta seruanti[bus] temporalium copiam ree. Sed cu[m] temporalia bona seu corporales diuitiae non sit dignu[m] atq[ue] efficiens p[ri]miu[m] actuum virtuosorum, (qui cu[m] ex charitate p[ro]cedat, meritorij sunt vitae aeternae) innotescit, q[uod] sub tali promissione implicite intelligat promissio remunerationis, quantum ad sp[irit]ualia bona, quae sunt dona gratiae in praesenti, & munera gloriae in futuro. Rudi etenim populo promittenda erant temporalia bona, vt per ea ad Dei alliceret obsequium, a cuius famulatu aliter recessisset.

Expositio tropologica eiusdem cap. II.

Art. III.

Praedicatoribus, doctoribus, atq[ue] p[ro]p[ri]is ecclesiae dicis: [Canite tuba] i. voce sonora, fiduciali, affectuosa praedicate. [in Sion] i. in ecclesia, quae speculando caelestia Sion vocatur. Sion nempe speculatio interpretat[ur]. [Vlulate in monte sancto meo] i. in ecclesia militanti, q[uod] conuersionem habendo in caelis, atq[ue] angelicam vitam ducendo in terris, mons sanctus nominat[ur], de quo scriptu[m] est Esa. 2. Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei nostri. Vnde Daniel. 2. lapis sine manibus praecisus, fertur creuisse in montem magnu[m], constituendo vniuersalem ecclesiam toto orbe diffusam. Hinc ad Hebraeos 12. legistis: Accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei viuētis. In hoc igit[ur] mote vlulandu[m] est, ex consideratione defectus fidelium, in quibus p[ro]valente peccato charitas refrigerat. Iam enim status ecclesiae ad magnu[m] deuolutus est lapsus, & tantam in ea est videre miseriam in pessima conuersione multorum, vt ardens Dei zelator, fratrumq[ue] verus amator, dicere habeat cu[m] Hieremias: Deducant oculi mei lachrymas per diem & noctem, & non taceat, q[uonia]m contritione magna contrita est virgo filia populi mei. [Conturbent oēs habitatores terrae] i. hoīes vniuersi sua p[er]sando peccata, timore & tremore concutiant, & p[en]itentiam agat. Haec aut[em] conturbatio bona est, pacem carnalem, vana[m] securitatem, corporalisq[ue] delectationis tollens getem. De qua ait Psal. Anima mea turbata est valde. & Esa. Conturbatus sum, inquiens, cu[m] viderē. Sic enim turbari debemus, audiendo verba Dei increpatoria, cominatoria, aut vindicatoria, secundu[m] q[uod] Hier. 23. scribit: Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea a facie domini, & a facie verborum

Psal. 76. 4. Re. 18.

2. Par. 32

Num. 33

Matt. 24

Hier. 14.

Psal. 6. Esa. 21.

verborum sanctorum eius. [q[uonia]m] venit dies d[omi]ni. hora generalis seu particularis iudicij, quo nihil est horribilius. Hinc & Iacobus dicit: Aduentus d[omi]ni appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam assistit. [q[uonia]m] prope est dies tenebrae & caliginis, dies nubis & turbinis] tantus enim horror mortis est & viriuiq[ue] iudicij, q[uod] explicari non potest. Sed & dies domini, tanquam fur in nocte ita venit. Nubes quoq[ue] & caligo in circuitu eius, & in circuitu eius tempestas valida. [Quasi mane expansum super montes, populus multus & fortis] id est, sicut lux aurorae a cacumine montis per totam terram repente diffunditur: sic populus multus & fortis, id est, angelorum exercitus, cuius ministerio consummabitur iudicium, subito a caelo p[er] vniuersum orbem discurrat, cineres suscitandos colligendo, suscitatosq[ue] nondum glorificatos ad iudicij locu[m] portando. [similis ei non fuit a principio.] Nulla enim gens exercitus angelico potest comparari. [Ante faciem eius ignis vorans.] Ignis conflagrationis, omnia viua in terra consumpturus seu occisurus, horam iudicij & angelorum descensum quo ad praedicta opa exercenda praecedet, q[uonia]m] tamen durabit vsq[ue] ad finem iudicij. Ideo subditur: [Et post eum exurens flamma.] Ignis enim conflagrationis, durante iudicio, incendet peruersos: consummato autem iudicio, & electis ad caelum euntibus, ignis iste inuoluet damnatos, atq[ue] cum eis ingrediet infernum. Vnde habetur in Psalmo: Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, veniente angelica turba ad vastandam terram, erit ipsa terra adhuc diuitijs plena, ante quam scilicet ignis conflagrationis eruperit. Erunt q[ui]q[ue] tunc multi iusti Antichristo occiso, q[uonia]m] propter sp[irit]uales diuitias atq[ue] delicias, horto voluptatis seu paradiso comparantur. [& post eum solitudo deserti,] quia peracto iudicio, nullus remanebit habitator in terra. [neq[ue] est qui effugiat eum] id est, nullus impiorum manum angelorum euadet, sed vt ait Saluator, In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittet eos in caminum ignis. Et denuo: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Angelorum quoq[ue] aspectus & occursum, terribilis erit damnandis. Propterea subditur: [Quasi aspectus equorum, aspectus eorum] &c. velut populus fortis praeparatus ad praelium. De quo in Apocalypsi: Factum est praelium in caelo, Michael & angeli eius praehabebantur cum dracone. [A facie eius] id est, huius angelici exercitus [cruciabuntur] populi. [qui enim modo non acquiescunt inspirationibus angelorum custodum suorum, habebunt eos in die iudicij contra se in testimonium iustae damnationis & ingratitude[m] suae. Horribile quoque tunc erit, corporalibus cernere oculis acies angelorum, quia tunc visibiliter apparebunt. [Viri in vijs suis gradientur] id est, angeli qui tunc in forma virorum apparebunt, vt dicitur Actuum primo, quod duo viri steterunt iuxta illos, ordinate procedent ad prosequendu[m], quod Deus iniunxerit eis. [& non declinabunt a semitis suis] quia nec magis, nec minus acturi sunt, quam increata Dei sapientia ipsis praefixerit. Nunquam enim constitutos sibi a lege diuina terminos transgredientur, secundum diuinum & magnum Dionysium. [Sed & per fenestras cadent] Fenestrae, hominis sunt sensus, per quos spiritus boni & mali ad animam introire dicuntur, secundum quod homo sensus bene aut male custodit. Vnde Hieremias 9. Mors, inquit, intrauit per fenestras vestras. [urbem] id est, ecclesiam, [ingredientur] de qua dicitur in Psalmo: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et in Apocalypsi: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem, in muro current, id est, vbic[un]q[ue] bonos a malis segregabunt. [A facie eius contremuit terra, moti sunt caeli, sol & luna obtenebrati sunt] &c. id est, a terrore diuini iudicij, & propter ea q[uod] sicut in die nouissimo, immutanda sunt omnia ista, secundum quod Christus ait in Euangelio: Erunt signa in sole & luna & stellis, arefcientibus hominibus p[ro] timore. Nam & virtutes caelorum mouebuntur. [Et dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui] id est, angeli sancti habebunt ex diuino imperio efficaciam operandi quae dicta sunt, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Castra haec Dei, sunt sancti angeli, quos constat esse innumerabiles, & ad omne opus Deo placitum robustissimos, diuino quoq[ue] imperio ad nutum in omnibus obediētes, de quibus in Daniele legitur: Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Et in Psalmo: Benedicite domino angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. Hinc secundum principem theologorum beatissimum Dionysium, omnes angelici spiritus appellantur virtutes, tanquam potentes sine difficultate ad omnem operationem sibi conuenientem. Praeterea, q[uonia]m] angeli sancti dicantur castra Dei, constat ex eo quod scriptum est in Genesi: Abijt Iacob itinere quod coeperat, fueruntq[ue] ei obuiam angeli Dei, quos cum vidisset, dixit: Castra Dei sunt haec. De quibus & apud Iob dicitur: Nunquid est numerus militu[m] eius? Et super quem non surget lumen illius? Vnde & Deus communiter in prophetis dominus exercituum, i. caelestium agminu[m], nuncupatur. [Magnus enim dies domini] id est, dies extremi iudicij, qui magnus asserit, propter magna diuinae iustitiae opera, q[uod] sicut in eo. [& terribilis valde] iniustis,

Iacob. 5.

1. Thef. 5. Psal. 95.

Psal. 56.

Mar. 13.

Ibidem.

Apoc. 12.

Psal. 86. Apo. 21.

Luc. 21.

Dani. 7. Psal. 102.

Gene. 32.

Iob. 22.

Iustis

Luc. 21. Iustis tamen optabilis est suavisq; erit, Christo dicente: His fieri incipientibus, leuate capita vestra (id est, animas iustificare) quia appropinquabit redemptio vestra. [& quis iniustorum sustinebit eum] id est, quis poterit iniustorum tolerare calamitatem atq; horrenda huius diei supplicia? & tamen ea tolerare erit necesse. Hinc Petrus ait: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi apparebunt? In secunda quoq; Canonica sua loquitur Petrus: Adueniet dies domini tanquam fur, in quo caeli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Terra autem, & quae in ipsa sunt opera, exurentur. Cum ergo haec omnia dissoluentur, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentu diei domini nostri Iesu Christi, in quo caeli ardentis soluentur, & elementa ignis calore tabescent? Constat ergo, quam terribilis intolerabilisq; dies ista consistet. Veniet enim tempus, quale non fuit ex eo ex quo gentes esse coeperunt vsque ad tempus illud, vt legitur Dani. 11. [Nunc ergo conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu &c.] Sic & nos conuerti debemus ad dominum totis praecordijs, vniuersisq; cordis nostri medullis, vt tota nostra affectio sit fixa in Deo, eiq; cuncta interiora nostra forti vnione adhaereant: quia pro quanta parte affectio nostra in rebus creatis dispergitur, pro tanto minor est ad Deum cordis conuersio. Debemus autem conuerti in ieiunio, quo vitia comprimuntur, mens eleuatur, virtutes & praemia acquiruntur, praeterita delicta dimittuntur, futura tormenta redimuntur. Pessimum quoq; genus demoniorum, non nisi in oratione atq; ieiunio eicitur, vt ait Saluator. Porro, qd per salutare ieiunium oratio exaudiat, & sapientia vera cordi infundatur, innotescit ex eo, quod Gabriel loquutus est Danieli: Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt affligeres te in conspectu domini Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni vt docerem te. Debemus insuper conuerti in fletu ex desiderio patriae, ex displicentia propriae culpae, ex Christi compassione, ex totius mundi multiplici transgressione atq; errore. Scindere etiam corda, non vestimentis in quo vultorum stultissima vanitas increpatur, fragrantium indumenta, quod profusus ad nihil est vtile, nisi ad stultorum damnationem. [Sacrificium] laudis ac obedientiae, vel oblatio dominici corporis, [& libamen] pñ fletus, seu oblatio sanguinis Christi offerantur [domino Deo nostro. Canite tuba] euangelicae praedicationis [in Sion] id est, in ecclesia, corripiedo inquietos, consolando pusillanimes, docendoq; singulos secundum quod capere possunt, & expedit. [Vocate coetum, congregate populum &c.] id est, omne genus Christianorum, iuvenes ac virgines, senes & iuniores, colligite spiritualiter in fide & charitate, vt multitudinis credentium sit cor vnum & anima vna, & id ipsum dicant omnes, nec habeant schismata. Istud quoque sit corporaliter, quando ad festa & processiones iubentur concurrere omnes. [Congregate paruulos, & sugentes vbera] Ecclesiae, de quibus Cantic. 1. Meliora sunt vbera tua vino, id est, innocentes, pios, ac humiles coadunate sub alis vestrae protectionis, o veri pastores ac doctores, ne fallantur aut opprimantur. De talibus loquitur Petrus: Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. Et Christus: Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. [Egrediatu r sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo] quatenus iuxta Apostolum 1. Cor. 7. ex consensu ad tempus abstineant, vt vacet orationi, & qui habent vxores, sint tanquam non habentes, ne fiant sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. [Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes &c.] sic in locis materialis ecclesiae, & in conuentu fidelium, flere debent sacerdotes Christi pro suis populisq; delictis, & pro persecutionum ac tentationum salubri cessatione, quatenus quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. [Et ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes] Hoc merito omnes instanter peteremus, praesertim cum iam videamus nostram & Christi hereditatem, terram sanctam, & plurimos Christianos in manus traditam Sarracenorum ac hostiu Dei. Christi nempe hereditas, plebs est fidelis, de qua ait in Psal. Haereditas mea praecleara est mihi. [zelatus est] zelo magni amoris [Dominus] Iesus Christus [terram suam] ecclesiam militantem degentem in terris, de qua accipitur illud Psal. 84. Benedixisti domine terram tuam. Vnde dicit Apostolus Gal. 2. In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. De quo Apocalyp. 1. asseritur: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ipse enim est pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis. [& pepercit populo suo] Christiano penitenti. Et dixit populo suo: Ecce ego mitto vobis frumentum & vinum & oleum, id est, corpus & sanguinem Christi, quae sub speciebus panis & vini conficiuntur. Per oleum quoq; signatur spiritualis vnctio spiritus sancti. Vel per frumentum intelligitur operatio virtuosa, nutrienda mentem. Per vinum autem gratia contemplationis, quae operationem efficit saporosam. [Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus] Cum Christus dat suis fidelibus gratiam tam honestae & irreprehensibilis conuersationis, q; benefaciendo obmutescere faciunt imprudentium hominum ignorantiam, tunc non dat eos opprobrium gentibus. Ad quam

Ad quam perfectionem admonet Petrus, dicens in prima sua canonica epistola: Conuersionem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum. Hoc est vincere in bono malo. Vnde & Moses ait Deut. 4. Haec est vestra sapientia & intellectus coram hominibus, vt audientes vniuersi praecpta haec, dicat: En populus sapiens & intelligens. Sic honorificantes se honorificat Deus. [Et eum qui ab aquilone est] id est, diabolus, q; dixit Esa. 14. Sedebam in monte testamenti, in lateribus aquilonis. habitat enim in cordibus, in quibus refrigit charitas, quae per aquilonem locum & ventum frigidum designantur. [procul faciam a vobis,] [faciendo cum tentatione prouentum. Hinc dicitur Roma. 16. Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter. & Christus Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Propter quod Iacobus iubet: Resistite diabolo, & fugiet a vobis.] [& expellam eum in terram inuiam & desertam,] vt ambulet per loca arida & inaquosa, quarens requiem, nec inueniens. Vel in infernum, quae est terra tenebrosa & operata mortis caligine. Vel in corda reproborum, in quibus non est via virtutum, sed a gratia sunt deserta. [Et ascendet foetor eius] id est, suggestiones eius pestiferae ascendent atque inficient animas plurimorum. [& ascendet puredo eius] id est, opera corruptionis putrida ac mortua, qualia sunt sceleratissima opera carnis, quae daemone suggerente exurgunt in multis, qui contumelijs afficiunt corpora sua in semetipsis. [Noli timere terra] id est, ecclesia. [exulta & laetare, quoniam magnificauit dominus vt faceret] tecum gratiam maximam, ita vt dicere possis: Benedicere domino, qm mirificauit misericordiam suam mihi. Propter qd dicit Apostolus Phil. 4. Gaudete in dno semper, iteque dico gaudete, Dns prope est. [Nolite timere animalia regionis] i. homines iugum diuinorum praecptorum super vos tanq; pia iumenta portantes. [quia germina uerunt] id est, in bonis operibus fructuosa fuerunt. [speciosa deserti] id est, corda gentilium seu impiorum conuersorum ad Deum. Vnde Esa. 32. habetur: Laetabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. [quia lignum attulit fructum suum] id est, Christus, qui est lignum vitae, qd & Salomon ait de sapientia, q; sit lignum vitae omnibus appraehendentibus eam. De seipso q; dicit saluator Luc. 23. Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Tunc enim Christus attulit fructum suum, quando redemit genus humanum, multosq; filios adduxit in gloriam, & peccatores per gratiam iustificauit, quemadmodum Esaias pronunciauit: In die illa erit germen domini in gloria & magnificentia, & fructus terrae sublimis. Potest quoque exponi de ligno crucis, per qd saluatus est mundus. [ficus & vinea] id est, ecclesiasticae personae, spūs sancti dulcedine atq; operibus adornatae, ita vt ficus & vinea appellentur propter dulcedinis fecunditatisq; gratiam. [dederunt virtutē suā] i. opera virtuosa produxerunt, & alios conuerterunt. [Et filiae Sion] id est, animae speculatiuae, seu filij ecclesiae. [exultate in domino Deo vestro] i. patre aeterno, ei gratias referendo. [quia dedit vobis doctorem iustitiae,] vt pote Christum, q; ait Ioan. 15. Vos vocatis me, magister & dñe. Et iteque: Vn? est magister vester Christus. Vel per doctorem iustitiae, potest intelligi qlibet bon? ac sapiens plarus, praedicator seu doctor, q; verbo ac opere docet iustitiam, quod est magnum beneficium Dei, qualis enim rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Vel potest intelligi spūs sanctus, de q; dixit Christus Ioan. 16. Docebit vos omnē veritatē. [& descendere ad vos faciet imbrē marutinū] i. gratiam praeuenientem seu fidei doctrinam, & boni propositi inspirationem. [& serotinum] id est, gratiam subsequente, vel gloriam consummatam, aut sapientiam contēplatiuam, quā Paulus loquit inter perfectos, quae est solidus cibus & vltimata qdam perfectio. [sicut in principio] id est, in primitiua ecclesia feci. [Et implebuntur areae] i. ecclesiae particulares, congregationes deuotae, seu corda fidelium, [frumento] id est, spiritali alimento, [& redundabunt torcularia] id est, pñ fideles tribulationibus pressi, [vino] internae refectionis, [& oleo] pñssimae consolationis, de quibus legitur Proverb. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum qd miscui vobis. Qui enim in tribulationibus patiens est, cōsolari meref dicente Apostolo: Sicut p Christo abundat tribulationes nostrae, ita p Christum abundat cōsolatio nostra. [Et reddā vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, eruca &c.] i. tantam spūaliū diuitiarū seu gratiarum copiam tribuam vobis, quantam habuistis anteq; per inuisibiliū seu visibiliū hostiu tentamenta, dona gratiae amissistis, ita q; posteriora vestra erūt meliora prioribus. Et in his bonis spiritaliter epulabimini, [& laudabitis nomen dñi Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia] i. admirabilem mox conuersionem, & subitā cordis ad Deū conuersionē, supernaturalē sancti spūs illustrationē, propriae volūtatis omnimodā abnegationē, mūdi contemptū, ita vt subito de superbis efficeremini humiles, de iracundis mites, de gulosis & luxuriosis casti ac sobrii, de mundanis ac vanis timorati atq; claustrales. Haec sunt quidiana mirabilia Dei, soli Deo possibilia, tanto mirabiliora, q;to spiritaliora. Vnde & Petrus in prima sua cano. Virtutes, inquit, annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Facit quoque Deus nobiscum quotidie mirabilia in sacramento altaris, ceterisq; specialibus beneficijs, con-

1. Pet. 24
Rom. 12.
1. Reg. 24
Iacob. 4.
Luc. 11.
Iob 10.
Rom. 14
Psal. 30.
Psal. 144
Psal. 72.
Esa. 32.
Pro. 3.
Rom. 5.
Esa. 4.
Gal. 6.
Matt. 23.
Ecc. 10.
1. Cor. 2.
Heb. 5.
2. Cor. 16
1. Pet. 2.
I solatio

Matt. 10
Marc. 8.

solationibus & visitationibus cordis. [Et non confundet populus meus] Christianus. i. effectus sui non priuabitur, [in æternū.] sed qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum. Qui autem me erubuerit & meos sermones, erubescam & ego eum, & confundetur in sempiternum. [Et scietis quia in medio Israel.] i. ecclesie diuina fideliter cõtem plantis, [ego sum.] habitando per charitatem & gratiam in corde credentium, quemadmodum factus sum: Vbi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Quauis enim nemo certe sciat se esse in charitate sine speciali reuelatione, quoniam nescit homo an amore dignus sit an odio, nihilominus cõiecturaliter & probabiliter valde scire hoc potest, dum sentit se prædicto modo conuersum & vitia derelictum, verbumque Dei hilariter audientem, atque ad Dei obsequia pronū. ¶ Postremo circa prædicta dicit Hieronymus: Nunquam tuta est humana fragilitas: & quanto virtutibus crescimus, tanto magis timere debemus, ne de sublimibus corruamus.

Matt. 18.

Ecc̃i. 9.

¶ Elucidatio cap. III. Et erit post hæc, effundam spiritum meū. Art. V.

Acto. 2.

Ibidem.

Iohel. 2.

Acto. 10.

Esa. 40.

Ioan. 1.

Psal. 64.

Acto. 2.

Luc. 24.

Acto. 1.

Acto. 21.

Iob. 33.

Num. 12.

Præcedentibus neclere. Porro quod principium huius cap. ad literam intelligendum sit pro tempore Christi, quando post resurrectionem dominicam, sancti apostoli & qui cum eis fuerant congregati, receperunt spiritum sanctum in forma seu signo visibili, apostolica auctoritate probat. Cum enim in die pentecostes suscepta plenitudine spiritus sancti, beati apostoli mane hora tertia templum ingressi cepissent omnium gentium linguis loqui, & mysteria Christi inuicissime fermocinari, admirantes Iudæi dixerunt: Quidnam vult hoc esse? Aliqui vero irridentes dicebant, quia multo pleni sunt isti. Quo audito, stans Petrus cum vndecim, dixit: Viri Iudæi, hoc vobis notum sit. Non enim, ut vos aestimatis, hi ebrii sunt, sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam spiritum meum super omnem carnem. Sed huic sensui difficultatem facit, quod statim post verba à principe apostolorum allegata, S. Iohel subiunxit: Quia ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertereo captiuitatem Iudæ & Hierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallē Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi &c. Quod communiter explanat ad literam pro tempore secundi aduentus Christi, seu pro die iudicii. ex quo videtur, ad idem tempus referendum principium huius cap. multaque alia in hoc subsequuntur capitulo, quæ maximam inuolutionem efficiunt. Propter quod expositores satis diuersimode exponunt hunc textum. Verum sequendo beatissimum archiepiscopum Petrum, dicendum, quod principium huius cap. literaliter loquitur pro tempore primitiue ecclesie atque dominicæ passionis, resurrectionis, ac spiritus sancti missionis. ut sit sensus: [Et erit] id est, fiet [post hæc] id est, post tempus & gesta, quæ in præcedenti capitulo sunt descripta, ubi Iudæis promissa fuit magna beneficentia exhibitio post tribulationem eis illatam ab Assyrijs seu Chaldæis. [effundam spiritum meum] i. spiritum sanctum à me procedentem, liberaliter dabo ac mittam. [super omnem carnem] i. super omnem hominem, ut sit distributio non pro singulis generibus, sed pro generibus singulorum, videlicet super viros ac feminas, super senes ac iuuenes, diuites & pauperes, nobiles & ignobiles, vel super Iudæos & Gentiles. Vnde in Actibus dixerunt Iudæi, audio quod Cornelius Centurio & qui cum eo fuerunt, receperunt spiritum sanctum in signo sensibili: Ergo & in nationes gratia Dei effusa est. Patetque in toto libro apostolicorum Actuum, quomodo tempore primitiue ecclesie gentibus data est admirabilis gratia. Per carnem itaque intelligit hominem, sicut & Esaias cum ait: Videbit omnis caro salutare Dei nostri. Et Ioannes: Verbum caro factum est. Itemque Psal. Ad te omnis caro veniet. Proprie quoque accipitur hic caro pro homine habente cor non durum, lapideum, obstinatum, sed piū, molle, atque per modum carnis tenerum, ad spiritus sancti susceptionem dispositum. [Et prophetabit filij vestri & filie vestre] i. apostoli alijque discipuli Christi & apostolorum ex Iudaismo conuersi, & multæ discipulæ Christi & apostolorum, quarum aliquæ cum apostolis in die pentecostes receperunt spiritum sanctum in cenaculo illo grandi, in quo Christus fecit nouissimam cenam. Vnde in Actibus habetur, quod apostoli erant perseverantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Philippus quoque vnus de septem diaconis, habuit quatuor filias virgines prophetissas. Sed & Philippus apostolus scribit duas habuisse filias sanctissimas prophetissas. Hi autem fuerunt filij & filie Iudæorum. Quanta vero prophetauerunt apostoli, præsertim Ioannes in Apocalypsi patet partim in scripturis eorum. [Senes vestri] id est, Iudæi, id est, seniores in primitiua ecclesia, qui vere senes fuerunt, ætate, sapientia & moribus. [somnia somniabunt] i. prophetales reuelationes, quæ communiter dantur tempore somni, recipient atque intelligent. In somno enim aptior est anima ad reuelationem celestem ac prophetalem, propter imaginatiuam quietem, & ab exterioribus sensibus abstractionem. Propter quod scriptum est in Iob: Per somnum in visione nocturna aperit aures viroꝝ. In Num. quoque dominus Aaron & Mariæ ait: Si fuerit inter vos propheta, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad eum. Talia ergo somnia non sunt vana ac solita omnibus. Tale etiam fuit somnium Pauli, quando

quando vir Macedo apparuit Paulo dormienti, dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos, prout Act. 16. legitur. [et iuuenes vestri visiones videbunt] id est, diuinas reuelationes habebunt, vel propheticas visiones intelligent. Vnde in ecclesia Antiochiæ erant doctores & prophetae, atque in alijs locis diuersis, puta in Tyro, ut in Actibus recitat Lucas. [Sed & super seruos meos & ancillas meas.] Ide quibus iam dictum est, vel alios ordinis & gradus inferioris, videlicet super credentes communiter. [in diebus illis.] tempore euangelicæ legis ac gratiæ, crescente quotidie primitiua ecclesia. [effundam spiritum meum.] dona sancti spiritus infundendo, quauis non prophetauerint. In primitiua quippe ecclesia dabatur communiter baptizatis spiritus sanctus in signo visibili, etiam ad diuersos effectus gratiæ gratis datus, ita ut loqueretur linguis, miracula faceret, prophetarent, quod fiebat per impositionem manus apostolorum, ut patet in Actibus. Porro quod dictum est, Effundam spiritum meum, potest esse verbum patris, vel filij, vel vtriusque simul, in quantum sunt vnum principium, vnusque spirator & fons spiritus sancti, cum in vtroque sit vna natura, eademque voluntas, quemadmodum tres personæ sunt vnus creator. Denique spiritus sanctus, qui est Deus verus, incommutabilis & immensus, dicitur dari siue effundi, non quod mutetur aut variet locum, sed quoniam dona eius donantur & liberaliter effunduntur. De hac spiritus sancti effusione dictum est apud Esaiam: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. In Zacharia quoque dicitur: Effundam super domum David spiritum gratiæ & precum. Per verba etiam præinducta prænucciavit propheta, quod tempore iam præfato daretur spiritus sanctus & gratia prophetiæ multo abundantius, quam vnquam antequod in tantum verum est, ut dicat Ioannes. Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quia & ista tam copiosa & euidentis spiritus sancti effusio, erat declaratio glorificationis Christi in anima & corpore, usque ad sessionem in dextera patris. [et dabo prodigia in caelo & in terra, sanguinem & ignem & vaporem fumi.] Quidam hunc locum usque ad illud, Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, referunt ad tempus secundi aduentus Christi. sed cum sanctus Petrus Apostolus omnia verba ista alleget, & illo in tempore impleta affirmet, consequens, ut sicut præcedentia, ita & ista ad primum Christi referant aduentum, & ad paracleti missionem. Christo ergo pendente in crucis patibulo, data sunt prodigia magna in caelo, quia obscuratus est sol tempore oppositionis, ita quod luna plena existens, & soli directe opposita, redijt, seque soli supernaturaliter supposuit, circa quam eclipsim multa mirabilia cõtingerunt, quemadmodum in epistola ad magnam atque sanctissimum Polycarpum, sacratissimum, diuinissimum, atque magnus theologus Dionysius protestat. Rursus datum fuit prodigium in caelo, dum Christo patre orante, Pater, clarifica filium tuum: venit vox, dicens: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Tunc enim quidam dixerunt, tonitruum factum esse. Alij dixerunt: Angelus ei loquutus est: & hi verum profati sunt. Maximū quoque prodigium in caelo peractum est, dum Christo in die Ascensionis cum patribus ad patriam ascendente, nubes eum suscepit, & angeli sancti occurrentes, quasdam quæstiones mouerunt. Sed & in nocte dominicæ natiuitatis celestis exercitus descendit, ac cecinit: Gloria in altissimis Deo, quando & stella Magis apparuit. daboque prodigia in terra, quando videlicet Christo in cruce leuato, terra mota est, petra scissæ, monumenta aperta, & multa corpora sanctorum surrexerunt cum Christo. Et in hora dominicæ resurrectionis, sicut Matth. narrat, terræ motus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, præ cuius timore custodes sepulchri facti sunt quasi exanimis. Denique Christus adhuc conuersans in terra, infinita fecit miracula, & in nomine eius sui discipuli multa sunt prodigia operati. Deinde in speciali exemplificat quædam prodigiorum istorum, videlicet sanguinem, qui de latere Christi iam mortui cum aqua supernaturaliter emanauit, de quo fertur Psal. 67. Ut intingatur pestuus in sanguine. Mirabile etiam fuit, quod vnigenitus filius Dei sanctus & innocens, sanguinem suum fudit pro mundo, amarissimam ac turpissimam sustinens mortem. Propter quod apud Esaiam angeli sciscitati legunt: Quare rubrum est indumentum tuum, videlicet corpus assumptum, tempore passionis sanguine rubricatum? Nam & de Christo Cant. 5. fertur: Dilectus meus candidus & rubicundus. Et ignem, in cuius specie spiritus sanctus descendit super apostolos, iuxta illud Actuum 2. Apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Vel ignem, i. spiritus sancti feruorem, quo Christus corda suorum mirabiliter inflammauit, ita ut duo ex illis assererent: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? De quo ait saluator apud Lucam 12. Ignem veni mittere super terram: & quod volo nisi ut accendantur? Vel ignem, de quo & Matth. 5. ait Ioannes Bapt. Ipse baptizabit vos spiritu sancto & igni. Vbi per ignem, secundum vnam expositionem, intelligitur ignis tribulationis. Mirabilis autem fuit ecclesie primitiue persecutio, & vaporem fumi, i. tenebras infidelitatis & supplicia, secundum Hieronymum, quibus Deus permissiue excæcavit animas Iudæorum, quos & per Rom. puniuit. Vnde cum Esaias visionem illam describeret, in qua sibi Iudæorum excæcatio prænucciabatur, dixit quod domus impleta est fumo. Vel ad literam, ignis qui in die pentecostes super cre-

Act. 13. 21

Acto. 8.

Esa. 44.

Zach. 12.

Ioan. 7.

Acto. 2.

Matt. 27

Ioan. 12.

Acto. 1.

Esa. 63.

Psal. 23.

Lucæ 2.

Matt. 2.

Mat. 27.

& 28.

Ioan. 19.

Esa. 67.

Luc. 24.

Esa. 6.

Acto. 21

Exo. 19. dentes descēdit, potuit aliquid de fumo habere seu causare quendam vaporem, ad ampliorē diuine maiestatis ostensionem, sicut mons Sinai fumigabat. Quidā etiam per vaporem fumi, intelligunt compunctionem cordis & lachrymas Iudæorū, qui (vt Act. 2. habetur) ad p̄dicationē Petri cōpuncti sunt corde, dicentes: Quid faciemus viri fratres? Vnde & Zacharias: In die illa, inquit, planctus magnus erit in Hierusalem. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē. Hoc (sicut nūc tactū est) fuit, quando Christo suspenso ac inextimabiliter patiente, sol & luna quasi cōpassi sunt creatori ac dño suo, nec lumen suū p̄buerunt his qui fontem luminis extinxerunt. Non tamen in seipso mutatus aut luce priuatus est sol, aut luna effecta sanguinea, sed quo ad apparentiam, & quia mundo induxerūt caliginem. Solet autem luna, cū patitur eclipsim, rubea apparere. Veruntamen quando directe supponitur soli, non rubea, sed nigra videtur. Vnde si pro tempore suppositionis illius rubea apparebat, mirabiliter factū est, qd Hieronymus dicit credi posse, quanuis scriptū non sit, quia non omnia scripta sunt. [antequam veniat dies dñi magnus & horribilis.] per quem intelligi potest dies iudicij impijs metuendus, ante quem facta sunt ista, sed quia mox subditur, [Et erit, omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit.] quod Paulus Roma. 10. & Petrus Act. 2. exponunt de tempore Christi & initio euangelicæ p̄dicationis. Hierony. dicit, per diem istum potius intelligendū diem dominicæ resurrectionis, qui fuit diabolo impijsq; Iudæis terribilis & magnus in se. De quo cantat Psal. Hæc est dies quam fecit dñs. Vnde translatio Septuaginta continet: Antequam veniat dies dñi magnus & illustris. Quibusdam vero apparet, qd dies dominicæ resurrectionis non soleat dici horribilis. Et item, qd ad contenebrationē solis & lunæ p̄fatā, non habeat proprie condependentiā dies finalis iudicij. Potest autē (vt arbitror) per diem dñi magnū & horribilem, intelligi dies captiuitatis Iudæorū, & totalis destructio Hierusalem & Iudææ à Romanis, quem Chr̄s apud Lucam p̄dixit, de quo die multa p̄dixerunt prophetæ. De quo ait & Christus in Esaias: Dies ultionis in corde meo. Et erit tempore euangelicæ legis, omnis qui inuocauerit, id est, intus cum attentione, cū cordiali affectu orauerit nomen dñi nominatū, i. Deū seu Chr̄m nomine designatū, saluus erit à languore peccati in via per gratiam, & à damnatione inferni in patria per gloriam. Prope enī est dominus oībus inuocantibus eum, oībus inuocantibus eum in veritate. Porro inuocatio ista, secundū Hiero. non est leue aliquid, nec incipientiū, sed perfectior. De qualibus scriptū est Psal. 98. Moses & Aaron in sacerdotib; ei; & Samuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius. Vnde Eccle. 2. inducit: Quis inuocauit Deum, & despexit eum? quia in monte Sion & in Hierusalem erit saluatio id est, primitiua ecclesia, quæ prima collecta fuit post Christi passionem ac resurrectionem in vrbe sancta Hierusalem, & in coenaculo, vbi spiritū sanctū recepit, qd sitū fuit in monte Sion, iuxta templū. In hoc itaq; loco ac populo fecit Chr̄s salutem, dando ibi primitias sp̄s sancti, atq; per p̄dicationem eorū q̄ ibi demorati sunt, totū seculū conuertendo. Propter qd scriptū est Esa. 2. De Sion exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ibi enim Chr̄s per seipsum p̄dicaui, ibi fundata est lex noui testamenti, & primo annunciata per sanctos apostolos, ac deinde per vniuersum orbem, secundū qd Chr̄sus ait discipulis suis in die ascensionis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ. Et in Luca: Oportebat pati Christū, & p̄dicari in nomine eius poenitentiam in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalē. [& in residuis] id est, in electis Iudæorū reliquijs, [quos domin; vocauerit] ad fidem & gratiam, intus clementer mouendo, & foris per apostolos exhortando. In his itaq; fuit saluatio, quia per gratiam Christi saluati sunt, de quibus Esaias loquutus est: Nisi domin; Sabaoth reliquisset nobis semē, q̄si Sodoma fuisset. De quibus loquit Paulus ad Roma. Reliquiæ secundū electionē gratiæ, saluæ factæ sunt. Hi sunt illa millia Iudæorū, qui in Actibus apostolorū credidisse leguntur, quorū aliquibus ante passionem Christus p̄dixit: Cū exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. [Quia ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iudæ & Hierusalem.] Si locus iste ad litteram exponitur de die iudicij, sicut communiter explanat, tunc quod ait, in diebus illis & in tempore illo, nō potest p̄cise referri ad tempus illud, de quo in huius cap. principio dictū est. Qui vero qd dictū est, sol verteretur in tenebras, & luna in sanguinem, exponūt pro tempore immediate p̄cedente diem iudicij, facilliter transeunt, asserentes verba nūc exponenda, ad illud tempus referenda. Sed qm̄ ibi nullū tempus exprimitur, & paulo ante temp; expressum est, dicente dño, Super feruos meos & ancillas meas in diebus illis effundā sp̄m meū, videtur propheta nunc loqui p̄ tempore illo, quod ad litteram dici nō potest, cū illud intelligatur de principio primitiuae ecclesie, istud vero de fine eius, quo ad statū p̄sentē. Idcirco Hierony. ad Tropologiam conuertitur, per qd non satisfacit curioso lectori, qm̄ literalem sensum oportet poni pro fundamento. Aduertendum ergo, qd totum tempus à Christi aduentu vsq; ad finem mundi, est vltima ætas, de qua ait Ioannes in prima sua canon. Nouissima hora est. & Paulus: Nos, inquit,

1. Ioan. 2
1. Cor. 10

quit, sumus in quos fines seculorū deuenerunt. Vnde pro eo quod in principio huius capituli dictum est, Et erit post hæc, Petrus sic allegauit, Et erit in nouissimis dieb;. Sic ergo quod nunc dominus ait, In diebus illis & in tempore illo, referendum est ad tempus gratiæ, vltimamq; mundi ætatem, quantum ad vltimam eius partem, sicut quod ait in principio cap. refertur ad idem tempus eandemq; ætatem, quo ad eius principiu. Totū nempe, à qualibet partē partium denominatur. In fine autē seculi cōuertet domin; captiuitatem Iudæ & Hierusalem, i. populū Iudæorū ab Antichristo deceptū, & vsq; ad illud temp; à gentibus captiuatū, reducet ad se, & à vinculis criminū absolutos, perducet ad fidem & charitatem veramq; spiritus libertatem per p̄dicationem Enoch atq; Helix. [Congregabo omnes gentes] in die iudicij resuscitatas a morte. [& deducam eas] ministerio angelorū [in vallē Iosaphat] id est, in locū illum, qui est inter montem Oliueti & Hierusalem, non qd omnes poterunt in valle hac contineri, sed erunt in ea & in locis circumquaq; adiacentibus ac vicinis. Christus vero apparebit in aere supra montem Oliueti, vnde ascendit, [& disceptabo ibi cum eis] id est, redarguam eas, & iustū ostendam iudicium meum, ita qd opera omniū singulis innotescant. [super populo meo &] super [hereditate mea Israel] i. propter peccata quæ commiserunt in filios Israel hereditarium populū meum, per quem hoc loco omnes electi fideles significantur. [quos disperferunt in nationibus] à propria eos terra eijciendo, [& terram meam diuiserunt] id est, terram quam dedi electis fidelibus, occupauerunt, quilibet partem sibi usurpando. [& super populū meū miserunt sortem], ita qd populū istum ac bona eius sibi inuicem sorte partiti sunt, quis quid acciperet. Et posuerunt puer; in prostibulo] id est, iuuenes forma egregios in lupanarib; posuerūt, vt mercedem reciperent, quam pueri ab abutentib;, & peccata contra naturam parantibus, fortirentur. [& puellam] i. virgines speciosas. Pōnit enim singulare pro plurali. [vendiderunt pro vino vt biberent,] magis amantes turpissimas delectationes gulæ, quam proximos suos seu pueros & puellas. Hæc & multa similia multi impijsimi peregerunt. Possunt q; ista specialiter accipi de gentib;, quæ olim filijs Israel specialiter molestæ fuerunt. Deniq; de his peccatis dicit dominus se facturum iudicium, non qd de his tantum erit iudiciū, sed hæc quasi pro exemplo commemorat, cū sint contra charitatem fraternam, & pietatem omnib; naturalē. Quemadmodū Chr̄s in euangelio, asfirmans se omnes populos iudicaturū, non facit mentionem nisi de operibus misericordiæ vtijsq; contrarijs, Iudæi excæcati dicunt, ea quæ dicta sunt atq; sequentia, in sui Messie aduentu implenda, ita qd ipsi tunc implebuntur spiritu Dei, & prophetabunt, omnesq; nationes à quibus vastantur, tunc eis subiciet rex Messias. Hæc miseri dicunt, cum sint carnales & literales, non intelligentes qd sancti propheta primū Christi aduentum pronunciarunt in omni paupertate, humilitate & passione, non in maiestate & dominatione. Propter qd ait Hieremias: Quare quasi colonus venturus es in terra, & sicut viator declinans ad manendum? Et Esaias loquens de Christo: Inglorius, inquit, erit inter viros aspectus eius. De quo Zacharias loquutus est: Ecce rex tuus venit tibi, ipse pauper & ascendens super asinam & pullum asinæ. Ideo loquitur de seipso: Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Consequenter loquitur dominus: Verum quid vobis & mihi, Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? id est, quid concordie vel quid commune est mihi & vobis, o Tyrus atq; Sidonij & Philistæ? Quasi dicat, Nihil. Quæ enī conuentio lucis ad tenebras? Et quid tritico cum paleis? [Nunquid vltionem vos reddetis mihi?] id est, quantum in vobis est, nitimini mihi resistere & nocere per hoc, qd populū meū opprimitis. Dicit autē se Deus persecutionem pati, per hoc qd populus suus persecutionem sustinuit, quia hoc reputat sibi factū qd sit suis fidelibus, qd cū ipso sunt vnū per charitatē. Propter qd ait apud Zach. Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei, Et i. Reg. 8. ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed me. Sicut & Christus in euangelio: Quandiu fecistis vni ex his, mihi fecistis. Et alibi: Saule Saule, qd me persequeris? [Et si vlscimini vos contra me,] populū meū persequēdo ad temp;. [cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrū]. debitam quam meremini poenam vobis infligam. Consuetudo est prophetarū, primo describere punitionem populi Iudæorū, deinde gentiū, quæ eas impia intentione, crudeliq; animo oppresserunt tertio, gentium q̄ istis consenserunt & cooperatæ fuerunt, quales fuerūt Tyrus, Sidonij, Philistæi, filij Ammon & Moab, ac Idumæi, quemadmodum patet in Esaias, Hierem. Ezech. &c. Simili modo Iohel procedit. Primo enim Iudæorū vastitatem describit per erucā, locustam, bruchū atq; gruginem. Deinde describit Assyriorū deiectionem. Nūc vero describit Tyriorū, Sidoniorum ac Palæstinorū pressuram, qui de Iudæorū vastitate ab Assyrijs & Chaldæis ac cæteris hostibus gloriabant. Vnde dñs reddidit eis vicissitudinem, quia post captiuitatem Iudæorū à Chaldæis, etiam ipsi debellati fuerūt velociter ab eisdem, immo & partim ante ab Assyrijs. Causa autē poenæ eorū subiungitur: [Argentū enim meū & aurū tulistis] id est, argentū & auz; populū mei rapuistis iniuste. [& desiderabilia mea & pulcherrima] id est, preciosa vasa tēp; & ornamenta.

Acto. 2.

Malac. 1.

Acto. 1.

Matt. 25.

Hier. 14.

Esa. 52.

Zach. 9.

Matt. 8.

2. Cor. 6.

Hier. 23.

Zach. 2.

Mar. 25.

Acto. 9.

Esa. 23.

Hier. 47.

Ezech. 26.

4. Re. 25.

Ibidem.

namenta eius præclara, [intulisti in delubra vestra] id est, in phana deorum seu templa idolorum ad ornatum eorum. [et filios Iuda & filios Hierusalem vendidisti filiis Græcorum.] Prædicti enim Tyrii & Sidonii & Philistæi, impenderunt auxilium hostibus Iudæorum præfatis, sicque partem de præda atque mancipijs Iudæorum adepti sunt, & eos qui cesserunt in partem suam, vendebant Græcis, [vt longe faceretis eos à finibus suis] id est, ad maiorem cladem Iudæorum faceretis eos remote abduci à terra Iudæa. [Ecce ego suscitabo] id est, à miseria releuabo, vel à captiuitate liberabo [eos] in loco, in quo vendidisti eos] id est, in Græcia, ad quam vt ducerent, venditi erant à vobis, quod aliqui dicunt impletum tempore Cyri regis Persarum, qui dixit: Omnia regna terræ dedit mihi Deus cæli, deditque Iudæis vbiq; licentiam redeundi in propria, vt Esdras refert. Videt quod impletum tempore Machabæorum, quoniam Iudas & fratres eius frequenter præualuerunt Græcis terram Iudæam intrantibus, quos sæpe non occiderunt, vt fratres suos in terra illoꝝ captos reciperent liberos, [et conuertam] tribulationem vestram in caput vestrum, tradendo vos aduersarijs vestris, [et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filioꝝ Iudæa] Iudæis, vel alijs per manus Iudæorum, quod constat impletum tempore Machabæorum, quoniam Iudas & fratres eius præualuerunt principibus Antiochi regis & posteris, nauelendo captiuam duxerunt magnam populi partem Tyriorum & aliorum locorum maritimorum, quos alijs vendiderunt, sicut subiungitur [et venundabunt eos Sabæis genti longinquæ] id est, multum à Iudæa distanti. Dicunt autem Sabæi, secundum Glossam, à Saba regno ultra fines Aethiopiæ, de quo fuit regina Saba. Vnde Iob 1. habet: Sabæi fecerunt tres turmas. Hieronymus vero asserit, quod regio ista sit trans Indiam, sed idem est, quoniam Aethiopia Indiæ pars est. Aliqui quoque affirmant, Sabæos Arabes esse. Hæc autem euenient, [quia dominus loquutus est] id est, ista per me prædixit diffinitiuam sententiam, cuius dicere facere est, cuiusque verbum non cassat, iuxta illud quod Balaam ait in Num. Non est Deus vt homo, vt mentiat; neque vt filius hominis, vt mutet. Dixit ergo, & non faciet: Loquutus est, & non implebit. Consequenter describit pugnam satellitum Antichristi contra sanctos & famulos Christi, quæ erit circa finem mundi. Hos autem satellites vel ipse dominus ironice hortat ad ea quæ subsequuntur, quia in propriam ea facient perniciem vel ad seruos Antichristi sermo dirigit, prænuiciando magis quod facturi sint, quam exhortando vt faciant tanta mala, vt sit sensus, [Clamate hoc in gentibus] id est, ea quæ dicam, clamabitis inter gentes, quibus dicetis, [sanctificare bellum] id est, iustum bellum parate, & inite contra Christianos. Quamuis enim bellum illud erit iniustissimum, quam conabunt fidem Christi prorsus destruere, ipsi tamen iustum illud reputabunt, quia vt dicit Apostolus: Mittet illis Deus spiritum erroris, vt credant mendacio. [In scitate robustos] id est, potentes seculi huius prouocare ad adhærendum Antichristo, quem Christiani esse dicetis, [Ascendant, accedant omnes viri bellatores,] applicando se exercitui Antichristi, [Coccidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros] quibus foditur terra, [in lanceas] id est, alijs negocijs intermissis instrumenta agriculturæ in arma conuertite, vt sitis contra Christianos muniti, [Infirmus dicat, quia ego fortis sum] id est, nemo sit excusatus, sed etiam qui videntur ad bellandum inepti, animentur ad prælium, [Erumpite] de habitaculis vestris, [et venite omnes gentes de circuitu] id est, vndique ad Antichristum confluite, [ibi] id est, in loco collectionis exercitus Antichristi [occumbere] id est, cadere [faciet dominus robustos tuos] impia turpa, id est, Antichristum cum quibusdam de potentibus suis occidet, quemadmodum dicit Apostolus: Quæ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Et Esaias: Spiritus, inquit, labiorum suorum interficiet impium, [Consurgant] id est, resurgant à morte, [et ascendant gentes] id est, monumentis [in valle Iosaphat] id est, in locum illud, & ad loca in gyrum vicina. Veniet enim hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, [quia ibi] non in ipsa valle, sed supra in aere, [sedebat, vt iudicem omnes gentes in circuitu,] dando singulis quod merentur, & bonis & malis, iuxta illud in Apocalypsi: Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare unicuique secundum opera sua. Consequenter loquitur dominus angelis sanctis: [Mittite falces] id est, homines per modum frugum de terra colligite, ad iudiciumque portate, [quoniam maturauit messis] id est, genus humanum ad finem ac maturitatem deuenit, ita quod hora remunerationis iam instat, & tempus est vt electi congregentur in aream patriæ, reprobi vero in horrea tartari. Vnde ait saluator: Messis est consummatio seculi, messores vero sunt angeli, [Venite] mecum, [et descendite] à cælo super vallem Iosaphat, o angeli, vniuersique sancti, qui tunc cum Christo descendent, visibiliterque parebunt ad reuerentiam iudicis, & terrorem accusatiõemque rebellium. Propter quod scriptum est in Iudæa canonica: Ecce veniet dominus in sanctis millibus suis facere iudicium, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis ipsorum. Et Esaias: Dominus ait, ad iudicium veniet cum senioribus populi sui & principibus eius, [quia plenum est torcular] id est, vinea ecclesie seu ipsa ecclesia, quæ vinea nuncupatur, ad maturitatem deuenit, sicut de messe prædictum est, quia per vniuersos idem insinuat. [Exuberant torcularia] id est, corda hominum sunt impleta, ita quod ultra tempus promerendi nequaquam habebunt. Dicit autem Glossa, quod per messem maturam & torcularia redundantia, consummatio peccatorum & finis seculi

* de
2. Par. 36
1. Esd. 1.
4. Mala. 3
* retribu
tionem
3. Reg. 10
Num. 23
2. Thef. 2
Ibidem.
Esa. 11.
Ioan. 5.
Apo. 22.
Matt. 13.
Esa. 3.

seculi designat. Propter quod subdit [quia multiplicata est malitia eorum] in tantum creuerunt eorum peccata, quod ultra toleranda non sunt, sed protinus punienda. Vnde in Genesi, Sodoma & Gomorra tunc deletæ narrantur, quando impleta fuit eorum malitia, & vnumquengque tunc damnat Deus, cum mensuram prauitatis suæ impleuerit. Hinc namque Hierem. 44. habet: Non poterat vos dominus ultra portare, propter malitiam studiorum vestrorum. [Populi populi] id est, populi vniuersi conueniet in valle concisionis] id est, loco iudicij, in valle damnationis ac separationis, in valle Iosaphat iam præfata, vbi dominus concidet ceruices peccatorum. Siquidem vbi nostra translatio habet, in valle concisionis: Septuaginta & Theodotio transfulerunt, in valle iudicij, [quia iuxta est dies domini] id est, tempus iustæ vindictæ seu remunerationis diuinæ, in valle concisionis iam dicta. [Sol & luna obtenebrati sunt,] id est, ante diem iudicij obtenebrantur, quod quadrupliciter potest intelligi. Primo, quod Christo cum sanctis descendente, amplioris claritatis lumine offuscabuntur, cum corpus Christi sit incomparabiliter splendidius sole lunaque. Sic enim & stellæ offuscantur in die, sole purius radiante. Secundo, quod quantum ad apparentiam sic continget, densis nubibus interpositis. Tertio, quia hominibus in maxima afflictione constitutis, omnia videbuntur teterrima & nociua. Quarto, quia vt aliqui magis expositores affirmant, nil prohibet dicere, quod sol & luna tunc ad horam veraciter in se obscurabuntur ad amplioꝝ impiorum terrorem, statimque claritate perfundentur maiori, [et stellæ retraxerunt splendorem suum] id est, obtenebrabuntur per modum de sole & luna præactum, [et dominus de Sion rugiet] id est, per modum leonis horribiliter damnandis loquetur, ita vt dicat Ioannes in Apocalypsi: Ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte actus. Ipse nempe est leo de tribu Iuda. [Et de Hierusalem dabit vocem suam,] quod accipi potest de voce illa dulcissima: Venite benedicti patris mei. Rugiet namque ad impenitentes & reprobos, loquetur vero bonis & rectis corde, [et mouebuntur cæli & terra, & dominus spes populi sui] id est, electis tunc dabit vel conseruabit plenam in ipso fiduciam, nec frustrati tunc erunt spe sua, [et fortitudo filioꝝ Israel] erit, confirmando & stabiliedo immobiliter atque feliciter corda prædestinatorum in se, ita vt dicant: Quis nos separabit à charitate dei? Etsi Diligam te domine fortitudo mea. [Et scietis] o prædestinati vniuersi, qui per Israel intelliguntur, [quia ego] sum [dominus Deus vester] id est, summum bonum vestrum, amator, prouisor, saluator, [habitans in Sion] cælesti, id est, in patria beatificæ visionis, de qua dicitur Psal. 83. Videbitur Deus deorum in Sion. Et ad Hebræos: Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, cui & dicimus: Sicut lætantium omnium habitatio est in te, [in monte sancto meo] id est, cælestis regni palatio. De quo Psalmo 14. cantamus: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? [Et erit Hierusalem] illa cælestis, Ecclesia triumphans, ex angelis atque hominibus constans, [sancta] id est, ab omni macula culpæ penitus libera, de qua Apocalyp. 21. dicitur: Ciuitas non eget sole neque luna, & non intrabit in illam aliquid coinquinatum, [et alieni non transibunt per eam] amplius] id est, demones & peccata, de quibus oramus: Ab alienis parce seruo tuo. Vel homines reprobi ultra locum non habebunt in prædestinatis hominibus glorificatis, quemadmodum olim, quando versabantur in via ac militanti Ecclesia. Vnde in Esaiâ habetur: Induere vestimenta gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti, quia non adijciet ultra vt pertranseat per te incircuncisus & immundus. Nunc enim reprobi miscentur electis, tunc vero incopulabiliter separabuntur. [Et erit in die illa,] videlicet, in die æternitatis in patria, [stillabunt montes dulcedinem,] id est, maiores sancti in patria omni spiritus sancti suauitate exuberabunt, eruntque exultationes DEI in gutture eorum, [et colles] id est, sancti minores fluent lacte] purissimæ voluptatis. Solent enim prophete per corporalia quædam, spirituales æternæ beatitudinis opulentias enarrare. Quod etiam in nouo agitur Testamento, quemadmodum CHRISTVS ait apud Lucam: Ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. [Et per omnes riuos Iudæe ibunt aquæ] id est, flumen spiritus sancti incessanter irrigabit, vel potius in data irrigatione conseruabit riuos gloriæ consistentium Deo in patria confessione laudis perpetuæ. Inebriabuntur enim ab vbertate domus Dei, & in secula seculorum laudabunt eum. [et fons de domo domini egredietur] id est, de intellectuali superbenedictæ trinitatis cælo. De quo fonte fertur in Psal. Quoniam apud te est fons vitæ, [et irrigabit torrentem spinarum] id est, corda sanctorum, qui spinis tribulationum in hoc mundo cõfixa fuerunt, & per modum spinarum siccata à carnalis voluptatis humore, immo aliquando in hoc mundo spinis vitiorum fuerunt confossa. [Aegyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis] id est, gentes istæ, per quas aliæ reprobæ nationes dantur intelligi, in die iudicij perpetua desolatione plebsent, deserenturque à Deo, & in infernale chaos incident. [pro eo quod inique egerint in filios Iuda] per quos intelligunt omnes Deo veraciter consentientes, [et effuderint sanguinem] seruatorum Dei, [innocentem in

Gen. 19.
Psal. 123.
Apo. 1. 2. & 19.
Apoc. 5.
Mat. 25.
Rom. 8.
Psal. 17.
Hebr. 12
Psal. 86.
Psal. 18.
Esaia 52
Matt. 25.
Psal. 149
Lucæ 22
Psal. 37. & 83.
Psal. 35.
Psal. 78.

terra sua] in Aegypto & Idumæa, immo ubiq; terrarum. [Et Iudæa in æternū habitabit.] Per Iudæam (quæ interpretatur confessio) designatur hoc loco patria cælestis, in qua est ineffabilis confessio laudis diuinæ. De qua Iudæa & cōfessione loquitur Esaias: Veniet in Sion laudantes, & lætitia sempiterna sup capita ipsorum. Quemadmodū em̄ aliqui sunt Iudæi, secundum carnem, qui non sunt veri Iudæi, iuxta illud Apocalyp. 2. Dicūt se Iudæos esse, & non sunt sic ista terrena Iudæa, respectu cælestis Iudææ, nomen Iudææ nequaquā meretur. Frequenter quoq; in scripturis vtriusq; testamenti attendit significatio penes rei proprietatem seu nominis interpretationem magis, q̄ quo ad rem ipsam hoc est, quantum ad id à quo nomen imponitur, non quantum ad id, cui nomen imponitur, quemadmodum Petrus ait in sua epistola: Salutatio vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta. Vbi per Babylonem intelligitur Roma, illo in tēpore confusionib; plena, imperante Nerone. Babylon autem interpretatur confusio. Simili modo nunc per Iudæam significatur patria beatorum, cuius quædam obscura figura erat terrena Iudæa. Deniq; q̄ terrena Iudæa non habitabitur in æternum, certum est, præsertim quum apud Esaiam populo Iudæorum synagogæ seu Hierusalē dñs pro finali retributione promittat: Nō erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te. Daniel quoq; apertissime ait, Ciuitatem & sanctuarium fuisse dissipanda propter Christi occisionem, & q̄ finis Iudæorum, vel ciuitatis seu templi, esset vānitas. Præterea tota hæc terra, in quam proiecta est Adæ posteritas, est via, peregrinatio & exilium, non paradus & patria. In temporalibus quoq; & carnalibus bonis beatitudo hominis non consistit. [Et Hierusalem] illa cælestis habitabitur [in generatione & generatione] sine fine. Per quod significat cælestem felicitatem nullo termino concludendam. [Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaueram] i. sanguinem sanctorum innocēter effusum, quem impij æstimabant se iuste fuisse, vel vitam honorum, quam peruersi reputabant inutilem, demonstrabo mundū fuisse, & sine causa iusta effusum. Vitam quoq; illorum purā fuisse ostendam, impios condemnando, sanguinem sanctorum vlciscendo, bonos glorificando. Quod videntes reprobi, dicent: Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem sine hōnore, quomodo ergo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Deniq; in igne cōflagrationis multi iustorū, tunc reperiendi, mundabunt à venialibus culpis, vel à mortalibus p̄ contritionē deletis, quantum ad culpā, [Et dñs cōmorabitur in Sion] cælesti seu triumphante ecclesia, prout dictū est plenius. Deus em̄, qui, cum sit infinitus, oīa implet, & adest ubiq; ibi esse & habitare asserit, ubi clarius cernit, & euidentius gratiosiusq; operatur, quod est in cælesti Sion, ubi videt faciem ad faciem. De hac etem̄ Sion ad litteram scriptū est Esai. 24. Erubescet luna, & confundet sol, cum regnauerit dñs exercituum in monte Sion. Insup quod dictum est, Stillabūt montes dulcedinē &c. spūaliter intelligit de sanctis Apostolis pro tēpore primitiæ ecclesiæ, qñ recepto spū s. multiformē grām, consolationē & sapientiā sibi infusam, fuderūt in alios, tanq̄ optimi dispensatores multiformis græ Dei. Colles quoq; i. inferiores discipuli, fluxerūt lacte, de quo astruit Paulus: Tanq̄ paruulis in Christo lac vobis potū dedi, non escā. De quo iterū: Perfectorū, inquit, est solidus cibus. Hoc igit lac, est doctrina mediocris, imperfectorū capacitati proportionata, quales fuerunt quibus scripsit Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spūalibus, sed quasi carnalibus. Et super oēs riuos Iudæi, i. filios ecclesiæ, Ibunt aquæ, i. græ spiritus sancti, de quibus dicit Saluator: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et Apoc. 22. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. De quibus vtiq; aquis loquitur Esaias: Omnes sitientes venite ad aquas. Quod autē subiungitur, Et fons de domo dñi egredietur: mystice de baptismo exponitur. Immo quidā literatim inde exponunt, quantum ad textum nō consonet, quia propheta frequenter transeunt de tempore vno ad aliud. Itaq; fons baptismatis de domo dñi, id est, à primitiua ecclesia egressus est, quando & Petrus in die Pētecostes dixit compunctis Iudæis: Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi. De quo fonte scriptum est apud Zachariam 13. In die illo erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris. Et rigabit torrentem spinarum, i. corda peccatorum spinis atq; aculeis passionum ac vitiorum perfossa ac læsa, gratia sacramentali perfunderet ac fecundabit, vt orientur in eis flores virtutum, & germina operum meritoriorum. Postremo, aliqui passus huius capituli, præsertim ab eo loco, quo dictum est, Clamate hoc in gentibus: à diuersis satis diuersimode explanantur, quarum expositionum multiformis varietas videbatur mihi magis confundere atq; obtundere intellectum, quàm illustrare. Idcirco hac vna explanatione, quæ textui consonantior esse apparuit, sum contentus. Ad gloriam eius, quem in cælesti Sion desideramus per speciem contemplari, cui sit omnis honor & gloria, cum ipse sit super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Enarrationum in Iohalem prophetam Finis.

D. Dio.

D. DIONYSII CARTHYSIANI IN AMOS PROPHETAM ENARRATIO. PROOEMIUM.



Mos iste, cuius nunc explanandus est liber, alius est ab Amos patre Esaiæ. Vterq; tñ propheta fuit, sed vaticinia Amos patris Esaiæ, non sunt descripta. Porro hic Amos rusticus fuit & pecorum pastor, oriundus de ciuitate Thecæ, distante sex millibus à sancta Bethleem, vltra quam Thecæ urbem, secundū Hieronymū, non est nisi vastissima solitudo seu eremus, quæ vsq; mare rubrū, Persarū quoq; & Aethiopū ac Indorū terminos dilatatur. Et qm̄ tota terra illa fruges nō gignit, pastoribus plena est, vt terræ sterilitas pecorū multitudine cōpensetur. Horū autē pastorum vnus fuit hic Amos, qui non ad Iudam & Hierusalem, sed ad decem tribus propheta, secundum Hieronymum. Aliqua tamen tractat de duabus tribubus, quemadmodum & de alijs aliquibus regnis. Prophetauit vero eisdem temporibus, quibus Esaias, Osee, Iohel, Naum, & Ionas, secundum Glossam, qui etiam aliquātulum orsus est propheta, anteq̄ Esaias. Hunc S. Amos, Amasias sacerdos aureorū vitulorum in Bethel frequenter plagis affecit, tandemq; Ozias filius Amasias per tempora hunc prophetam transfixit, qui delatus semiuuius in propria, post aliquot dies dolore vulneris expirauit, sepultusq; est cum patribus suis. Postremo, Amos pater Esaiæ, nobilis regali ex profapia fuit.

¶ Expositio literalis I. Ca. Verba Amos qui fuit in pastoralibus Thecæ. Art. I. Præmittit autem Amos nunc elucidandus prologum siue proœmium, dicens: [Verba Amos qui fuit in pastoralibus Thecæ] i. in locis prædictæ solitudinis aptis ad greges pascendos. Pastoralia itaq; dicit loca vicina vrbis Thecæ, in quibus nascuntur non fetes, sed pascua gregum. [quæ] verba vidit] i. intellectualiter Deo illustrante cognouit, à qua visione propheta dicebantur videntes. Intelligentia enim est opus in visione, & certum est, q̄ verba proprie non videntur visu exteriori atq; carnali. [super Israel] i. decem tribus, quia pro maiori parte & principaliter verba ista ad decem tribus pertinebant, non tamen omnia pertinebant ad eas, sicut patebit. [In diebus Ozias regis Iudæ, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel] iste est Ozias, alio nomine Azarias, pater Ioathan patris Achaz, qui Ozias regnauit in Hierusalem quinquaginta duobus annis. Hieroboam vero iste, est filius Ioas filij Ioachaz, filij Iehu, cui sponponderat dominus q̄ filij eius vsq; ad quartam generationem sederent in throno Israel. Hæc autem plenius dicta sunt in expositione primi capituli Osee. Vidit autem Amos verba infra ponenda, ante duos annos terræ motus] id est, ante duos annos, anteq̄ Ozias rex thurificare præsumpsit in templo. Ad cuius culpam increpandam, ostendendam, ac puniendam, ipse Ozias non solum percussus est lepra, sed etiam terræ motus factus fuit in templo. De quo terræ motu in libr. Regum & Paralip. reticetur, sed hoc loco & in Zacharia fit mentio inde. Dicit enim Zacharias 14. Fugietis, sicut fugistis à facie terræ motus in diebus Ozias regis. Interdum autem dicitur Ozias usurpasse officium sacerdotale in thurificando ex animi elatione, interdum vero ex nimio religionis affectu & zelo cultus diuini. Vnde in prologo ait Glossa: Ozias rex quum Dei religionem sollicitè æmularetur, nimio religionis amore prouocatus, contra legis præceptum, sacerdotale officium præsumere est conatus. Verum hæc duo stant simul. In hoc enim fuit superbia, q̄ nec post exhortationem pontificis & commemorationem diuinæ iussionis, quam proposuit pontifex regi Ozias, cessauit à proposito cordis, & forte propter regiam celsitudinem putauit se dignum ad thurificandum. In hoc autem fuit amor quidam religionis & zelus DEI, quod hoc ipsum agere attentauerit, tanquam opus venerationis diuinæ, & ad augendum seu magnificandum cultum diuinum. Vnde de incredulis Iudæis dixit Apostolus, Roma. 10. q̄ æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Sic quoq; & Gedeon zelo quodam Dei, sed indiscreto, fecit sibi Ephod sacerdotale, quod factum est sibi & domui suæ in ruinam, vt scriptum est in lib. Iudicum ca. 8. Cōsequenter ponitur narratio seu tractatus. [Et dixit] Amos ad populum decem tribuum. Vt enim annunciarer hæc verba populo, reuelata sunt ei. [Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam] Hæc verba in propria forma scripta sunt apud Iohalem, atq; in præcedentibus exposita. Verum tamen alium sensum, etiam quantum ad litteram, habent ibi, & alium hic. Siquidem ibi dicta sunt pro die finalis iudicij, in q̄ Christus tanq̄ leo horrendā sententiā proferet cōtra peruersos à loco, in quo residebit, videlicet in aere circa montē Oliueti, & prope Hierusalem, Nunc

Esaiæ 2.

2. Par. 23

1. Reg. 9.

Dani. 10

4. Re. 14.

2. Par. 23

4. Re. 14.

Osee 1.

2. Par. 16

& 14.

2. Par. 26

Ibidem.

Iohel. 3.

Matt. 24

Nunc

Nunc autem dicatur de captiuitate decem tribuum Israel, ut sit sensus: [Dñs de Sion]i. Deus omnipotens, qui comoratur in templo suo sito in monte Sion, rugiet de hoc habitationis sue loco. Dñs enim in templo suo sancto, terribiliter quasi leo loquetur contra decem tribus. [Et de Hierusalem] ciuitate sancta, in qua fuit cultus eius, & populus fidelis, in quo habitauit per gratiam, dabit vocem suam, i. prophetica prænunciatione seu cominatione de decem tribuum captiuitate ab Assyrijs facta. Hæc autem dicuntur, vel quia per prophetas qui erant in Hierusalẽ, Deus prædixit hæc captiuitatem, vel quia Deus, qui ubique est, dicitur specialiter de Sion loqui, quemadmodum ibi specialiter se esse & habitare asseruit. Vnde in lib. Reg. frequenter legitur, quod Hierusalẽ elegit, ut poneret nomen suum in ea, & quod templum sibi sanctificauit, ut habitaret in eo. Vel quia, ut aliqui dicunt, in visione imaginaria ipsi Amos ostensa, videbat sibi, quod vox Dei ad ipsum de illo loco procederet, quemadmodum Iacob patriarcha in Bethel apparuit in visione imaginaria, quod Deus loqueretur ad ipsum ab arce scalarum, cui videbatur innixus. Idcirco propheta non dicit, dñs de Bethel, vel Dan, vel de Samaria rugiet, quia in illis locis idololatriæ deditis non habitauit, cum Salomone Prou. 15. dicitur: Locus est dñs ab impijs. Porro, ut ait glossa, & sumptum est ex commento Hieronymi: Naturale est, ut omnes qui volunt rem unam alteri comparare, ex his rebus sumant comparationem, quas sunt experti, & in quibus sunt nutriti, quemadmodum nauta aduersarios suos comparat vento, damnum naufragio, tristitia tempestate, prosperitatem seu incuditate placidæ auræ sic quæ in ore philosophorum semper versant, Socrates, Plato, Aristoteles, Xenophon, Zenon, Theophrastus: sic Amos pastor in eremo vasta feris plena, iram seu cominationem Dei, rugitui leonis assimilat. Erat autem rusticus. Vnde & infra simili artis suæ viuentis exemplo, differuit: Dñs stridit super vos, sicut stridet plaustrum onustum sceno. [Et luxuriant speciosa pastorum] cominatione Dei præfata impleta, plana loca camporum, viridia loca pratorum, agri herbis fructibusque ornati, in quibus pastores pecora aluerunt, desolata sunt atque vastata, quando videlicet hostes prædicti terram decem tribuum destruxerunt. Quemadmodum enim loca ista metaphorice ridere dicuntur, dum speciosis fructibus seu floribus adornantur, sic lugent, quando his priuata, in sterilitate quandam seu ariditatem rediguntur. [Et exiccatus est vertex Carmeli.] Duo sunt montes, qui apud Græcos atque Latinos Carmeli, apud Hebræos autem Chermel vocantur. Vnus, in quo habitauit Nabal maritus Abigail. Alter, in quo orauit, pluiamque impetrauit Helias. Vertices itaque, i. superiora horum montium loca, per sterilitatem exiccata sunt vel vastata. Vel per speciosa deserti intelliguntur potentes ac diuites. Vel secundum aliquos, vniuersi habitatores regni decem tribuum. Per vertex vero Carmeli, rex Israel, puta Osee vltimus rex Israel ab Assyrijs interfectus, tuncque omnis populus eius luxit. [Hæc dicit dñs: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum.] Verba ista intricata sunt valde, & quantum ex commento, quæ vidi, colligere possum, iste est sensus: Super tribus sceleribus, i. de tribus peccatis Damasci, i. regni Syriæ, quæ per Damascum notatur, quia Damascus erat metropolis Syriæ, iuxta illud Esaiæ 7. Caput Syriæ Damascus. Et super quatuor, i. de prædictis peccatis quarto reiteratis, non conuertam eum, i. ei non parcam, dando poenitentiam gratiam, vel à debitis punitionibus liberationem. Tanquam dicat, secundum Hieronymum: Si semel esset populum meum Israel persecutus aut secundo, darem veniam. Nunc vero, quoniam tertio & quarto crudelis fuit in eum, non parcam. Quod Glossa apertius exprimit, dicens in speciali: Si Azahel rex Syriæ, & populus eius semel & bis tantum modo populum meum esset persecutus, forsitan parcerem eis. Sed quia diu expectaui eorum poenitentiam, & ipsi contra mea longanimitate abusi, tertio & quarto populum Israel afflixerunt, plagis corripiam delinquentes. Ex quo apparet, quod iste sit sensus: Si tribus vicibus tantum, videlicet semel & bis, prædictum malum fecissent, remissibile esset quoniam tertio & quarto hoc fecerunt, i. peccato ter iterato, quartum simile adiecerunt, quatuor vicibus tribulando Israel, non ignoscam. Huic sensui concordat illud in prologo: Quoniam Amos propheta ait, super tribus sceleribus, & super quatuor non transferam eum, tertio peccatorum indulgentiam Deum dare posse significat, quem quarto eadem peccata facientibus, nec poenitentiam, nec indulgentiam daturum enunciat. Hoc idem insinuat Glossa in morali horum verborum expositione, prout in sequenti articulo patebit. Vnde & Lyra hoc loco refert, esse opinionem Hebræorum, quod si peccauerit homo bis vel ter eodem genere peccati, sit remissibile: non autem, si quater. Ad quod allegari posset illud Iob 35. Ecce hæc operatur Deus tribus vicibus per singulos. Sed quod intelligenda sunt hæc, cum dñs per Ezechiel 18. dicat: Quia quacumque hora peccator ingemiscit, omnium iniquitatum eius non recordabor: Constat quoque, quod Iephthe & Manasses inter electos sint, quorum alter latrocinij, alter idololatriæ, diu ac frequentissime deseruiuit. Nabuchodonosor insuper regem, post varia crimina sapissime repetita, Daniel ad poenitentiam prouocauit. Et sicut Salomon ait in Ecclesiaste, In quocumque loco ceciderit lignum, ibi erit. Ex quo constat, quælibet posse misericordiam consequi durante vita præfata, ita quod in morte daturat est terminus meritorum.

¶ Præ-

¶ Prædicta denique videntur propinquare hæresi Nouatianorum, poenitentiam lapsis negantium. Et respondendum, quod Deus interdum punit peccata sine dilatione, antequam iterent. Interdum expectat vel magis, vel minus, secundum incōprehensibilem suæ voluntatis libertatem ac æquitatem, vel etiã pietatem. In Syris autem & cæteris gentibus quæ sequuntur, placuit sibi in quarto peccato vlcisci. Peccatum autem irremissibile dicitur dupliciter. Primo, quia nequaquam dimittit, ut est finalis in poenitentia. Secundo, quoniam difficulter ignoscitur, quemadmodum ait saluator: Qui blasphema uerit in spiritu sancto, non habet remissionem in æternum. Hæc autem difficultas, est ex parte peccati, ratione suæ enormitatis: vel peccantis, quia sæpe eadẽ vitia repetendo, diuina miseratione se indignum constituit: non autem ex parte Dei, cuius potentia atque clementia prorsus infinita consistit. Sic ergo nunc loquitur dñs. Quod si Hebræi uellent asserere, quod idem genus peccati quarto reiteratum ab eodem, nullo modo sit remissibile, errarent, sicut in multis alijs errant. Præterea, causa punitionis Syriæ subditur: [eo quod triturauerit]i. contriuerit atque occiderit, [in plaustris ferreis]i. per instrumenta quædam ferreos dentes habentia [Galaad]i. populum Israel habitantem trans Iordanem, in regione vel ciuitate nomine Galaad, quæ cessit mediæ tribui Manasse. Galaad autem est nomen regionis illius, & etiam ciuitatis. Recteque dicitur, triturauerit: Quemadmodum enim prædictis instrumentis, seu rotis subterferratis atque dentatis excutuntur in Palæstina frumenta in horreis, sic, ut & stipula quasi in paleam redigatur, deturque iumentis in escam propter foeni defectum, sic Azahel & Syri per instrumenta huiusmodi crudeliter contriuerunt Galaaditas, iuxta illud 4. lib. Regum: Non sunt derelicti Ioachaz regi Israel de populo suo, nisi quingenti equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi in puluere in tritura areæ. ¶ Quæritur, cur cominatio Dei primo contra Damascum dirigitur. Ad hoc multi respondent, quod ideo quoniam tempore quo Amos prophetauit, Azahel grauiter urgebat decem tribus. Sed obijci potest, quod Amos prophetauit sub Hieroboam & Ozia, ante quos Azahel diu mortuus fuit, quia ut 4. Regum describitur, Ioas rex Israel pater prædicti Hieroboam, pugnauit contra Benadad filium Azahelis, tribusque vicibus superauit eum, quemadmodum Helisæus moriens prænunciavit, quando videlicet præcepit Ioas regi, ut iaculo percuteret terram. Et palam est, quod Azahel tunc mortuus fuit. Hieroboam vero præfatus successit Ioas patri suo in regnum. Potest ergo aliter dici, videlicet quod tempore Amos adhuc persecutio Azahelis & filij eius erat magis in recordatione, quia non diu præcessit, quam persecuciones aliorum in filios Israel, quæ infra ponentur, & forte factæ fuerunt uiuente ipso Amos, quibus nondum prophetante. Patet quoque ex dictis, quod plaustra non sumuntur hoc loco pro curribus. Propter quod LXX. pro plaustris posuerunt ferreas ferras. Deinde subiungitur Syrorum punitionis: [Et mittam ignem]i. grauem punitionem, irreuocabilem iram, seu captiuitatem, [in domum Azahel]i. in eius progeniem. [Et deuorabit domus Benadad]i. posteros vel etiam habitacula filij Azahelis, qui dictus est Benadad. Dicit autem Glossa, quod pater Azahelis uocatus est Benadab, habens vltimam literam. Filius vero ipsius uocatus est Benadad, per d, in fine. A quo secundum Hieronymum, posteriores reges Syriæ appellati sunt Benadad, quemadmodum reges Aegypti à primo Pharaone dicti sunt Pharaones, & Cæsares à Cæsare. Sed hoc intelligendum est de generali nomine. Habuerunt enim specialia nomina successores prædicti Benadad & Pharaonis ac Cæsaris. Vnde 4. Regum legitur Iosias occurrisse Pharaoni Necho, [et conteram uicem Damasci] id est, per manum regis Assyriorum, destruam portas & clausuras, omnemque fortitudinem Damasci ac Syriæ. [et disperdam habitatores de campo idoli] id est, de Damasco in plano sita, idolisque repleta. [et tenentem sceptrum] id est, regem Damasci disperdam [de domo voluptatis] & luxuriæ, id est, de palatio suo, seu oppido Damasceno loco deliciosissimo, in quo & ipse & alij vitij carnis seruierunt. [et transferetur populus Syriæ Cyrenen] id est, captiuus ducetur in Cyrenen, quæ est in vltimis finibus Aegypti. [dicit Dominus] Hoc totum impletum est tempore Achaz, ad cuius instantiam Salmanasar rex Assyriorum venit atque vastauit Damascum, & Rasin regem eius occidit, populum quoque ipsum transfudit in Cyrenen, prout quarto Regum recitatur. Vnde & Esaiæ 8. habetur: Auferetur fortitudo Damasci coram rege Assyriorum. Per Moysen demum & Hieremiam dominus perhibet, se visiturum peccata patrum in tertiam & quartam generationem. Quod Hieronymus ita hoc loco interpretatur, ita quod Deus magnitudine suæ clementiæ prætolatur poenitentiam pereuntium, & quod in prima generatione non vindicat, differt usque ad tertiam & quartam generationem. ¶ Consequenter subduntur debita punitiones Philistinorum, propter iniurias populo Israel ab illis illatas. [super tribus sceleribus Gazæ] quæ fuit una de quinque regalibus ciuitatibus Philistinorum. [et super quatuor non conuertam eum.] Exponenda sunt verba hæc, sicut iam exposita sunt verba paulo ante inducta. Est enim sensus: Si habitatores Gazæ semel vel bis præfate persecuti fuissent filios Israel, forsitan parcerem: nunc vero quoniam tertio & quarto hoc fecerunt, non conuertam eum ad me. [eo quod transtu-

Psal. 10.
Elai. 62.
4. Re. 17.
Psal. 98.
3. Reg. 8.
2. Par. 6.
Gene. 28
Amos 2.
4. Re. 15.
Judic. 11
& 12.
4. Re. 21.
2. Pa. 22.
Dani. 4.
Ecces 11.

Marc. 3.
Iosue 22.
4. Re. 11.
Ibidem.
4. Re. 14.
4. Re. 23.
4. Re. 16.
Exod. 20
Hier. 31.
Acto. 8.

transulerit captiuitatē perfectā] i. partem populi Iudæorū ac Israel, quā ceperunt, vendiderūt [vt concluderent] i. claudi ac detineri [eam] facerent [in Idumæa] cuius habitatores fuerunt populo Hebræorum frequenter valde molesti. Dum enim Assyrii vastarent decem tribus & Chaldæi duas, Philistæi captiuauerunt de Israel & de Iuda, quos poterant, eosq; Idumæis vendebant. [Et mittam ignem in murum Gaza, & deuorabit ædes eius] i. habitacula Gaza, quam combusserunt Chaldæi. Assyrii quoq; ignem tribulationis & persecutionis intulerūt Gaza, & vrbibus quæ subduntur, [et disperdam habitatorem de Azoto] quæ fuit vrbis alia principalis siue metropolis in Philistæa, [et tenentem sceptrum] i. regem Palæstinorum seu regiam potestatem disperdam [de Afcalone] i. alia vrbe metropoli Palæstinorum seu terræ Philistinorum. Et forte sedes regni fuit interdum in Afcalone, quæ secundum glossam antiquitus vocabatur Philistim. Vnde tota regio post appellata est Philistæa, & habitatores eius Philistim. [et conuertam manum meam] id est, potentiam [super Accaron] vrbem Philistinorum metropolim, dando eam in manus Chaldæorum vel Assyriorum. [et peribunt reliquæ Philistinorum, dicit dominus Deus] id est, ceteræ vrbes & vici ac incolæ. Totum enim regnum illud deiecerunt Chaldæi, quemadmodum Esaias, Hieremias, & Ezechiel prædixerunt. Quinq; autem principales ciuitates Philistim sunt, Gaza, Azotus, Afcalon, & Accaron, quæ modo expressæ sunt, & Geth quæ hic non explicatur. [Hæc dicit dominus Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum] Exponenda sunt hæc, vt supra de Damasco, vt sit sensus, quoniam Tyrii molesti fuerūt filiis Israel, & persecuti sunt eos tertia vice & quarta, ideo destruuntur. [eo q; concluderint captiuitatem perfectam] id est, filios Israel à se captos, & plene vastatos vendiderunt, & claudi ac detineri fecerunt [in Idumæa, quoniam Idumæis venundabant eos, et non sunt recordati] Tyrii tam crudeliter agentes, [scederis fratrum] id est, pacti fraternitatis & amicitia, quod olim fuit inter Hiram regem Tyri, & Dauid ac Salomonem, inter quos iugis pax fuit & amicitia magna, quæ admodum 2. ac 3. Regum plenius scribitur. Porro, homines in scripturis dicuntur fratres quatuor modis, Natura, vt Cain & Abel, Cognatione, vt Ioab & Amaza, Gente, vt omnes Iudæi, fratres vocantur. Amicitia, vt Hiram & Salomon. Vnde cum viginti oppida, quæ contulit Salomon Hiram, ipsi Hiram non placuissent; Hæccine, inquit, sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater? Erant enim graminibus plenz, vt Glossa hic refert. [Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius] Hoc impletū fuit, quando Nabuchodonosor Tyrum destruxit. Pauca tamen inuenit in ea, quoniam negotiatores ciuesq; Tyri per naues fugerūt versus Carthaginem. Propter quod dominus ait ad Ezechielem: Fili hominis, rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, & merces non est reddita ei. Esaias quoq; & Hieremias de Tyri destructione vaticinati sunt plurima. [Hæc dicit dominus] Deus [super tribus sceleribus Edom] id est, Idumæorum, qui nati sunt de Esau, qui alijs nominibus dictus est Edom, id est, rufus vel sanguineus; & Seir, id est, pilosus seu hispida. [et super quatuor non conuertam eum] id est, quoniam tertio & quarto persecuti sunt populum meum Israel, non eis ignoscant, sed grauius puniam [eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum] id est, quemadmodum Esau persecutus est Iacob, ita vt fugeret Iacob in Mesopotamiam, sic populus Idumæorum persecutus est in gladio populum Iudæorum de Iacob exortum. [et violauerit misericordiam eius] id est, pietatem, ad quam naturali iure tenebatur, non exhibuit fratri suo præfato. Cum enim duo populi isti ex duobus fratribus, scilicet Esau & Iacob, processerint, debuerunt sibi inuicem omnem misericordiam in omnibus exhibere; sed populus Idumæorum ita non egit, immo nec voluit filijs Israel ascendentibus ex Aegypto iter præbere per terram suam, sed dixit Non transibis p me, alioquin armatus occurram tibi, statimq; cum infinita multitudine exierunt rex Edom & populus eius. Propter quod declinavit Israel ab eo, quemadmodum in Numerorum libro legitur. [et tenuerit vltra furorem suum] id est, implacabili inueterataq; ira exarsit in populum Israel, [et indignationem suam] contra Israel [seruauerit vsq; in finem] id est, vsq; ad captiuitatem Iudæorum à Chaldæis, seu decem tribuum ab Assyrijs, hoc est, quādiu filij Israel manserunt in terra promissionis. [Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosre] Quidam per Theman intelligunt metropolim Idumææ, & per Bosram aliam Idumææ ciuitatem. Hieronymus vero affirmat, q; Theman sit hic nomen regionis Idumæorum, & similiter Bosra, ita q; vtrunq; eandem significat terram. [Hæc dicit dominus Super tribus sceleribus filiorum Ammon] id est, Ammonitarum descendentium de Lemine Loth ex filia sua iuniori, [et super quatuor] id est, propter eorum impietatē toties repetitam, & in filios Israel factam, [non conuertam eum] id est, populum Ammonitarum à suis peccatis & debitis pœnis, [eo q; disseuerit prægnantes Galaad] id est, mulieres prægnantes latus Galaad, ne parerent pueros possessuros terram Galaad, quam Ammonitæ laborabant acquirere. Ideo subditur; [ad dilatandum terminum suum] id est, terram seu fines patriæ suæ. Operabatur enim

4. Re. 17. & 25.
Exo. 15.
Ezec. 4. 2. Reg. 5.
Gene. 4. 2. Re. 20.
2. Par. 8.
Hier. 47
Gene. 25
Gene. 28
Num. 20

enim totam terram Galaad suo addere atq; subicere regno. Hoc fuit tempore Saul, quando (vt 1. Regum 11. recolitur) Naas rex filiorum Ammon impugnavit Galaad, & prægnantes eius diuisit. Cumq; habitatores latus Galaad mādassent regi Ammon, Habe nos concederatos; respondit, In hoc habebō vos scederatos, vt eruam omnium vestrum oculos dexterōs. Quoniam ergo Ammonitæ ab illo tempore & ante, vsq; ad tempus Amos propheta, manserunt in sua crudelitate & iniuriazione cōtra Israelitas, tradidit eos dñs in manus Chaldæorum, sicut subiungitur; [Et succendam ignem in muro Rabbæ] metropolis Ammonitarum, quæ Deuteronomio 3. & 2. Regum 11. vocatur Rabbath. Ignis autem intelligitur demolitio seu grauis punitio ciuitatis & habitatorum ipsius. [et deuorabit ædes eius] i. habitacula destruet, [in vlatu] i. clamore exercitus destruentis hanc vrbem. Vel in lamentatione & sono confuso Ammonitarum, cadentium gladio Chaldæorum. [in die belli] Chaldæorū contra Ammonitas, [et in turbine] i. abundanti calamitate Ammonitarum, quæ fuit similis tempestati, [in die commotionis], qua ab hostibus moti sunt, territi, interfecti siue translati. [Et ibit Melchom] i. rex Ammonitarum, qui per idolum, quod coluit nomine Melchom, designatur, [in captiuitatem], quia rex Chaldæorum cepit eum. [ipse & principes eius] id est, sacerdotes seu alij potentes ac nobiles, [simul] id est, pariter cum rege suo captiui ducentur, dicit dominus. De hac re in alijs prophetis plenius legitur.

¶ Expositio moralis eiusdem primi capituli. Artic. II.

Verba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecæ. Amos interpretatur onustus, siue auulsus; Thecæ vero, clangens tuba. Qui ergo onustus est, id est, obseruantijs diuinorum præceptorum subiectus, portans pondus dei & ætus, qui mortificatur pro Deo tota die, hic audit verba secreta à Deo, ita vt dicat cum Esaias Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Omnis enim sanctus instinctus, omnis inspiratio sancta, omnis consideratio bona, est interna quædam Dei locutio, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Talis quoq; conuersatur & est in pastoralibus Thecæ, id est, in spiritualibus elcis, in corporali opulentiâ Dei omnipotētis, per scripturas & sanctos prædicatores atq; doctores catholicos, quasi per tubam clangentis & populum eruditentis. Potestq; dicere Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuē ibi me collocauit, super aquam refectiois educauit me. Vel est in pastoralibus, id est, locis seu congregationibus ecclesiæ, quæ per modum tubæ vocem suam exultat, Deiq; verba enunciat, in quibus utiq; locis fideles verbis & exemplis honorum prælatorum aluntur, sacramentalibus quoq; gratijs reficiuntur. [Dominus de Sion rugiet] id est, de ecclesia per ora prædicantium terribiles comminationes effundet, dicendo illud Lucæ 6. Væ vobis qui nunc ridetis, Væ vobis diuitibus, Væ vobis qui saturati estis. [Et de Hierusalem] de hac ipsa ecclesia [dabit vocem suam] i. verba dulcis consolationis ac magnæ promissionis, dicendo: Vado parate vobis locum. Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Et: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hæc facit Deus quotidie. Sion interpretatur speculatio, Hierusalem autem visio pacis. Ecclesia ergo contemplando diuina dicitur Sion, & pacem habendo, intusq; cernendo appellatur Hierusalem. [Et luxerunt speciosa pastorum] i. decor & gloria eorum, qui solo nomine sunt pastores. De quibus Esaias 56. habetur: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, canes multi desolati sunt & euauerunt. Quia dum Christus per sanctos suos verosq; pastores in ecclesia loquitur, inutiles pastores confunduntur, tristantur, & inanes esse noscuntur. [Et exiccatus est vertex Carmeli] id est, mundana sapientia per inanem eloquentiam decorata, sterilis facta est, quemadmodum dicit Apostolus: Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. [Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non transferam eum] Primum peccatum, est motus passionum in appetitu inferiori, vel cogitatio mala. Secundum, est consensus rationis. Tertium, executio operis. Quæ designatur per tres mortuos à Christo resuscitados. Primum, per filiam Iairi archisynagogi, quam suscitauit in domo. Secundum, per filium viduæ extra ciuitatem, quia consensus rationis est extra & supra sensualitatem. Tertium, per Lazarum clausum, quoniam opus malum tanq; lapis grauatur & opprimit præuariantem. Quartum peccatum est nō poenitere de malo. Super tribus aut sceleribus Deus frequenter conuertit, sed impoententem æternaliter damnat. Talis namq; cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, nec leuat oculos suos, vt aspiciat cælum. Sed claudit super eum puteus os suum. Vnde & Christus non legitur quartū mortuum suscitasse, quia p corporealem suscitationem, spiritualis figurabatur. Damascus præterea interpretatur bibens sanguinem. Sicq; significat subuersores aliorum, qui vitam spiritalem eorum quos fallunt, consumunt & ebibunt, qui [prægnantes] i. animas in bonis fœcundas, [triturat in plaustris ferreis] i. acutis versutijs, minis, seu tribulationibus destruunt, auertendo eas à Deo, propter quod dicuntur prægnantes [Galaad] i. transmigrations, quia recedunt à Deo, transmigrantes in

4. Re. 23.
Mart. 26
Psal. 43.
Eia. 50.
2. Cor. 30
Psal. 22
Ioan. 14.
12. & 14.
1. Cor. 10
Mart. 9.
Lucæ 7.
Ioan. 11.
Prout. 18.
Psal. 38.
montem

montem vanitatis sicut passer, quæ ante hanc suam seductione dicere poterant illud Esaiæ.
 Esai. 26. A facie tua dñe concepimus & quasi parturimus. Quæ autem non seducuntur, addere possunt quod ibi adiungitur: Et peperimus spiritum. Mittit ergo dñs ignem suæ vindictæ, in domum Azahel, eorum qui alios ira subuertunt, qui deuorat domos Benadad, congregationem consentientium, sequentium, vel cooperantium malo. [& ceteram vices Damascus] i. fortitudinē præfatæ animas manducantiū, seu sanguinē aliorū bibentium. Dicit autem Haymo, q̄ seruus Abrahæ Damascus Eliezer, condidit urbē Damascus in cāpo, vbi occisus est Abel. [Et disperdam habitatores de campo idoli, hoīes terrenos, in campo idoli, id est, in latitudine mundi, in quo idola vanitatis ac falsitatis coluntur, dum alij in suis sophismatibus iugiter occupantur & gloriantur, aliorū deus venter est, aliorū aurum aut Venus, alij cum stultis vanisq̄ cogitationibus quasi cū idolis ludunt, non aduertentes illud Ioannis Custodite vos à simulacris. Et illud Michæ: Væ vobis qui cogitatis inutile. Insuper per punitionem Tyri (quæ interpretatur angusta) figuratur eorum damnatio, qui non ambulāt in latitudine charitatis, nec dicere possunt cum Apostolo 2. Cor. 6. Cor nostrū dilatātū est. Sed frigore inuidiæ constringunt, & priuato amore sic coarctant, q̄ non quærunt nisi quæ sua sunt, non cōmunicantes proximis dona Dei sibi cōcessa. Per punitionem vero Edom (quæ interpretatur rubens vel sanguinea) figuratur damnatio hoīm sanguinolentorum, qui in operibus carnis & sanguinis voluntarij, rubent & inflammantur. Et maxime infidelis synagoga, quæ fratrem suū, i. primitiuam ecclesiam ex Iudaismo conuersam, persecuta est vsq̄ ad sanguinem. De quibus ait Christus Esai. 61. Aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea. Item q̄ in euangelio: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, &c. De talibus cantamus in Psalmo: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Verum vt ait Apostolus, Caro & sanguis regnū Dei non possidebunt. Postremo, per punitionem filiorum Ammon (qui interpretatur populus meus, vel populus mceroris) intelligitur damnatio impiorum Christianorum, qui sunt populus Dei per fidem, non per charitatem & opera, qui sine veste nuptiali venire præsumunt ad militantis ecclesiæ nuptias. Quos certum est, inordinatis mceroribus affici, quoniam contristantur in quibus contristandum non est, scilicet præsentis vitæ aduersa: Et non contristantur in quibus tristandum est, scilicet propter sua & aliorum peccata, & cetera animæ nocumenta peccatum consequentia. Et præsertim contristari debemus de hoc, q̄ Deum sanctum, piū ac liberalissimum, toties inhonoramus, beneficijs eius ingrati, & coram præsentia maiestatis eius intimatori. Moralitatem autem huius capituli per singula verba, propter prolixitatem vitandam, non profecquor, præsertim cum sententia moralitatis huius sæpe iam posita sit.

¶ Elucidatio cap. II. Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum. Artic. III.

NVnc quinq̄ regnorum culpam ac pœnam descripsit propheta, videlicet Syria, Philistinim, Tyri, Idumæorum, & filiorum Ammon. Consequenter in isto capitulo adhuc trium regnorum culpam pœnamq̄ describit, videlicet Moab, Iudæ, & Israel. [Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Moab & super quatuor] i. propter peccata Moabitæ tertio & quarto reiterata, [non conuertam eum] ad me per penitentiam, nec à debita punitione eos eripiam, præsertim [eo, q̄ incenderit ossa regis Idumææ vsq̄ ad cinerem.] Refert Hieronymus, q̄ secundum Hebræos, defuncto illo rege Idumæorum, qui cum Ioram rege Israel & Iosaphat rege Iudæ obsedit regem Moab, nec permisit regem Moab effugere per eam partem quam ipse obsedit. Propter quod rex Moab cōpulsus reuertit in urbem, ascendit murum, & filium suum obtulit deo suo. Hoc ergo rege Idumæorum defuncto, recordati filij Moab, quid rex ille adhuc vitens fecerit eis, ossa ipsius de monumento extracta, vsq̄ ad cineres combusserunt. Propter quod iram domini incurrerunt, eo q̄ crudelitatem suam nec in morte voluerunt finire. Deniq̄ secundum Glossam, Deus comminatus est se vindicare contra Moabitas scelus, quod contra infidelem regem fecerunt, vt demonstraret omnes animas ab ipso creatas, ad suum pertinere imperium. Quod si ita vlciscitur eos, qui Deum non cognouerunt, quomodo vindicabit suos cultores? Præterea, quoniam Ammonitæ ac Moabitæ descenderunt de semine Loth nepotis Abrahæ, cui Abraham beneficia multa impendit, debuerunt beneuoli fuisse Iudæis, sed econtrā durissimi fuerunt ad eos. Idcirco meruerunt puniri, sicut subiungitur: [Et mittam ignem] captiuitatis & magnæ tribulationis, vel etiam combustionis, [in Moab] id est, Moabitas vel vrbes eorum. [& deuorabit ædes Carioth] id est, habitacula vrbis sic dictæ, pertinentis ad prouinciam Moab. [& morietur in sonitu Moab in clangore tubæ] i. aduersarijs eorū Assyrijs siue Chaldæis contra eos conclamantibus & tuba clangentibus, occidentur multi de Moabitis. [Et disperdam iudicem de medio eius] i. iudices in medio Moab demorantes. [& oēs principes eius interficiam cum eo, dicit dñs] tradendo eos manibus Chaldæorū. De hac re multa scribunt in Esaiæ, Hierem.

Gene. 4.

1. Ioan. 5 Mich. 2.

Matt. 23. Psal. 54. 1. Cor. 15

Gene. 19

Hieremia q̄q̄ & Ezechiele. Vnde Esaias ait: Vlulabit Moab ad Moab. Vniuersus vlulabit. An vero hostes occiderūt vniuersaliter oēs principes Moab, vel tot q̄ alij qui manserunt superstitēs, pauci videbant, non est omnifarie certum. [Hæc dicit dñs: Super tribus sceleribus Iudæ, & super quatuor] i. de peccatis duarū tribuū, immo & Leuitarū, q̄ in regno Iudæ manserūt à tēpore separationis decē tribuū à domo David. De horū ergo peccatis ter quaterq̄ repetitis [non cōuertā eū] i. eis nō parcam, nec gratiā veræ cōuersionis infundam instante captiuitate Babylonica. [eo q̄ abiecerunt legē dñi] data in monte Sina per Moysen. [& mādāta eius] quæ erant triplicia, s. moralia, cæremonialia, iudicialia. [non custodierunt] per obedientiā. Aliquando tamen ea seruabant. Aliqui q̄q̄ à principio transgressi sunt ea. Vnde Hierem. 2. loquit dñs: A seculo cōfregisti iugū meū, rupisti vincula mea, & dixisti, Nō seruiā. [Deceperūt em̄ eos idola sua, post quæ abierūt] i. quæ coluerūt, & quæ colendo, à Deo vero recesserūt [patres eorū] qui in deserto adorauerūt vitulū aureū & Beelphegor, in terra q̄q̄ promissiois Baalim & Astaroth. Hæc itaq̄ & similia idola, deceperūt & posteros tēpore Achaz, Manasses & Amō, Ioachim & Sedechiæ, ipsi per idololatriā sunt decepti, & deceperūt se ipsos. Idola vero deceperūt eos materialiter, seu occasionaliter. Interdū tñ idola decipiūt homines inductiue seu directe, inquantū dæmones per ea loquunt, & aliqua mira operant. Vel ipsæ imagines sua alliciunt pulchritudine intuetes, sicut in lib. Sapiētie copiose ostendit. [Et mit tam ignē in Iudā] i. in vrbes seu populū regni Iudæ [& deuorabit ædes Hierusalē] quādo videlicet exercitus Chaldæorū cōbussit seu demolitus est terrā & populū Iudæ, & Nabusardan princeps militiæ incēdit tēplum & ciuitatē Hierusalē. Hinc per Ezechielē dñs ait: Conflabo vos & cōgregabo, & succendā vos in igne furoris mei & conflabimini in medio eius, sicut cōflatur argentum in medio fornacis. Præterea aduertendū, quia [vt ait Hieronymus] prædictis regnis non improperat Deus, q̄ legem scriptā transgressi sunt, nō em̄ data est eis. Idcirco q̄ sine lege peccauerūt, sine lege perierunt. Iudæ vero Deus cōcessit legē, tēplum, sacerdotes Leuiticos, cæremonia & mādāta deo de legis & præceptorū transgressione arguit, & secundū legē dānatur. [Hæc dicit dñs: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertā eum] i. propter peccata decē tribuū, tertio & quarto repetita, nō parcam eis, sed hostibus tradā. [pro eo q̄ vendiderit argento iustū] i. iustos & simplices pro pecunia gentibus vendiderūt vicinis in seruos, Vel sensus est, q̄ iustorū causam atq̄ iudiciū subuerterūt, munerata accipiēdo, sicut de quibusdā cantat in Psal. 81. Vsq̄ quo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū sumitis. Et Esai. 1. Oēs diligūt munera, sequitur retributiones, pupillo nō iudicant, & causa viduæ non ingredit ad eos. [& pauperem pro calceamentis] i. pauperes vendiderunt pro precio vili, & modice reputat hoīes Dei imaginem ac similitudine insignitos. In quo patet eorū iniustitia, violentia, crudelitas, cupiditas. [Qui] impij Israelitæ [cōcērūt super puluerē terræ capita pauperū] i. pauperes pedibus suis conculcant, atq̄ in terrā proiectos pessundant. [& viā humiliū declināt] i. cū humilibus & paruis personis ire despiciunt, talesq̄ sibi obuiantes abhorrent & vitant. [Et filius ac pater eius ierunt ad puellam.] Translatio LXX. cōtinet, ad eandem puellā. Vnde sensus est, q̄ socer polluit nurū, violando puellā suo filio desponsatam. Vel crebro patres & filij eiisdē cōmixti sunt sceminis. In quo de incesto notantur. Cui simile est q̄d 1. Corinth. 5. scribit Apostolus: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gētes, ita vt vxorē patris sui qs habeat. Hæc phibuit Moses Leuit. 18. Turpitudinē, inquit, patris tui nō reuelabis, & turpitudinē nurus tuæ non discooperies. [vt volarent] i. inhonorarent, & quantū in ipsis erat, immundū ostenderent [nomen sanctū meū] i. me ipsum, quæadmodum enim deuoti Deum honorando, ostendunt q̄ ipse sit sanctus, sublimis & magnus, cui in sanctitate, timore ac reuerentia obsequuntur: sic impij Deū inhonorādo, quantū in ipsis est, Deū ostendūt non sanctū quia sic agūt, ac si mala Deo placerēt, & alios ad Dei inhonationē inducūt. Propter quod dicit Apostolus: Nomen Dei pro vos blasphematur inter gentes. Et per Ezechielē dñs ait frequēter: Contaminastis nomen sanctum meū. Et sanctificabo nomen sanctum meum, quod per vos pollutū est inter gentes. Hinc ergo deuoti dicunt Deū magnificare, sanctificare & exaltare, iniusti vero violare & spernere. Porro, vox hæc, vt, magis denotat hoc loco concomitantia vel sequelam, q̄ causam: quia opera mala sequitur violatio nominis Dei, quis non sit intenta. [& super vestimentis pignoratis accubuerūt] i. vestimenta, quæ violenter rapuerant à bonis, & his qui cum ipsis ad adoranda idola ire noluerūt, supposuerunt sibi secus loca atq̄ altaria, vbi in honorem idolorū fecerunt lasciuia conuiuia. Hæc autē vestimenta per modum prædæ ablata, dicuntur vadium seu pignora: quia pro liberatione à morte, dabantur spoliatis. Dicitur em̄ in Osee, quō pessimi filij Israel posuerunt custodes in monte Thabor & alibi, qui cōprehenderent & spoliarent transeuntes versus Hierusalem ad adorandum Deum verum. [& vinum damnatorum] id est, emptum de bonis quæ rapuerunt ab his, quos damnabant & opprimebant iniuste. [ubi bebant de domo Dei sui] i. in phanis idolorū, quæ deos putabant. ¶ Præterea aduertendū, q̄

Hier. 48 Eze. 25 Esai. 16.

4. Re. 12.

* abiecerit

Exo. 32 Num. 25

Iudi. 2. 8

4. Re. 16.

21. 23. 24.

Sapi. 15

& 16.

4. Re. 25.

Eze. 22.

Rom. 20

Ibidem. Eze. 39.

aliqui per 4. peccata Israel, intelligunt venditionem Ioseph a fratribus suis, adorationem vituli aurei in deserto, persecutionem prophetarum, & Christi occisionem. Et propter hoc quartum peccatum finaliter derelicti sunt Iudaei. De alijs vero tribus emendati fuerunt atque conuersi. ¶ Enarratis piaculis Israel, recitat dominus beneficia sua Israeli collata, ut opposita iuxta se collocata, ex mutua comparatione clarius agnoscant. [Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum] i. Scilicet regem Amorrhæorum & populum suum, aliosque Chanaanæos eieci & interfeci ad introitum filiorum Israel, seu 12. tribuum. Beneficia namque quæ nunc describuntur, non solum 10. tribubus data sunt, cuius altitudo cedrorum, altitudo eius. Magnæ staturæ fuerunt, & tantum eminebant alijs in longitudine, quantum cedri alijs arboribus, quantum ad longum. Propter quod exploratores dixerunt in Numeris: Populus magnus & proceræ staturæ, semen Enachim vidimus ibi, quibus comparati, quasi locustæ videbamur. [Et fortis] fuit [ipse] populus Amorrhæus quasi quercus, quæ est arbor durissima atque fortissima. [Et contriui fructum eius de super, & radices eius] deorsum. Id est, superbiam eius deieci, principes eius & semen contriui, subditos quoque ipsius, & vim generatiuam in eo destruxi. Loquitur autem dominus de toto populo illo metaphoricè, quasi de arbore vna, quæ cum penitus destruitur, rami eius ac radix vastantur ac corrumpuntur, ut non amplius repararetur aut cresceret. Sic Deus Amorrhæos illos deiecit. [Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Aegypti & eduxi] vos de loco ad locum, præcedendo in die per columnam nubis, & nocte per ignem. [in deserto] 40. annis, ut possideretis terram Amorrhæi. Non seruat hoc loco ordo historiarum, sicut nec frequenter in alijs locis scripturarum, ubi de Dei laudibus agitur, quod maxime patet in libro Psalmorum, in quo tertius psalmus scriptus est tractatus de persecutione Dauid ab Abisalon, & multi alij psalmi sequuntur, loquentes de rebus quæ diu ante contigerunt. Certum est autem, quod Deus eduxit Israel de Aegypto, antequam Amorrhæum præfato modo deiecit. [Et suscitavi] i. de paruo statu gratiose promouit quosdam [de filijs vestris] in prophetas, quales fuerunt Helias & Helisæus. [Et de iuuenibus vestris] suscitavi & feci [Nazaræos] qui erant Deo consecrati ex vtero, super quorum capita non ascendit nouacula, quæ non radentur, nec vinum potabant. Tales fuerunt Samson (ut patet in libro Iudicum) & Samuel, 1. Reg. 2. & 3. Aliqui tamen erant Nazareii pro toto tempore vitæ suæ, Aliqui ad tempus determinatum. [Nunquid non ita est filij Israel, dicit dominus] Et propinabatis Nazaræis vinum. Cum tamen in lege scriptum sit, ut tempore consecrationis suæ, vinum & omne quod inebriare potest, non bibant, ne curis seculi aut vitio gula à Dei vacatione impediatur. [Et prophetis mandabatis, dicentes: Ne prophetetis.] erant enim incorrigibiles, & eos à quibus redarguebantur, repellebant. Hinc Esaiæ 30. scriptum est: Dicunt videntibus, nolite videre; & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Horum vitiorum debita subinfertur punitio. [Ecce ego] Deus omnipotens iustus iudex, quæ nullum malum patior ire inultum. [Stridebo] subter vos, vel super vos, ut aliqui dicunt, i. terribiliter vobis minabor. [Sicut stridet] plaustrum onustum sceno, i. ad tantam calamitatem atque tormenta vos pertraham, quæ velut currus sceno grauatus, emittetis altos miserabilesque clamores, quando in manus incideritis Assyriorum. Notandum quoque, quod propheta hic loquitur de toto populo quasi de vno. Unde non omnia eisdem conueniant, quis quasi de eisdem dicant. [Et peribit] fuga à velocibus, i. veloces & agiles manus hostium euadere non valebunt. [Et fortis] non obtinebit virtutem suam, i. viri potentes fortitudinem suam amittent. [Et robustus] non saluabit animam suam, i. vitam, sed occidetur. [Et tenens arcum] non stabit, i. sagittarum coram Assyrijs cadent, [Et veloces pedibus suis] non saluabuntur, i. velociter currendo nequaquam effugiet. [Et ascensor equi] non saluabit animam suam, i. nec equites vitam suam ab Assyrijs liberabunt, sed capientur. [Et robustus corde] i. animo constans & audax, inter fortes nudus fugiet in die illa, dicit dominus, i. armis & vestimentis cursum impediētibus reiectis, conabitur fugere, quis non possit effugere. ¶ Hæc autem dicuntur, non quod omnes tales de populo Israel ab Assyrijs fuerint capti, vel interfecti: dicendum est enim in Osee, quod aliqui euaserunt manus Assyriorum, sed tam pauci fuerunt, quod comparatione aliorum non computantur. Quod enim modicum est, non reputatur.

¶ Expositio tropologica eiusdem Cap. II. Artic. III.

Moab interpretatur, ex patre. Filia enim maior ipsius Loth, cum esset inuerecundior iuniori sorore, de suo non erubescens incestu, tale imposuit filio suo (quem habuit ex proprio patre) nomen, quod omnibus innotesceret, filium hunc de patre matris suæ progenitum, vocans eum Moab. Per quem hoc loco intelliguntur peruersi, qui alios verbo aut exemplis aut alijs modis corrumpunt. De talibus enim loquitur Christus: Vos ex patre diabolo estis. Et Ioannes in 1. sua epistola: Qui peccat, ex diabolo est. Denique Idumæa interpretatur terrena. Rex ergo Idumæorum, est rector propriæ carnis & sensualium affectionum, qui datur animo suo, & carnem suam crucifigit cum vitijs & concupiscentijs, implens illud Apostoli ad Rom. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Unde & 1. Thess. 4. dicitur: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut sciat

ut sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in honore, & non in passione desiderij. Tunc ergo Moab incedit ossa regis Idumææ usque ad cinerem, dum peruersus aliquis hominis virtuosus spiritalia ossa, i. virtutes in nihilum redigit, inducendo eum ad culpam mortalem. De talibus dominus ait ad Ezechielem: Subuersores sunt tecum. Et Paulus Acto. 20. Ex vobis ipsius exurgent lupi graues, non parcentes gregi. Et Christus in euangelio: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et rursus: Omnes quotquot venerunt, fures fuerunt & latrones. Isti mortificant animas, quæ non moriuntur, & viuificant animas, quæ non viuunt, dum impios laudant, & iustos condemnant. [Et mittam ignem] æternæ damnationis [in Moab] i. in huiusmodi subuersores, de quibus verificatur illud Esaiæ 16. ac Hieremiæ 48. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Quid enim superbius, quam alios ad illa inducere quæ Deus prohibuit? [Et deuorabit] ædes Carioth, i. corpora congregationum huiusmodi plebis, iuxta illud Iudith 16. Deus omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit eos. Dabit ignem & vermes in carnem ipsorum, ut vrantur ac sentiant usque in sempiternum. Et in Psal. Cadet super eos carbones, in ignem deiciet eos. Carioth autem interpretatum est ciuitas, per quam collectio hominum designatur. Corpora vero nostra, sunt animarum nostrarum ædes seu habitacula. Unde & Petrus: Scio, inquit, quia velocis est depositio tabernaculi mei. [Et morietur] morte æternæ reprobationis Moab iste seu populus tam malus & fallax, [in sonitu & clangore tubæ] i. in sententia verborum Christi, dicentis: Ite maledicti in ignem æternum. Et in tuba, de qua dicit Apostolus 1. Cor. 15. Canet tuba, & mortui resurgent incorrupti. Itemque: Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archægeli & in tuba Dei descendet de cælo. Hæc enim tuba erit reprobis morte amarior, quis per eam suscitentur ad vitam, & vitam infeliciorem, secundum quod ait Saluator Ioan. 5. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius. [Et disperdam] iudicem de domo eius, i. superiores & principes talium condemnabo, quatenus iudicium grauissimum fiat in his qui præsumunt, & potentes potenter patientur tormenta. [Hæc dicit dominus] Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam illum, i. ecclesiæ Christianorum, propter sua scelerata toties repetita, non parcam. [Eo] quod abiecerunt legem domini, & mandata eius non custodierunt, i. euangelicam legem & Christi mandata non impleuerunt ingrati beneficijs Dei, quibus melius esset ignorasse viam veritatis, quam agnitam abiicisse. [Deceperunt enim eos] idola sua, videlicet aurum, argentum, venter, Venus, ac cæteræ imagines delectabiles, resque deliciosæ ac formæ suauis, quas magis amant & attendunt quam Deum. De quibus in libro Sapientiæ legitur: Creatura facta sunt in odium & in tentationem animarum hominum, & in musculam pedibus insipientium. Iuda autem interpretatur confessio, per quem hic figurantur Christiani fide informi, qui ore, non moribus domino confitentur. De quibus asseritur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. [Et mittam ignem] infernalem [in Iudam] i. prædictam ecclesiam malignorum. [Et deuorabit] ædes Hierusalem, i. corpora illorum Christianorum, qui conformantur in vitijs illi Hierusalem, super quæ dominus fleuit, cui & dixit: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas. Sunt enim plurimi nomine Christiani, quæ zelatores iustitiæ iugiter persequuntur. [Hæc dicit dominus] Super tribus sceleribus Israel &c. ¶ Per hoc significatur finalis damnatio Christianorum, qui quis cælestia, æterna ac diuina cognoscant per fidem & scientiam acquisitam, nihilo minus rebus temporalibus, mundanis atque carnalibus hærent & immerguntur, non pensantes illud Apostoli Col. 3. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Isti vendunt pro argenteo iustitiam, dum pro fulgore secularis eloquentiæ vel mundanæ sapientiæ ostendendo aut præmiando, tradunt aut fallunt rectos corde. [Et pauperem] pro calceamento, dum pauperes opprimunt, quatenus opera sua vitiosa ac mortua, quæ recte per calceamenta signantur, excusent atque iustificent. Sunt enim multi astuti & vani, quæ simplicium & bonorum laudabilem vitam corrodunt, ne comparatione illorum, ipsorum vita sordescat. Istud quoque accipi potest secundum sensum in præcedenti articulo positum, de his qui propter pecuniam & vile emolumentum, causam iustorum subuertunt, & pauperes opprimunt. Quo contra Moses & Samuel protestantur, se à populo non munera accepisse, nec quæpiam affluisse. [Et viam humilium] declinant, tales sunt superbi, qui cum sint magni in oculis suis, inferioribus sociari dedignantur. Quo contra ait scriptura Eccli 5. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Et Christus: Ego, ait, in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Porro qui veraciter sapiens est, humiles & abiectos, pauperes & simplices cordialiter venerat, & sibipsum in proprio præfert corde, non ignoras, quod pauperes & infirma atque abiecta mundi, & ea quæ non sunt, elegerit Deus. Et ite, quod Christus talibus se assimilauerit, iuxta quod ait in Psal. mori ego sum pauper & dolens. [Filius] & pater ierunt ad puellam. ¶ Vtinam talis incestus non esset in Christianis. [Et super vestimentis] pignoratibus accubuerunt. ¶ Hoc agunt vsurarij & prædatores, [Et vinum] dæmoniorum biberunt. ¶ Hoc utique faciunt, quæ infirmioribus imponunt aliqua crimina, propter quæ extorquent ab eis denarios, aliter eos damnarent, aut læderent, siue occiderent, & pro precio tali optati vini voluptate fruuntur. De quibus verificatur illud in Deuteronomij canticis: Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Hæc itaque mala

Ezech. 2.
Matt. 7.
Ioan. 10.
Ezech. 13.
Psal. 119.
2. Petr. 1.
Mat. 25.
1. Thes. 4.
Sapient. 6.
2. Petr. 2.
Sapient. 14.
Esaiæ 29.
Matt. 15.
Lucæ 19.
Matt. 23.
Deut. 30.
1. Reg. 12.
Lucæ 22.
1. Cor. 10.
Psal. 68.
Deut. 32

Operati sunt Christiani. Sed qui d fecerit eis Christus, subiungit. [Ego autem exterminavi Amorrhæum] i. diabolum [à facie eorum] i. ab oculis cordis, quos excacauit diabolus anteq̄ illuminarentur à Christo. Saluator nanq̄ fortem armatum vicit, ligauit, & vasa eius diripuit. Propter quod ait Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Amorrhæus interpretatur amarus, vel loquens aut famosus, per quod significatur diabolus hostis noster, acerbissimus, crudelissimus, & omnium nequitiaz amaritudine adimpletus, iugiter mala inspirans, & fallaciter loquens, famosus propter malitiaz magnitudinem, [cuius altitudo cedrorum altitudo eius] quia in naturalibus valde excellēs est, quæ in ipso integra (secundum Dionysium) permanserunt, immo principe dæmonum nullus angelus in naturalibus donis sublimior est. Ad quod pertinere potest illud Ezechie. 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei. [Et fortis ipse quasi quercus] Non enim est potestas super terram, quæ cõparetur ei, qui factus est vt nullum timeret, vt dicitur ad Iob. Vnde & Christus appellat eum fortem armatum. Nõ ergo simus securi, incircūspecti, aut intemorati, aut proprijs virib⁹ innitentes, sed misericordiaz Christi. Quomodo em̄ caro fragilis, homo mortalis huic quercui praualeret, à qua videtur, & quã videre non potest? [Et contriui fructum eius desuper, & radices eius subter] i. opera eius destruxi, & quos sibi incorporauerat, rapui & conuerti, oemq̄ superbiam eius deuici. Vnde in 1. epistola Ioan. legitur: In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et Saluator: Ego, inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Christus ergo vicit diabolum. Et nos eum virtute Christi conterimus, dummodo virtus dñicæ passionis seu meritum & gratia Christi nobis cõmunicetur, applicetur, seu infundatur ad hoc. Quod fit, si charitate & iugi oratione coniungimur Christo. [Ego sum, qui ascende- re vos feci de Aegypto] i. de seculari conuersatione per gratiam vos retraxi, & ad amorem cælestium corda vestra erexi, quemadmodum ait Apostolus Galat. 1. Eripuit nos de presenti seculo nequam. [Et eduxi vos in deserto] seculi huius, de virtute in virtutē. [quadragesima annis] qui secundū Hieronymū sunt numerus poenitentiaz & doloris, per quem tempus poenitendi signatur. [Et suscitavi de filiis vestris prophetas] Multis em̄ Christianis conculit Christi gratiam prophetia. [et de iuuenibus vestris Nazaræos] i. sanctificatos, quales præcipue sunt qui ab adolescentia iugum Dei super se portant, atq̄ in innocetia permanentes, renunciant seculo, ingredientiq̄ claustra, Deo in omni sobrietate ac puritate ministrant, quales fuerūt S. Bernardus, B. Thomas, & alij multi, qui credūt nūq̄ peccasse mortaliter. [Nunquid non ita est filij Israel?] i. nonne beneficia ista præstiti vobis o Christiani? [et propinabatis Nazaræis vinū] Hoc agunt, qui prædictos carnali pietate aut venenata prauitate manantur ab abstinentiaz & sobrietatis rigore auertere, vt mollius viuant. [Et prophetis mandabatis dicentes, ne prophetetis.] Hoc faciunt, qui à prædicatoribus & doctoribus verbū Deī audire, & increpari non volunt. Qui dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarū nolimus. [Ecce ego strideo super vos, sicut stridet plaustrum onustū sceno] i. terribiliter increpabo & iudicabo, & sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. [Et peribit super ga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animā suā &c.] i. nullus iudiciū meum subterfugere poterit, nec sua virtute, velocitate, aut sapientia poterit quis saluari. Non em̄ in tibijs viri beneplacitum erit Deo, Et non saluatur rex per multā virtutem. Et stultus factus est omnis homo à scientia sua. Propterea apud Hiere. 9. contestatus est dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. [Et tenens arcum non stabit] i. dolosus & insidiator peribit, quoniam simulatores & callidū prouocant iram Dei, qui apprehendit astutos in astutia eorum.

Expositio literalis Cap. III. Audite verbum quod locutus est dñs &c. Artic. V.

Excitat S. propheta in huius capituli exordio auditores ad considerationem sollicitam. Non em̄ superficiali, intemorato, vagoq̄ animo audienda sunt verba Dei sublimis, sed cum reuerentia, metu & charitate. [Audite verbum, quod locutus est dñs] ad me [super vos] i. de vobis. [Filiij Israel] & ne per filios Israel intelligerent decem tribus duntaxat, subiunctum est: [super omnem cognationem, quam eduxi de terra Aegypti] i. super duodecim tribus. Mutatur aut̄ persona loquentis, cum dicitur: Eduxit, cum ante de domino sit sermo in tertia persona. [dicens: Tantummodo vos cognoui] i. vos solos cognoui notitia approbationis, vosq̄ in populum peculiarem elegi, & magna ac specialia beneficia præstiti. [ex omnibus nationibus terræ] id est, præ ceteris gentibus, quemadmodum fertur in Psalmos Non fecit taliter omni nationi. Et in Deuteronomio: Te elegit dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Quia dilexit vos Dominus. Vnde & 2. Regum 7. factus est Dauid: Quæ est gens vt populus tuus Israel in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum? Et firmasti populum tuum Israel in populum sempiternū. Veruntamen non puto præinducta verba Amos sic intelligenda, quasi Israel-

Iob 41.
Lucæ 11

1. Ioan. 3
Ioan. 12.

Psal. 83.

Matt. 11.

Iob 22.
Esaia 42

Psal. 146
& 33.

Hier. 10

Iob 36.
Iob 5.

Deut. 7.
Psal. 147

Deut. 7.

Israeliticæ plebis & veteris testamēti, vel q̄ndo in deserto pergebant, nõ fuerint in toto mūdo aliqui homines boni & p̄destinati. Deoq̄ cogniti modo præfato, nisi populū Israel, cū iuxta Dionysium, multi gentiliū ad Deū reducti sint ministerio angeloz: Sed ideo dicta sunt hæc, q̄niam Deus non elegit tunc aliquam nationem seu integram plebem, nisi filios Israel. Decuit enim populum illum, de q̄ voluit Deus incarnari, speciali gr̄a decorari. Porro per nationem seu integrā plebem, intelligo populum patriæ cuiuslibet vniuersum. Sic em̄ Moses loquitur in Deuterono, dicens, q̄ filij Israel erant omnibus populis pauciores. [Idcirco visita bo super vos omnes iniquitates vestras.] Loquitur propheta de toto populo Israel, id est, de præteritis & tempore suo præsentibus, q̄si de eisdem numero. Sed ad diuersos necesse est verba eius referri, q̄niam sensus est: Quia vos præ ceteris cognoui, elegi, & beneficijs decoravi, ideo propter ingratitude vestram, grauius vos affligam, & omnia peccata vestra vlciscar, tradendo vos Assyrijs atq̄ Chaldæis. Cui enim plus datū est, plus requiretur ab eo. Seruus q̄q̄ sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis, teste Ch̄so in euangelio. Certum est autē, q̄ Deus non tantū cognouit hoc modo eos, quibus loquutus est Amos. Et illos q̄s Deus tam specialiter elegit ac nouit, non tam grauius castigauit, nec hostibus tradidit. Quæritur ergo, q̄modo de istis iniustus dominus dixerit, Visitabo super vos omnes iniquitates vestras: cum supra Osee 4. loquutus sit, Non visitabo super filias vestras, cū fuerint fornicatæ. Et p̄ Ezechielē de populo isto testatur: Zelus meus recessit à te, nõ irascar tibi amplius. Et respondendum, q̄d visitatio Dei est duplex, videlicet cõsolationis & punitiōis. Visitatio aut̄ punitiōis, est duplex, videlicet paternæ correctiōis, de q̄ legit Pro. 3. Quē diligit dñs, corripit. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et iudicialis damnationis atq̄ pœnalis derelictionis, q̄ frequenter incipit in præsentī, & perpetuat in futuro. Et de ista potest intelligi, q̄d ait nunc dñs: Visitabo super vos. Multos nanq̄ filios Israel, maxime decem tribuum, tradidit hostibus, & nihilominus reliquit eos in idololatria ceterisq̄ inducari peccatis, sicq̄ æternaliter eos damnauit. In Ezechiele vero & Osee loquit̄ dominus de visitatione primo modo accepta. De talibus enim reprobis, qui nõ visitantur à Deo per vircam paternam, ipse ait in Psalm. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Verūtamēn verba Dei hic posita, possunt accipi de visitatione paternæ correctiōis in præsentī, vt sit sensus: Quia vos præ ceteris cognoui, dilexi, elegi ideo non parcā vobis in p̄sentī, sed oīa vitia vestra nunc vindicabo, vt cessetis à malo. Ego enim q̄s amo, arguo & castigo. Nam ad hoc tradidit eos dominus hostibus, vt qui per diuina beneficia non corrigebant, per humanæ crudelitatis emendarentur tormēta. Hinc 2. Machabæorum 6. habetur: Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est iudicium. Rursusq̄: Non sicut in alijs nationibus patienter dominus expectat, vt eas cum iudicij dies venerit, in plenitudine peccatorū puniat, ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter q̄d nūquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens vero, in aduersis populum suum non derelinquit. Consequenter inducit Amos sex exempla, ad ostendēdum q̄ vltio populi à Deo illata, & per prophetas annunciata, sit iusta, quatenus sicut exempla illa non fiunt, nisi certa causa extiterit, ita non erit tribulatio, nisi per diuinam iustitiam rationabiliter inducatur seu dispensetur. Primum exemplum est: [Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi conuenerit eis?] id est, nisi ex consensu vel rationabili causa, aut ex amicitia, quasi dicat, non. Hoc communiter verum est, interdum tamen contingit, q̄ alius cogat alium ad proficiscendum secum. Sed propheta loquitur secundum communem cursum. Per hanc autem conuenientiam duorū simul euntium, mystice designatur concordia Dei & prophetæ ex Dei ore loquentis. Secundū exemplum est: [Nunquid rugiet leo in saltu] id est, inter arbores syluestres, [nisi habuerit p̄dam?] id est, nisi cum viderit aut adeptus fuerit animal quo vescatur. Cum enim paritur famem, mox vt viderit bestiam, dat rugitum: quo audito, territa bestia figit gradum, & capitur. Mystice, per rugitum leonis potest intelligi comminatio Christi (qui est leo de tribu Iuda) per prophetam, ad quam comminationem sequitur impiorum punitio, quemadmodum ad rugitum leonis prædæ voratio. Quidam tamen per leonem intelligunt dæmonem, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, semperq̄ sitit animarum damnationem, & rugit vt eas deglutiat. Tertium exemplum est, & redit in idem cum secundo. [Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo] id est, de antro quo latitat, [nisi aliquid apprehenderit?] id est, nisi prædam cernat aut ceperit, quasi dicat, non. Catulus iste potest intelligi vel Christus filius Dei patris, vel potestas aduersa, sicut de leone iam dictū est. Quartum exemplum est: [Nunquid cadit auis in laqueū terræ] id est, in rete super terram expansum, [absq̄ aucupē?] i. sine artificio aucupis, qui fallit capiteq̄ volucres. Quidam aucupē accipiūt dæmonem, q̄ habentes alas virtutū & contemplationis interdum illaqueat, fallit, & ad peccati inducit ruinā. Alij aut̄ p̄ aucupē intelligūt Deū, q̄ impios cõphēdit in laqueo pœnæ,

Deu. 7.

4. Reg. 17
1. Reg. 25
Lucæ. 12.

Ezec. 16.

Ezec. 16.
Osee. 4.

Apoc. 3.

Ibidem.

Apoc. 5.

1. Pet. 5.

iuxta illud in Psal. 10. Pluit super peccatores laqueos. Aliquando aut hoīes cadūt in laqueū culpæ propria inclinatione aut prauitate. Nam vt Origenes testatur, quis non essent diaboli, adhuc homines cōcupiscentijs pulsarent. Dæmones tamē frequēter se miscēt. Quintum exemplū est: Nunquid auferet laqueus de terra, antequam qd ceperit. i. rete ad capiendū aues expansum, non tollit, nisi aliqd comprehendat. Hoc communiter ita est. Per quod designatur qd Deus nō frustra aliqd inchoat, nec laqueos tormētōz impijs pręparatos aufert, sed in eos proijcit impenitentes. Dæmon q̄q non tollit laqueos tentationū, nisi ceperit aut vicerit aliquem. Sextū exemplū est: Si clanget tuba in ciuitate, & populus nō expauescet. i. id est, tuba non clanget in vrbib⁹, aduersariōz aduentū insinuās, quin ciues trepidabūt. Per quod designatur, qd in domo ecclesię constituti, terreri debent audita voce sacrę scripturę vel denūciationis propheticę, quę significat per tubam. Hęc oīa introducta sunt ad significandū, quām rationale sit qd inferunt. [Si erit malū in ciuitate] i. malum pœnæ seu iusta punitio non erit in populo. [quod domin⁹ non fecit] id est, non induxit seu fieri ordinauerit aut permisit in culpæ vindictam aut aliam rationabilem causam, quatenus inordinatio culpæ ordinet per inflictionē pœnę. Quod fit, dū peccator q̄ propriā volūtatem contra Dei iustitiam securus est, cogit per iustitiam Dei sustinere, q̄ propria abhorret voluntas. De hoc

Esa. 45. Marc. 5.

malo pœnę dominus ait apud Esaiam: Ego dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malū. Et Christus in Euangelio: Sufficit diei malitia sua. Est aut triplex malū, videlicet malū naturę, vt monstrositas, malū culpæ, & malū pœnæ. Quibus aliq addūt quartū malum, scilicet malū fortunę, qd tamen ad malū pœnę reducitur. [Quia non faciet dñs verbū] i. factū notabile, necessariū vel vtile sciri hominibus. Verbum aut frequenter pro re, significata per verbū, accipitur, quemadmodū Ezechias ait: Non fuit verbum in domo mea, qd non ostenderim eis. Quandoq; vero accipitur pro interiori verbo seu cōceptu mentali. Aliquando autem pro verbo vocali. [nisi reuelauerit secretū suū] i. factum tale, cōmuni plebi incognitū, & naturaliter impręcognoscibile, qualia sunt futura contingentia. [ad seruos suos prophetas] qui sunt amici Dei, ideo secreta sua reuelat eis, tanq̄ familiarib⁹ & amicis. Secundū Hieronymū, istud non est intelligendū de omnib⁹, quę Deus facit in cælo, vel ante iam fecit, q̄ quę in terra facturus est. Et puto, qd maxime intelligatur de his, quę bonū cōmunitatis concer nūt. Sic enim mysteria Christi & ecclesię, gesta q̄ noui testamenti pręnunciavit vatribus veteris testamenti. Processum quoq; & statum militantis ecclesię pręnunciavit

Esa. 39.

Apostolis, pręsertim Ioanni in Apocal. Tempore quoq; legis naturę reuelauit Noe futurū diluuium, Abrę & Loth subuersionem Sodomę. Iacob q̄q in Genesi filiis suis ait: Congregamini, vt q̄ ventura sunt in nouissimis diebus, annunciem vobis. Verum non singula singulis reuelauit prophetis, sed aliquibus plura, alijs pauciora. Diuisiones enim gratię sunt, idē aut spiritus, secundū Apostolum. Porro in his patet clementia & prouidentia Dei. Ideo enī futura supplicia primō prophetis, deinde per eos pręnunciat populo, vt emendet, & ab imminenti b⁹ eripiat tormentis. In quo ostendit Deus habere prouidentiam actū humanōz, & omnia remunerare. [leo rugiet, qs non timebit] Dominus De⁹ loquutus est, qs non pphetabit⁹. i. si ad rugitū leonis homines & iumenta concutim⁹ timore, multo amplius Deo iubente vatribus vt prophetent, dignū est vt obediant. Itaq; dominus Deus locutus est, i. prophetis annūciavit occulta, & iussit vt ea patefaciant populo; qs eoz, qbus Deus taliter est locutus, non prophetabit⁹. i. iustū omnino est, vt prophetent. Secundū glossam, Amos iste qm pastor fuit, solitus timere leonē, timorē omnipotentis Dei, leonis rugitui cōparat. Consequenter Deus volens vniuersis iudicioz suoz contra Israel eq̄tatem ostendere, ait: [Auditū facite] i. manifestate, o prophetę, vel ali j̄ prophetis edocēt. [in vrbib⁹ Azoti] i. in domibus vrbis Philistinōz sic dicte. [in vrbib⁹ terrę Aegypti, & dicite, cōgregamini] i. conuenite o Azoti j̄ Aegypti [sup montes Samarię.] Potest p Samariā intelligi ipsa metropolis decem tribuū, vel tota prouincia montib⁹ plena. [in vrbib⁹] i. locis sublimib⁹ [insanias multas] id est, vitia idololatrię, aliāq; irrationabilissima scelera, q̄ naturalis ratio detestatur. [in medio ei⁹] i. puta Samarię, videte q̄q [in] calūniam patientes] i. pauperes & simplices, qbus iniuriantur potentes ac diuites. [in penetrabilib⁹ eius] i. secretiorib⁹ habitaculis Samarię. [in] nescierūt] de decem tribus [facere rectū, dicit dñs] i. opa bona & iusta, qm excæcauit eos sua malitia. Sed ista ignorantia iuris, seu desiderata, non excusat. De talibus loquitur Hier. Sapientes sunt vt faciunt mala, bene aut facere nescierūt. [theaurizates iniquitatē] i. peccata peccatis adijcietes, & incessabiliter accumulantes. [in] rapinā] i. bona alijs violēter ablata [in] vrbib⁹] i. domibus [suis] in quibus ista spoliata reponūt. [Propterea hęc dicit dominus Deus: Tribulabit & concutietur terra] i. plebs decem tribuum ab Assyrijs affigeretur, & circumdata erit. Quod factum

Apo. 7. Gene. 6. Gen. 18. Gen. 49. 1. Cor. 12.

est tempore Salmanasar regis Assyrioz. [in] detrahetur ex te fortitudo tua] i. regia dignitas seu potestas. Vel potentes tui, o decē tribus, superabunt. [in] diripient aedes tuas] i. habitacula tua spoliabunt ac destruent. Qm̄ tamen nō omnes de decē tribubus perituri erant, subiūgit

Amos 1.

(vitur quoq; Amos parabola sumpta ex suo officio) [Hęc dicit dñs, qm̄ modo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremū auriculę] i. paruas paucasq; reliquias. [sic eruentur filij Israel q̄ habitant in Samaria] i. prouincia illa, ita qd pauci eoz euadent sēuitiam Assyrioz. [in] plaga lectuli & in Damasci grabbato] id est, isti qui corporaliter habitabant in Samaria habitabant, id est, animo quiescebant in plaga, id est, regiōe lectuli, i. regis ac populi Syrię, quia Phacee rex Israel & populus eius vel etiā posteri, in Rasin rege Syrię & pplo ei⁹ cōstidebant, qs conduxerūt ad pugnandū contra Iudam tempore Achaz, sicq; in eis & in grabbato Damasci, i. populo vrbis illius q̄si in lecto quiescebant, magnam in illis habendo fiditiam. Sic exponit Hieronym⁹. Alij aut exponūt sic: In plaga lectuli, i. p̄dicti ab Assyrijs eruent, & morabuntur seu erūt, postquam euaserunt, in regione Iudę, quę dicit lectulus propter templum situm in ea, qd erat quasi lectus sponsi cęlestis. Vnde 2. Paralipomenon scriptū est, qd quidam eoz ad exhortationem Ezechie venerūt Hierusalem & ad cultū Dei conuersi sunt. Aliqui vero ad Damascum fugerunt, vt dicunt. Ideo q̄q subiūgitur, In Damasci grabbato.

Hier. 4.

[Audite] o prophetę reuelationes prophetales auribus cordis [in] contestamini] i. cū attestacione seu firmiter p̄dicare eas [in] domo Iacob] i. familia decem tribuum descendentiū de femine Iacob. [Dicit dominus Deus exercituum, quia in die cum visitare cōperero pręuaricationes Israel super eum] i. cū per regem Assyrioz Salmanasar cōperero peccata decem tribuum vindicare in eas. [visitabo super altaria Bethel] id est, sacrilega altaria facta in vrbe nomine Bethel, destruaam per Assyrios. [in] amputabunt cornua altaris] principalis aurei vituli, qui positus fuit in Bethel. [in] cadent in terram] Assyrii nanq; omnia loca & phana idololatrię decem tribuum destruxerūt. [in] percutiam domum hyemalem cum domo æstiuā] id est, oēs domos earum, tam illas in quibus manebant tempore hyemali seu frigido, quām illas, in quibus æstiuo tempore morabantur, per exercitum Assyriorum demoliar. Quauis enī Assyrii ista fecerunt mala intentione & cū graui peccato, Deus tamen iuste induxit eos ad hęc, tanquam ad rem bonam seu iustam p̄uentionem. Potētes autem & diuites decem tribuū, duas domos habebant. Vnam hyemale, respicientem ad austrū, vnde calidus ventus exurgit. Aliam æstiualem, versam ad Aquilonem, vnde frigidus nascitur ventus, vt secundū varietatem temporum, apta ac delectabilia habitacula inhabitarent. [in] peribunt domus eburnę] qualem legitur Achab edificasse 3. Regum 16. Dicuntur autem eburnę, quoniam quædā stiracura de ebore factę, erant in eis. [in] dissipabuntur aedes multę, dicit dominus.] Assyrii enī plurimas domos subuerterunt.

4. Reg. 17

[Explānatio moralis eiusdem capituli tertij. Art. VI.]
Quod in principio huius capituli ad populum Israel dicitur, ad ecclesiam Christi refertur, vt sit sensus: [Audite] auribus cordis & corporis. [verbum quod loquutus est dominus super vos filij Israel] i. filij ecclesię, seu plebs Christiana, quę Deum fide vident es Israel, qui interpretatur videns Deum. [super omnem cognationem quam eduxi de terra Aegypti] id est, super omnē ecclesiam, quam eduxi de conuersatione mundana & p̄senti seculo nequam, transferens eam in regnū filij dilectionis meę, i. in mysticam vnitatem credentiū per fidem & charitatem. [Tantum modo vos cognoui ex omnibus cognationib⁹ terrę] i. postquam p̄dicata est fides Christiana & publicata, solos Christianos cognoui & nosco per approbationem. De qua cognitione dicit Apostolus: Si qs diligit Deū, hic cognitus est ab eo. Et rursus: Si qs ignorat, ignorabit. Interim enim nullus extra ecclesiam est saluatus, nec potest saluari, sicut nec extra arcam Noe qsquam ab aquis diluuij extitit p̄seruatus. Propter qd ait saluator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. [in] circū visitabo super vos omnes iniquitates vestras] i. in p̄senti vos castigabo, ne æternaliter pereatis. De hoc in p̄cedentibus dicta sunt multa. Beatus enim homo, qui corripitur à domino. Et Apostolus dicit: Si extra disciplinam estis, ergo adulteri & non filij estis: [Nunquid ambulabūt pariter duo, nisi conuenerit eis?] Sic duo nō possunt simul cōuersari in schola Chri, vel ambulare in via virtutū, & de bono in melius efficaciter proficiendo, nisi mor⁹ passionū, iram, contentionem, impatientiāq; abijciant, & pari proposito honestaq; amicitia copulent. Quod si ira fuerint cōuenientes, seu concorditer cōsentientes, in desiderio proficiendi, poterunt omni die fortissime progredi in semitis Dei; seinuicem exhortando, in crepādo, edificādo, & p̄ se inuicē indefinenter atq; feruenter orando. Vnde Ecclesiastic. 37. legit: Cum viro sancto assiduus esto, & quemcunq; cognoueris obseruabis timorem Dei, cuius anima est secundū animam tuam. Et alibi: Omnis homo sibi simili sociabit. Hęc est salubris societas. Sigdē v̄z foli. Et frater adiunās fratrem, q̄si vrbs munita, iuxta Salomonem Pro. 18. [Auditū facite in vrbib⁹ Azoti, & in vrbib⁹ terrę Aegypti] i. infidelib⁹ annunciate. [in] dicite: Congregamini super montes Samarię] id est, ecclesię, q̄ se dicit custodire p̄cepta iustitię. Samaria enim interpretat custoditio. [in] videte insanias multas in medio eius] id est, peccata Christianoz; perpendite, vt cū videritis eos ab aduersarijs fidei superari,

2. Par. 30

3. Re. 12

4. Re. 17

Gene. 32

Galat. 1

1. Cor. 8 & 14

Gene. 7. Mar. 16

Iob. 5. Heb. 12

Ecc. 13. Ecc. 4

vel di-

Ca. III

118

D. DIONYSII CARTHUSIANI

vel diuinitus castigari, non blasphematis nomē Christi, q̄si non possit ecclesiam suam tueri, nec vestrae potestati aut dñs vestris attribuat victoria, q̄ praualetis fidelibus, sed iustū Dei iudiciū considerate, qui propter peccata Christianorū, tradit eosdem aduersarijs iuis, ac alijs plagis corripit eos. [Thesaurizantes iniquitatem & rapinam in aedibus suis.] Quibus dicit ā Iacobo: Thesaurizastis vobis irā in die iudicij. Et ad Roma. Aplūs: Ignoras, quā benignitas Dei ad penitentiam te adducit? An diuitias bonitatis & patientiā & longanimitatis Dei contemnis? Secundū duritiam autem tuam & impēnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die irę & reuelatiōis iustij iudicij Dei. Tales sunt habituati & indurati in vitijs: q̄ nō ex p̄fide, sed animi deliberatiōe & habitu peccant. [Qui nescierūt facere rectū] q̄bus & ab Hieremia dicit: Si mutare potest æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cū didiceritis malū. Isti enim non habent scientiam illam quę est vnū de septem donis spūs sancti, de q̄ ait scriptura: Dedit illi scientiā sanctorū. Hęc terra, i. corpora tribulantur in igne æterno & a dæmonibus circundabunt. Fortitudo q̄q; ex p̄nitentia detrahetur. Quoniam gloria impij, hęc & vermishodie extollit, & cras non inuenit. [Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura &c.] i. quis leo ille fœuissimus, q̄ est diabolus, multos fidei dēuore, absorbens fluuū nec admirans: aliqui tamen, puta electi, qui pauci sunt, dētes eius euadūt per gratiam Christi summi pastoris, & per instructionē ac bonā p̄sidentia p̄gatorū. Potest hoc q̄q; referri ad Iudæos conuersos ad Christū, qui alijs plurimis pereuntib⁹, atq; a dæmonib⁹ per infidelitatem deuoratis, erepti sunt. De qb⁹ dicit Aplūs Rom. 11. Reliquę per electionē gratiæ saluę factę sunt. Et Esaias: Nisi dñs sabaoth reliq̄set nobis semen, q̄si dō doma essemus. [Contestamini] i. p̄dicare, o doctores & pastores ecclesię [in domo Iacob] id est, in populo vitijs reluctante, q̄ sunt spūaliter filij Iacob, q̄ interpretatur supplantans. [Quia cū uisitate cœperō prauaricatiōes Israel] i. peccata ecclesię castigare. Temp⁹ em̄ est, vt iudicium incipiat a domo Dei. Et Ezech. 9. loquit dominus: A sanctuario meo incipite percutere. [Uisitabo super altaria Bethel] i. schismaticorū ac hæreticorū, q̄ se p̄r ceteris iactant esse in domo Dei, vel domū ipsius. Bethel autē interpretatur domus Dei. [Et percutiā domū hemalem] id est, congregationem eorum, in quibus refriguit calor sanctę dilectionis & ignis spiritus sancti, in quibus est frigus constringens, i. peccatū mentem indurans, & lapideā faciens, ne capax sit gratiæ Dei & compunctiōis internę. [Cum domo æstiuā] i. cum illis, in quibus est ignis concupiscentiæ, calor irę ac vitiōrū. [Et peribūt domus eburnę] i. collectiō eorum qui a foris virtuosī videntur ac splendidi, intus autē sunt pleni sordib⁹ culpę. Et item oēs vani, curiosi, & seculariter adornati, quęrentes placere mundo magis quā Deo. Quales fuerunt, de quibus scriptum est Luc. 16. Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra: Quia quod altum est hominibus, abominatio est ante Deum. Et psalmista: Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. [Et dissipabuntur ædes multę] id est, multi eorum, qui ad tempus sunt templum spirit⁹ sancti, quando in charitate consistunt, a dæmonibus superantur, destruuntur, & omne spiritale esse gratiæ gratum facientis amittunt, ita q̄ nil reputantur a Deo.

¶ Expositio literalis cap. III. Audite verbum hoc vaccę pingues. Art. VII.

Praterea plenius describitur in p̄senti capitulo decem tribuū dura captiuitas, atq; horrenda punitio. [Audite verbū hoc] quod subditur, i. p̄nunciatiōem calamitatis vestrę, vt territi pœniteatis. [Vaccę pingues] id est, maiores & potentiores ac ditiores in decem tribubus, qui recte vocamini vaccę pingues: Primo, quia iam immolandi estis Assyrijs, vt mactemini. Secūdo, qm̄ vitulos aureos adoratis, sicq; impletur in vobis quod dicitur a Dauid: Similes illis fiant qui faciūt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tertio, quia per modū vaccę, carnalem quietem & delectationes gulę diligitis. De talib⁹ vaccis cecinit Moses in Deutero, canticō: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatat⁹, dereliquit Deū factorem suum. [Quę estis in monte Samarię] i. in regione Samarię monte sua habitatis. Vel hoc dicitur, qm̄ in montibus certis insidiabantur his, qui pergebāt Hierusalem ad adorandū immolandūq; domino. [Quę calumniā facitis egenis] verbis & factis iniuriando. [Et cōstringitis pauperes] eos lædendo, spoliando, occidendo, aut alijs modis persequando. Vel etiam spiritualiter illos cōteritis, auertēdo eos a cultu Dei. Talia q̄q; peccata erāt in regno Iudę, iuxta illud Esaię: Quare atteritis populum meum, & facies pauperū commolitis? [Quę dicitis dominis vestris] i. regibus vel primis principibus regis vestri. [Afferre] id est, date nobis licentiam afferendi seu spoliandi inferiores. Vel afferre, i. date nobis de p̄dis, a subditis iniuste sublatis: quia & reges ac iudices Israel a subiectis multa extorquebāt. [Et bibemus] i. spolia illa hilariter consumem⁹, & vina de precio illoꝝ portabim⁹. Solēt em̄ huiusmodi oppressores pauperū, p̄gdas cū ingenti delectatione consumere: quia & aquę furtiuę dulciores sunt, & panis absconditus suauior. ¶ Quidam per vaccas pingues intelligunt vxores potentum, quę calumniabant egenos, q̄ viros suos induxerūt ad hoc. Dicebantq; viris suis,

suis, i. maritis: Afferre, & bibemus. [Iurauit dñs De⁹ in sancto suo] i. in seipso & per seipsum non enim habet, per quem iuret, maiorem. Vel in sancto suo, id est, per me prophetam suū. Vel in aliquo alio sancto homine & angelo, sicut habetur in Psalmo: Deus loquutus est in sancto suo. Frequenter legitur Deus iurasse, cum tamen omnis simplex sermo eius pro iuramento habendus sit. Sed propter hominum tarditatem, certificationem, seu excitationem, iurare dignatur, quatenus insinuetur immobiliter verum esse, quod ait: [Quia ecce dies veniet super vos] i. tempus captiuitatis & afflictionis vestrę ab Assyrijs nunc insiat. [Et leuabunt vos in contis] id est, Assyrii in captiuitatem vos deferent, sicut carnes pinguiū vaccarum portant in vectibus, vel negocia ponderosa in tenellis. [Et reliquias vestras] id est, residuos, ad vrbes, castra, seu latibula fugientes, leuabunt [in ollis feruentibus] id est, in p̄rdictis locis, in quibus quasi in ollis absconditi fuerint, concremabunt, loca talia incendendo, q̄ incensa similia erant ollis ignitis seu bullientibus. [Et per aperturas exhibitis] id est, de talibus locis fugietis. Vel extrahemini per quādam foramina, quę facietis in muris siue macterijs. Vel per aperturas, seu vias iam factas. [altera cōtra alteram] id est, vna vacca pinguis ex vna parte, & alia ex parte opposita. Vel, vna contra aliam, id est, mutuo ac vicissim. vt enim Hieronymus dicit, idiomatis Hebræorum est, vt quod nos dicimus, mutuo vel vicissim, ipsi dicant, altera contra alteram. [Et projiciemini] id est, captiui ducemini [in Arnon] i. in Armeniam, secundum Hieronymum. Vnde Symmachus transtulit, In Armeniam. Secundum glossam, Arnon est regio vltra montes Medorum atq; Perfarum, vel vltra terram Assyriorū, vt alij dicunt. Patet ergo, q̄ vsq; ad illud territorij translati fuerunt nonnulli de populo decem tribuū. Consequenter ironice vel p̄nunciatiue, non exhortatiue, ait propheta ad decem tribus. [Venite ad Bethel] ciuitatem, in qua fuit vnus de aureis vitulis. [Et impie agite] id est, in Deū peccate, vitulum adorando. Venite quoq; ad Galgalam [in qua, quasi in celebri loco, idololatria exercebat. Vnde in Osee p̄dictū est: Omnis neq̄tia eorū in Galgalis. [Et multiplicatę p̄uicatiōem] i. idololatrię vitiaq; annexa.] Et offerre mane victimas vestras] i. sine dilatione sacrilegas hostias idolis immolare, quousq; capiamini, [tribus dieb⁹ decimas vestras] Symmachus transtulit, tertia die. Vnde sensus est, secundū glossam: Quod prima die obrulistis, reseruate in tertium diem, vt sit immundum. Vt enim Hieronym⁹ ait, Erant quādam sacrificia, de quibus nil licuit reseruari in alterum diem. Et si quid reseruabatur, immundum erat tam reseruatum, quā ipsa oblatio. Fuerunt & alia sacrificia, de quibus si vsq; in tertium diem aliquid reseruabat, fuit immundum, qd est immūdas hostias immolare. Alij autē exponūt, dicentes quōd sicut in lege p̄ceptum fuit, vt Iudæi ter in anno comparerent coram dño in loco electo, videlicet in tēplo Hierusalēsic Hiero boā prim⁹ rex decē tribuū, statuit aliqua diuino cultui similia in veneratione idolorū, q̄ hoc exitit vnū, q̄ tribus diebus in anno offerebant solennes hostias idolis. [Et sacrificate de fermentato laudem] i. panem mixtū fermento offerre idolis p̄ grāz actione, quemadmodū gētilēs. Lex autē phibuit talē panē Deo offerri. [Et vocate volūtarias oblatiōes] i. huiusmodi sacrificia nominatę hostias spontaneas, sicut in lege qdam oblationes dictę sunt volūtarię, quas qs offerebat vltro, qd ad lætitiā & superogationem pertinet. [Et annūciate] i. peccata vestra alijs impudenter p̄dicare, vt agant similia, vt nō solū fecisse, sed & alios videamini docuisse, sicut de duabus tribubus apud Esaiam legitur Peccatum suum sicut Sodoma p̄dicauerunt, nec absconderunt. [Sic enim voluistis filij Israel] id est, hęc mala facere voluistis, & ex proposito hęc egistis. Ideo loquutus sum vobis ista ironice, ad insinuandum, q̄ ista mala agendo, vobis ipsis summe nocebitis, iuxta quem modum habetur in Psalmo 98. Dominus regnauit, irascantur populi. In Apocalypsi quoq; Qui in sordibus est, sordescat adhuc. [Vnde] id est, propter quę peccata, [Et ego] Deus, iust⁹ & pius iudex [dedi vobis stuporem dentium] id est, dentes stupidos ex magnitudine famis, [in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris] id est, fame afflixit vos. Quod enim maxima fames fuit in terra Israel tempore Helię & Achab, itemq; tempore Helisæi & Ioram, innotescit in libris Regum. [Et non estis reuersi ad me] per penitentiam, [dicit dominus.] tanquam dicat. Ego non ex crudelitate percussi vos fame, sed vt vexatio daret intellectum, & per flagella conuerteremini ad me, sed noluistis. Simile est illud quoq; Esaię 9. Populus non est reuersus ad percutientem se, & dominum exercituum non exquisierunt. Et Hieremias ait: Percussisti eos, & non doluerunt, reuerunt accipere disciplinam. Deinde ponitur alia plaga, videlicet ardor sitis. [Ego quoq; prohibui a vobis imbrem] id est, pluuiam serotinam, causas naturales atq; cęlestes ab influxu pluuię impediendo. [cum adhuc tres menses superessent] id est, restarent [vsq; ad messem] videlicet Maius, Iunius, Iulius, quo tempore pluuię ista maxime necessaria est agris terrę sanctę & Palęstinę. [Et plui super ciuitatem vnā] quę minus peccauit, [et super ciuitatem alteram nō plui.] Pars vna [in agro] [cōpluta est] i. imbre perfusa, [et pars super quam non plui, aruit] ita q̄ herbę nō protulerūt fructum ac triticum. [Et ve-

Jacob. 4.
Rom. 2.

Hier. 13.
Sap. 10.

1. Mac. 2.

1. Pet. 5.
Job. 40.
Ioan. 10.

Esaię. 1.
Gen. 25.

1. Pet. 4.

Matt. 23.

Psal. 52.

Psal. 113.

Deut. 32.

3. Re. 12.

Esaię. 3.

Prou. 9.

Psal. 59.

3. Re. 12.

Osee. 9.

Leui. 23.
3. Re. 12.

Leuit. 6.

Num. 29
Deu. 16.
Esa. 30.

Apo. 22.
Psal. 70.

3. Reg. 17
4. Reg. 6.
4. Reg. 30
Esa. 28.

Hier. 5.

[Et venerunt duæ & tres ciuitates] super quas non pluit, in quibus exiccatae fuerunt cisternæ. [ad ciuitatem vnâ] compluram, [vt biberent aquam] ciuitatis compluræ, [& non sunt satiatæ] quia & modice plui super ciuitatem illam. Ex quibus palam est, quod istud factum non est lege naturæ, varietate temporum aut siderum cursu, sed diuino miraculo, vt qui plus peccauit, grauius puniretur. [Et non redistis ad me] per poenitentiam [dicit dominus.] Tertia demum plaga annectitur: [Percussi vos in vento vrente] id est, in vëto immoderanter calido vos affixi, & terræ nascencia deuastati. [& in aurigine] id est, rubigine, quæ ab Iohelle dicta est ærgo, scilicet vitium segetū, quando vento percussæ, non faciunt grana multa. Quandoq; etiam aliter sumitur, vt dictum est plenius super Iohel. In hac ergo percussis [multitudinē hortorū vestrorū & vinearū] quas cupide multiplicastis, i. poma & vuas destruxi. [Oliueta vestra & ficeta vestra] id est, fructus arborū harum [comedit eruca] id est, talis vermis seu bestiola, quæ non auolat, sed iacens in fructibus, totum consumit. [Et non redistis ad me, dicit Dominus] quia omnia ista flagella ad vestram ordinari emendam. Præterea quarta subiungitur plaga: [Misi in vos mortem in via Aegypti] id est, legatos quos ad Aegyptios destinastis ad contrahendum auxilium contra Assyrios, tradidi in manus Assyriorum, qui eos in via hac occiderunt, sicut subiungitur: [Percussi in gladio] Assyriorum, [iuuenes vestros ad Aegyptum transmissos] [vsq; ad captiuitatem equorum vestrorum] inclusiue, quia & equos iuuenum occisorum ceperunt Assyrii. [& ascendere feci putredinem castrorū vestrorū] id est, foetorem cadauerū horū iuuenum, quæ inssepulta reliquerunt Assyrii, [in nates vestras] quando ad vos delata fuerunt, vel accessistis ad ea. [& nō redistis ad me, dicit dominus.] Postremo subiungitur quintum flagellum: [Subuertit vos, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrhā] id est, tam horribiliter & districte puniui vos per Assyrios, & item per plagas memoratas. Per quas & terræ nascencia demolitus sum, ita q; vestra subuersio comparat quodammodo subuersioni Sodomæ & Gomorrhæ, habitatorumq; earum. Nam & scelera vestra illoꝝ criminibus erant similia. Loquitur autem dominus de seipso, quasi de alio, dum ait: Subuertit vos, sicut subuertit Deus. Vel idcirco sic loquitur, vt insinuetur pluralitas personarū in Deo, dū pater Deo filio loquitur, vel e contra, iuxta quem modū loquendi scriptū est in Genesi: Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhā ignem & sulfur à domino. [& facti estis quasi torris raptus de incendio] id est, similes facti enis ligno pro maiori parte combusto, ab igne extracto, ne totaliter combureret, quoniam pauci vestrum manus hostium euaserunt. Vel hoc ideo dicitur, quia Assyrii ædificia multa decem tribuum incenderunt, de quorum incendio aliqui euaserunt. Videt quoq; propheta in hac plaga loqui de futuro per modum præteriti. Licet enim circa tempora eius cœperint Assyrii decem tribus opprimere, finalis tamen subuersio earundem facta est tempore Osee ultimi regis Israel, quando defunctus est Amos ex dolore vulneris, quod sibi infixit filius Amasæ sacerdotis idololatricæ, tempore Hieroboam regis filij Ioas. [& non redistis ad me, dicit dominus] De talibus tam incorrigibilibus dominus ait per Esaiā: In quo percutiam vos vltimā, ad dentes præuaricationem. Et item per Hieremiam: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Quem enim Deus despicit, nullus corrigit. Et nisi Deus intus operetur, tangat, afficiat, non sufficiunt extrinseca hortamenta. Isti autem ob suam peruersitatem non meruerunt tangi medullitus, quia & obicem posuerunt. [Quapropter hæc faciam tibi Israel] id est, inducam super te plagas descriptas similes aut maiores. [Postquam autem hæc fecero tibi] id est, prædictas plagas induxero, [præparare in occursum Dei tui, Israel.] Hoc tripliciter explanat. Primo, præparare, id est, præpara te in occursum Dei tui, id est, ad susceptionem gratiosi aduentus eius in te, quia post captiuitatem Israel ab Assyriis, quidam eorū ad Deum conuersi sunt, & in Hierusalem venerunt sub Ezechia, vt dictum est. Huic sensui consonat translatio Septuaginta, quæ talis est: Præpara te, vt inuoces Deum tuum Israel. Secundo, præparare in occursum Dei tui, id est, vnigenitum Dei verum Deū, per incarnationis mysterium in hunc mundum descendentem, deuote suscipe & adora. Hoc multū ex decem tribus impleuerunt. Tertio exponitur de conuersione Israel in fine seculi, quia nec interim finis eorum captiuitas. Vnde Theodotio translulit: Nouissime præparare &c. Porro ad hanc præparationem inducit consideratio omnipotentis Dei. Propter quod subditur: [Quia ecce formans montes] iuxta illud Psal. 64. Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia. [& creans ventum] secundum illud: Qui producit ventos de thesauris suis. Sumitur autem creatio hoc loco extense. [Et annuncians homini eloquium suum.] id est, sermones occultos atque propheticos electis reuelans, prout iam dictum est: Non facit dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Vnde & David: Incerta, inquit, & occulta sapientie tuæ manifestasti mihi. Eloquii quoque domini inflammat Ioseph. Hinc per Hieremiam ait: Clama ad me, & annunciam tibi grandia & firma, quæ nescis. [faciens matutinam nebulam] quæ mane descendit, & operis

operis terram. Omnes enim impressiones meteorologicae sunt à Deo, tanq; à causa prima ac principali. [Et gradus super excelsa terræ.] Illic dñs graditur, vbi operatur. Ipse autem est extra omnia, & intra oia, continens vniuersa, & operans omnia in omnibus. Ideo ambulat per operationem super excelsa terræ, i. in montibus quantū ad literam. Vnde & Iob 22. legi tur: Circa cardines cæli perambulat. Et, Qui ambulat super pennas ventorū. Et gradus super fluctus maris. [Dominus Deus exercituum, nomen eius.] Vbi nos habemus, exercituum, in Hebræo dicitur Sabaoth, pro quo Septuaginta translulerunt, omnipotens. Vnde & hoc loco dixerūt: Dñs Deus, omnipotens nomen eius. Vtrūq; em̄ significat Sabaoth. Dicit autē Deus dñs exercituum, i. cælestium agminum, immo & oim concionum, iuxta illud Esaiæ 42. Ego dominus, hoc est nomen meū. Et iterū: Dominus exercituum nomen eius. Hinc in veteri testamento, præsertim in Zacharia, Deus dominus exercituum appellatur.

[Expositio eiusdem cap. III. tropologica.]

Art. VIII.

Deniq; vacca pinguis in montibus Samariæ consistens, quæ calumniatur pauperes, confringunt egeos, & vini pocula quarunt à superioribus suis, rite intelliguntur crudeliter avariq; principes populi Christiani: & item carnales pastores seu prælati ecclesiæ, qui pascunt seipso, lac ouium manducantes lanamq; induentes, gregem autem domini non alentes, sed cum crudelitate atq; potentia præsidentes, de quibus Ezechiel. 34. diffuse loquitur dominus. Isti nempe cū sint ad diuina pigri, corporalem quietem vitiose amantes, vitamq; bestialem ducentes in voluptatibus gulæ & luxuriæ, merito vacca pingues dicuntur, quia etiam quasi vacca lasciuens declinant à lege diuina. De quorum singulis dici potest illud Iob 15. Cucurrit impius aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. [Iurauit dominus quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos] diaboli [in contumacia] in suis instrumentis afflictiuis. Et reliquias vestras] id est, corpora, q; moriendo reliquistis, vel imitatores ac posteros, [in ollis feruentibus] id est, infernalibus foueis. [Et proijcietur] in die iudicij [in Arnon] per quod hoc loco infernus inferior designatur. Ista sunt reprobi in die mortis, in die iudicij, & in die infernalis supplicij, quādo de olla in ollam trātibunt per aperturas, quia de calore nimio ad aquas niuium pergunt. [Venite ad Bethel] id est, domum seu ecclesiam Dei, [& impie agite ad Galgalam] id est, scripturarum reuelationem. Galgala enim reuelatio interpretatur. [Et multiplicare præuaricationem.] Hoc ironice dicitur contra fideles, qui ecclesiam visitant & sermones audiunt nō ex deuotione, sed arida consuetudine, vel humano podore, aut carnali affectione, vt videant desiderabile oculorum suorū. Ideo in ecclesia & prædicatione impie agunt, & transgressiones multiplicanc, effusionem habendo, cogitationes quoq; carnales, & euagationes intemoratas, & corā sacramento irreuerenter astando. [Et sacrificare de fermento laudem] i. per opera vitij corrupta Deum honorate. Hoc agunt, qui faciunt opus Dei negligenter, quorum intentio sinistra, opera ex genere bona inficit. Quorum diuisum est cor, & conuersatio profus immun da. Ideo monet Apostolus: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. [Et vocate voluntarias oblationes] i. ea quæ Deo offertis, multum reputeate, & æsumate vos magnum aliquid agere, quasi condigne honoretis Deum, nec obligemini ad bona huiusmodi. Totū istud ironice dicit. Sunt enim nonnulli, qui munera atq; obsequia, quæ offerunt Deo, magnifice appreciantur, & magnæ perfectionis esse se arbitrant, quasi qui diuinis beneficijs vicem idoneam præsent, non pensantes diuinæ maiestatis infinitā dignitatē, diuinorū beneficiorum incōparabilem magnitudinem, propriæ conditionis fragilitatem, & sui obsequij imperfectionem. Contra quos ait saluator: Cum feceritis oia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: Quod debuimus facere, fecimus. Hinc 1. Paralip. 19. loquitur David: Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. [Et annunciate] alijs mala quæ facitis, vt vos imitentur & laudent in vitijs. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Hoc agunt profus corrupti in rationis iudicio & affectu, qui gloriantur cum male fecerint. De quibus scriptum est Hieremi. 6. Confusione non sunt confusi, & erubescere noluerunt. Sunt quoq; aliqui religiosi, qui sæpe se iactant de sua audacia, rebellio atq; victoria cōtra prælatos, quorum cæcitas & insania crassa est & magna valde. [Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium] spiritualium, quibus cibus animæ masticatur atq; in memoria ventrem proijcitur, id est, robur idoneæ considerationis ac frequentis reuolutionis scripturarum sanctarum seu verborum cælestium, tūli à vobis [in cunctis vrbibus] i. congregationibus [vestris.] Tales nempe non gustant dulcedinem verbi Dei, nec delicijs scripturarum pinguescunt. Hoc modo stupescunt dentes eorum, qui comedunt vnam acerbam. De qua legitur: Vna eorum vna fellis & botri amarissimi. [Et indigentiam panum] id est, panis sacramentalis, panis lacrymarum, panis vitæ & intellectus, panis sanctæ actionis, dedi vobis [in omnibus locis vestris.] His equidem panibus merentur priuari, qui pascunt in vitijs, & delectantur rebus obfcosnis: quia & si corpus Christi accipiant, nō tamen spiritualiter illud

Psal. 107.
Iob. 9.

Hier. 23.
Zach. 14.

Osee.

Iob.

Hier. 48
Osee. 10.
1. Cor. 5.

Luc. 17.

Psal. 9.
Prou. 20.

Hier. 31.
Deut. 32.
Ecci. 15.

1. Cor. 11.

illud manducant. Ideoq; non solum non aluntur, sed grauius vacuantur & infirmantur in anima. [Et non estis reuersi ad me, dicit dominus.] Interdū abstrahit Deus pia dispēatione etiam electis & bonis quosdam panum istoz, ne de grā sibi data superbiant, vel p incautelā grauius ruant. Qui sentiētes se pristina deuotiōe, opulētia & alacritate priuatos, mox feruētius recurrunt ad Deum: arbitantes se illū grauius offendisse, tota intentione ad eius pietatem confugiūt. Pristinam quoq; panū spiritalium vbertatem pinguedinemq; fortiti, de cætero humiliores manent & cauiiores. Reprobi vero, de quibus nunc sermo, quanto spiritalibus panibus plus priuant, tanto minus ad dominum conuertuntur. [Ego quoq; prohibui a vobis imbrem] i. grām spūs sancti vobis non infudi, nec per vnctionē vos docui, nec aquā sapientię salutaris (q̄ in maleuolam non ingreditur animā) vobis largitus sum. De tali imbri seu pluuia ait saluator: Qui biberit ex aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. [Cum adhuc tres menses superessent vsq; ad messē] id est, qñ adhuc tempus erat contritionis, confessionis & satisfactionis, quibus ad maturā æternę beatitudinis remunerationem pertingit. Itaq; tres menses, sunt p̄dictę tres partes pœnitentię. [Et plui] i. p̄dictum imbrē effudi, sup ciuitatē vnā] i. cōgregationē electoz atq; bonoz nō ponentium obicem grā Dei. [Et sup ciuitatē alterā] reproboz & impœnitentium [non plui]. Pars vnā] id est, vnā anima seu particularis ecclesia [compluta est] i. cælesti rore pfusa, & verbo doctrinę efficaciter irrigata. [Et pars, super quam non plui] i. aīa dura seu malignantium ecclesia, [aruit]. Itaq; arbor sterilis stirpsq; inutilis. Erit em̄, teste Hieremia, sicut miricę in deserto. Hinc Christus ait in Ioanne: Si quis in me non manferit, mittetur foras tanq; palmes, & arefcet. Et pœnitens loquitur: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. [Et venerunt duę & tres ciuitates] id est, illi super quos non plui, [ad ciuitatē vnā] complutam, [vt biberent aquā] id est, gratię & sapientię eius participes fierent, verbumq; Dei audirent, [et non sunt satiatę]. Istud accipi potest de pœnitentibus, qui non satiantur, vel quia non tantam gratiam & perfectionem consequuntur, vt cupiunt, vel quia nihil gratię gratum facientis & donorum spiritus sancti participant, eo quod non vere pœniteant, & timore aut necessitate magis q̄ amore & voluntate hęc faciunt. Interdum quoq; pluit Deus super vnum, & non super alium, per nubes, de quibus loquitur Esaias: Qui sunt isti qui vt nubes volant? id est, per p̄dicatores & viros diuinos, qui verbo tonant, miraculis coruscāt, pietate obumbrant, doctri-na fœcundant. Quando videlicet aliquibus iuste verbum Dei subtrahitur, quod alijs misericorditer annunciat, quemadmodū dñs ait ad Ezechielem cap. 3. Fili hominis, linguam tuam adherere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Faciamus ergo quod Christus ait discipulis: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messē suam. [Percussi vos] permissiue o reprobi, [vento vrente] id est, ardore libidinis vel doctrina ventosa & corruptiua. [Et in aurigine] id est, ira & inuidia, quę sanguinis ruborem variant in pallorem, & fructum seminis animę, quod est verbū Dei, corrumpunt percussi. [Multitudinem heroz vestroz & vineaz] id est, cordium, in quibus flores virtutum, gramina contemplationum, & botri fructuum spūs sancti merito pullularēt. Horum enim corda percutiuntur, dum a Deo relinquuntur, arefcunt, vitisq; subdunt. [Oliueta vestra & ficeta] id est, opera misericordię & suauitatis internę vel habitus virtuosos, ex quibus procedunt huiusmodi actus, quemadmodum fructus produnt ex arboribus. [Comedit eruca] id est, mordax ac pungitiua inuidia, quę omnia vastat, si admittatur non enim compati aut auxiliari permittit. [Misi in vos mortem in via Aegypti] id est, cum ambularetis in operibus carnis & seculi, vita gratię vos priuauit, vel corporaliter castigauit. [Percussi in gladio iuuenes vestros.] Gladius spiritus est verbum Dei. Qui ergo in iuuentute ex auditu verborum Dei corrigitur, gladio salubriter verberat, [vsq; ad captiuitatem equoz] id est, refrenationem lasciuoz motuum corporis. Hęc quoq; aliter accipi possunt, sed ppter causam pertransio. [Subuertit vos sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrhā] id est, igne concupiscentię & sulfure fœtidissimę voluptatis prorsus permissi vos perire, quantum ad spiritale esse gratię gratificantis, [et facti estis, quasi torris raptus de incendio] quantum ad hoc, qd nondum pœnas tartarei ignis incidistis, [et non redistis ad me.] In quo pater incorrigibilitas vestra. De talibus dominus ait ad Hieremiam: Quare auersus est populus iste auersione contentiosus? [Quia ecce formās montes] id est, angelos sanctos in sublimitate naturę & gratię atq; in beatifica fruitione constituens. Vel montes, id est, apostolos & imitatores eoz in arce virtutum reponēs, quorum conuersatio est in cælis, & sicut exaltantur cæli a terra, ita exaltatur nobilis angelica califormisq; vita eorum, ab ignobili, confusa & iniusta malorum Christianorum conuersatione, de qualibus dicit Hier. 17. Recedentes a te, in terra scribentur. [et creans ventū] i. eos qd velocissime cuncta terrena transcendunt, [faciens matu sinam nebulam] id est, symbolicarum reuelationum obscuritate in primis mentem inuolvens, antequam ad anagogicę contemplationis perueniat puritatem, ita fit sępe. Hęc ergo obscuri-

Sap. 1. Ioan. 4.

Hier. 17. Ioan. 15. Psal. 101.

Esa. 60.

Luc. 10.

Eph. 6.

Hier. 1. Phil. 2. Esa. 51.

obscuritas per nebulam, quę mane operit terrā, significatur. Nō enim possibile est aliter nobis lucere diuinum radiū, nisi varijs sensibiliū formaz velaminibus circunctum. [Et gradiens super excelsa terrę] id est, in mentibus contemplatiuis atq; theoreticis ambulans, cū quibus esse, sunt delicię mez. Ecce tanta est conuentio, cōmunio atq; cōcordia Dei cū seruis suis deuotis atq; humilibus. Cum existentib; est, cū stantibus stat, cū habitantibus habitat, cum gradientibus graditur, cū ascendētib; & descendētib; ascendit atq; descendit. Hinc ait ad Iacob Gene. 46. Ego descendam tecum in Aegyptū. Et Iacob loquens de ipso: Deus, inquit, qui socius fuit itineris mei. Dat em̄ suis virtutem ad oīa ista, eosq; in cunctis gratiose deducit. Nec hoc solū, sed ipsi quoq; sunt, manent, stant, ambulāt, ascendunt atq; descendunt in ipso, id est, secundum voluntatem & per gratiam eius.

Gen. 33.

Elucidatio literalis cap. V. Audite verbum istud &c. Art. IX.

Hoc loco ostenditur irreparabilis decem tribuum vastitas. [Audite] id est, decem tribus [verbum istud, quod ego] Amos [ueo super vos] id est, ex magno affectu de vobis annuncio, [planctum] id est, planctuosum seu lamentabile, quia cum fletu & compassione vestram calamitatem p̄dico, vobisq; deplango, quemadmodum Samuel Saulem, & Christus ciuitatem Hierusalem. Nec mirum, si Amos Israelita Israelē deplangat, cum Esaias futuram miseriam seu captiuitatem Babylonis & Moab tam dire defluerit, vt patet in libro ipsius. Qui etiam duas tribus deplorans: Nolite, inquit, incumbere vt consolemini me super vastitatem filię populi mei. Deinde verba planctus ponitur: [Domus Israel] id est, familia decem tribuum [cecidit] per culpam & pœnam. Cecidit em̄ per idololatriam aīa q; peccata a pristina gratia. Et per tribulationes, pressuras & captiuitates sibi illatas, a p̄habita corruit prosperitate, p̄fertim a tempore Azahelis regis Syrię, qui contriuit qñ in tritura areę Israelē. Et deinde ab Assyrijs, [et non adiciet, vt returgat] per pœnitentiā a culpa ac idololatria. Vel per victoriam seu reditum a captiuitate Assyriaca ad prosperitatem priorē. Tamē in fine seculi decem tribus conuertentur. [virgo Israel] id est, plebs Israelitica, quę virgo vocatur: Primo, quia in patriarchis & prophetis ac iustis Deo extitit desponsata, quauis isti, qui erant tempore Amos, animi integritatem ac puritatem perdidissent, multipliciterq; fornicarentur a Deo. Secundo, ad insinuandum puritatem naturę, secundum se consideratę. Hinc & de populo Babylonis scriptū est Esa. 49. Sede in puluere virgo filia Babylon. Et vtroq; modo ait Hieremias Thren. 5. de populo Iudę. Quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei. Itaq; virgo Israel [proiecta est in terram suam] id est, in proprio territorio ab hostibus victa & conculcata, vel ad peccata inducta. [et non est qui suscit eam] id est, ad pristinum statum reducat, Deū precibus mitigādo, vel hostes Assyrios debellando. Quauis enim hic Amos & propheta sibi contemporanei, orarēt p populo isto, eumq; instruerent, noluerūt tñ se ad grām habilitare, sed cōtrario occiderunt prophetas. De talibus dñs, ostendens se inexorabilē, quantum ad alijs, ait ad Hieremiam: Non assumes laudem & orationem pro eis. Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istū. [quia hęc dicit dñs Deus: Vrbs, de qua egre diebantur mille, relinquent in ea centū & de q̄ egrediebant cētū, relinquent in ea decē.] Tanta erit pressura decem tribuum, qd decima pars eoz vix remanebit. [In domo Israel] id est, in vniuerso populo decem tribuum, ita qd oēs ciuitates eaz tam grauius vastabuntur. Numeros autem p̄fatos, videlicet mille, centum, decem, non oportet p̄cise accipere, sed ad insinuandū paucitatē euadentiū, quę admodū dictum est supra, qmodo si eruat pastor duo crura, aut extremū auriculę de ore leonis, sic eruentur filij Israel. Quidā autē dicunt hoc factū in primo aduentu Assyrioz tempore Phul, vel Teglatphalasar regū Assyrioz, videlicet, qd tunc decima pars Israel mansit. Sed in secundo vltimoq; aduentu sub Salmanasar etiam decimatio capta est, paucissimis tñ exceptis. [quia hoc dicit dñs Deus domui Israel] i. plebi tribuum decem, [querite me] per veram pœnitentiā & perseuerantiā sanctam, [et viuetis] vita naturę, euadēdo manus hostiles, vita grę in p̄senti, & vita glorię in futuro. Hinc fertur in psal. 68. Querite Deū, & viuet anima v̄ra. [et nolite querere Bethel] i. vitulū aureū positū in oppido Bethel. [et in Galgalam] id est, in locum sic dictū, nolite intrare, vt ibi idola inuocetis. Est autem Galgala, secundū Glossam, ciuitas in fine duar; decemq; tribuum sita. [et in Bersabee] vr̄bem duar; tribuum, sitam in fine regni tribus Iudę. Vnde frequenter legitur, A Dan vsq; Bersabee. [non transibitis] id est, nō trāseatis propter idololatriam ibi exercendam, quia in aliquibus locis regni Iudę iam idololatria viguit. [quia Galgala captiua ducetur] id est, populus Galgalę ab Assyrijs capiet. [et Bethel inutilis erit] i. ciues vr̄bis illius & vitulus aureus non poterunt vos saluare, quia & vr̄bs Bethel fuit deuicta. De Bersabee autem nunc tacet, qñiam decem tribubus captis, non fuit destructa. [querite dominum,] i. ius misericordiam, auxilium, & salutem iugiter inuocando. [et viuite,] vñiti fonti vitę, [ne forte comburatur] id est, igne tribulationis & captiuitatis incendatur & consumatur, [vt ignis,] qui ardendo deficit, deficiente combustionis materia.

1. Re. 15. Luc. 19. Esa. 13. Esa. 22.

Esa. 30.

Hier. 15.

Amos 3. 4. Re. 15. 4. Reg. 17

3. Re. 12.

3. Re. 17.

Ioan. 4.7

na. domus Ioseph i, plebs decem tribuum, quæ significatur per Ioseph, quasi per principa-
 liorem inter patriarchas, à quibus decem tribus exortæ sunt. Ioseph enim data sunt primo-
 genita, eo q̄ Ruben violasset thori patris sui, vt dicitur 1. Paralip. 5. Vel ideo nomine Ioseph
 decem tribus significantur, quia Ieroboam filius Nada, primus rex decem tribuum, erat de
 semine Ioseph per Ephraim. Vnde Osee per Ephraim sæpe decem tribus, vt dictum est, su-
 pra expressit. & deuorabit ignis iste domum Ioseph. & non erit qui extinguat Bethel. à
 præin ducto igne eripiat urbem Bethel & vitulum eius, nisi quæseritis dominum, quem q̄ quæ-
 rit, inuenit. His verbis dedit Deus decem tribubus poenitentia locum. Deinde ppheta redargu-
 it plebem hanc, & maxime iudices eius, [qui conuertitis in absynthium iudicium] i. verita-
 tem iudicij ex sua natura dulcem ac delectabilem, sicut & omnes actus virtutis conuertitis in
 amaritudinem falsitatis, pauperum & innocentium iudicia peruertendo, quod & illis amarissimum
 est. Est aut absynthius amarissima herba. [& iustitiam in terra relinquitis] i. cultum diuini
 & Deum, qui est increata iustitia. Iustitiam q̄q̄ commutatiuam, q̄ in emptionibus venditi-
 onibusq̄ consistit, & distributiua, q̄ reddit vniciq̄ qd suum est. De talibus scriptum est
 Esa. 5. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes dulce in amarum, & ama-
 rum in dulce. Reliquistis ergo per idololatriam increatam iustitiam seu iustum Deum, de
 quo subditur [Facientem Arcturum & Orionem.] Arcturus, secundum Glossam, habet se-
 ptem stellas, quem vocant aliqui Vrsam maiorem. Estq̄ constellatio gyrans circa polum
 septentrionalem. Porro Orion secundum Hieronymum, hyeme oritur, & suo ortu tempesta-
 tem signat ac excitat. Dicuntq̄ aliqui, q̄ sit constellatio clara, partim in signo Tauri, & par-
 tim in signo Geminorum consistens. De horum expositione verborum pluribus scripsi su-
 per illud Iob: Qui facit Arcturum & Orionem & Hyadas & interiora auri. Deniq̄ pro Orione,
 Symmachus transfudit stellas, Theodotus vesperum. Hebraeus vero, qui Hieronymum
 in diuinis instruxit scripturis, vt ipsemet refert Hieronymus, dixit verbum Hebraicum, pro
 quo positum est nomen Orionis, significare splendorem, sicq̄ per Orionem generaliter in-
 telligenda esse astra splendentia. Vtitur autem propheta nominibus à gentilibus institu-
 tis magis, quam hebraicis, quoniam magis consueta intelligibiliaq̄ erant. [& conuertentem
 in mane tenebras] id est, post caliginem noctis facit auroram succedere. [& diem in noctem
 mutantem] id est, diei facit succedere noctem, cuius ordinatione perseverat dies. Tem-
 porum enim dat tempora, vt alleuet fastidium. Idcirco cantatur in hymnis: Qui temperas res
 vices. Et iterum: Lucis diurnæ tempora successibus determinans. [Qui vocat aquas maris] i.
 calore solis eleuat eas in aere, & liquat ac excolat eas in dulcem humorem. [& effundit eas]
 guttatim [super faciem] i. planitiem [terræ.] Educit enim nubes ab extremo terræ, qui ope-
 rit calum nubibus, & parat terram pluuiam. De quo scriptum est Iob 26. Qui ligat aquas in nu-
 bibus, vt non erumpant pariter deorsum. Et Hier. 51. Dante eo vocem, multiplicat aquam in
 caelo. [dñs nomen eius.] Quia nomen dñi cõpetit ei soli per authoritatem, & secundum perfe-
 ctam rationem dominij: qm̄ ipse solus propria potestate est vniuersorum dominator liberrim⁹,
 ad quem ois creatura refertur & comparat, sicut minister ad dñm, instrumentum ad artificem,
 subditus ad presidem. Ideo ait per Esaiam: Ego dñs, hoc est nomen meum, gloria meam alteri non
 dabo. [qui subridet vastitate super robustum] i. robustis iuste subsannando seu irridendo, minas
 pressuram seu punitionem. [& depopulationem super potentem] id est, potentibus in-
 ducit direptionem, depredationem seu destructionem: quod hic ad literam dicit de regno ac po-
 pulo Israel, quibus vastitatem ab Assyrijs per prophetas minabat, & per Assyrios intulit. Ve-
 rum, vt alibi scriptum est, Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens. Sed nunc de potentibus,
 sua potentia abutentibus, sermo est, quibus Deus vastitatem minatur, in Sapientia libro di-
 cens: Iudicium durissimum in his qui præsumunt, fiet. Potentes enim potenter tormenta patient.
 Et fortioribus fortior instat cruciatus. Itemq̄ in psalm. 2. Qui habitat in calis, irridebit eos,
 & dñs subsannabit eos. Esaias quoq̄ ait, Visitabit domin⁹ super militiam cali in excelsis, &
 super reges terræ. [Odio habuerunt] decem tribus [in porta corripientem] id est, iudices iustos
 & prophetas, qui in portis urbium delinquentes reprehenderunt charitatiue ac iuste, [& lo-
 quentem perfecte] id est, viros sapientes efficaciterq̄ docentes. [abominati sunt.] Hoc faciunt
 omnes proterui, arrogantes, incorrigibiles. Quod q̄ peruersum sit, patet ex eo quod scriptum
 est in Prouer. lib. Viro qui dura ceruice corripientem contemnit, repentinus superueniet in-
 teritus. Et alio loco: Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Qui autem acquiescit
 increpationibus, glorificabit. Hinc itaq̄ ait: Argue sapientem, & diligit te doce iustum, &
 festinabit accipere. Loquit autem perfecte, q̄ facit qd docet, & verba distincte ac intelligibi-
 liter profert. Idcirco pro eo, q̄ diripiebatis pauperem] i. pauperes spoliastis, illos præcipue
 qui pergebant Hierusalem adorare in templo Deum vestre. [& prædã electã tollebatis ab eo]
 id est, ea q̄ meliora erant, & vobis magis placẽtia. [domos quadro lapide] id est, ex lapidibus
 politis, quadratis, siue marmoreis, [ædificabitis.] De hoc habetur Esaias 9. Sciet populus
 Ephraim

Luce. 11.

Iob. 9.

Psal. 134.
Psal. 146

Esai. 40.

Iob 36.

Sapi. 6.

Esa. 42.

Pro. 29.
Pro. 23.
Pro. 9.

Ephraim & habitantes Samariam in magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed
 quadris lapidibus ædificabimus. [& non habitabitis in eis] diu, qui iam ab Assyrijs capiemi-
 ni. [vineas amantissimas] id est, pulchras & vobis charissimas. [plantabitis, & non bibetis vi-
 num earum] id est, capti ab hostibus, qui omnia bona vestra diripiẽt, eo q̄ pauperes spoliastis.
 [Quia cognoui multa scelera vestra] id est, idololatriam & peccata annexa. [& fortia pecca-
 ta vestra] id est, violentiam in egenos. Vel peccata dicunt fortia, i. iram Dei grauiter prouo-
 cãtia. Non ergo propter idololatriam tñ vos punio, sed ob alia q̄q̄ peccata. Vel peccata di-
 cta sunt fortia, q̄ ex vehemẽti passione procedũt. Quidam em̄ toto impetu ferunt in malũ.
 Deniq̄ cognitio interdum accipitur pro notitia approbationis, sicq̄ Deus dicitur non co-
 gnoscere malos & mala, iuxta illud Osee 8. Principes extiterunt, & non cognoui. Et in euã-
 gelio: Amen dico vobis, si nescio vos. Sicq̄ affirmat Apostolus: Si quis ignorat, ignorabitur.
 Interdũ vero cognitio nescitur pro quacunq̄ scientia siue ne titia, & sic omnia nuda & aper-
 ta sunt oculis eius. Atq̄ hoc modo cognoscit peccata nostra Deus infallibilis iudex, iuxta il-
 lud Psalm. 68. Delicta mea à te non sunt abscondita. Agnoscit autem Deus peccata, & ma-
 la seu priuatiua, non per ideam propriã, sed p̄ ideam, rationẽ seu speciẽ virtutis ac boni op-
 positi. [Hostes iusti] id est, vos principes & iudices decem tribuum, hostes estis [iusti] id est, iusto-
 rum hoim vel iustitia. [accipientes munus] i. dona pro subuersione iustitiæ & oppressione
 iustorum. De talibus ait Hieremias: A minori vsq̄ ad maiorem omnes auaritiæ student. Et
 psalm. Dextera eorum repleta est muneribus. [Et pauperes in porta,] vbi fiebat determinatio
 causarum. [opprimentes] iniuste, excæcati muneribus diuitum. Solebant enim in veteri testa-
 mento iudices Israel federe in portis ciuitatum ad iudicandum, vt inuenirentur in prom-
 ptu. Et ne rustici ad iudicium venientes, insolito ciuium terrerentur aspectu. Et item, ne ci-
 ues longius tendere cogerentur. [Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum
 est.] Hoc tripliciter elucidatur. Primo, q̄ pauperes in portis oppressi, iniuriamq̄ perpeffi, si
 fuerint circumspiciti, tacebũt, non murmurantes, accusantes aut reclamãtes, q̄ temp⁹ malũ
 est, id est, pro tempore illo regnãtes, ac iudicantes, iniusti fuerunt, nec erat possibile ad equũ
 peruenire iudicium, sicq̄ vtilius fuit silere, q̄ contradicere. Secũdo, q̄ prudentes atq̄ prophe-
 tæ in tempore illo, quando hostilis exercitus vrbes iam cinxit, tacerẽt à populi increpatione,
 quia captiuitas inuitabiliter immineret. Tertio, q̄ tacerent propter incorrigibilitatẽ
 populi, qui quanto plus increpabatur, tanto impatientior deteriorq̄ fiebat: quia, vt sapi-
 ens ait: Non amat pestilens eum qui se corripit. Est qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam
 facit. Idcirco Ecclesiast. 32. scriptum est: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Tem-
 pus aut malũ vocatur, non in se, sed propter mala quæ fiunt in eo. Vnde & Iacob ait in Gene-
 si: Dies peregrinationis meæ parui & mali. Iam dixit propheta, q̄ prudens in tempore illo
 iam dicto tacebit. Ideo nunc ante tempus captiuitatis admonet eos. [Quærite bonum] vir-
 tutum. i. iudicium atq̄ iustitiam, patriæ actus & misericordie opera. [& non malũ] vitioꝝ. Qui
 autem ex proposito peccant, quærũt malũ, qm̄ quasi de industria perpetrant praua, quemad-
 modũ scriptum est psal. 55. Dixit iniust⁹ vt delinquat in semetipso. [vt viuatis] p̄ grã, & mor-
 tem ab Assyrijs imminentẽ euadatis. [& erit dñs Deus exercituum vobiscum,] per gratiosam
 in habitationẽ & protectionem ab hostibus, [sicut dixistis] idola vestra esse vobiscum. Vel, sic-
 ut dixistis, i. orastis ac desiderastis. Simul enim coluerũt Deum & idola decem tribus, saltem
 pro magna parte, vt dictum est. Vel, sicut dixistis, i. iactastis Deum esse vobiscum, eo q̄ sitis de se-
 mine Abraham. Gloriabant enim de carnalis propagationis nobilitate, non de mortũ ac fi-
 dei imitatione. Ergo q̄ de Abraham descenderũt, putabant se propter carnis originẽ defen-
 sandos à Deo. Tales erant & Iudæi, quibus ait saluator: Si filij Abraham estis, opera Abraham fa-
 cite. Et p̄cursor eius: Ne ceperitis dicere, patrem habemus Abraham. Facite ergo dignos fru-
 ctus poenitentia. [Odite malũ] culpã in se & propter se. Peccator aut non est odiendus in se,
 & quantum ad naturam, sed quantum ad vitium. [& diligite bonum] virtutum. Primo em̄
 oportet à malo recedere per detestationem peccati, & deinde diligere ac agere bonũ. Quia
 à malo declinare, & facere bonum, sunt quasi duæ partes integrales iustitiæ. [& constituite
 in porta iudicium] id est, iudices iustos, vel iustum iudicium exercete in portis ciuitatum,
 quemadmodum Deute. 16. Moses iussit. [Si forte misereatur dñs Deus exercituum reliquijs Io-
 seph] id est, residuo decem tribuum, quod nondum manus incidit hostium. Cur aut decẽ trib⁹ p̄
 Ioseph designentur, iam dictum est. Hoc quoq̄ quod ait, si forte, non dubitatiue, sed asserti-
 ue legendũ. Loquitur autem sic, non propter mutabilitatem aut ambiguitatem existentẽ in
 Deo, sed in hoibus. Dubiũ vero non est, quin Deus misereat omnibus qui odiunt malũ & di-
 ligunt bonum: quos tñ non semper à temporali eripit tribulatione seu captiuitate, quia non
 expedit eorum saluti. Si tamen filij Israel ita fecissent, forsitan à captiuitate eos eripuisset, quan-
 uis frequenter dixerit eos capiendos. Sic nanq̄ ait ad duas tribus in Hiere. Bonas facite vias
 vestras, & habitabo vobiscum. Sed q̄niam præinducta mala fecistis, nec salutaribus monitis

Mat. 23.
1. Cor. 14.
Heb. 4.

Hier. 6. 3
Psal. 27.

Prou. 19.
Pro. 9.
Gen. 47.

Ioan. 8.
Matt. 3.

Psal. 33.
1. Pet. 1.

Hier. 7.

acquiescere voluistis. [Propterea hæc dicit dominus Deus exercituum dominator] dñs potestate, Deus natura, dominator actus. [In oibus plateis] ciuitatū vestrarū erit [plāctus, & in cunctis quæ foris sunt] id est, vicis, villis, castellis [dicitur] à populo vestro, [væ væ] id est, dolor interior atq; exterior, quando videlicet Assyrii venerint, & terram vastauerint. [Et vocabunt agricolam ad luctū & ad plāctum] id est, eos qui circa rusticana & exteriora occupant, vocabant, vt cessantes à talibus, iam nūc fletibus vacent. Hoc fecerunt filij Israel qñ ab Assyrijs pressi sunt. [Et ad plāctum] vocabunt eos, [qui sciunt plangere] id est, artem habet plangendi, puta tibicines, qui carmen lugubre præcinendo, alios ad lachrymas prouocant. Diuerse enim melodix, diuersas in animo concitant passiones seu affectiones. Erat autem consuetudo ludæis, tales habere in defunctorum ædibus atq; exequijs. Vnde in euangelio legitur, qd Christus ingressus lairi archifynagogi domum, suscitaturus eius filiam, vidit tibicines, [et in omnibus vñs,] in quibus cadetis vel captiui ducemini. [erit plāctus,] quia vos ipsi lugebitis, [quia pertransibo in medio tui, dicit dominus] id est, in vobis non remanebo, nec habitabo per opem & gratiam, sed transibo, exercendo vindictam, vosq; derelinquendo. Dicit vero Hieronymus, quod vbiq; in scripturis dicitur Deus pertransire, insinuat punitio. [Væ desiderantibus diem domini.] Locus iste à diuersis diuersimode explanatur. Sed primo ponenda est expositio Hieronymi, quam Glossa & alij communiter assequuntur. Itaq; secundum Hieronymum, propheta nunc ad vtrunq; regnum, videlicet ludæ & decem tribuum, dirigit verbum, vt sit sensus, Væ erroris ac tribulationis imminet desiderantibus diem domini, i. tempus captiuitatis suæ ab Assyrijs vel Chaldæis. Ludæi enim nonnulli audientes magna promittà Deo per prophetas, danda post reditum à captiuitate, oprabant diem captiuitatis accelerari, vt citius obtinerent bona promissa post captiuitatem præstanda. Quauis enim captiuitatem secundum se pensatam abhorrent, tamen vt erat via ad prosperitatem maiorem, optauerant eam. Quod autem in hoc errauerunt, ostendit propheta. [Vt quid eam vobis optatis?] id est, cur cupitis eam? quasi dicat, Inutiliter facitis hoc. Nam [Dies domini ista, tenebræ, & non lux] id est, tempus captiuitatis aduersum & triste erit vobis, cum venerit, non luminosum, id est, prosperum & iucundum. Putabant enim captiuitatē citius finiendam, & ea finita, mox implenda esse diuina promissa. Quæ tamen secundū verū intellectum scripturæ, intelligenda erant pro tempore Christi, vt est illud Esaiæ: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidutiæ, & in requie opulenta. Multum ergo errabant, nec adepturi erant qd sperauerunt, sed venturum fuit eis qd subditur: [Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus.] sic fiet vobis. Per leonem autem intelligitur Nabuchodonosor rex Babylonis, qui afflixit duas tribus. Decem vero tribus afflixit rex Assur. Porro per vrsū intelligitur Assuerus rex Persarū atq; Medorum, qui post Nabuchodonosor captos tenebat ludæos, & ad tempus satis afflixit, qñdo suggerente Aman, pcepit vna omnes die interfici. [et ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber] id est, sic fiet vobis, vt postq; à captiuitate Babylonica reuersi fueritis in propriam terrā, & templū construxeritis, atq; in eo quiescere cœperitis, sicut quiescit qui lassus, manu sua innititur muro, tunc mordebit vos coluber. i. Antiochus rex, qui velut serpens sedit in terra sancta, opprimēs crudelissime plebē Iudaicā, in q̄ multi fuerūt ex decem tribubus. Huic expositioni quidā opponit, qd reges Iuda, sacerdotes ac principes, simul cū vulgo persequerentur Hieremiā, eo qd captiuitatē instantē pdixit. Non ergo eam desiderabant. Itaq; dicit, qd propheta hic loquitur contra illusores, qui cōminationes propheticas non reputabant veras, sed illudendo qñ optādo dixerūt: Veniat dies quam prænuñciatis. Sic em̄ in Esaiā dixisse feruntur: Manda, remanda; manda, remanda &c. Et in Ezec. In tēpora longa iste pphetar. Itemq; in Hier. Vbi est verbū dñi: veniat. Sic ergo est sensus, Væ desiderantibus diē dñi, i. per modū optantis ironice dicentib;: Veniat tempus vindictæ prænuñciatū. Quod autē expositio ista sit friuola, liquet ex eo qd propheta per veram rationē reprobatur desiderii aduentus diei dñi, scilicet captiuitatis. Veraciter ergo desiderauerunt hanc diem. Instantia demū de Hiere. facillime soluitur, qd, vt patet in libro Hiere. principes quandoq; erant pro Hieremia, & etiā populus, ne occideretur. Et q̄uis non fuisset pro eo, argumentū tñ præinductū nil obtineret, qd propheta non dicit, qd oēs vel multi diem pfa tam optabant. Sed indeterminate locutus est, Væ desiderantibus &c. Immo adhuc ostendit desiderabilē non fuisse hanc diem. [Nunquid non tenebræ dies dñi, & non lux: & caligo, & non splendor in ea?] i. tempus vastitatis vestræ etiam tēpore Antiochi erit profus dolorosum, durū, grauissimū, nil habens de luce prosperitatis vel splendore consolationis, quemadmodū in lib. Mach. describit. Et ne ludæi in suis cæremonialibus spem haberent, addidit dominus: [Odi & proieci festiuitates vras] i. celebrationes festoy; legalium non acceptavi à vobis, sed velut opera vitiosa despexi. [et non capiam odorem cœtuū vestrorū] id est, sacrificia quæ turba vestra offerunt mihi, non acceptabo. Vnde subiungit, [q; si obtuleritis mihi, holocausto

mata & munera vestra non suscipiam] i. grata mihi non erunt, nec meritoria. [et vota pinguium vestrorum] i. oblationes votiuas de carnibus pinguiū pecorū factas. [non respiciam] per approbationē. Hæc autē idcirco dicunt, qm̄ sacrificijs & celebrationib; festiuis istorum tot scelera erant admixta, qd Deo non placuerunt, sed potius displicuerunt. Opus enim Dei fecerunt tam irreuerenter. Et secundū Hieronymum, etiam cum Deo coluerūt & idola. [Aufer à me] i. cessa mihi offerre, o popule regni Iudæ, & qui ex decē tribubus ei vos copulastis. [tumultū carminum tuorum] i. in deuotā ac inordinatā decantationē laudum diuinarum, quas ex scripturis mihi in tēplo offertis, [et cætica lyre tuæ] i. musicoꝝ instrumentorū, [non audiam] Non em̄ est speciosa laus in ore peccatoris. Et Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Et, qui declinat aurē suā ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Hæc tamen non ita dicunt, qd iniqui debeant penitus à diuina laude & persolutione horarum ac precibus cohiberi, sed vt studeant se emendare, & sciant se p̄ tā imperfecta obsequia nō posse saluari. Aliqui quoq; actus diuinæ laudis ac seruitutis ex speciali mandato requirunt, vt in charitate & deuotione persoluant, vt celebratio, sermocinatio &c. [Et reuelabitur quasi aqua] i. omnibus clare & copiose ostendetur [iudicium tuum] i. damnatio seu vindicta tibi nunc infligenda. [et iustitia] i. equitas Dei, [quasi torrens fortis] i. debeat te, quemadmodum aqua impetuosa rapit & aufert ea, quæ apprehendit. Consequenter ostenditur, qd sacrificia legalia non erant per se accepta, nec absolute ad salutem necessaria, quia sine illis aliquādo placuit Israel Deo. [Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?] quasi dicat, non. Hoc autem duobus potest modis intelligi. Hieronymus enim circa hunc locum sic ait: Ex hoc discimus, omnes hostias & sacrificia, quæ in deserto obtulit Israel, non Deo obtulisse, sed Moloch regi suo, i. Lucifero. Dicit demum Hieronymus, & habetur in Glossa: Ex quo tempore factum est caput vituli aurei in deserto, omnia quæ fecerunt vel obtulerunt filij Israel, non Deo, sed idolis fecisse monstrantur. Quod si leguntur postea aliqua Deo obtulisse, non volūate, sed metu pœnarum offerebant, & ob interfectionem eorum qui propter idololatriam sunt occisi. Dominus autem non tam ea quæ offeruntur, quàm voluntatem suscipit offerentium. [et portastis tabernaculum] factum à Mose per manum artificum electorum [Moloch regi vestro] id est, ad honorem idoli vestri. Moloch autem fuit idolum Ammonitarum, quod interpretatur rex, significatq; Luciferus, seu stellam matutinam, quam multi Sarracenorum vsq; nunc colunt, quia præ cæteris videtur splendidior, maior, & mirabilior. Portastis quoq; [et imaginem idolorum vestrorum] videlicet [sidus dei vestri] id est, imaginem astri seu stellæ matutinæ, quam coluistis pro Deo [quæ] idola fecistis vobis ad adorandum ea, & ad vestram ruinam. Eiusdem autem falsi dei habuerunt plures imagines, quilibet scilicet suam. Præterea huic expositioni alij apparenter obijciunt, qd idololatræ adoratores vituli, fuerunt in deserto prostrati, similiter illi, qui adorauerunt Beelphegor. Ideo non apparet, qd alij tāto tempore venerantur idola, vel secum tulerint ea, præsertim quum nulla inde in libris Moysi mentio fiat. Rursus in fabricatione arcæ & tabernaculi, filij Israel multa Deo deuota promptaq; mente obtulisse leguntur in Exodo. In libro Numerorum aliqua Deo immolasse leguntur, videlicet duodecim principes in dedicatione tabernaculi. Et in cōsecratione Aaron filiorumq; eius sacrificia offeriebantur. Hi ergo exponunt prædicta hoc modo, qd filij Israel in deserto non obtulerunt hostias Deo secundum legis præcepta, sicut nec circūcidebantur, quia in vtroq; Deus per Moysen dispensauit cum eis. Istud vero non sic intelligitur, quod nullas penitus obtulerint hostias, sed quia tam paucas & raras, quod non reputatur. Quod enim modicum est, pro nihilo æstimatur. Huic dicto videtur fauere, quod dominus ait Hieremiæ 7. Non sum loquutus cum patribus vestris, nec præcepi eis in die qua eduxi vos de terra Aegypti, de verbo holocaustorum &c. Porro quod subditur, Et portastis tabernaculum Moloch regi vestro &c. non referunt ad verba immediate præcedentia, nec ad quadraginta annos in solitudine, sed ad ea, quæ paulo ante præhabita sunt de terrore diei domini. Vt sit sensus: Quia tam horribilis erit dies vestræ captiuitatis, & tanta mala fecistis: ideo & portastis, id est, portabitis tabernaculum Moloch regi vestro. Dicunt enim, quod Assyrii posuerunt idola decem tribuum super collum earum, quando in captiuitatem eas ducebant, vt sic appareret, quod dii earum eis prodesse non poterant contra Assyrios. [et migrare] id est, in captiuitatem duci, [vos faciam trans Damascum] id est, vltra Syriam, cuius metropolis est Damascus, vsque in Babyloniam. Ducebantur enim per Syriam in Chaldæam. [dicit Dominus] per me Amos prophetam suum, [Deus exercituum nomen eius,] id est, Deus cælestium agminum, seu Deus omnipotens est nomen ipsius. Hieronymus vero ad suæ expositionis confirmationem adducit verba Stephani in Actis: Conuerit autem Deus, & tradidit illos seruire militiæ cali, sicut scriptum est in libro prophetarum: Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi quadraginta annis in deserto

Matt. 9. vñs

ad quid

Esa. 32.

Hest. 3.

Esa. 38.

Ezec. 12.

Hier. 17.

1. Mac. 2.

Ecc. 19. Psal. 49. Prou. 28

Exo. 32.

Num. 14 Hebr. 3. Num. 25 Exod. 29

Num. 7.

Acto. 7.

filij Israel: Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphā, figuras, quas fecistis adorare eas, & transferam vos trans Babylonem. Pro eo quod Amos dixerunt, Trans Damascum: Stephanus allegavit, Trans Babylonem, ad sensum potius, q̄ ad verba respiciens. Sensus tñ (vt patuit) redit ad idē. Solēt namq; Christus atq; apostoli, alij quoq; maiores discipuli, allegare scripturas veteris Testamenti, quantum ad veritatis sententiam magis, quam se qui formam verborum. Per Rempham vero, intelligit praeductum Luciferum. Postremo, quæ harum expositionum sit verior, & qualiter concordari possit vna cum alia, sapientis lectoris committo iudicio.

Declaratio tropologica eiusdem cap. V. Artic. X.

Loquens demum S. propheta in persona cuiuslibet viri perfecti seu virtuosi, Deū proximumq; ardentem amantis, & de errore ac vitijs proximorum, magis autem de diuinæ maiestatis inhonoratione, cordialiter contristati, ait: Audite verbum istud, quod ego loquo sup vos: Io impoenitentes & duri, excæcati, & periculose securi, [planctum] id est, lamentabilem sermonem, quem de vestra transgressione ac damnatione enuncio, auscultate, vt & propria pericula attendentes, cessetis inaniter gloriari, discatisq; vos ipsos desistere. Talis fuit Paulus qui ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Itemq; Psalmista, qui profitetur: Tabescere me fecit zelus meus, quia obliui sunt verba tua inimici mei. Sic desentur, qui ignorant, cur desentur. Qui tanto miserabiliores sunt, quo suam infelicitatem minus cognoscunt, quemadmodum Apocalyp. 3. alicui dicitur: Quomodo dicis, quia diues sum, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus? [Domus Israel] id est, Ecclesia [cecidit] peccando, & à primitiuo suo seruire multum deficiendo, ab altitudine perfectionis ruendo, & quæ sua sunt, non quæ Christi, quærendo. [non adijciat vt resurgat.] Hoc, quantum ad reciduiantes, impoenitentes & reprobos, certum est, de quibus dicit Apostolus: Impij proficiunt in peius. Et hoc diabolicum est, quia in malo perseuerare, dæmoniacum rite censetur. Ideo dicit scriptura Eccī 7. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius. [Virgo Israel] id est, anima quondam contemplatiua, vel fide & charitate DEO sponsata, & animi integritate præfulgida. [proiecta est in terram suam] id est, in legem peccati, & carne allecta, in carnale concupiscentias deuoluta, & sensualitati subiecta, dæmonibus subdita. Tali animæ loquitur Esaias: Excute de puluere. Et Apostolus Coloss. 3. Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Deniq; beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. [Non est qui suscitet eam] propria potestate à somno peccati, à torpore acedia, à grauamine culpæ, nisi ipse Deus eam medullitus tangat, afficiat, & conuertat. Aliter enim in vanum foris prædicatur, nisi spiritus sanctus intus per vnctiōem loquatur. Eum quoq; quem despicit Deus, corrigere nullus potest. Quod specialiter de hæreticis verum est. Propter quod 1. Timoth 3. scribit Apostolus: Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. [Hæc dicit dominus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum; & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel] id est, in ecclesia. Istud cernimus in ea impletum: quia nunc vix pro decima parte tot sunt, qui fide, charitate, & opere egrediantur de ecclesia, de claustris & congregationibus, loquendo de bono egressu, id est, virtuoso processu, idoneoq; profectu, quot olim egredi consueuerunt, quando calor sanguinis Christi adhuc feruebat, & operabatur in cordibus Christianorum. [Quia hæc dicit dominus domui Israel] id est, congregationi fidelium: [Quærite me] non qualitercunque, sed taliter, quomodo dignum & æquum est, tale ac tantum bonum queri, desiderari, rogare, vtpote iugiter & feruenter, immo pro posse tanto instantius atque feruentius, quanto infinitum bonum, omni bono finito desiderabilius amabiliusq; consistit. [Et viuētis] per gratiam, de qua vita ait Saluator Ioannis 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Omnis autem qui petit, accipit & qui querit, inuenit & pulsanti aperiet. [Et nolite querere Bethel] i. accedere eos p informatione, qui se dicunt nosse Deum, factis autē negant, si tamen conuenienter & aptius possitis accedere alios. Bethel interpretatur domus Dei, quæ hoc loco pro sola fide fidelibus sumitur. [Et in Galgala] i. congregationem carnalium [non intrabitis] communicando eorum infructuosos operibus. Galgala autem interpretatur volutabrum, vel reuelatio. [Quærite dominum, ne forte comburatur, vt ignis domus Ioseph] i. ne ecclesia, quæ dicere potest illud in Psalmo, Improperia impropertantium tibi ceciderunt super me, confundatur, vel igne concupiscentiæ accendatur, aut flamma damnationis tartaræ torqueatur. Ioseph vero interpretat opprobrium, vel absq; opprobrio. [Qui conuertitis in absynthium iudicium domini.] Hoc iuxta sensum præhabitum competit omnibus, qui vel se ipsos, vel alios irrationabiliter iudicāt, quo amaritudinem sibi infernalem mercant. [Facientem Arcturum & Orionem.] Per Arctus

2. Cor. 11
Psal. 128.

Philip. 2
2. Tim. 3

Eccī 7.

Esai. 37.

Matt. 5.

Eccēs 7.

Luce 11.

Tit. 1.

Psal. 68.

Arcturum, qui septem sideribus constat, & voluitur circa polum, designat ecclesia septemplici dono spiritus sancti ornata. Cuius tota intentio, cursus & actio circa Deum versat, tanq̄ circa immobile bonum. Per Orionem q̄q; qui hyeme oritur, & tempestates inducit, martyres figurant, qui tēpore infidelitatis, quasi in hyeme prædicat, per qd̄ contra se tempestates persecutionū mox prouocāt. Hunc ergo Arctus & Orionem facit Deus omnipotens, à quo est omne esse naturæ & græ vnuerforū credentium. [Qui conuertit mane in tenebras] dum prosperis succedunt aduersa, vt illuminationi & consolationi internæ, excæcatio & afflictio cordis id est, Deus gratiam subtrahit, quo factio, aurora mentis, in vitiorum cōuertitur nebulas. [Et diem nocte mutat, idem viros sapientes & virtuosos sinit cadere, & animi caliginem detestandam incurrere.] Propter quod monet Apostolus: Qui stat, videat ne cadat. [Qui vocat aquas] id est, gratiam & doctrinam, [maris] id est, eorum qui in hoc mundo lachrymis & pœnitentiæ vacant. Vel hominum perfectorum, qui velut mare abundant vna da sapientiæ salutaris, & gurgite multiformis gratiæ sancti spiritus. [Et effundit eas super faciem terræ] id est, terrenis carnalibusq; hominibus aquas istas annunciat, atque communicat, eos instruendo & conuertendo per prædicationes iustorum. Quod præsertim factum est prædicantibus sanctis apostolis, qui aquis his omne seculū irrigauerūt, intantū, vt in Esaiâ scriptū sit atq; prædictum: Repleta est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operientes. [Qui subridet] i. cum risu minatur vastitatem super potentem] i. potentibus seculi, de quibus fatetur: Ego in interitu vestro ridebo. Et Qui habitat in cælis, irridebit eos. [Odio habuerunt in porta corripientem] De duplici porta tractat scriptura. Vna vocatur porta vitæ, alia vero porta mortis ac inferi. Porta mortis, peccatum; Porta vitæ, virtus & gratia seu actio meritoria. Odio autem habetur iustus consistens in porta virtutum, si corripit malum, qui est in porta mortis ac vitiorum. Quod maxime competit Iudæis persecutoribus Christi, quibus grauis erat etiā ad videndū. Propter qd̄ ait: Odio habuerunt me & partem meam. [Pro eo qd̄ diripiebatis pauperem] i. innocentes & simplices subuertitis, o corruptores animarum, verbo & exemplo seu cōmatione aut adulatione. [Et prædam electam tollebatis ab eo] i. gratia Dei huiusmodi spoliastis. Innocens enim credit omni verbo. Et deridetur iusti simplicitas. [Domas quadro lapide ædificabitis] id est, collectionem discipulorum vestrorum, ornatu verborum & sapientiæ vanæ apparenti quodam decore firmabitis. [Et non habitabit in eis] id est, simul cum illis in æternum peribitis, nec diu durabit cohabitatio & cōdelectatio vestra in seculo isto. [Vineas amantissimas] id est, documenta vobis suauia & prædilecta [plantabitis] in cordibus vestris & discipulorum, [Et non bibetis vinum eorum] id est, nullum fructum percipietis ex illis, & delectatio durans ad horam, sempiterno commutabitur cruciatu. De talibus dicitur in Hieremia: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo ei aquam fellis. Immo pœna pereuntium discipulorum redundabit in caput infelicium magistrorum, qui pro tot torquentur, quot seduxerunt. [Ideo prudens in illo tempore tacebit, quia tempus malum est.] Vnde ad Timotheum dicit Apostolus: Veniet tempus, in quo sanam doctrinam non recipient, sed coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. [Denique tempus loquendi, & tempus tacendi.] Dum enim nō speratur emendatio, sed potius formidatur induratio delinquentis, prudens tacebit maxime, si non sit prælatus aut iudex, ne bonum commune periclitetur. Ideo dicit Psalmista: Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Hinc Ecclesiastici 20. legitur: Est tacens, qui inuenitur sapiens, & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus aptum. [Constituite in porta] id est, in operatione, qua itur ad vltimum finem. [iudicium] discretionis, vt sine consilio nil agatis, & proprios actus dñudicetis, atque in omnibus preciosum à vili fecernatis. Propter quod docet Apostolus 1. Tim. 5. Sine præiudicio nihil facias, in alteram partem declinando. Tale quippe iudicium diligit honor regis, estq; præparatio sedis eius, & liberat à iudicio supplicioq; gehennæ. [in omnibus plateis] id est, latis vijs, quæ ducunt ad mortē, [planctus] Quia de talibus est plangendum, & ducunt ad planctum, de quo ait Saluator: Ibi erit fletus, & stridor dentium. [Et in cunctis quæ foris sunt] id est, adulterinis delectationibus, quæ metas rationis excedunt, [dicetur: Væ, væ] id est, pœna atque damnatio animæ & corporis pro illis reddentur, quemadmodum scriptum est Apocal. 18. Quantum in delicijs fuit, tantum date illi luctum & tormentum. Itemq; Væ vobis qui habetis nunc consolationem vestram, quia plorabitis & flebitis. [Et vocabūt agricolam] i. proprii cordis diligentem custodem ac purgatorem [ad luctum,] vt lugeat aliorum facinora. [Et ad planctum] piæ compassionis [eos, qui sciunt plangere] id est, homines internos, compunctos, miseri cordes, gratiam lachrymarum habentes. Hoc fit, dum vir ecclesiasticus sua exhortatione tales inducit ad lachrymandum pro pijs causis, videlicet qd̄ Deus à multis tā modice curat, immo tā vehementer inhonorat, qd̄ status ecclesiæ à pristino seruire plabit, qd̄ tot mala cōringunt quotidie. [Væ de-

1. Co. 12.

Esai. 11.

Prou. 1.
Psal. 2.

Sapiē. 2.
Ioan. 15.

Prou. 14
Iob 12.

Hiere. 9.

1. Tim. 4

Eccī 3.

Psal. 38.

Eccī 32.
Hier. 15.

Psal. 98.
& 88.

Matt. 7.
13. & 24.

Luce 13

Luce 6.

[Væ desiderantibus diem dñi] i. diem mortis vel futuri iudicij. Hoc applicandum est incautis, & sanctis in proprijs oculis, qui de sua iustitia nimis cōfident, qui diuinæ iustitiæ rigorem non pensant, nec propriam fragilitatē efficaciter ponderantes, dicunt se mori paratos, velle dissolui, & ad audiendā sententiā iudicis rite dispositos. Væ iustus in omnibus metuit. Et qm̄ nescit, an amore sit dignus, merito iugiter expauescit. Nec tutum est faciliter tantam securitatem admittere, præsertim quia tunc erunt securi, qui modo non sunt securi, & iterum tunc timebunt, qui iam timere nolunt. [Dies ista dñi tenebræ, & non lux] i. amaritudine plena est talibus, q̄ vtiq; fallunt seipos, & nequaq; effugere poterūt. [Et festiuitates vestras &c.] Christianorum, qui festis diebus vitijs carnis, ludis & vanitatibus vacant, & plus solito peccant, solennitates despiciunt Deus. Non enim veraciter solennizant, qm̄ Deo reuerenter non astant, nec diem expendunt in actibus sanctis celebriter. [Et non capiam odorem coetuum vestrorum] Preces em̄ & hostiæ atq; obsequia talium, foetore sunt plenæ, cum oriantur ex turpissimo fonte, puta ex anima mortalibus culpis obnoxia. Talium sacrificia & cætica non respicit Deus ex parte offerentium, vt sunt singulares personæ. Quauis sacrificium nouæ legis sit per se Deo gratissimum. Aliorum moralitas innotescit ex præinductis.

¶ Explanatio literalis capituli VI. Væ vobis qui opulenti estis in monte Sion. Arric. XI.

Contra auaritiam, voluptatem, atq; lasciuiam regni Iudæ ac Israel, loquitur propheta in hoc capitulo: [Væ] tēporalis captiuitatis atq; æternæ dānationis debetur & imminet vobis, qui opulenti estis in Sion] id est, diuites & diuitiarum inordinati seu cupidi amatores in regno Iudæ. Quod nomine Sion significatur, quoniam templum & palatium erant in monte Sion sita, in vrbe Hierusalem metropolitana Iudææ. [Et cōfidentis in monte Samariz] id est, in fortitudine regni Israel seu decem tribuum, ciuitas metropolis fuit Samaria in monte locata. Interdum enim duo hæc regna pacem habuerunt ad inuicem. Et tunc vnum confidebat in alio. [Optimates capita populorum] id est, principes ac iudices vulgi, [ingredientes pompaticè domum Israel] id est, animose ambulantes in populo, ita vt cordis pompa resplendat in incessu, quemadmodum in Esaiâ legitur: Ambulauerunt collo extento, & gradu composito incedebant pedibus suis. [Transite in Chalanne] quæ secundum Hieronymum est ciuitas Persidis. Aliqui tamen per Chalanne intelligunt Babyloniā. [Et videte] urbem seu patriam illam, [et ite inde in Emath magnam] quæ nunc Antiochia appellatur, ciuitas Syriæ, & addit magnam, ad differentiam alterius Emath, quæ minor est, & alio nomine dicta est Epiphania, cuius regio vocatur Reblata, in qua (vt 4. Regum describitur) Nabuchodonosor interfecit filios Sedechiæ regis Iudæ, cuius ibidem oculos eruit. [Et descendite in Geth] urbem [Palæstinorum] id est, Philistinorum, [et ad optima] quæq; regna eorum] id est, ad cæteras electas vrbes prædictarum terrarum, quæ præfatis verbis designantur, [si latior terminus eorum termino vestro est] id est, hoc cōsiderate, vtrum terra illorum maior sit terra vestra, quasi dicat, non, vt quidam exponunt, dummodo consideretur terra Iudææ secundum illam latitudinem, qua primo data est filijs Israel tempore Iosue, & præfata regna considerentur secundum latitudinem, quam habuerunt in principio sui. Postmodum tamen dicuntur magis dilatata & fortificata, q̄ regnum Iudæorum, seu duodecim tribuum simul. Et sic ista dicuntur, ad ostendendum magnitudinem beneficij Dei, & ingratitude populū. [Qui separati estis] id est, in præscientia Dei ab electis diuisi, & a præcedentibus patribus temporaliter segregati, [in diem malum] id est, ad tempus afflictionis, quatenus a Chaldæis & Assyrijs dira patiamini tormēta. Vnde in Iob libro inducitur: In diem perditionis seruetur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet. Et in Psalmo: Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius. [Et appropinquatis solio iniquitatis] Hoc tripliciter accipi potest. Primo, q̄ regno & terra sibi concessis abusi sunt. Secundo, quod regibus proprijs impijs fauent in malis, idololatriam & alia vitia exercendo. Tertio, quod a regibus Assyriorum & Babylonis statim opprimendi extiterint. [qui dormitis in lectis eburneis] id est, preciosis de ebore factis. In quo patet, quod diuitias suas non pauperibus communicabant, sed inutiliter expendere soliti erant. [Et lasciuitis in stratis vestris] delicatis & mollibus, somno libidinem copulantes, & actum matrimonij non propter prolem ad Dei cultum educandam, vel ad reddendum debitum, sed ob turpissimam delectationem exercentes, alijsq; meretricijs voluptatibus in contactu vacantes. Quod prorsus damnabile est. [qui comedit agnum de grege] id est, teneras ac delicatissimas carnes agnorum de grege electorum. [et vitulos de medio armenti] acceptos comeditis, non necessitatem naturæ, sed voluptatem sensualitatis quærentes, quia & ista cibaria luxuriæ præbent materiam, [qui canitis ad vocem psalterij] id est, cum modulatione musici instrumenti sic dicti simul cantatis. Consequenter propheta mutans personam, & alijs illorum vanitatem demonstrans, adiecit: Sicut Dauid putauerunt se habere va-

* Cante lege

sa] id est, instrumenta [cantic] id est, musicarum modulationum. Hoc est, quemadmodum Dauid laudatur de hoc, q̄ in diuino cultu musicis vsus est instrumentis: sic isti reputabāt se laudandos de hoc, q̄ talia habebāt ad oblectandum auditum in suis vanitatibus, ludis, atq; conuiujs. Est autem idiomatis Hebræi proprietates, vt omne illud dicatur vas, quod aliquo modo continet aliud, iuxta quem modum habetur in Psalmo: Et in eo parauit vasa mortis. Et: Ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus. In Hieremia quoque: Aperuit dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. [bibentes in phialis vinum] id est, in vasis seu cyphis preciosis, non ad reficiendum, sed deliciandum. [et optimo vnguento delibuti] id est, vncti, non contenti oleo puro pro corporalis doloris seu laboris mitigatione, sed precioso vnguento vtentes pro carnis suæ bono odore. Sicq; in omnibus superfluitatem sequuti sunt, diuitijs abutendo. [Et nihil patiebantur super contritione Ioseph] id est, vastitati & destructioni populi decem tribuum non condoluerunt, vulgum despicientes tanquam iumenta. Viscera enim impiorum crudelia. [quapropter nunc migrabunt] id est, ob vitia memorata statim captiui ducentur ab Assyrijs seu Chaldæis, optimates, principesq; præfati, [in capite transmigrantium] id est, in principio populi capti, qui transferentur ad terram alienam, ita q̄ principes primi erunt inter captiuos, quatenus qui primi fuerunt in culpis, sint primi in pœnis, & potentes potenter tormenta patiantur. [et auferetur factio lasciuientium] id est, finem habebit operatio lasciuorum luxuriantium prædictorum. [Iurauit] i. irreuocabiliter statuit, [dominus in anima sua, dicit dominus Deus exercituum] id est, in seipso, seu affectu & zelo interno. Non quod Deus in propria natura habeat animam, sed loquitur more & affectu humano. Nec mirū, si animam habere dicatur, qui corporis membra, aures, ventrem, oculos, manus & pedes habere asseritur, per quæ diuinæ efficientiæ diuersitas designatur. Sic quoq; ait per Hieremiam cap. 5. Nunquid super his non visitabo, & in gente huiusmodi non vliscetur anima mea? Et per Esaiam cap. 1. Festiuitates vestras odiuit anima mea. Immo alibi scriptum est: Iurauit dominus per animam suam. Iurat autem hoc loco dominus, vt duos & incredulos terreat. [Detestor ego superbiam Iacob] id est, duodecim tribuum. Odibilis enim coram Deo & hominibus est superbia. Et superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod Esaiæ 66. sciscitatur: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? [Et domos eius] id est, familiam populi huius [odij] quantum ad culpam. Odio nempe sunt Deo impius & impietas eius. [et tradam ciuitatem] Hierusalem vel Samariam, vel generaliter ciuitates vtriusq; regni. [cum habitatoribus suis] manibus hostium. [Quod si reliqui fuerint] id est, remanserint [decem viri in domo vna] euadentes occulte manus Assyriorum, seu Chaldæorum. [et ipsi morientur] in loco suæ absconsionis, fame, fumo, seu peste. [et tollet eum] id est, vnumquemque defunctorum illorum, [propinquus suus] qui cum eo habitauit, vel vicinus, [et comburet eum] id est, cadauera extincta, [vt efferat ossa de domo] ad tumulum, quia præ multitudine morientium, non sibi vacabat integra corpora ferre ad monumentum, [et dicet] combustor [ei qui in penetralibus domus est] id est, locis interioribus, [nunquid adhuc est penes te] aliquis mortuus, vt eius comburam cadauer? [Et respondebit, finis est] corporum mortuorum in domo hac. [et dicet] combustor [ei,] qui fuit in penetralibus domus. [Tace] à laude Dei. [et non recorderis nominis domini] id est, Deum non inuoces, laudes, vel exprimas, nec iures per eum, sed obliuioni trade eum, qui tanta super nos mala induxit. Per hoc propheta insinuat, quod non essent flagellis emendandi, sed obstinandi, atque ad impatientiam contra Deum mouendi. [Quia ecce dominus mandauit] i. prænuñciauit, vel fieri iussit, seu voluntatem hostibus inspirauit. [et percutiet] id est, Assyrijs virtutem percutiendi donabit [domum maiorem] id est, populum decem tribuum [ruinis] id est, omnimoda demolitione, ita q̄ non reducentur, sed vsq; in finem mundi capti tenebuntur. [et domum minorem] id est, regnum duarum tribuum percutiet per Chaldæos [scissionibus] id est, quibusdam fracturis, quæ post septuaginta annos reparabuntur. Scissio enim recuperatur potius, quam ruina. Per quod distinctio vtriusq; captiuitatis innuitur. [Nunquid currere queunt in petris equi?] quasi dicat, contra naturam hoc est, vt equi currant in saxis, quia non cedunt currenti, nec diuiduntur faciliter. [aut arari potest in bubalis] id est, boues syluestres, quum sint feroces atque indomiti, non possunt ligari ad arandum in aratro. Quæ autem hoc dixerit, subditur [quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium,] id est, quum bruta feruent suam naturam, vos contra naturam egistis, iudicium subuertendo, & ad amaritudinem innocentes perducendo, quemadmodum per Ezechielem Dominus ait: Moerere fecistis iustum, quem ego non contristauī. [Et fructum] id est, delectationem seu operationem [iustitiæ] ex sua natura suauem conuertistis [in absynthium] i. in magnam amaricationem. Quia vos ipsi in vitijs iustitiæ contrarijs, amaris, & pœnam promerentibus occupati fuistis, & alios propter iustitiam persequendo, ad amaritudinem induxistis.

Vel sena

1. Reg. 6.
Psal. 7, & 70.
Hier. 50
Prou. 12.
Sapiē. 6.
Psal. 5.
Cant. 5.
Psal. 33.
Psal. 20.
Prou. 3.
Amos 6
Ecc. 10.
Iacobi 4
1. Petr. 5.
Sapi. 14.
Ezec. 13.

Deut. 32
Baruc. 4
Hester. 14

Vel sensus est, secundū Hieronymum, q̄ suis peccatis Deum naturaliter dulcem & piū ad iracundiam prouocauerit, & eius iudicium contra se exacerbauerunt, quemadmodum scriptum est: Exacerbasti eum, qui fecit vos, Deum æternum. [Qui latamini in nihilo id est, aureis vitulis seu idolis, de quibus scriptum est in libro Hester: Ne tradas domine sceptrum tuum his, qui non sunt. Vel in nihil, i. mendacijs & vana gloria mundi. Hinc Esaiæ 59. habetur: Confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates. Idolum enim, secundum Apostolum, nihil est non quo ad materiam, sed quantum ad id, quod esse putatur. [qui dicitis: Iactantur: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? id est, immo propria potestate fortiti sumus excellentiam, potentiam, & gloriam mundi, seu reges, quibus uelauimus hostes. Quod autem per cornua intelligantur reges, patet in Apocalypsi & Daniele. ¶ Ob hanc igitur præsumptionem: [Ecce ego] qui superbos humilio [suscitabo super vos domus Israel, dicit dominus exercituum] id est, o domus maior & domus minor, seu regnum vtriusq̄ gentem] Assyriorum super decem tribus, & Chaldæorum super duas, [et cõteret] id est, destruet [vos] diuersis temporibus [ab introitu Emath] id est, à principio terræ promissionis ex vna parte [vsque ad torrentem deserti] id est, vsque ad finem terræ istius ex alia parte. Porro torrens deserti, secundum Hieronymum, est riuus Nili de eremo veniens, & mare intras in Emath. Per Emath vero Glossa intelligit Antiochiam, quæ est in principio terræ sanctæ.

¶ Expositio moralis eiusdem capituli VI. Artic. XII.

Lucæ 18

VAE vobis qui opulenti estis, i. auariter diuites in Sion, i. populo Christiano, qui specularando diuina dicitur Sion, quod interpretatur speculatio. Istis, nisi pœniteant, imminet v̄ æterni supplicij, Christo testante: Possibilis est camelum transire per foramen acus, q̄ diuitem intrare in regnum cælorum. Quod certum est dici de auaris diuitibus, terrena magis q̄ cælestia quærentibus atq̄ amantibus. Affectus ergo, non ipsa res, reprobat. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Cæterum in vtroq̄ testamento multi electi & iusti opulenti fuerunt, quemadmodum de seipso Iob cap. 19. ait: Ego quondam ille opulentus. Sed hi impleuerunt illud Psalmi 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et illud Apostoli 1 ad Timotheum 6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere. ¶ Deniq̄ alia quædam opulentiæ est, non vera, sed præsumpta, qua vani, arrogantes, & præsumptuosi arbitrant se cæteris iustiores ac sapientiores, gratia plenos, meritis abundantes, qui sperant in multitudine diuitiarum suarum, cum tamen vera sint pauperissimi atq̄ miserissimi, semetipsos fallentes ac pereuntes, quibus sub persona vnus dicitur Apocalyp. 5. Dicis, quia diues sum, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. Non ergo arbitremur nos apprehendisse, nec putemus nos aliquid esse, sed cum metu, timore, & tremore nostram operemur salutem. [Optimates capita populorum] id est, prælati ac principes populi Christiani, religiosi & seculares, [ingredientes pompaticè domum Israel] id est, animose inter inferiores & subditos conuersantes, immo & materialem ecclesiam cum tumore superbiæ ingredientem, magis vt videamini, quàm Deum deuote precemini. O quàm multi sunt iam tales, qui se in cogitatione sua extollunt velut taurus, nec attendunt quod scriptum est: Quid superbit terra & cinis? Verum quid de vnoquoq̄ tali ait scriptura Iob 20. Si ascēderit, inquit, vsq̄ ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. [Transite in Chalanne, &c.] id est, omnium sectarum & superstitionum religionum terras & regna aspiciat, & videte, si fuit aliquando secta aliqua in tantum diuulgata, dilatata, & confortata, sicut religio Christiana, Non vti q̄. In omnem enim terram exiuit, & in fines orbis terræ processit. Vnde Esaiæ 24. inducitur: A finibus terræ audiuius laudes & gloriam iusti. Et in Daniele: Oēs populi, tribus & linguæ seruient ei. [Qui separati estis in diem malum] id est, ab electis diuini, ita q̄ in die infernalis vindictæ sempiterna recipietis tormenta. Hoc omnibus reprobis competit, qui non manent in ecclesiastica vnitate mystici corporis Christi. Sed à Christo capite per culpam diuisi, non recipiunt vitam gratiæ, & motum virtutum ab eo. Qui in die iudicij separabit electos à reprobis loco & præmio, sicut separat pastor agnos ab hœdis. Deniq̄ alia est separatio bona ac appetenda, de qua ad Hebr. 7. dicit Apostolus, loquens de Christi: Segregatus à peccatoribus. Et de seipso Paulus: Segregatus in Euangelium Dei. [Et appropinquatis] per consensum & opera mala, [solio iniquitatis] i. diabolo, qui est rex super omnes filios superbiæ. De quo dicit Saluator Ioan. 14. Venit ad me princeps mundi huius, [qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris] Hoc plane cum versu sequenti de luxuriosis atq̄ gulosis, qui beatijs decies millies turpiores deterioresq̄ sunt, conuenienter accipitur. Et maxime competit magnatibus seculi, carnalibusq̄ prælati. Qui quanto abundant diuitijs, tantū se exponunt delicijs. Quo contra dicit Apostolus Roma. 13. Nō in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, sed induimini dominū Iesum [qui

1. Tim. 6

Phili. 3.

Eccles. 6.
Ecc. 10.

Psal. 18.

Dani. 7.

Matt. 23

Roma. 11.

Iob 41.

[qui canitis ad vocē psalterij.] Hoc conuenit his, qui musicis instrumentis vtunt in choræis & epulis, vt carnalis affectus & vanitas inflāmetur in eis. De quibus scriptū est Iob 21. Tenent tympanū & chorū, & gaudent ad vocē psalterij. Verum, vt in Ecclesiastico legitur: Vinum & musica lætificant cor, & super vtraq̄ dilectio sapientiæ. Et iteq̄: Tibiæ & psalterij suauem faciunt melodiā, & sup vtraq̄ lingua suauis. [Bibentes in phialis vinum, & optimo vngueto delibuti, nihil patiebant super contritione Ioseph.] Hoc de pastoribus verificat, qui pascūt seipso, non gregē dominicū, operietes se lana ouiu, & lac eas edentes, ipsas vero oues Christi nō custodientes ab inuisibiliū hostiū morsibus. Immo videntes, q̄ sibi cõmissi quidie peccant, deteriorant, & à dæmonibus absorbentur, non dolent nec auxiliantur, cum & ipsi similiter pereant. Quo contra Salomō ait Prou. 27. Diligenter agnosce vultū pecoris tui, tuosq̄ greges considera. Et Paulus: Ego, inquit, libentissime impendam, & superimpendam ipse p animabus vestris. Sed & princeps pastorū: Ego, inquit, sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et animam meam pono pro ouibus meis. Insuper multi sunt principes & prælati, pleni priuato amore, qui subditos suorum temporalibus persecutionibus, corporalibus nocementis atq̄ penurijs ac prædationibus non compatiuntur, sed voluptatibus & vanitatibus æqualiter vacant, quasi contritio domus Ioseph (i. ecclesiæ Christi per Ioseph significati) non pertineret ad eos. Et tamen de manu pastorum requirit dñs sanguinem pereuntium subditorum. Contra huiusmodi præidentes loquitur dñs copiose per Ezechielem. [Quapropter nunc migrabunt] i. statim ad infernum ducentur, [in capite transmigrantium] i. in principio damnatorum, qui per eorum negligētiam perierunt. Tales em præsidetes sunt primi in pœnis, & omniū damnatio retorquetur in eos. [Et auferetur factio lasciuientium] i. voluptas lubricorum mox finietur, atq̄ gehennali ardore vlciscetur. [Iurauit dñs: Detestor ego superbiam Iacob] i. omnium Christianorum, quoru est vitia supplantare. [et domos eius odi] i. congregationes arrogantium sperno. Ideo Tobias iubet filio suos Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo animo dominari permittas. In ipsa em sumptus initium omnis perditio. Humiliemur igitur sub potenti manu Dei, quia vt dicitur in Esaiæ, Dies dñi super omnem superbum, & excelsum, & arrogantem, & humiliabitur. Hinc in Numerorum libro fertur: Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, quoniam aduersus dñm rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit. [Et tradam ciuitatem] i. ecclesiam huiusmodi superbiorum, [cum habitatoribus suis] i. his qui manēt in vitijs, manibus dæmonum. [quod si reliqui fuerint decem viri] superbi [in domo vna, & ipsi morientur] morte culpæ in via, & morte miseræ in gehenna. Nullus enim talium, manus omnipotentis potest euadere. [Et tollet eum propinquus suus.] Vnus enim peruersus, malo exemplo interimat alium. Et qui virtuosum pertrahit ad peccata, comburit ossa ipsius. Virtutes enim significantur per ossa. Quidam interea ita incorrigibiles sunt, & ita indurantur dum castigantur à Deo, vt vix possent nomen Dei audire, vel eius honoratorem videre, cupiuntq̄ omnes auerti ab ipso, sicut ipsi auersi sunt, quibus conuenit, quod subiungitur: [dicet, tace, & non recorderis nominis domini. Ecce dñs percutiet domum maiorem] i. multitudinem prælatorum ac principum iniuste præidentium. [ruinis] i. penitus deseret eos perire, gratiam subtrahendo in via, & gloriam in patria. Talium enim peccata cum sint grauissima, extrema vltione plectuntur frequenter. [et domum minorem] i. subditos percutiet [scissionibus] i. plagis paternæ correctionis, ne penitus pereant, sed per flagella temporalium tribulationum in æternum saluentur. Tales enim interdum purgant per aduersitates & dāna, quæ eis à superioribus, potentibus ac diuitibus infliguntur. Exiguo quippe conceditur misericordia, sed iudicium durissimum in his qui præfant, peragitur. Vel dom⁹ maior, sunt reprobi domus vero minor, electi, Reprobi aut prorsus intereunt, electi vero per multas tribulationes ac tentationes exercitati, reformantur & beatitudinem fortiunt. [Nunquid currere queunt in perris equi] i. prædicatores velut equi per feruorem charitatis veloces ac agiles, in cordibus induratis habere non possunt processum. Vnde oportet, vt Deus auferat cor lapideum, præstetq̄ carneum. [aut arari potest in bubalis] i. per crudeles rebellesq̄ homines, corda aliorum disponi nō possunt ad receptionem seminis quod est verbum Dei. Tales em magis obesse q̄ prodesse consueuerunt. Idcirco necesse est prælatum atq̄ doctorem esse benignum, & Deo subiectum. Potest quoq̄ trahi ad sensum oppositum, ita q̄ equi, i. aduersariæ potestates indomitæ, non possunt currere seu proficere in petris, i. in cordibus per virtutes firmatis, quæ dicere valent cum Paulo Rom. 8. Neq̄ mors, neq̄ vita, neq̄ creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei. [Qui cõuertitis in amaritudinem iudicium,] de hoc dicta sunt multa. Oēs aut iniqui Deū naturaliter dulcem, faciunt sibi ipsi seuerum. [Qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nra assumpsimus nobis cornua?] Hoc dicūt, qui se propria industria, potestate aut studio iactant ad magna promotos, & alijs sapientiores, potēiores, ditiores, aut sublimiores effectos. Qui non attendunt, q̄ omne bonum à Deo

Ecc. 40
Ibidem

Ezec. 34

2. Cor. 12
Ioan. 10

Ezec. 4

Tobia 4

1. Petr. 5
Esaiæ 26
Num. 13

Sapiē. 6
Psal. 91

Ezec. 11

Iacob. 1. donetur, & q̄ ex seipsis non habeant, nisi defectibilitatem & vitia, q̄ item nihil periculosum est, maiusq̄ reprobationis indicium, q̄ in hac vita in omnibus bonis seculi prosperari, a Deo non castigari, nec humiliari. Quæ si pensarent, nequaq̄ præsumerent, sed timerent, scientes q̄ cui plus donatum est, plus requiret ab eo. [Ecce ego suscitabo super vos, dicit dominus, gentem. Gens ista, sunt dæmones, quos Deus permittit tentando præualere superbis & præsumptuos, in suis viribus inaniter infelicitersq̄ sperantibus. Vnde de diabolo ait Saluator in Evangelio, Inimicus homo hoc fecit. [Et conteret vos ab introitu Emath] i. ab exordio iniquitatis vestre, quæ velut murus inter vos separat, & bonum a vobis prohibet. Emath em̄ murus seu murata interpretatur, vsq̄ ad torrentem deserti] i. aquas tribulationis inferni ab omni gratia derelicti. A culpa enim (quæ tollit esse gratiæ) vsq̄ ad pœnam (quæ aufert esse gloriæ) pertrahuntur iniqui.

Declaratio literalis Cap. VII. Hæc ostendit mihi dñs Deus. Artic. XIII.

Q̄d superius dixit propheta de Israeliticæ plebis vastitate sine velamine, nunc metaphoricè exprimit. [Hæc] quæ sequuntur, [ostendit mihi dñs Deus] in visione imaginaria, & insuper in reuelatione intellectuali, qua clare cognoui, quid imaginaria illa visio prætendebat. Intelligentia enim est opus seu principale in visione prophetali. [Et ecce fisor locustæ.] Primo exponam hunc locum secundum Hieronymum, quem Glossa & alij antiqui ac sancti doctores cõmuniter assequuntur. Deinde videbitur de expositione aliorum. Ait ergo beatus propheta: Et ecce fisor locustæ, i. Deus omnipotens formator locustarum, venit seu per visionem visitauit populum regni Iudæ, vel Israel, aut vtrunq̄ in principio germinantium] i. terræ nascentium, florentium & fructum producentium, [serotini imbris] i. terræ nascentium quæ serotina pluuia irrigantur. Dicitur autem serotinus imber, qui fructus ad maturitatem deducit. Temporaneus vero seu matutinus, qui semina iactata in terra coalescere facit. Porro propheta huic in prædicta imaginaria visione apparuit, q̄ Deus in principio germinantium secundum sensum iam dictum, id est, verno tempore, dum oia virent atq̄ fructificant, locustas condidit & adduxit super terram Hebræorum. [Et ecce serotinus post tonsorem regis.] Litera ista est intricata, dumq̄ propheta breuitati studuit, obscuritatem reliquit. Sic ergo ordinanda sunt verba: Et ecce, per quod significat, magnum & considerabile esse quod subditur, post tonsorem regis, i. post aduentum prædictæ locustæ fisor a Deo, regnante vel significante exercitum regis Assyriorum seu Chaldæorum, sicut dicitur. Quæ locusta venit in principio imbris serotini, & velut tonsor seu rasor bona terræ cõsumpsit. Venit serotinus, i. tonsor sequens tonsorem præfatum, quæ tonsorem serotinum LXX. interpretes nominant bruchum. Qui venit post principium imbris serotini, & ea vorauit quæ non deuorauit locusta. Per locustam vero ad literam, non intelliguntur bestiole, sed exercitus Assyriorum, qui decem tribus deuorauit pro magna parte. Per bruchum autem sequentem, exercitus Chaldæorum, qui postea duæ tribus demolitus est regnum. Qui vero locustæ & bruchum vellet ad idem regnum reducere, faciliter inuenit modum, quia Sennacherib rex Assyriorum, deinde Nabuchodonosor rex Chaldæorum duas tribus est persecutus. Regnum vero decem tribuum cœpit vastari a Phul rege Assyriorum, deinde a Teglatphalasar. Postremo a Salmanasar. Alius quidam hanc improbat expositionem, quia prædicti exercitus populū vtriusq̄ regni vastarunt. Sed de prædictis plagis statim subiungetur Misertus est dñs super hoc: Nō erit, dicit dñs Deus. Exponit ergo præhabita de multitudine locustarum, ita q̄ Deus monstrauit propheta, se velle locustas super terrā inducere ad terræ nascētia destruenda. Tamen nō fecit propter precem prophetæ. Sed huic dicto repugnat, quod immediate subiungitur: Et factū est, cum consummasset comedere herbam terræ, dixit: Dñe Deus propicius esto. Non ergo fuit cõminatio tantū, sed & veritas seu effectus, post quem secuta est propheta oratio. Rursus innotescit ex dictis, & idem ait Hieronymus, q̄ Amos & Iohel eodē tēpore prophetauerunt. Quod aut apud Iohelē de locusta & bruchō annunciat. Iste nō solum de bestiolis, sed & de hoibus p̄ illas significatis, exponit. Ergo & hoc locū idem poterit dici. Præterea Iohel dicit terrā Israel a bestiolis dictis corrosam: quō ergo nūc dicit, q̄ cõminatio præinducta non venit ad rem? [Et factū est, cum consummasset comedere herbā terræ] i. postq̄ in spū vidi & intellexi, qd dicta visio significaret, & præcognoui, q̄ prædictæ gentes vastaturæ essent vtriusq̄ regni terrā ac populū, prout in visione mihi fuerat notificatū. [dixi] orando: Dñe Deus, propicius esto, obsecro] i. noli totum populū vtriusq̄ regni hostibus tradere, siue destruere, sed reliquæ aliquæ saluæ fiant. Et merito oro te. Nam quis suscitabit Iacob] i. quis præter te poterit filios Israel ab imminente pressura eripere, [q̄ paruulus est] i. sæpe iam minorati sunt potestate ac numero, ab hostibusq̄ deiectione. Idcirco sua virtute non valent resistere. [Misertus est dñs super hoc] i. plagam præfatam mitigauit placatus precibus meis ac lachrymis. Non erit, dicit dñs Deus] i. totum vtriusq̄ regni non destruiam populū, sed reliquæ saluabuntur. Translatis em̄ decem tribubus, multi ex tribubus

4. Re. 17 & 18.

Ibidem.

Iohel. 1.

Roma. 11

4. Re. 17 & 25.

tribubus illis remanserunt in terra Israel. Quod vero translatis duabus tribubus, quidam euaserunt Chaldæos, patet 4. Reg. 25. & Hierem. 52. Sequitur visio alia: [Hæc ostendit mihi dñs Deus, secundū sensum prædictum. [Et ecce vocauit] dñs] iudicium] i. sententiam suæ æquitatis, vel executorem suæ iustitiæ, per quem alios iudicauit, puta Nabuchodonosor regem. [ad ignem] i. dando ei voluntatem comburendi vrbes Iuda & Hierusalē. [Et deuorabit abyssum multam] i. populū copiosissimum, qui ob suam multitudinē pelago comparatur. Vel sensus est, q̄ Chaldæi cum tãto tumultu ac strepitu terram Iudæ ingressi sunt, velut si ipsum mare absorberent. Sicq̄ videtur locutio hyperbolica. [Et comedit simul partem] i. ignis iste incendit atq̄ destruxit templum Hierusalem, quod fuit pars dñi, tanq̄ eius deputatum obiectiuo. [Et dixi] deuote orando: [Dñe Deus, quiesce, obsecro] i. cessa a pœnis istis propter sanctam tuam bonitatem ac pietatem. Dicendo aut, quiesce, innuit, q̄ plaga ista, sicut præcedens, fuit incepta. [quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est dñs super hoc. Sed & istud non erit, ait dñs Deus.] Omnia verba ista iam semel exposita sunt, & impleta fuerūt, quando Chaldæos euaserunt multi ex regno Iudæ, qui ad tempus habitauerunt cum Godolia, & post cum Hieremia introierunt Aegyptum. Sequitur alia visio: [Hæc ostendit mihi dñs Deus, Et ecce dñs stans super murum litum] i. linitum, plastratum, & fortiter iunctum. Apparuit aut propheta in visu imaginario, q̄ dñs staret supra huiusmodi murum, sed visio ista formata fuit ministerio angeli, qui apparuit in persona dñi. Propter quod dñs apparuisse narratur, sicut & in visione imaginaria, qua Esaias vidit dñm sedentem super solium excelsum & eleuatum. Ibi em̄ angelus apparuit in persona Dei, secundum Dionysium. [Et in manu eius] dextera] trulla cæmentarij. Per murum litū intelligit Iudæi⁹ populus, multiplici beneficio Dei olim roboratus & adornatus. Per trullam vero seu linitionem, auxilium Dei. [Et dixit dñs ad me] allocutione interna per angelum. [Quid tu vides Amos?] Nominatenus exprimit sanctum prophetam, quasi amicum, familiarem ac notum per approbationem & prædeterminationem, quem admodum ait ad Mosen Exodi 30. Te ipsum noui ex nomine. Nouit enim dominus qui sunt eius. Interrogat autem dominus, non quasi ignorans, sed vt erudiat, & ad responsionem conuenienter adiciat. [Et dixit Trullam cæmentarij.] Vidit enim similitudinē trullæ, & utebatur similitudine quasi re ipsa. Est autem trulla instrumentum, quo murus calce linitur. [Et dixit dominus: Ecce ego ponam] i. deponam [trullam in medio populi mei Israel] i. auxilium meum & protectionem tollam ab eo. [Nō adiciam vltra superinducere eum] i. adornare atq̄ defendere populum istum, ducendo trullam meā prædictā super eum. [et demolientur excelsa idoli] i. loca sublimia & prophana, in quibus idola colebantur ab Assyrijs, destruentur. [Et sanctificationes Israel] id est, obsequia quibus idola honorabant, seq̄ sanctificari putabant, [desolabuntur] id est, punientur, & finem iam obtinebunt, quo ad hoc, q̄ in terra propria decem tribus ista vltra non faciēt. [Et consurgam super domum Ieroboam] i. filium Ios regis Israel, [in gladio] i. posteritatem & familiam eius gladio aduersariorum exponam. Vnde 4. Regum 15. habetur, q̄ Sellum interfecit Zachariam filium huius Ieroboam pronepotis Iehu, cui dominus dixit, q̄ filij eius vsq̄ ad quartam generationem sederent in solio Israel. Quod in Zacharia prædicto impletum est, quo occiso, Sellum regnavit. Ieroboam vero non fuit occisus. [Et misit Amasias sacerdos Bethel] id est, vrbis sic dictæ, & aurei vituli in ea repositi, [ad Ieroboam regem Israel.] Eratq̄ Amasias iste, secundum Hieronymum, pontifex sacerdotum idololatrarum, ideo audenter mittit legatos ad regem, [dicens: Rebellauit contra te Amos] id est, tibi inobediens est, idololatriam reprobando, quam iubes exerceri, fin medio domus Israel] id est, in medio decem tribuum, quas pro viribus suis auertit ab idolis. Amasias iste cupidus oblationum, quæ vitulis immolabantur, suam malitiam dissimulat, de iniuria regi oblata principaliter dolere se fingens, & regem ad persequendum prophetam prouocare desiderans. Forte enim non audebat per se malum facere Amos, quoniam multi de populo confluxerunt ad eum. Vnde pro eo, quod nostra translatio continet, Rebellauit contra te Amos, LXX. transtulerunt, Congregationes contra te facit Amos, id est, populum cõtra te incitat. [Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius] id est, tanta minatur & vaticinatur, q̄ populus regni Israel non poterit ea tolerare, nisi per violentiam compellatur, quemadmodum Salomon ait: Non arguas derisorem, ne oderit te. Et teste Chrysostomo, odium incurrit, qui criminosos redarguit. Hinc Amasias videns se argui, succensus est odio contra prophetam. [Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam.] In hoc mentitus est Amasias. Amos enim non dixit, Ieroboam, sed domum eius gladio dandam. Et in hoc Amasias tenet speciem inuidorum & callidorum discordiam seminantium, immo & adulatorum. Hi enim recitando verba aliorum, aliquid miscent de proprio, & aliter repetunt q̄ dictum est, per quod mutuum amantium charitatem inficiunt, quemadmodum scriptum est: Qui alio sermone repetit, separat fœderatos. [Et Israel] i. populus decem tribuum] captiuus migrabit de

4. Re. 33

Ibidem Hier. 40

Esaiæ 6

2. Tim. 2

3. Re. 12

2. Re. 12

Prou. 9

Prou. 7

terra sua] id est, ad Assyrios perducetur. Verū est quod Amos prædixit hoc. [Et dixit Amasias ad Amos.] Vtrum verba sequentia dixerit Amasias ad Amos ex parte Ieroboam, an ex seipso, non habeo certum. Hieronymus tamen manifeste testatur, quod Ieroboam nihil ad verba Amasias respondit, vanissima legationis suæ verba contemnens. Sic ergo nihil respondit, quia aliunde agnouit, quod Amasias falsa mandauit. Vel quia ipsum Amos reputauit quasi arreptitium & insanum, & verba eius friuola, reputatione indigna. [Qui vides] id est, tu Amos vides, id est, propheta, qui enim nunc appellatur propheta, olim dicebatur videns, vt legitur 1. Regum nono. Vocat itaque Amasias Amos prophetam, vel irrisorie, quemadmodum 4. Regum primo serui Ochozia dixerunt Helia: Homo Dei, hæc dicit rex. Vel propter multitudinem populi audientis sanctum Amos, non audet apertam irrogare iniuriam. Vel loquitur blande, quatenus facilius inclinet ipsum Amos ad ea, quæ suggerit. [gradere] id est, vade hinc. [fuge in terram Iuda] id est, ad populum duarum tribuum, vbi propheta Dei libentius audiuntur, quum ibi sit templum & cultus DEI. Vel ideo dicit hoc, quoniam natus fuit hic Amos de terra Iudæ, ad quam pertinuit Thecæ ciuitas.

Amos 1. Amos. [Et comede ibi panem.] ibi enim datur a populo sustentaculum vitæ prophetis. Vel pascit ibi pecora tua, & viue. Quasi dicat, Rex tibi minatur, ideo consulo tibi vt fugias. [Et ibi prophetabis] populo tuo, [Et in Bethel non adijcies vltra vt prophetes, quia sanctificatio regis est] id est, vrbs electa a rege ad vacandum cultui Dei nostri, quo sanctificamur, videlicet aurei vituli. [Et domus regni est] id est, regiam domum seu palatium habens. [Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non sum propheta.] Hoc, secundum Hieronymum & Glossam, est humilitatis, quod se negat prophetam, sed quum humilitas non in falsitate, sed in veritate fundetur, sicut amor in cognitione, quomodo intelligendum est hoc, præsertim quum nequaquam sit mentiendum. Ad hoc Glossa respondet, quod non semper spiritus sanctus administrat prophetiam prophetis, sed ad tempus. Et tunc recte dicuntur propheta, quum illuminantur. Quod ergo ait, Non sum propheta, intellexit modo, vt sit sensus, Non sum propheta, id est, actualiter tactus non sum spiritu prophetiæ. Huic autem dicto alij quidam obijciunt. Primo, quia in vtroque Testamento propheta vocantur, non solum qui actu tanguntur, sed etiam qui tangi consueuerunt spiritu prophetiæ. Secundo, quia vt subditur, Amos quando hæc verba protulit, statim prædixit Amasias per spiritum prophetiæ, quid esset passurus. Hi itaque dicunt, quod sicut Amasias ironice dixit ad Amos, qui vides, sic Amos respondet ironice, vel ironiæ sibi illatæ: Non sum, inquit, propheta, videlicet talis qualem me reputas, qui putas me falsum prophetam, pro temporali commodo prophetantem. Sed istis obijciunt, quod Amos sub eadem serie sermonis & vno verborum contextu adiecit, [Et non sum filius prophetæ,] &c. quod vrique seriose assertiueque dicitur. Præterea præinductæ duæ instantiæ fieri possent contra verba Ioannis Baptistæ, qui sacerdotibus & Leuitis quærentibus, Propheta es tu, respondit: Non sum. Est itaque respondendum, quia vt Thomas & alij dicunt, Prophetia non dicitur donum habituale, sed actuale. Ideo responsio Glossæ iam assignata, conueniens est, & quod primo obijciunt, facillime soluitur. Propheta enim dicitur dupliciter, scilicet ab actu & vsu seu habitu. Sed Amos loquitur de propheta primo modo. Rursus verba sanctorum, quibus seipso profunde humiliant, pie interpretanda sunt, & sufficit quod secundum aliquam considerationem verificentur, quauis absolute vera non sunt, vt quum ait Saluator in Psalmo: Ego autem sum vermis, & non homo. Paulus quoque: Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Ad secundum argumentum dicendum, quod homo actualiter non intelligit nisi vnum, secundum philosophum. Ideo quando Amos dicebat, non sum propheta, non in eodem momento actualiter intuebatur, quod postea dixit. Et forte iam dudum audiuit a domino, quod post verba hæc prænucciavit Amasias. Postremo, translatio septuaginta habet: Non eram propheta. Et tunc facillime soluitur dubium istud, quia refertur ad tempus præcedens reuelationes sancto Amos infusas. Et non sum filius prophetæ. Vnde nec pater huius Amos ponitur in principio seu titulo libri præsentis. Qui enim in titulis prophetarum ponuntur, vt patres vel aui, erant prophetae secundum regulam Hebræorum. [sed armentarius ego sum] id est, pastor pecorum, scilicet ouium. Secundum Hieronymum, & secundum Glossam fuit pastor pecorum aliorum, in quo patet paupertas prophetæ. [Velliscans sycomoros] id est, frondes sycomori discerpens ad pecorum pastum. Sycomorus vero est arbor quæ dicitur rubus, afferens mora quæ famem pastorum depellunt, & folia e suriem pecorum. [Et tulit me dominus] i. prophetam clementer assumpsit, atque ad loca hæc destinavit. [quum sequerer gregem,] quem in deserto Thecæ paui, [Et dixit dominus ad me: Vade & propheta ad populum meum Israel.] Quasi dicat Amos: Cū ego ex tam vili seruitio ad tam sublime officium Deo miserante promotus sum, obedire debeo Deo magis, quā tibi aut alicui homini. In quibus verbis humilitas & obedientia prophetæ commendatur, qui ad altiora

altiora promotus, non erubuit prioris status decliuitatem. [Et nunc audi verbum domini] tu Amasia qui veras me varicinari hoc loco. [Tu dicis] mihi: [non prophetabis super Israel] id est, populo decem tribuum, [Et non stillabis super domum idoli] id est, verba prophetiæ non fundes, sicut nubes stillat guttas, Israeliticæ plebi idola veneranti. [Propter hoc, hæc dicit dominus] id est, propter hanc tuam prohibitionem mereris audire ac pati, quæ dicam. [Vxor tua in ciuitate] Bethel [fornicabitur] non sponte, sed ab Assyrijs vr̄bem ingressis violabitur, atque inuita stuprabitur, te cernente, nec prohibere valente. [Et filij tui & filia tua in gladio cadent] i. ab Assyrijs trucidabuntur, & grauius punientur quā alij, quia & tuis consenserunt peccatis grauius. [Et humus tua] i. terra quam possides, [funiculo metietur] id est, ab hostibus mensurabitur, & alienis in certas partes diuidetur ac dabitur. Rex enim Assyriorum, translatis decem tribubus, misit ad terram earum gentiles, qui eam possederunt, vt legitur 4. Regum 17. [Et tu in terra polluta morieris] i. in regione Assyriorum vitijs idololatriæ plena. [Et Israel captiuus migrabit de terra sua,] vt dictum est sæpe. Dicit hoc loco Hieronymus: Non est tantus dolor in filia stuprata, quantus in vxore polluta: nec tantus dolor in vxore violata, quantus in filijs trucidatis. Maritus vxorem mallet interficere, quā pollui. Grandis dolor incredibilisque ignominia, quando maritus in media ciuitate, cunctis præsentibus, vxoris iniuriam prohibere non potest. Denique ex his patet insuperabilis fortitudo, iustitia, fiducia atque constantia sancti prophetae, qui pontificem tam districte tamque audaciter corripuit, implens quod iubet Saluator: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Moraliter docemur ex isto capitulo, quod dominus ad instantiam seruorum suorum minas remittit, miseretur & saluat eos, pro quibus oratur. Et sicut Amasias correptus, studuit regem contra corripientem incitare, sic multi impatientes dum corripiuntur, contra correptores faciunt querelas apud prælatos vel principes diuersa crimina obijcientes, & correptores a se repellentes. Horum vxor, id est, caro fornicatur, dum rationi reluctans, sensualitati substernitur, concupiscentijsque deseruit. Filij quoque eorum & filia, id est, actus & passionis, in gladio tentationis cadunt, damnationem promerendo, & ipsi in terra polluta, id est, corpore vitioso ac sordido, moriuntur.

Expositio literalis Cap. VIII. Hæc ostendit mihi dñs Deus. Artic. XIII.

Rursus ostendit dominus proximum esse tempus captiuitatis populi Israel. [Hæc] quæ sequuntur, [ostendit mihi dominus Deus] in visione imaginaria, prout in præcedenti dicebatur articulo. [Et ecce vnicus pomorum] id est, lignum curuum seu vncus, quo rami arborum remotiores attrahuntur, vt poma dependentia, quæ cum manu attingi non poterunt, colligantur. [Et dixit] Dominus: [Quid tu vides Amos?] Et dixit: Vnicum pomorum. Et dixit Dominus ad me, [deklarando mihi intellectualiter, quid visio illa imaginaria designaret.] Venit finis super populum meum Israel] id est, quemadmodum vncus rami trahuntur, & proximi fiunt trahenti, sic proximum feci tempus captiuitatis Israeliticæ plebis. [Non adijciam vltra, vt pertranseam eum] id est, impunitum eum diutius non relinquam, sed vindicans stabo, donec disperat. Vel sensus est, quod non consolabor eum de cætero, redimendo decem tribus a captiuitate. [Et stridebunt cardines templi in die illo, dicit dominus Deus] id est, fragorem quendam facient, quum destruentur, quemadmodum ædificia cadentia. Vel per stridorem templi, metaphorice insinuat molesta anxietas populi. Quidam per templum hoc loco intelligunt phanum, in quo aureus vitulus adorabatur. Et hi dicunt prophetam iam loqui ad decem tribus duntaxat. Hieronymus vtroque exponit de templo domini in Hierusalem. Ideo secundum eum ista dicuntur contra vtrumque regnum. [Multi morientur.] Assyrii enim multos ex decem tribubus occiderunt, & multos transfulerunt. Simili modo fecerunt Chaldæi populo Iudæ. [Et in omni loco proijcietur silentium] id est, habitatoribus occisis vel reclamare non audentibus, erit silentium in locis & domibus duodecim tribuum. Hæc autem præsertim impleta sunt in populo Iudæorum, propter Christi occisionem a Romanis deiecto. Qui finaliter sunt relictis, nec habent quod rationabiliter Christo respondeant. [Audite hoc] quod minando prædico, [qui conteritis pauperem] id est, vos pauperum oppressores, [Et deficere facitis] id est, ad penuriam perducitis [pauperes terræ] vestræ, quum tamen Deuteron. decimo quinto iusserit Deus: Omnis non indigens & mendicus non erit inter vos. Tales sunt, qui tempora cara inducunt, & necessaria carius vendunt, [dicentes: Quando transibit messis Israel] id est, optamus vt tempus messis & abundantia transeat, [Et venundabimus merces] id est, blada atque similia, quæ tempore messis pro paruo precio dantur, care vendemus. [Et sabbatum] quando transibit, in quo secundum legem non fit venditio. [Et aperiemus frumentum] id est, blada clausa deducemus ad publicum tempore caritatis. Hoc faciunt cupidi, qui frumenta referuant, vt postmodum preciosius venundentur. De quibus scriptum est Prouerbiorum vndecimo: Qui abscondunt frumentum in tempore, maledicentur. [vt imminuamus mesuram] i. mensurando

Matt. 10

3. Re. 12

4. Re. 17

furando aliquid fraudulenter subtrahamus e mentibus, & augeamus siclum]i. precium vendendo carius quo poterimus. [& supponamus stateras dolosas,] quemadmodum fertur in Psal. 61. Medaces filij hominum in stateris, vt decipiant de vanitate in idipsum. Hæc faciunt avari & iniusti mercatores. Contra quos dominus Leuitici decimonono iussit: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. [Vt possideatis in argento egenos] id est, inopes per usuram in vestram potestatem redigatis. Vel in tantam deducatis penuriam, q̄ cogantur se vobis in seruos vendere & ancillas. [& pauperes pro calceamentis] id est, pro rebus vilibus acquiramus, possideamus, vendamus, [& quisquilias frumenti] id est, purgamenta, paleas & puluerem [vendamus] vnâ cum tritico, talia fraudulenter miscendo cum bladis, quum tamen Hieremias dicat: Quid paleis cum tritico? [lurauit dominus in superbia Iacob] i. contra arrogantiam populi Israel, [si oblitus fuero vsq; in finem] i. nunquam tradam obliuioni [omnia opera eorum] mala. Deus enim tam diu recordari dicitur peccatorum, quandiu viciscitur vel non dimittit ea. Hi vero indurati erant in vitijs, ideo æternaliter puniuntur. Vel sensus est, q̄ Deus vsque in finem mundi deseret decem tribus, & etiam duas, & tunc indulget ac miserebitur eis. Huic quoq; simile est illud in Hieremia: Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in lapide adamantino. [Nunquid super isto non commouebitur terra?] id est, nonne pro tantis peccatis habitatores terræ Israel turbabuntur? [& luget omnis habitator eius] id est, omnes populi tribuum Israel captiuitate iam ingruente, [& ascendet] in captiuitatem & debitam pœnam, [quasi fluuius] id est, copiose atq; celeriter [vniuersus] habitator seu populus Israel. Non q̄ nullus euasit, sed quia cōparatione aliorum paucissimi euaserunt. Hinc Hieremias s. habetur: Nunquid super his non visitabo, & in gente tali non viciscetur anima mea? Ezechielis quoque decimoquarto: Terra cum peccauerit, interficiam de ea hominem & iumentum. Et in Psal. 49. Hæc fecisti, & tacui. Existimaui inique, q̄ ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. [& enietur & defluet quasi riuus Aegypti. Et erit in die illa, dicit dñs] i. id est, in die captiuitatis populi Israel [occidet sol in meridie] i. oia prospera & iucunda vertentur eis in aduersa ac tristitia. [& tenebescere faciam terram] id est, habitatores terræ Israel operiam tenebris calamitatis, [in die luminis] id est, cum alijs prospera succedent. Iste quippe est modus loquendi scripturæ, vt dictum est plenius Iohelis secundo. [Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.] Venientibus namq; Chaldæis atq; Assyrijs, cessauerunt festa & cantica duodecim tribuum, & aliud non nouerunt, nisi contristari & lamentari. [Et inducam super omne dorsum vestrum saccum] Hoc dicitur, vel quia in afflictione positi, induerunt se sacco siue cilicio, quemadmodum Niniuitæ, vel quia in captiuitatem ducebantur sacco induti. [& super omne caput vestrum] inducam [caluitium.] Consuetudo enim veterum fuit, vt in tristitia positi raderent capita, sicut & Iob, qui tonso capite sedit in sterquilino. Vel hoc ideo dictum est, quoniam captorum capita ab hostibus radebantur, iuxta illud Deuteronomij 32. De captiuitate nudati inimicorum capitis. [Et ponam eam,] videlicet terram Iudæ ac Israel, [quasi luctum vnigeniti] i. habitatores eius in tanto mœore & planctu, quantus est planctus matris vnicij filij mortem desentis, [& nouissima eius] id est, extremam populi huius captiuitatem & punitionem ponam [quasi diem amarum] i. similem amaritudini mortis. [Ecce dies veniunt, dicit dñs, & emittam famem in terram, nõ famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum dñi.] Christo testante: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Desiderium autem audiendi verbum Dei ad emendationem, est esurire & sitire iustitiam. Hoc ergo non prædicitur per modum cōminationis. Quod autem nunc dicitur, est cōminatio dura. Quidam igitur exponunt hæc de decem tribubus, quæ frequenter spreuerunt verba Dei per prophetas prolata. Idcirco imminente earum captiuitate, quando à prophetis quærebant consilium, meruerunt priuari verbo Dei per prophetas. [Et commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab aquilone vsque ad orientem circumibunt] id est, à mari mediterraneo vsq; ad mare Galilææ, & à plaga terræ suæ aquilonari, vsq; ad partem terræ suæ orientalem, videlicet per omnes partes territorij sui pergent, [quærentes verbum domini] i. consilium à prophetis, [& non inuenient] consolationem. Alij autem exponunt ista pro tempore Christi, quando Iudæis ablata est spiritalis intelligentia scripturarum, ita q̄ famem habent audiendi spiritalem sensum pagine sancte. Quod non est intelligendum, quasi ipsi vere cupiant spiritalem hunc sensum, sed q̄ habent defectum huius spiritalis cibi & potus, quibus reficitur anima, quauis ipsi ignorent, se tam defectuosos & vacuos. Et hic defectus vocatur nunc fames & sitis. Certum est etiam, q̄ Iudæi à tempore captiuitatis suæ à Romanis, desiderauerunt audire verbū consolatorij per prophetas, sed nullus interim missus est eis. Mouentur ergo à mari Britannico vsq; ad mare Atlanticum, id est, ab occidente ad meridiem, & ab aquilone vsq; ad orientem, sed nihil proficiunt, quoniam vnigenitum filium Dei, verbum quod erat in principio, obstinato corde repellunt.

[In

[In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti.] Hoc dupliciter explanatur. Primo, quod tempore captiuitatis Israel ab Assyrijs, vel duarum tribuum à Chaldæis, virgines & adolescentes corporali siti afflicti sunt. Secundo, q̄ synagoga, quæ significant per virgines, sicut ecclesia dicitur virgo & sponsa, & adolescentes, id est, doctores synagoga, olim per sapientiam floridi, defecerunt in siti verbi Dei. Primæ vero expositioni magis videtur consonare verba sequentia: [Qui iurant in delicto Samariæ] id est, per vitulos aureos, in quibus prouincia tota decem tribuum grauissime deliquit. [& dicunt: Viuit (dominus) Deus tuus Dan] id est, vitulus aureus positus in Dan, cui vitulo diuinitatem ascripserunt. [& viuit via Bersabee] id est, Deus seu idolum, ob cuius adorationem imus vsq; ad locum Bersabee, vbi idola colebantur. Quemadmodum enim cultores veri Dei iurabant dicendo, viuit dominus: sic isti per idola vitulosq; iurabant. [& cadent] coram hostibus, [& non resurgent vltra] ad pristinum statum. Mystice sol occidit in meridie, dum tempore gratiæ vel in dimidio dierum nostrorum non illuminamur à Christo, qui est sol intelligentiæ atq; iustitiæ. Vnde in Sapientiæ libro perditū conqueruntur: Sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Et tenebescere faciam, permissiue, id est, vitijs obcæcari, terram, id est, homines carnales terrenis immerfos, in die luminis, id est, dum electi ac spirituales gratiæ perfunduntur fulgore. Super horum carnalium dorsum inducitur saccus, id est, contemptibilis ac deformis vitiolorum amictus. De quib; cantamus: Operi sunt iniquitate & impietate sua. Sicut enim est amictus virtutum, ita & vitiolorum. Et super omne caput caluitium. Per caput ratio designat cui inferat caluitiū, dum septiformi donorum spiritus sancti decore priuatur, & nuda, bonoq; virtutum colore spoliata conspicitur. Et ponam eam quasi luctum vnigeniti, quoniam maxime deploranda est miseria huiusmodi rationis. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & emittam famem in terra & c. Hæc pœnalis atq; damnosa missio famis est, dum Christiani optant audire verbum Dei, sed exigente iustitia Dei, non merentur illud fortiri: quoniam ex timore pœnæ, ex pressura aduersitatis, ex priuato profus amore, non ordinato affectu, hoc appetunt, & aptum tempus audiendi verbum Dei spreuerunt. Vnde & quidam instante iam hora mortis, quærunť inducias vel vnus diei, nec exaudiuntur. In die illa deficient virgines pulchræ, id est, animæ vel particulares ecclesiæ, olim gratiarum pulchritudine adornatæ, quæ per negligentiam suam à gratia exciderunt, & adolescentes, id est, qui dudum fortiter vicerunt malignum, quorum renouabat iuuentus vt aglæ. In siti, id est, in carentia & defectu verbi Dei, quo ex sua ruina, in constantia, atq; ignauia, qua prolapsi sunt, merentur non refici.

¶ Elucidatio cap. IX. Vidi dominum stantem super altare.

Articulus decimusquintus.

Vaticinatur præsentī capitulo sanctus propheta specialiter contra duas tribus, seu regnum Iudæ, per quas & tribus Leuitica designatur. [Vidi] in visione imaginaria per species in sensu interiori formatas ministerio angeli [Dominum,] id est, angelum in persona domini apparentem. [stantem super altare] in templo Hierusalem, [& dixit mihi: Percute] id est, à rege & populo Chaldæorum percutiendum prænuncia [cardinem] templi, vel dixit angelos Percute, id est, percuti sine cardinem, non defendendo synagogam. Vel dixit, id est, regi & exercitui Chaldæorum inspirauit, seu iussit percutere cardinem, in quantum hoc erat opus iustitiæ, non vt erat opus voluntatis peruersæ. [& commoueant] id est, cadant [superliminaria] proxima cardini, per quod destructio designata est templi à Nabuchodonosor tempore Sedechiæ. [Auaritia enim in capite omnium] id est, in corde, vel in principibus Iudæorum, quemadmodum Esa. 1. habetur: Omnes diligunt munera. Et ibidem: Omne caput languidū, & omne cor mœrens. Quod dicitur ad insinuandum multitudinem cupidō. Vel est distributio pro generibus singulorū, non pro singulis generum. Aliqui enim, quauis paucissimi, iusti fuerunt in populo Iudæ tempore Sedechiæ, vt Hieremias & Baruch, & æthiops ille qui sperauit in Deo, & filij Rechab. [& nouissimū eorū] id est, inferiores ac minimos regni Iudæ [in gladio] Chaldæorū [interficiam.] Chaldæi enim tam magnos quàm paruos magna ex parte interfecerunt. [Non erit fuga eis] à facie Chaldæorum, præsertim tempore obsidionis, & quia paucissimi effugerunt, [& qui fugerit ex eis, non saluabitur.] quia & Sedechias fugiens, & multi cum eo, à Chaldæis persequentibus comprehensi fuerunt, & grauitè tribulati, vt patet 4. Regum 25. Loquit autem propheta hyperbolice, secundum Hieronymum, ad designandum, quod pauci saluati sunt de manibus Chaldæorum. Quia & illi, qui cum Iohanna Aegyptū ingressi sunt, perierunt. Veruntamen quidam ex eis saluati fuerunt, & in Iudæam redierunt, quemadmodum Hieremias prædixit. [Si descenderint vsq; ad infernum] id est, licet hoc possibile esset, q̄ infernum intrarent ad occultandum se. Vel per infernū intelligunt profundissimæ foueæ terræ, [inde manus] id est, potestas [mea educet eos] tradendo eos in manus hostiles.

M 4

[Et

[Et si ascenderint usque ad caelum] id est, licet illuc ascenderent, [inde detraham eos,] ita quod hostibus suis tradentur. Vel per caelos designantur cacumina montium, in quibus Chaldaei persecuti scrutatiq; sunt, & apprehenderunt fugientes Iudaeos. [Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli] montis densissimam syluam habentis, [inde scrutans, id est, per Chaldaeos inquirens,] [auferam eos] ut aduersariorum incidant manus. Est autem duplex Carmelus. Vnus, in quo orauit Helias, inter Phoenicem & terram promissionis situs. Alius in tribu Iuda, in quo habitauit Nabal. [Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris] id est, quauis hoc possent. [ibi mandabo serpenti] id est, serpentibus, quorum aliquod genus propter sui caloris refrigerium commoratur in aquis. [et mordebit eos] id est, vulnus infliget. Quocumq; ergo se verterint, non proderit eis. Propter quod dicit Psalmista: Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades &c. [Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis] in conspectu Chaldaeorum, vel ante eos. Solebant enim captores captiuos suos ante se minare ut gregem. [ibi mandabo gladio, & occidet eos] per Chaldaeos. Omnes creaturae animatae & inanimatae, rationales & irracionales, Deo omnipotenti obediunt. Non quod eius iussione agnoscant, sed quia parent tam prompte, velut si intelligerent, & quia in omni creatura ponitur obediens potentia, per quam voluntati creatoris subiicitur. Vnde & Christus in Euangelio legitur imperasse ventis & mari. [Et ponam oculos meos super eos in malum] poenae, id est, ad puniendum, & oculo districtae aequitatis respiciam eos. [et non in bonum] consolationis, id est, non ad succurrendum. [Et domiuis Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescet] id est, qui tanta est potestas, ut eo iubente terra tremat, & concutiantur fundamenta ipsius. Vnde habetur in Psalmo: Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. Et Iob 9. Qui commouet terram de loco suo, & columnae eius concutientur. Loquitur autem Propheta ad litteram de terra Iudaeorum, quam tetigit virga iustitiae suae, dum omnia terrenascentia a Chaldaeis & Assyrijs vastabantur. Quam & tempore Oziae fecit sensibiliter tremere in certo loco. Propter quod subditur: [et iugebunt omnes habitantes in ea] id est, Iudaei ab hostibus opprimendi. Quod si terra insensibilis suum quodammodo sentit creatorem, & ad nutum illius concutitur, quanto magis homo fragilis, cuius thesaurus seu anima in labili vase est fictilis corporis? Propterea Ecclesiastici 16. habetur: Ecce caelum & caeli calorū, abyssus & vniuersa terra, & omnia quae in eis sunt, in conspectu Dei commouebuntur, montes simul & colles, & cum conspexerit illa Deus, tremore concutietur. Et in omnibus his insensatum est cor hominis. [Et ascendet sicut riuus] consummationis eius, id est, terra seu populus Iudaeorum ibit in manū aduersariorum copiose, cito, & vniuersaliter, quemadmodum riuus, quo consummatio ista significatur, ascendit ex fonte. [et defluet] id est, deficiet, [sicut fluiuis Aegypti] id est, Nilus currens in mare. [Qui aedificat in caelo] empyreo [ascensionem suam] id est, sanctos ipso fruente, quos in caelo isto constituit. Et in eis ascendit per beatitudinis gloriam & contemplationem altissimam, sicut cum ambulatibus ambulat, cum quiescentibus quiescit. Hinc fertur in Psalmo: Dominus in caelo parauit sedem suam. In Deuteronomio quoque: Ascensor caeli auxiliator tuus. Magnificencia eius discurrunt nubes. Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna. Vel sic: Qui aedificat, id est, firmiter ponit, in caelo iam dicto, ascensionem suam, id est, habitationem suam sublimem. Quauis enim ubiq; sit, tamen in caelo isto specialiter esse & habitare asseritur, eo qd ibi sublimius operetur, & clarius videatur. Deniq; quotidie aedificat in caelo ascensionem suam, cum sanctos suos de imis ad caelestia eleuat, quibus ipse praesidet, atq; in eis ascendit. In viatoribus quoq; deuotis, quorum conuersatio est in caelis, ascendit, dum corda eorum sublimiter & clementer inhabitat. [et fasciculum suum] id est, paruulum gregem electorum, de quo ait Lucae duodecimo: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri dare vobis regnum. [super terram fundauit] id est, per fidem, charitatem, & gratiam in militanti ecclesia roborauit. Vel si expositio ista videtur nimis spiritualis, potest p fasciculum intelligi collectio Iudaeorum in terra promissionis olim fundata, quae parua fuit comparatione hominum aliorum. Quidam vero nomine fasciculi intelligunt regionem elementarem, quae parua est respectu caelestium corporum. Sed cum aqua, aer, & ignis, sint naturaliter leuiores, quam terra, non proprie dicuntur super terram fundata. Porro, quod homines nomine fasciculi designent, constat ex eo qd Chrs in Euangelio de reprobis loquitur: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. In Esaia quoq; de malis angelis & reprobis hominibus scriptum est: Congregabunt congregatiōe vnius fascis. [Qui vocat aquas maris] id est, vapores de mari leuatos, concludit in nubibus. [et effundit eas super faciem terre.] Dominus nomen eius.] Hoc supra expositum est. Consequenter dñs reprimit praesumptionem & inanem gloriationem Iudaeorum, qui se alijs praeferebant propter generis nobilitatem, & de Aegypto

Aegypto educationem. Dominus ergo ostendit, quod ipse sit omnium Deus, & sine personarum acceptione prouisor, & omnes ex eodem luto formauit, atq; de loco vno in alium transtulit. [Nunquid non ut filij Aethiopum vos estis mihi, filij Israel, ait dominus?] id est, immo sicut Aethiopes pertinent ad me iure creationis & gubernationis, ita & vos o Israelitae. [Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti] ut patet in Exodo. [et Palaestinos] id est, Philistaeos, quos Septuaginta communiter nominant alienigenas, cum tamen alienigena sit nomen commune ad omnes gentiles, a populo Dei & Deo extraneos. [de Capadocia] adduxi in terram, in qua nunc demorantur. Quasi dicat: Hoc feci, ut legitur in Genesi. [et Syros] qui nunc habitant in Damasco & vrbibus eius, ascendere feci [de Cyrene] ciuitate Libyae ultra Aegyptum. [Ecce oculi domini super regnum peccatorum] id est, peccata regis & seruorum eius considerat, ut inferat debitam poenam. Omnium enim regnorum est Deus iustus iudex. Propter quod in libro Iob dicitur: Ipse nouit hominum vanitatem. Et videns iniquitatem, nonne considerat? [et conteram illud a facie terrae] id est, peccatores regionum delebo a terra per mortem, captiuitatem, seu aliam vltionem. Propter quod Daniel. 2. habetur: Ipse transfert regna atq; constituit. Et alibi Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. [Veruntamen conterens] id est, alia regna peccantia destruens, [non conteram domum Iacob.] id est, populum duodecim tribuum Israel non totaliter destruam; sed reliquiae saluabuntur, & remanebunt ex eis vsque in finem seculi. In veteri enim testamento semper exhibuit Deus aliquid specialis pietatis & gratiae populo huic. Vnde scribitur 3. Regum 15. quod dominus non fuit loquutus, ut penitus deleteret Israel de terra. [Ecce enim ego mandabo] id est, praecipiam fieri, quod subditur, scilicet, [et concutiam in omnibus gentibus domum Israel] id est, plebem Israeliticam seu duodecim tribus, hinc inde per diuersas nationes ac terras dispergam & affligam, ut per flagella purgentur. [sicut concutitur triticum in cribro] id est, quemadmodum triticum ventilatur seu agitur in cribro, ut grana purgentur. [et non cadet lapillus super terram] id est, purum granum, seu poenitens, qui in aduersis patientiam conseruando, est lapillus per animi firmitatem, non excidit neq; peribit: sed qui non emendantur, de quibus subiungitur: [In gladio morientur omnes peccatores populi mei] id est, mali & obstinati Iudaei, qui flagellis non emendantur, sed tanquam paleae labuntur de cribro idcirco in area Dei non reponuntur. Huic parabolicae loquutioni simile est illud praecursoris, quod ait de Christo in Euangelio: Cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream suam. Et triticum congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili, qd peccatores [dicunt] Non appropinquabit, & non veniet super nos malum] id est, poenitentia, quam prophetae nobis minantur, non infliget nobis. Non enim credebant prophetam sermonibus. [Postquam propheta comminatus est duro populo Iudaeorum, nunc secundum consuetudinem prophetarum promittit ei iucunda ac prospera. [In die illo suscitabo tabernaculum David, quod cecidit.] Non oportet iam immorari aut deliberare, quomodo exponenda sit praesens scriptura, cum ipse beatissimus frater domini sanctus Iacob, primus Hierosolymorum Episcopus, eam exponat de reparatione ecclesiae Christi, & conuersione gentilium. Nempe (ut in Actibus legitur) cum quidam ex Iudaismo credentes, tamen haeretici, dicerent contra Paulum & Barnabam, oportere seruare legalia cum Euangelio, Paulus & Barnabas caeteriq; Apostoli conuenerunt videre de verbo hoc. Cumq; Petrus probasset, quomodo Deus per suam praedicationem conuertisset quosdam gentiliū, dans eis in signo visibili spiritum sanctum sicut Apostolis, qui tamen gentiles circumcisi non erant, nec seruabant legalia: Iacob, verba Petri approbans, ait: Viri fratres audite me: Simon narrauit, quemadmodum primum Deus visitauit ex gentibus sumere populum nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post haec reuertar, & reaedificabo tabernaculum David quod cecidit, &c. allegatq; Iacobus hanc scripturam secundum translationem Septuaginta interpretum, quae fuit tunc solida atq; authentica. Est igitur sensus: In die, quando videlicet populus Israel dispersus fuerit per omnes gentes, quod maxime fuit in CHRISTI aduentu. Vnde in Actibus habetur, quod in Hierusalem erant habitantes Iudaei viri religiosi ex omni natione, quae sub caelo est. Itaq; tempore nouae legis, seu in exordio euangelicae praedicationis per Christum ante passionem suam, & praecipue per Apostolos post resurrectionem & spiritus sancti missionem, suscitabo, id est, a ruina peccati leuabo, & per Apostolorum praedicationem ac gratiae infusionem viuificabo tabernaculum David, id est, ecclesiam Christi, intelligendo per ecclesiam hanc vniuersitatem fidelium a principio mundi vsq; ad finem ipsius. De qua in euangelio dicitur: Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane, videlicet in prima mundi aetate, conducere operarios in vineam suam. De hoc tabernaculo scriptum Apocalyp. 21. est: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Quod

Acto. 10,
Galat. 2,
Gene. 3.

Exod. 12

Gene. 10

Psal. 72
Iob. 11.

Ecci. 10.

Matt. 30
Lucae. 3.

Acto. 15.

Acto. 2.

Matt. 20

Quod autem per David intelligatur ad litteram Christ^{us}, patet in multis locis scripturæ. Scri-
 ptum est enim in Ezechiele: Saluabo gregem meum, & suscitabo super eum pastorem unum,
 qui pascat eum, David seruum meum. In Hieremia quoque: Seruiet domino Deo suo, &
 David regi suo, quem suscitabo eis. Quod, tabernaculum cecidit in his, qui ad idololatri-
 am aliaque diuersa peccata declinauerunt ante legem & sub lege. Apostoli quoque multos lu-
 daeorum peccato collapsos suscitauerunt, & in tabernaculo isto quasi viuos lapides posue-
 runt, & reedificabo aperturas murorum eius: id est, errores & vitia vtriusque populi, scilicet
 Gentilis & Hebræi sanabo, dando omnibus unam fidem, unam spem, unamque charita-
 tem, ut sint unum in Christo, nec habeant scissuras sectarum, vel deos diuersos. Multitu-
 dinis enim credentium erat cor unum & anima una. Prædicti autem duo populi sunt mu-
 ri seu parietes ecclesiæ, ex quibus in Christum lapidem angularem concurrentibus, re-
 sultat una domus ecclesiæ, quemadmodum ad Ephesios dicit Apostolus: Ipse est pax no-
 stra, qui fecit utraq; unum. Et rursus: In quo omnis ædificatio constructa, crescit in tem-
 plum sanctum in domino. In quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in spiritu san-
 cto. [& ea quæ corruerunt, instaurabo,] id est, membra ecclesiæ vitijs lapsa, per gratiam re-
 formabo, ut domus militantis ecclesiæ sit perfecta ac integra merito ac numero. [& reedifi-
 cabo eum, sicut in diebus antiquis] id est, tabernaculum istud ad tantam spiritualium gra-
 tiarum abundantiam, virtutum perfectionem, & mysticam unitatem perducam, ut com-
 paretur perfectioni ac statui, quos habuit præteritis temporibus, quando in maiori gratiæ
 excellentia fuit, siue ante diluuium siue post, tempore patriarcharum, prophetarum, vel re-
 gum Iuda, præsertim David & Salomonis, immo multo eminentior fuit gratia ecclesiæ
 tempore nouæ legis, quam vnquam ante. Ideo enim tempus euangelij dicitur tempus gra-
 tiæ. [ut possideant] per spirituale præsidium sancti Apostoli & discipuli, ac successores
 eorum, de quibus dictum est: Constitues eos principes super omnem terram. Et: Principes po-
 puli congregati sunt cum Deo Abraham, [reliquias Idumææ] id est, electos Idumæorum,
 quos conuerterunt ad fidem. Veruntamen nomine Idumææ, quæ interpretatur sanguinea vel
 interrena, designat gentilitas, quæ operibus carnis & sanguinis erat polluta. [& omnes na-
 tiones] quibus fidem Christi nunciauerunt, & apostolicis fecerunt obedire mandatis. In omnem
 enim terram exiit sonus eorum. Et dici non potest, quam prompte atque humilime innumera-
 biles gentes conuersæ, Apostolis obedierunt. [& quod inuocatum sit nomen meum super eos]
 id est, ego ipse ab Apostolis inuocatus ac deprecatus sum super gentes, seu pro gentibus, ut
 illis misererer. Vel ipse gentes conuersæ, me inuocauerunt pro gratia obediendi apostoli-
 cis documentis. De hoc nomine ait Christus ad patrem: Manifestaui nomen tuum homini-
 bus, quos dedisti mihi. Denique Idumæi specialiter exprimentur, quia & Isaac dixit ad Esau
 patrem Idumæorum: Dominum tuum illum [scilicet Iacob patrem Apostolorum] constitui,
 & omnes fratres eius seruituti illius subiugavi. Quæ promissio seu benedictio impleta fuit
 in posteris fratrum illorum. Vel ideo, quoniam Iudæi & Idumæi ex Isaac descenderunt per
 duos fratres. Insuper pro eo, quod nostra translatio habet, Reedificabo illud, ut possideant
 reliquias Idumææ & omnes nationes, Septuaginta translulerunt: Instaurabo ea, ut requirant
 me reliqui hominum, & omnes gentes. Sicque Iacobus allegauit. Iudæi vero carnales omnia
 carnaliter intelligentes, præstolantur ista implenda in aduentu sui Messis, à quo asserunt
 pulcherrimum templum construendum, & omnes nationes sibi subiiciendas. [Ecce dies ve-
 niunt, dicit dominus, & comprehendet arator messorum, & calcator vitiæ mittentem semen.]
 Ista, secundum Glossam, ad litteram contigerunt Iudæis à Babylonica captiuitate reuer-
 sis, quia tunc arationi successit messio, & vindemiæ iactatio seminis in terram. Sicque
 arator comprehendit messorum, ad segetum messionem perueniendo, ita quod qui ara-
 uit, adeptus est fructus, & messor effectus. Et simile est, de calcatore vitiæ, seu vindemiato-
 re & seminatore. [Et stillabunt montes dulcedinem] id est, dulces fructus producent. Iu-
 dæa enim montosa est. [& omnes colles culti erunt] id est, ad fructificandum parati. Per
 quod terræ fertilitas designatur. [Et conuertam captiuitatem populi mei Israel] id est, dua-
 rum tribuum, de quibus in isto capitulo principaliter agitur, quæ de Babylone in Iudæam
 reuersæ sunt. [Et ædificabunt ciuitates desertas, & habitabunt in eis.] Hoc in libro Esdræ fa-
 tis describitur adimpletum. Chaldæi enim vrbes Iudææ destruxerunt, quas isti reparaue-
 runt. [& plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus
 eorum] videlicet poma. [Et plantabo eos super humum suam] id est, in propria terra. [&
 non euellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit dominus Deus tuus.] Hoc intelli-
 gendum est conditionaliter, scilicet, si legem Dei tenuissent, & Christum fideliter recepissent.
 Sic enim communiter intelliguntur promissiones prophetiæ, ut dictum est plenius.
 Vel ideo dicitur hoc, quoniam per tempus notabiliter longum in Iudæa demorati sunt.
 Alij exponunt hunc passum spiritualis & satis catholice, sequentes (ut apparet) sanctum
 Hierony-

Hieronymum, qui locum istum exponit multum obscure: Ecce dies veniunt, dicit dominus,
 id est, tempus euangelicæ legis, & comprehendet arator messorum, id est, prædicatores no-
 ui testamenti, præsertim Apostoli, cito ad conuersionem aliorum pertingent, & conuersus
 in horreum ecclesiæ, quasi optima blada constituent. Vnde ad Ephesios dicit Apostolus, præ-
 dicatum esse euangelium in omni creatura, quæ sub cælo est. Et Lucas dicit in Actibus, quod
 dominus quotidie addidit qui saluarentur. Quod ibi dicitur de Iudæis. Et calcator vitiæ, id
 est, martyr Christi, mortem ac dæmonem calcans. Vnde calcator vitiæ, est interpretator seu
 propinator sacre scripturæ, comprehendet mittentem semen, id est, seminator erit, alios
 verbo & exemplo conuertendo. Vel sensus est, quod tales facient discipulos, potentes semen
 verbi Dei alij prædicare. Qualis fuit sublimis Dionysius, eruditus à Paulo, Polycarpus &
 Ignatius docti à Ioanne. Et stillabunt montes dulcedinem, id est, maiores doctores eccle-
 siæ, pura Apostoli, in omni gratia eminentes, suauitatem euangelicæ legis, doctrinæ seu gra-
 tiæ alij exhibebunt. Et omnes colles, id est, inferiores fideles culti erunt, id est, adornati cha-
 rismatibus spiritus sancti. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, id est, omnium si-
 delium, eruendo eos à iugo diaboli & seruitute peccati. [Et ædificabunt ciuitates desertas,]
 id est, congregationes lapsas ac steriles, à Deo olim relictas, prædicando conuertent, ut fi-
 de & charitate imbutæ, sint templum, ciuitas, seu ecclesia Dei. Et habitabunt in eis, id est, cum
 talibus conuersabuntur. Et plantabunt vineas, id est, sapientes ac gratiosos facient discipu-
 los, qui tanquam vinea poterunt alios potare, reficere, latificare, inebriare. Et bi-
 bent vinum earum, id est, de fructuosa conuersatione & copiosa doctrina illorum cordia-
 liter exultabunt. Et facient hortos, id est, claustrales sub regula, quasi infra sepe m cõstrictos.
 Et comedent fructus eorum, id est, de fecunda vita illorum reficientur in spiritu. Et planta-
 bo eos super humum suam. Nunc enim in terra peregrinationis huius conseruantur à Deo,
 & usque ad finem mundi durabit fides catholica. Postmodum autem plantabuntur in terra vi-
 uentium, in regno cælorum, in patria triumphantis ecclesiæ, à qua nunquam euellentur. Hæc
 demum expositio vult literalis esse, quia frequenter loquuntur propheta de spiritualibus bo-
 nis per similitudinem corporalium rerum. Postremo, tropologia huius capitulo pro maio-
 ri parte elucefcit ex præinductis, pauca tamen verba moralizanda sunt. Dominus Deus qui
 tangit terram, id est, cor peccatoris compungit, & timore iudicij ac pœnæ configit, & ta-
 bescit, id est, stupidum fiet in se præ admiratione enormitatis vitiorum suorum, & præ horrore
 incidendi in manus Dei uiuentis. & ascendet sicut riuus consummatio, id est, cito proficiet,
 & à timore ad amorem tendendo perficietur. Et defluet à seipso, ac resoluet in Deo, ut dice-
 re queat: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Nunquid non ut filij Aethiopi
 vos estis mihi filij Israel? Quando Gentiles vitijs denigrati, Christi baptisate loti sunt, &
 fide ac gratia resplenderunt, tunc similes fuerunt in ecclesia Iudæis ad Christum conuersis.
 Non enim est distinctio Iudæi ac Græci secundum Apostolum. Et in Christo Iesu neque
 circumcisio est aliquid, neque præputium, sed noua creatura, & fides quæ operatur per dile-
 ctionem. Veruntamen conterens non conteram domum Iacob, id est, ecclesiam Christiano-
 rum supplantantium vitia, quantum peccet, non totaliter destruiam. Concutiam in omnibus
 gentibus domum Israel, id est, electos vbiq; inter reprobos conuersantes, nunc per diuersa
 flagella corripiam & purgabo, quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum
 cælestis, sicut concutitur in cribro, secundum sensum iam positum, & non cadet lapillus su-
 per terram, id est, nullus electorum peribit, quemadmodum ait Saluator Ioan. 17. Pater, quod
 didisti mihi, ego seruabam, & nullus ex eis perijt. Hinc rursus testatur: Simile est regnum cæ-
 lorum saganæ missæ in mare. Et post pauca: Bonos, inquit, elegerunt in vasa sua, malos au-
 tem foras miserunt. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, id est, impœnitentes
 Christiani. Hoc est, per sententiam Christi damnabuntur, quod est mors secunda. De quo
 gladio scriptum est Apocalyp. 1. Ex ore eius procedit gladius, ex vtraque parte acutus. Et in
 Esaia Christus fatetur: Posuit os meum quasi gladium acutum. Qui dicunt, non appropin-
 quabit, & non veniet super nos malum, id est, vindicta diuinæ iustitiæ. Tales sunt vane secu-
 ri, intemorati, improvidi, presumptuosi. Multi quoque Christiani vocantur, & tamen vix
 credunt vera esse, quæ de futuro seculo, de iudicio Dei, de pœnis inferni ipsis prænuncian-
 tur. In die illo suscitabo tabernaculum David, quod cecidit. Utinam Deus ecclesiam Chri-
 sti, quæ nunc ad magnum lapsum deuenit, ad pristinum dignetur reducere statum, ad no-
 stram salutem, & sursum honorem, laudem, ac gloriam, qui est super omnia Deus subsi-
 limis & benedictus, Amen.

¶ Enarrationum in Amos prophetam, Finis.

D. Dionysii

DIONYSII CARTHIV SIANI IN ABDIAM PROPHE TAM ELVCIDA- TIO, PROOEMIUM.



Dicunt doctores Hebræi atq; catholici, hunc esse Abdiam, qui fuit dispensator domus Achab regis Israel. Qui Abdias, cum Iezabel occideret prophetas domini, internecioni subtraxit & in spelūcis abscondit centum prophetas, quinquagemos & quinquagenos, paucosq; eos. Vnde & spiritum prophetiæ accipere meruit. Sepultus est autem in ciuitate Sebaste, quæ olim Samaria vocabatur. Vt cinaur vero cōtra Idumæos, qui tanto grauius peccauerūt, persequendo populum Iudæorū, quanto amplius tenebant eos diligere, eo quod de duobus fratribus descenderunt. Deniq; teste Hieronymo, Abdias quo breuior, eo profundior.

¶ Visionis Abdie prophete literalis expositio; Visio Abdie. Hæc dicit dominus ad Edom. Articulus primus.

Præmittit Abdias hic titulum duo verba continentem, dicendo: [Visio Abdie] id est, prophetica reuelatio, intellectualisq; visio ostensa seu facta Abdie, est quæ consequenter describitur, scilicet: [Hæc dicit dominus Deus ad Edom] id est, ad Idumæos pertinet, quæ sequuntur. Non enim ad eos Deus loquutus est ista immediate per prophetam, ita quod ipsi verba hæc audierunt: sed de eis, & ad eos, quauis absentes, loquitur per Abdiam. [Auditum] id est, prophetalem reuelationem, & sermonem internum ministerio angeli ministratum, Idumæorumq; populum concernentem, [audiuimus] præsertim auribus cordis, angelis sanctis in nobis loquentibus, [à domino] tanquam à principali illuminatore, qui per angelos aperit & informat animos prophetarum. Ait autem pluraliter, audiuimus, quia de ista materia factæ sunt reuelationes multis prophetis, immo pene omnia quæ in visione Abdie scribuntur, in Hieremia loco quodam habentur. In Ezechiele quoq; & in Malachia, itemq; in Esaia de punitione Idumæorum fit sermo. Et hoc sciendum, quod sicut frater Iacob trinomius fuit, quoniam dicitur esse Esau & Edom ob corporis sui ruborem. Edom enim interpretatur sanguineus. In Genesi autem legitur Edom vocatus propter leniculum, de qua dixit ad Iacob: Da mihi de coctione hac rufa. Tertio appellatus est Seir, id est, pilosus, quia in modum pellis hispida fuit. Simili modo posterius eius, seu populus de eius semine propagatus, tribus his vocatur nominibus, scilicet Edom, Seir, & Esau, sicut posterius Iacob frequenter nomine Iacob & Israel designantur. [et legatum ad gentes misit.] Per hunc legatum Hieronymus intelligit Iesum Christum mediatorem Dei ac hominum, de quo ait Aggæus: Veniet desideratus cunctis gentibus. Et ne putemus hoc mystice dictum, Glossa apertius protestatur: Legatus est homo Christus Iesus, qui mittitur ad Nabuchodonosor & exercitum eius, ut veniant ad destructionem Idumæorū. Vnde & Beda: Legatum, inquit, misit Deus ad gentes, id est, filium suum ac verbum direxit ad Nabuchodonosor. Sed quomodo intelligenda sunt hæc, cum filius tempore illo nondum fuerat incarnatus, & secundum diuinam naturam suam non est inferior patri? Et respondendum, quod duplex est missio filij Dei. Vna spiritualis ac inuisibilis, quæ competit ei secundum diuinitatem, ut mitti dicatur à patre ad eos, quibus Deo patre volente & dante aliquid inspirauit. De qua missione verbi Dei, seu increate ac genite sapientiæ patris, scriptum est Sapientiæ 8. Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ. Alia autem est missio eius visibilis & humana, quæ conuenit ei ratione naturæ assumptæ. Denique quidam per legatum istum intelligunt diuinum instinctum, quod excitauit inimicos Idumæorū ad præliandum contra eos. Potest & que per legatum istum intelligi angelus Dei, vel bonus vel malus. In quantum enim Idumæi per sua facinora meruerunt hostibus traditi, & in quantum Deus præordinauit eos à Chaldæis vastari, sic angelus bonus instigauit gentem Chaldæicam contra Edom, in quantum vero Chaldæi fecerunt hoc mala intentione, crudelique animo, sic angelus malus prouocauit eos aduersus Idumæos. Vel certe legatus fuit ipse Nabuchodonosor, quem Deus per Hieremiam noiat seruum suum. Qui, Deo volente, gentibus sibi subiectis præcepit aggredi Idumæos. Præfatus ergo legatus quocumq; modo intelligatur, dixit per inspirationem occultam vel externam allocutionem: [Surgite] id est, ad præliandum vos præparate. [et consurgamus aduersus eum] id est, contra populum Edom seu Idumæorū [in prælium] Quasi dicat: Ne timeatis, quia assistam vobis, & ero in acie. Vel verba ista dicuntur ex persona gentium, ad designandum confederationem earum contra Edom, ita quod se cohortant ad prælium. Deinde dominus ait ad populum Idumæorum. [Ecce

3. Reg. 18

Hier. 49
Ezec. 35
Gen. 27
Gen. 25

Aggæ. 2

Hier. 25

[Ecce paruulū] id est, numero modicum, [dedi te in gentibus] id est, inter gentes in circuitu tuo commorantes, ita quod nationes alie multitudinem & potestatem te excedunt. Ideo subditur: [contemptibilis tu es valde] id est, vilior & impotentior alijs. Veruntamen in libro Num. habetur, quod rex Edom cum infinita multitudinem egressus est obviam filijs Israel, quoniam petierunt proficisci per terram illius. Vnde non videtur certum, quod Idumæi erant numero pauciores alijs gentibus. Ideo alij exponunt hoc modo: Ecce paruulū dedi, id est, dabo te, ita quod tot occidantur de tuis, quod reliqui erunt paucissimi. Sicq; more prophetico ponitur præteritum pro futuro, quo facto, contemptibiles facti sunt Idumæi. [Superbia cordis tui extulit te] id est, tumēter exiit ultra vires tuas & propriam conditionem, [habitantem in scissuris petrarū] id est, in cavernis seu speluncis saxorū, ita quod tecta domorū non habes. Terra quippe Idumæorū, secundum glossam, sub nimio solis calore est sita, idcirco in cavernis petrarū morantur. Alij tamen per cavernas petrarū intelligunt ædificia difficiles accessus habentia, [exaltantem solū tuū] id est, regiam vel iudiciariam tuam potestatem, in qua nimis confidis. [Qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram] id est, quæ gens poterit me superare & concutere ac si fortior omnibus es. Hanc elationem Deus retundit, subdendo: [Si exaltatus fueris ut aquila] id est, quantumcumq; exeris atq; presuleris te alijs, sicut aquila omnibus alijs altius volat. [et si inter sidera posueris nidū tuum] id est, quis hoc posses aut faceres, [inde detrahā te, dicit dñs] id est, nihilominus humiliare & hostibus darem te. Aquila (ut refert Hieronymus) cunctis alijs altius volat, tamq; acutissimi visus est, ut cum super mare immobili penna feratur, nec humano visu possit intueri, de tanta sublimitate pisciculos videt natare: qui cum iuxta litus fuerint, descendit, raptamq; prædam ad litus pertrahit pennis. Deinde prædicat omnimoda spoliatio Idumæorū. [Si fures introissent ad te] id est, o popule Idumææ, [si latrones per noctem] habitacula tua intrassent, [quomodo conticuisses] id est, non tacuisses, si vigilasses, & illos adesse nouisses. Nonne furati essent iusticia sibi] id est, tantum abstulissent, quantum potuissent portare, & cætera reliquissent, vel quædam omnino dimississent, eo quod non auderent omnia loca, præsertim secretiora, intrare. Sunt enim timidae tales personæ. [Si vindemiatore introissent ad te] id est, ad vineam tuam, ut deponerent vvas, nunquid saltem racemum reliquissent tibi] id est, immo quidam racemos inter folia latitantes, vel sibi superfluentes, stare permisissent. Hæc dicunt, ad insinuandum cupiditatem & crudelitatem Chaldæorū, quod nihil de substantia Idumæorū dimiserunt, sed omnia diripuerunt, sicut subiungit: [Quomodo scrutati sunt Esau] id est, tam populū quod diuitias eius diligentissime quæserunt, ad occidendū vel depreddandū. [inuestigauerunt abscondita ei] id est, subterranea tuguria, quibus Idumæi vtuntur. Vel bona possessa, quæ absconderunt in secretissimis antris aut loculis. [Vique ad terminos emisserunt te] id est, de proprijs te sinibus eiecerunt. [et omnes viri fœderis tui] id est, qui tibi paulo ante confœderati erant, ut Moabitæ, Ammonitæ, vel alij. [illuserunt tibi] id est, de ceperunt, quoniam rege atq; exercitu Chaldæorū veniente exterriti, non audebant tibi stare, sed illis se commiserunt aduersum te. Et in hoc aggrauat calamitas tua, quod ab his impugnaris, de quibus amicitia presumebas. Grauius enim est ab amicis affligi, iuxta illud in psal. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq; &c. Propterea scriptum est in libro Iob: Qui deridet ab amico suo, inuocabit dñm, & exaudiet eum. [Inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ] id est, predicti, cum quibus dudum pacem habebas, vna cum Chaldæis te superauerunt, & occidi seu captiuari te adiuuerunt. [Qui comedunt tecum panem, ponent insidias subter te] id est, qui erant comensales tui, iungent se aduersarijs tuis, dabuntq; eis consilium, quomodo facilius capiaris ac decipiaris. Hoc nempe fecerunt partim timore, & partim ut per hoc fauorē Chaldæorū obtinerent. Et quoniam amici & comensales Idumæorū fuerunt, melius nouerant modum circunueniendi & obsidendi coarctandiq; eos. Propter quod posuerunt eis insidias. Omnia hæc à Hier. describunt. [Non est prudentia in eo] id est, nulla prouidentia & circumspectio inest populo Edom, quod tam incaute confisus est in infidelibus amicis, nec aliquem modum euadendi inuenit. [Nunquid non in die illa] id est, tempore vastitatis Idumæorū [dicit dñs: Perdam sapientem de Idumæa] id est, sapientes huius terræ ostendā fuisse insipientes, & sapientiam eorū esse stultitiam. [et prudentiam] id est, perdat de monte Esau] id est, de habitantibus in terra filiorum Esau montosa. Non quod populus iste habuerit veram sapientiam atq; prudentiam, sed quia putabant se prudentes ac sapientes, in tēti diuinationibus, augurijs cæterisque superstitionibus. Quorū stultitia innotuit, dum imminētia pericula nec prænoscerere neq; effugere potuerunt. [Et timebunt] id est, o Edom, [fortes tui à meridie] id est, ad meridiam terræ tuæ partē manētes, quoniam illam partem aduersarij terram tuam ingressi sunt. [ut intreat vir de monte Esau] id est, timorem illorū consequetur occisio viroꝝ habitantiū in locis montanis, in quibus Esau & posterius eius habitauerunt. Quoniam enim territi erant robusti Idumææ, non potuerunt resistere, quoniam excessiuus timor actū rationis ac fortitudinis impedit. Propter quod scriptum est: Pavor eius non me terreat, neq; enim possum metuens respondere. Deniq; fortiss. Iudas Mach. quoniam contractus est corde, occisus est, [propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratre tuo Iacob] id est, quoniam occidisti Iudæos, & persequutus es eos qui sunt fratres tui, quia tu & illi de duobus fratribus, scilicet Iacob & Esau, descen-

Psal. 54
Iob. 12

Hier. 49

Iob. 9

1. Mac. 9

N dñs

distis, [operiet te confusio]. ex omni parte confunderis & destrueris, [et peribis in eternū] i. æterna captiuitate, videlicet absq; regni reparatiōe, quemadmodū in Hieremiæ ppheta habet: Per memeti psum iuravi, dicit dñs, q; in solitudine & in opprobriū & in desertū & in maledictionē erit Bosra, & oēs ciuitates ei⁹ erūt in solitudines sempiternas. Quēadmodum autem Esau odiuit & psecutus est Iacob p bñdictione, quā sibi p̄ripuit, sic Idumæi prosperitati filioꝝ Israel iugiter inuiderunt ac restiterunt, plura mala inferēdo eis dē. De hoc q; d̄ctum est supra ab Amos: Sup trib⁹ sceleribus Edom & sup quor nō conuertā eum, eo q; psecutus sit in gladio frat̄e suum, & violauerit misericordiā suā, & tenuerit vltra furorē suū. Vñ iam subdit, [in die cū stares aduersus eum]. i. pplm Iudæorum, [qñ capiebāt alieni]. i. Chaldæi, [exercitū ei⁹], videlicet Ioachim regē Iudæ, & multos cū eo, inter q̄s fuerunt Dasi. atq; Ezech, [et extranei]. Chaldæi iam dicti, [ingrediebant portas ei⁹], puta Hierusalē, aliarūq; ciuitatum Iudæ, [et sup Hierusalē], spolia ciuitatis [mittebant sorte] q; qd tolleret, [tu q; eras quasi vnus ex eis]. in scelere similis fuisti Chaldæis, partē prædæ quæ tibi sorte exijt, diripiēdo. Quasi, hoc loco dicit veritatē, nō similitudinē tantum, [Et non despicias in die fra tris tui]. cū populo Iudæoꝝ p̄ter prædictā captiuitas alia euenerit, non despicias eū [in die perigrinatiōis eius]. cū ad alienā terrā transferet captiu⁹, [et nō lætaberis sup filios Iudæ] id est, de vastitate & pressuris duarū tribuū non gaudebis [in die pditiōis]. captiuitatis [eorum, & non magnificabis os tuū]. non lato ore ridebis, nec supba loqueris [in die angustie] Iudæoꝝ. [Neq; ingredieris portā populi mei]. vrbē Hierusalē, [in die ruinæ eorū]. qñ corā aduersarijs suis cadent Iudæi, quēadmodum factū est tēpore Sedechiæ regis Iudæ. Causa vero istorū est, qā & ipsi Idumæi interim à Chaldæis oppressi sunt, & propriā cladē sic deplorabant, q; de negotio aliorum nō intromiserunt se, quēadmodū ante. Aliqui etiā expositiones affirmāt, q; ante destructionē Hierusalē & tēpli cōbustionē, Idumæi à Chaldæis capti fuerunt. Quod nō videt̄ om̄nifarie certū, cum in psal. dicat̄ Memor esto dñe filiorum Edom in die Hierusalē. Qui dicunt, exinanite exinanite, vsq; ad fundamētum in ea. [neq; despicias & tu] pplm Iudæ [in malis]. afflictionibus [eius, in die vastitatis illius] id est, tempore suæ persequutionis. [Et non emitteris]. de terra tua nō destinaberis [aduersum exercitū eius] id est, contra populum Iudæoꝝ, [in die vastitatis illius]. Neq; stabis in exitibus [viarum, id est, in abditis locis vbi declinat̄ à solita via, per quæ fugientes solent excurrere. [vt interitias eos q; fugerint] id est, Iudæos fugientes à facie Chaldæorum, vel aliorum, à quibus post reditum à Babylone vexati sunt, [et non concludes reliquos eius] id est, non valentes effugere non claudes in carcere, non compræhendes neq; ligabis [in die tribulationis] Iudæorum. Hæc ergo non facies de cætero, sicut fecisti frequenter, [quoniam iuxta est dies domini]. tempus vltionis diuinæ imminet [super omnes gentes] id est, super vniuersas nationes terrarum climatis tui, inter quas & tu vna es. Hoc, secundum Hierony. intelligendum est de vastitate & deiectione gentium, quas primo ab Assyrijs, deinde à Chaldæis perpeffæ sunt. Assyrij enim & Chaldæi vniuersas regiones illas demoliti sunt, sicut in diuersis pater historijs. [Sicut fecisti] Iudæis, o Edom, [fiet tibi] à Chaldæis, [retributionem tuā conuertet in caput tuum] id est, pœnam quam meruisti, dominus tibi infliget per Chaldæos. Quo circa asserit glossa, Sicut cum Babylonijs lætabaris de destructione Hierusalē vbi erat templū & altare, ita lætabuntur de effusione sanguinis tui gentes illæ, quas tecum habebat Babylonijs in præsidio, id est, q; tecum adiuuerunt Chaldæos cōtra Hierusalē. Ex quo sequi videtur, q; Idumæi interfuerunt destrucioni Hierusalē tempore Nabuchodonosor, & postea puniti fuerūt. Quod vtiq; scripturis canonicis amplius consonat, immo Esaias diuersis in locis & Ezech. Hiero. quoq; hoc in suis libris insinuant. [Quomodo em̄ bibisti super montē sanctum meum]. de Hierusalē & templi in monte Sion siti destructione gauisus & epulatus es, atq; de spolijs Iudæoꝝ potasti. [bibent omnes gentes iugiter]. prædictæ nationes Chaldæis iunctæ, de tua vastitate gaudebūt & bona tua consument iugiter, quousq; in terra tua permanerint. [et bibent & absorbe bunt] id est, te occident, & tuas diuitias deuorabunt, [et erunt quasi non sint] id est, Idumæi quasi in nihilū redigentur. Vel gentes illæ erunt quasi non sint, quia & ipsæ peribunt. Perse enim ac Medi destruxerunt Chaldæos cum adiutoribus suis, Macedones vero, seu Græci, Persas ac Medos vicerunt, & Romani Græcos. Vel sic, Quomodo bibisti sup montē sanctum meū, i. quēadmodū calicē vindictæ potasti propter iniquitatem tuā factā cōtra Hierusalē & tēplum, de quo calicē habet in psalm. Calix in manu dñi, bibēt oēs peccatores terræ, sic & cæteræ gentes bibitura sunt calicē istum. Vnde per Hieremiā loquitur dñs: Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians oēs gentes. [et absorbe bunt]. vsq; ad fœcem bibēt hunc calicē. Consequenter describitur prosperitas Iudæorum. Quæ autem sequuntur difficiliora sunt præcedentib⁹. Vnde duplicē ponā expositionē illorū. Prima est secundū Hieronymum & eum sequentes. [Et in monte Sion erit saluatio]. Idumæis & cæteris gentibus modo p̄facto vastatis, in monte Sion erit saluatio, i. templum & ciuitas reedificabuntur in monte, quo steterat

Hier. 49
Amos 1.
4. Re. 25.
Psal. 136.
1. Efd. 1.
4. Re. 25.
Esa. 34.
Hier. 49
Ezec. 35.
Psal. 74.
Hier. 51.

steterat prius. Vna em̄ pars ciuitatis erat in monte iam dicto. Vel in mōte isto erit saluatio, i. reliq; Iudæoꝝ à manibus Chaldæoꝝ, aliorūq; hostiū liberatæ, & per gratiā Dei sanctificatæ, venient & cōsistent in monte Sion, vt tēplum & vrbem restaurent in eo. [et erit sanctus mōs Sion] ad diuinū obsequium deputatus propter tēplum in eo cōstruū, vel propter sancti tatē eorū, q; fuerunt & dño seruierūt in ipso, inter q̄s fuerunt Aggæus, Zacharias, Esdras, Nemiias, Zorobabel, &c. [et possidebit domus Iacob]. Iudæi à Babylonica captiuitate reduti, seu posteri filijq; eorū. eos q; se possederant. i. nationes in gyro manentes, à qbus ante Babylonicam captiuitatem, vel postea, vastabant. Quod maxime fuit impletū tēpore Machab. quemadmodum primo & secundo Machab. copiose describit. Vbi triumphi Iudæ & fratrum eius contra Idumæos, Syros, Philistæos ac cæteras nationes ferunt. Scriptū est etiā primo Machab. lib. q; Iudas efficiebat intolerabilis gentibus, & dilatauit gloriam populo suo, & persecutus est iniqs. [et erit domus Iacob]. duq; tribus, [ignis] per proprietatem & similitudinem q; ad destructionem hostiū, vt patebit. [et domus Ioseph] id est, familia decem, tribuū erit [flamma] similitudinarie. Dicunt aut̄ decem tribus dom⁹ Ioseph, qm̄ prim⁹ rex eaz; erat de tribu Ephraim filij Ioseph. Eratq; tribus Ioseph principalior inter decē, qā & Ioseph data sunt primogenita, eo q; Ruben violasset thos; propriij genitoris, vt dicit primo Paralip. lib. [et domus Esau]. populus Idumæus erit [stipula]. similis stipulæ. Qm̄ vt stipula ab igne cito consumit, sic Idumæi à Iudæis, secundū qd subdit; [Et succendetur]. Idumæa igni tribulationis destruetur. [in eis]. à duabus decemq; tribub⁹. [Et deuorabunt eos]. vincēt & interficient Idumæos. [et non erit reliq; domus Esau]. nulli aut pauci Idumæoꝝ effugient. Quauis aut̄ decē tribus fuerūt translata & captæ ante duarū tribuum captiuitatem, & post eaz; liberationē captæ manserūt, & nunc vsq; pmanēt captæ: nihilomin⁹ (vt pater ex libris Reg. & Paralip.) multi de decē tribub⁹ euaserūt manus Assyrioꝝ, & duabus tribub⁹ se iunxerūt ante captiuitatē Babylonicā & post, q; nunc dicunt domus Ioseph. De qbus Hiero. Ezech. & Zach. p̄dixerunt, q; constituuerēt sibi caput vñū. Hi ergo ad inuicem congregati, demoliti sunt Idumæos, [qā dñs loquutus est. Et hereditabūt] post reditū à Babylone [hi, q; ad austrum sunt]. Iudæi ad partē australem siue meridiem habitantes. Ibi enim erat fors Iudæ, vt scribit in lib. Iosue. [montem Esau]. loca montana Idumæoꝝ, q̄s superauerunt. [et q; in campestribus]. illi q; ex duabus tribubus in locis campestrib⁹ morabant, q̄s ciuitates Hierony. exprimit, [hereditabūt] Philistinim. i. terram Philistinorū. De hoc multa habent in lib. Mach. [et possidebūt regionē Ephraim & regionē Samariæ] vel dominando seu prævalendo Samaritanis, aut aliqd de terra eorū obtinēdo. [et Benjamin possidebit Galaad]. filij Benjamin à captiuitate reuersi, plagam Arabiæ nomine Galaad obtinebūt. Dilatauerūt enim terminos suos circūquaq; oēs Iudæi iam nominati, q̄ntū valebāt. [Et transmigratio exercit⁹ huius filioꝝ Israel]. Iudæi seu filij Israel à Chaldæa reuersi, ad quā erant translati, propter qd transmigratio nuncupat, possidebūt omnia Chananoꝝ vsq; ad Sareptam. i. terras & loca quas possederūt Chananej, anteq; De⁹ introduxit filios Israel in terrā illam. Sarepta vero est vrbs Sidonioꝝ, in qua vidua pavit Heliā. [Et transmigratio Hierusalē quæ in Bosphoro est] i. Iudæi de Hierusalē translati in locū, q; dicit Bosphorū, quod est nomen loci in regno Babyloniæ, vt aliqui dicūt. Alij vero putāt, q; sit nomen loci, in quē Hadrianus Imperator transtulit Iudæos. [possidebit ciuitates Austrj]. vrbes suas sitas, vt dictū est, in plaga australi. Oppida em̄ ibi destructa reparauerūt. [et ascendent saluatores]. Esdras, Zorobabel, Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, q̄s ducatu & ope saluati sunt filij Israel à Babylonica captiuitate. Vnde in lib. Iudicū dicit̄ Deus misisse saluatores, q; liberarent Israelē de manu vastantiū. [in montē Sion] ibi em̄ frequenter cōuenerūt iudicare mōtē Esauj. Idumæos tanquā subiectos & victos. [et erit domino regnū]. his factis, Iudæi seruient Deo, non idolis. Deniq; circa prædicta dicit gloriosus & sanctus Hieronymus: Hæc vtrum facta sint, Deus viderit. Possunt enim ex parte per annos quingentos à Babylonica captiuitate, vsq; ad Christi aduētum esse completa. Et itez; ait in fine expositionis huius prophetæ: In hoc propheta & adolescens tuli iussumus, & senes præsumpsimus. Qui veriora melioraq; dixerit, in illius sententiā, o Pāma chi trāsgradere. Exposuit aut̄ Hiero. hūc prophetam bis. Primo, in adolescētia sua secundum tropologicū intellectū. Quā expositionē nominat Iusum, qm̄ literalem sensum omisit. Sicut em̄ in ludo est libera qdam euagatio, ita in tropologica expositione, secundum Hieronymū. Secūdo, in senectute sua. Ex qbus Hieronymi verbis constat, q; præinducta expositio nō habet certitudinem absolutam p̄fertim, cū nec ex scripturis canonicis, nec ex authenticis historijs queant probari om̄ia, quæ in huius pphetæ explanatione sunt dicta, præfertim ab eo loco, q; dicit̄ Et erit domus Iacob ignis. Porro Hebræi intelligūt ista de temporali dominio, qd sibi in aduentu Messie inaniter repromittūt, ita q; tūc in Iudæā reducēt, & omnib⁹ mūdi regnis ac gentib⁹ principabunt. Promissiones enim prophetæ carnaliter carnales intelligūt. Quidā vero doctores catholici, q̄ntū ad hoc, assequunt̄ Hebræos, q; præinducta exponūt pro

1. Efd. 35
Necm. 1
Ecci. 4.
1. Mac. 3.
4. Reg. 17
Ibidem.
2. Par. 29
Hier. 23.
Ezec. 47
Iosue 15.
1. Mac. 36
Iosue 15
3. Reg. 17
1. Efd. 26
Iudic. 30
N z tempore

tempore Christi, secundū q̄s iste est sensus: In monte Sion erit saluatio, i. salus & gratia Christi, seu electæ reliquiæ, scilicet primitiua ecclesia ex Iudaismo cōuersa, q̄ in cœnaculo sito in monte Sion sp̄m sanctū recepit. Et ipsa recepto sp̄s sancto, primo orsa est euangelicæ legis doctrinā prædicare in monte Sion, & deinde in alijs locis, quemadmodū Esaias 2. p̄dixit: De Sion exibit lex, & verbū dñi de Hierusalē. Ch̄s q̄q̄ per seipsum frequenter docuit & miracula maxima fecit in tēplo. De q̄ Malachias loquutus est: Statim veniet ad tēplū suū dominator, quē vos q̄ritis, & angelus testamenti, quē vos vultis. Ideo dixit Psal. Suscepimus De⁹ misericordiā tuā in medio templi tui. Et erit sanctus, q̄a tunc sanctissima opa fiebant in monte Sion. Et sicut Esaias p̄nunciavit, tunc fuit mons domus dñi in vertice montiū. Et possidebit domus Iacob, i. sancti apostoli filij Iacob patriarchæ, eos q̄ se possederant, i. gentes vniuersas, quæ aliquando populum Israel vexauerunt ac subiecerūt. Hoc intelligēdū est de spiritali dominio, nō de temporali imperio. Tunc enim cōstituti sunt apostoli principes super omnem terram. Et dij fortes terræ eleuati sunt vehementer. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph stipula, id est, apostoli ceteriq̄ discipuli Ch̄i ex duodecim tribubus Israel nati, igniti fuerūt & ignei valde, ita vt ignis vocent, quia & sp̄m sanctū in igneis linguis receperūt. Et domus Esau erit stipula, id est, per p̄dicationem apostolorū, corda Idumæorum igne sp̄s sancti inflammabunt cito & efficaciter, fidem & charitatem Christi recipiendo. Ideo sequitur: Et succedet in eis, id est, populus Idumææ per filios Iacob igne sancti sp̄s succendetur: & deuorabunt eos, i. Idumæos consumēt q̄ntum ad esse peccati, & Christo eos incorporabunt. Et non erunt reliquiæ domus Esau, id est, tales non remanebunt quales fuerunt, quemadmodum Proverb. 12. legitur: Verte impios, & non erunt. Expositio ista satis facilliter calumniari posset. Non em̄ vniuersi conuersi sunt Idumæi. Et sensus iste euidenter ad mysticum intellectum festinat. Potest ego literalius hoc modo exponi, qd̄ præmemorati filij Iacob & domus Ioseph, dicti sunt ignis propter virtutem sententiæ excōmunicationis, quam in aduersarios veritatis ac fidei exercere valebāt, immo & rebelles poterāt tradere fatanæ in interitū carnis. In Apocalypsi q̄q̄ de duobus Christi testibus scriptum est, quod de ore ipsorū exiit ignis in aduersarios eorū. Domus autem Esau sunt stipula, quia prædictæ sententiæ resistere nō potuerunt, sed protin⁹ latæ sententiæ percussæ sunt fulmine. Quod de rebellibus est sumendū. Possunt aut̄ per Idumæos intelligi cuncti Gentiles, immo secundū Hebræos & Hieronymū in primo suo prologo sup̄ istum prophetam, q̄niam Esau persecutus est fratrem suum Iacob, & Idumæi filij Esau Israelitas filios Iacob, propterea oēs aduersarij Iudæorū communiter nomine Edom designant. Vnde Iudæorū doctores, q̄ post Christi passiōem fuerunt & increduli permanerunt, p̄ Edom q̄si semper intelligunt Romā, & per Idumæos Romanos, a quibus finaliter destructū est dominiū Iudæorū, captiuitasq̄ grauissimè introducta. Et deuorabūt eos, i. apostoli p̄fatos rebelles damnatiōi fecerūt, vel potius ostenderūt, obnoxios, immo apostolica autoritate condēnare poterāt eos. Quod vtiq̄ apostoli maxime faciēt in die iudicij, q̄ndo sedebunt in duodecim solijs Ch̄o assidentes & coniudicātes. Et hæreditabūt hi qui ad Austrū sunt, i. apostoli & cooperatores eorū ex Iudaismo conuersi, & in parte australi Iudææ conuersati. Montem Esau & Philistiim, & possidebūt regionem Ephraim & Samaritæ. Per hoc aliud nihil designatur, nisi qd̄ apostoli & adiutores eorū, populos terrarū istarum cōuerterent, & fidei subderent, sempiternosq̄ obedientiæ facerent filios. Et Benjamin possidebit Galaad. Paulus apostolus de tribu Benjamin ortus est, multosq̄ conuertit de cōsanguineis suis, qui simul cū eo euangelizauerunt. Vnde in epistolis suis sæpe efficit mentionē de suis cognatis, q̄q̄ & nomina exprimit. [Et transmigratio exercitus huius filiorū Israel] id est, fideles Israelitæ primitiua ecclesiæ, q̄s Ch̄s trāsmigrare fecit de terra Iudææ, dicēdo Mar. 16. Euntes in mundū vniuersum, p̄dicate Euāgelium om̄i creaturæ. Et eritis mihi testes vsq̄ ad vltimum terræ. De quibus & p̄ Esaiā 66. loquitur: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam & Lydiam, in Gæciam & Italiam, ad insulas longe. Et annuntiabunt gloriā meam gentibus. Possidebunt om̄ia loca Chanæorum vsq̄ ad Sareptam & vltra, id est, harum terrarū habitatores, fecerunt suos discipulos & Christi ministros, ita qd̄ spiritaliter eis p̄sdebant. Et ascendēt saluatores, id est, apostoli instrumētali ter Ch̄o cooperantes in conuersione electorū, in montē Sion: ibi em̄ frequenter conuenerunt ad tractandū de necessarijs statū ecclesiæ concernētib⁹. Iudicare montē Esau, i. discernere gentilitatem iudicio discretionis, ad prouidendū eis dē. Quemadmodū in Actis fecisse legunt, quādo & cōuersis scripserunt gentilib⁹ per manū Pauli ac Barnabæ. Cum qb⁹ miserūt Iudā Barsabā atq̄ Silā viros primos in fratrib⁹ & prophetas, verbo dicentes: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil imponere vobis oneris, q̄ vt abstineatis ab immolatis simulacrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatiōe. Et erit dñs Ch̄o, regnum militatis ecclesiæ vbiq̄ terrarū, ita qd̄ oīs tribus, gēs, & linguæ seruiēt ei, iuxta illud in psal. 21. Adorabunt in cōspectu eius vniuersæ familiæ gentiū. Quā dñi est regnū, & ipse dominabit gētiū. Et in Esaiā: Multiplicabit ei⁹ imperium,

periu, & pacis non erit finis. De q̄ & Hiero. 23. loquutus est: Regnabit rex & sapiēs erit. Postremo, nomine regni intelligi potest vel ipse populus subiectus seu subditi, vel gubernatio eorū. Solet quoq̄ per regnum domini, designari regnū Christi. Hæc aut̄ secūda loci istius expositio, consonat his quæ in vltimis capitulis Iohelis ac Amos exposita sunt.

¶ Explanatio moralis seu mystica visionis Abdia. Art. II.

Visto Abdia: Abdias interpretatur seruus dñi. Qui aut̄ seruit Deo nō seruit timore, sed spiritali amore, visiones altissimi, i. illuminationes internas à spiritu sancto merei suscipere. [Hæc dicit dñs ad Edom] i. contra carnales, cruentos & vitiosos. Edom namq̄ terrenus vel cruetus interpretat̄. [Auditū audiui] nos viri spirituales, domino charitatiue ministrantes. [à dño, & legatum] i. Ch̄m magni consilij angelū, de q̄ Gene. 49. loquit Iacob: Salutare tuum expectabo dñe. [ad gentes misit] quemadmodū Actuum 28. Paulus testatur: Notum sit vobis, q̄a gentib⁹ missum est hoc salutare Dei. De quo in Genesi legit̄: Ise erit expectatio gentiū. Non, qd̄ Ch̄s in propria persona gentibus vniuersaliter prædicauit, cum dicat: Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel, sed qd̄ per apostolos ad gentiles delata est notitia Christi, secundū illud in Psal. 97. Notum fecit dñs salutare suū, in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suā. Propter qd̄ pater ait ad Ch̄m apud Esa. Dedi te in lucē gentium, vt sis salus mea vsq̄ ad extremum terræ. Porro qd̄ legatus iste loquutus sit gentib⁹ per inspirationē occultam, apostolis q̄q̄ doctrinā euangelicāq̄ theoriā, subiungitur: Surgite à morte peccati, à somno acedia, à conuersione ignobili & peruersa. [& consurgam] aduersus eū in plium] i. tentationib⁹ mūdi, p̄sequutionib⁹ carnaliū, opibusq̄ terrenis viriliter repugnate p̄ clypeū paciētis, p̄ cōsiderationē damnatiōis æternæ, & maxime diuinæ charitatis intuitu. Et nec cælestis patriæ gaudia, p̄pter delectatiōes momentaneas amittatis, & ne pusillanimitè formideris; ego pugnabo vobiscum, & ero dux filij, ita vt vere dicatis illud secūdi Paral. 13. In exercitu n̄ro De⁹ dux est. Et illud in Psal. 43. In te inimicos n̄ros vtilibim⁹ cornu, & in noie tuo spernem⁹ insurgētes in nobis. Hoc est qd̄ dicit Ap̄tus: Surge q̄ dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Ch̄s. Quā secure pugnat, cum qd̄ Ch̄s sic pugnat. Ideo sanct⁹ Iob: Pone me, inquit, iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Nepe si Deus p̄ nobis, qs̄ cōtra nos? De hoc p̄elio dicit etiā saluator Mat. 10. Nō veni pacē mittere in terrā, sed gloriā dñi. Veni em̄ separare filij à p̄re, &c. Vñ & Sap. 10. legiū: Certamē forte dedit illi dñs, vt vinceret. Nō ergo vincamur à mūdo, à cōcupiscentijs carnis, ab opibus malis. Qui aut̄ ad impatentiam cōcitāt, q̄ malū reddit p̄ malo, vincit à semetipso. [Ecce paruū dedi te in gentib⁹] i. p̄ alijs defectuofum ac vilē, o homo terrene atq̄ carnalis, p̄pter spiritaliū bonorū carentiam. Dicit aut̄ aliq̄ paruulus in scripturis tripliciter. Primo, corporis q̄titate. Sicq̄ de Christo Esaias inducit: Paruulus natus est nobis. Secūdo, p̄pria reputatiōe. Et sic humiles præcipue paruuli nūcupant. De quibus fert̄ in Psal. 18. Testimoniū dñi fidele, sapientiā præstās paruulis. Et Custodiēs paruulos domin⁹. Et apud Lu. 10. domin⁹: Abscōdisti hæc à sapiētib⁹ & prudentib⁹, & reuelasti ea paruulis. Talib⁹ pater ad Deū accessus, dicēte sapiētia: Si qs̄ est paruul⁹, veniat ad me. Tertio, paruulus appellat̄ spiritalis p̄fectiōis seu magnitudinis destitutiōe, vel q̄a penitus caret ea, vt racorosus. De q̄ in Iob asserit̄: Paruulū occidit inuidia. Vel, q̄a parū habet de ea q̄ ad id, qd̄ merito haberet, quē admodū illi quibus scripsit Ap̄tus: Quasi paruulis in Ch̄o lac dedi, nō escā. Terrenū ergo & vitiosum, per Edom significari, noīat Deus paruulū tertio modo: immo q̄nto qs̄ p̄pria reputatione fuerit maior, tanto Deus reputat eū viliorē: & quāto qs̄ p̄pria reputatiōe fuerit minor, tātō à Deo maior censet, quemadmodū ipsemet iudex testat̄: Quod hominibus altū est, abominatio est ante Deū. Ideo subdit̄: Contemprabilis tu es valde] non ratione naturæ, sed culpæ, q̄m relictis diuinis, æternis atq̄ cælestib⁹ bonis, in hæres terrenis. Quod p̄sus præposterū est. Vnde de viro iusto cātat̄ in psalmo: Ad nihilū deductus est in cōspectu ei⁹ malign⁹, timētes aut̄ dominū glorificat. Sic & Aristoteles in Ethicis dicit: Magnanimū esse contemptiū, nō q̄a hoīes spernit propter naturales defectus, sed q̄m impios, secūdū qd̄ tales, nō reputat. [Supbia cordis tui extulit te] i. extra tuæ cōditiōis mensurā medaciter te erexisti, vt putes te maiore q̄ es, & oculo p̄ superbiam obrurato, propriā defectibilitatē & culpā nō cernas, secundū qd̄ Iob u. scriptum est: Vir vanus in superbiā erigit, & rangē pullū onagri, se libere natū putat. Auaros aut̄, cum fuerint locupletati, solet cōcomitari elatio. Sed qd̄ supbit terra & cinis? Quid supbit homo putredo, & filij hominis vermis? Præsertim cū superbis resistat omnipotens, & coram Deo atq̄ hominib⁹ odibilis sit supbia. [habitantē in scissuris petrarū] i. in erroribus cordis tui lapidei, in euagationibus seu diuisionib⁹ animi, q̄m corde integro Deo nō ad hæres, nec dicere potes: Cōfitebor tibi domine in toto corde meo. Sed de illo es numero, de qb⁹ legit̄ Osee 10. Diuisum est cor eorū, nūc interibūt. Veruntū est qd̄ vtilis scissio cordis, ad mollitiē obstinationi contrariā pertinnens. De qua loquitur Iohel 2. Scindite corda vestra, & nō vestimēta vestra. Porro, q̄ claudicat in duas partes, vir duplex aīo, habitat in scissuris petrarū. Quo cōtra 1. Co. 1. monet Ap̄tus: Idipsum

Iohel. 2.
Amos 9.
Esa. 9.
Gene. 49
Matt. 15.
Esaia 49
Ephē. 5.
Iob 17.
Rom. 8.
Rom. 12.
Esaia 9.
Psal. 114.
Prou. 1.
Iob. 5.
1. Cor. 3.
Luc. 16.
Psal. 14.
Ecci. 10.
Iob. 25.
1. Pet. 5.
Ecci. 10.
Psal. 98.
3. Re. 18.
Iacob. 1.

Idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata. Nihilominus sunt qdā scissuræ petra, in quibus saluberrimū est habitare, hoc est, in vulnerib⁹ Chri. De quib⁹ accipi potest illud Cant. 2. Columba mea in foraminib⁹ petra. Ad qd mystice attinet illud Esa. 2. Ingredere in petra, abscondere in fossa humo à facie timoris dñi. Hoc est, virtuti & gr̃e dominicę passiois innitere, seu in Chri vulnerib⁹ regesce. Petra equidē erat Chrs. [exaltantē soliū tuū] i. q. alijs optas p̃poni aut p̃fici. Sicut de scribis & pharisæis dicit saluator, q̃ amēt primas cathedras in synagogis, primosq̃ recubitus in cœnis. Quo cōtra Chrs hortat Lu. 14. Cū inuitatus fueris, vade, recūbe in nouissimo loco. Et iterū: Qui maior est ṽm, sit vester minister. [q. dicis in corde tuo] inaniter p̃sumedo. [quis detrahet me in terrā?] i. quis à potestate & sublimitate mea deijcere poterit me? Supbia nāq̃ facit hoīem immoderatę fidutię, & piculorę suorę improvidum. Sapiēs aut̃ in oībus metuit. Et beatus homo qui semp̃ est pauidus. Hinc Hier. 49. habet: Supbia tua & arrogantia tua decepit te. [Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahā te, dicit dominus] i. q̃tumcunq̃ magnificaueris te, humiliaberis à me. Propter qd̃ in lib. Iob legit: Si ascēderit vsq̃ ad cælum supbia ei⁹, & caput eius nubes tetigerit, q̃si sterquiliniū in sine perdet. Esaias q̃q̃ ait: Dñs exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam oīs glorię, & ad ignominiam deduceret vniuersos in clytos terrę. [Insuper Deo hoc propriū est, vt vniuersos humiliet cōtrahatq̃ pomposos, secundum qd̃ ait ad sanctum Iob:] Si habes brachium vt Deus, & si simili voce tonas, disperge supbos in furore tuo, & respiciēs oēm arrogatē humilia. Abscōde eos in puluere simul, & facie eorū demerge in foueā. Et ego cōfitebor, q̃ saluare te possit dextera tua. Possunt autē p̃ aquilā viri contēplatiui, p̃ sidera vero, docti & exēplares intelligi, qui inter alios velut luminaria lucēt nunc verbo & opere, & q̃si stellę in p̃petuas æternitates fulgebunt. Si ergo inter istos superbus se cōputer, iustum & sapientē se arbitrans, detrahet eū Chrs vsq̃ ad fundamēta laci. [Si fures introissent ad te, si latrones] i. si inuisibiles hostes, bona gratię auferētes, & aīam strangulātes, cordis tui habitaculū fuissent ingressi. [per noctē] i. per cōsensum illicitū vel ignoratię cecitatē. [quod cōtadmissēs] i. merito nō tacuisses, sed p̃ verā confessionē, orationē & fletū expulisses eisdē, quē admōdū scriptū est: Dixi, cōfitebor aduersus me iniustitiā meā dño. Et Iob ait: Vias meas in cōspectu eius arguā, & ipse erit saluator meus. [Nōne furati essent sufficiētia sibi] i. vtiq̃ oēs spirituales diuitias tuas abstulissent à te. Qui em̃ offendit in vno, oīm reus est, Iacobo teste. Cui cōsonat illud Ecclesia. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona p̃det. Quia q̃ agit cōtra charitatem, oēs habit⁹ virtuosos, secūdū qd̃ sunt meritorij & formati, amittit. Certū est autē, q̃ nō sufficit demoni inuidiā, nō hosti, nisi totū gr̃a bonū abstulerit, ad mortale p̃ctm̃ nos p̃trahendo. [Si vindemiatores introissent ad te] i. hoīes pestilētes, aīarę corruptores, q̃ vineā dñi sabaoth demoliant, vnas virtutum & vinū sapię p̃scindētes, q̃s Christus noīat lupos rapaces, vulpesq̃ paruulans, [nunq̃d saltē racemos reliquissent tibi] i. nō tm̃ nocuissent vt inuisibiles hostes. Pauci nāq̃ vel nulli hoīes sunt, q̃s inuidiā æqualis sit inuidię dæmonū. Nihilomin⁹ cōtingere potest, vt homo hoī magis noceat, q̃ diabolusq̃ nō nocet, q̃tm̃ potest & cupit, sed q̃tm̃ p̃mittit. Quāuis itaq̃ aliq̃s cum puero hoīe puertat, nō tm̃ solet p̃ eū totaliter à diuino obsequio retrahi, ideo relinquunt ei racemi. Dæmōn vero satagit hoīem ab oīni bono auertere. Ideo sequitur: [q̃modo] inuisibiles hostes, [scrutati sunt Esau] i. terrenos & impios, [inuestigauerunt abscondita eius] q̃a nō solū opa exteriora & verba, sed naturales inclinatioēs, cogitationes, secretaq̃ studia obseruāt & p̃fant, vt sciāt quō grauius lædāt. [vsq̃ ad terminos emiserunt te] i. à regno & finibus ecclesię euulserūt te, deducendo te vsq̃ ad terminos sui domini, ita, q̃ eorum miserę subiectus es seruituti. A q̃ em̃ qs superatus est, huius & seruus est. [Oēs viri cœderis tui illuserūt tibi, inualuerūt aduersum te viri pacis tuę.] Hoc generaliter fit, dū alter eorū qui cōfœderati erāt in malo, & cōcordantes in vitijs, ad Deū cōuertit, & rupto illicito cōfœdere, & pace carnali relicta, eū zelo iustitię & pia intētionē subsannat, cōfundit & reprobat q̃ in p̃uersitatibus p̃seuerat, vt vel sic reuertat ad Deū. Frequēter etiā contingit opposito modo, vt si alter eorū q̃ cōsentiebāt in bono, subuersus, p̃sequat manentē in actib⁹ virtuosis, iuxta illud in psal. 101. Qui laudabāt me, aduersum me iurabāt, Vñ & Chrs de p̃ditore cōquerit: Et em̃ homo pacis meę, in q̃ speraui, q̃ edebat panes meos, magnificauit sup̃ me supplātationē. [Nō est prudentia in eo] i. in huiusmodi Idumæo cruēto atq̃ terreno, sed est in eo prudentia carnis, q̃ iuxta Ap̃lm, mors est & inimica Deo. De qua scriptū est: Nō est ista sapiētia deorsum descendēs, sed terrena, animalis & diabolica. Deniq̃ etiā secūdū philosophū, prudentia q̃ est virtus moralis ac cardinalis, nō est sine virtutibus cæteris, nec inest vitiolis. Vnde Baruch ait: Filij Agar, q̃ exgrunt prudentiā q̃ de terra est, viā sapiētię nescierūt. [Nunquid nō in die illa] pura in die iudicij vniuersalis seu particularis, vltēpore diuinę vltionis in hoc seculo, [qdā sapientes de Idumęa] i. sapientes huius mūdi dānabo, q̃ à sapiētia & sciētia sua decepti, siue inflati sunt. Quibus minas sermo diuinus: Vñ q̃ sapientes estis in oculis ṽis, & coram vobismetip̃s prudētes. Hinc ad Corint. 1. dicit Apostolus: Nōne stultā fecit Deus sapiētiā

pientiā hui⁹ mūdi? Non q̃ naturalis sciētia seu philosophia, in se mala aut vitāda cōstitit, sed qm̃ male vtētes, & vtiliora ac necessariora negligētes, reprobari merent. [Et timebūt fortes tui] o cōgregatio terrenorū [à meridie] i. in calore cōcupiscētię cōuersantest cū em̃ venerit sup̃ eos vltio Dei, timebunt [vt intereat vir de monte Esau] i. oēs in superbia terrene opulentię permanentes, dānentur. Diues em̃ cū dormierit, nihil secū auferet. Apprēhēdet eū q̃si aqua inopia. [Propter iniquitatē & interfectionē in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternū.] Hoc de oībus impijs Christianis sumendū est, q̃ proximos suos vitijs reluctantes, noīe Iacob designatos, p̃sequunt, vexāt, lædūt aut perimūt. Hi nisi p̃niteāt, æternaliter dānabunt, secūdū qd̃ Chrs ait in Euang. Luc. 18. Amē dico vobis, q̃ cito faciet Deus vindictā illoꝝ. Et denuo: Si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata ṽra. Rursusq̃: Quæcūq̃ vultis vt faciat vobis hoīes, eadē facite illis. Præterea iudiciū sine misericordia fiet ei, q̃ nō fecerit misericordiā. In Ecclesiastico etiā inducit: Qui vindicari vult, à dño inueniet vindictā: & peccata illi⁹ seruās seruabit. Propterea memēto nouissimorū, & desine inimicari, & ne irascaris pximo tuo. Vñ Leuit. 19. Moses iubet: Nō quaras vltionē, nec memor eris iniurię ciuiū tuorū. Præterea ista specialiter accipi possunt de obstinatis incredulisq̃ Iudæis, q̃ rite p̃ Esau designant, & fratrem suū Iacob, i. primitiuā ecclesiā ex Iudaismo cōuersam p̃secuti sunt. Propter qd̃, & p̃cipue ob Chri fr̃is sui interfectionē, cōfusione operi sunt, & æternaliter perierūt, à Romanis destructi, ab inferisq̃ absorpti, quēadmodū à Daniele p̃dictū cōspicit: Ciuitatē & sanctuariū dissipabit popul⁹ cū dūce vëturo, & finis ei⁹ vastitas, & vsq̃ in finē p̃seuerabit desolatio. [in die cū stares] o iniuste Chriane [aduersus eū] i. Christū tuū iustum q̃n capiebāt alieni exercitū eius] i. inuisibiles [scu visibiles] hostes, pagani, hæretici &c. filios ecclesię deuastabāt, & extranei ingrediebant portas ei⁹] i. loca fidelū. Vel portæ sunt sensus exteriōres, p̃ q̃s mala & nocumēta introeūt aīam. [Et sup̃ Hierusalē] i. ecclesiā militantē, vel aīam Chri fidelem, q̃ pacē amādo ac contēplando, Hierusalē nuncupat. [mitterēt fortē] q̃s quid tolleret in direptione bonorū ipsi⁹. [tu q̃q̃] qui defensor esse debueras p̃pter vnitatē fidei, spei ac baptismi, [terras q̃si vnus ex illis] cōsentiendo vel cooperādo malignitati illoꝝ, & de istorū calamitate gaudēdo. [Et nō despicias in die fratris tui, in die peregrinationis ei⁹] i. tot mala, diuina exigēte iustitia, tibi infligēt, totq̃ aduersitatib⁹ quatieris, q̃ de pximi tui tribulatiōe amplius nō gaudebis, oppressus pondere miserię p̃pria. [Et nō lætaberis sup̃ filios Iudæ] i. de p̃secutione Christianorū, q̃ corde, ore & opere dño cōfitemdo cōfessione laudis diuinę, nomē Iudæ recte fortiti sunt, cū Iudas interpretet confessio. Nato equidē quarto filio Lię, ipsa: Mo do, inq̃t, cōfitebor dño. Et ob id vocauit eū Iudā. [in die perditionis eorū] i. cū Deo p̃mittēte, ab impijs occiderent. Quod cedit in gloriā eorū & purgationē, si indigebūt. Quō autē verba sequētia vsq̃ ibi, & nō stabis, ad hūc valeāt sensum applicari, facillime innotescit ex literalis expositione hui⁹ p̃phetæ in p̃cedenti articulo introducta. [Et nō stabis in exitib⁹ viarū, vt interficias eos q̃ fugerint.] Exit⁹ viarū sunt errores & vitia, q̃ nō sunt nisi obliquitates & deuię, q̃bus à medio rationis, à via iustitię, à lege diuina, ab increata æquitate recedūt. Vñ in euāg. Luc. 14. Ite ad exitus viarū. In his exitibus stāt p̃seuerantes in malo, q̃ tenebris ignoratię & peccati caligine obtenebrantur. Fugiētes vero hoc loco dicuntur, recedentes à prauo, resistentes diabolo, exeuntes de seculo, vt Christo ministrent in claustro. Quorū sanctę conuersioni insidiantur iniqui. Cum vero manus Dei inciderint, & iustas receperint p̃enas, non amplius stabunt in exitibus viarum iam dictis, vt interficiant, i. à vita gratię separent fugientes & odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. [Quoniam iuxta est dies dñi] i. hora iudicij [super omnes gentes] Iudex siquidem ante ianuam affisit, qui Apoc. 21. fatetur: Ecce venio cito, & merces mea mecū est, dare vnicuiq̃ secundum opera sua. [sicut fecisti, fiet tibi] i. quod meruisti recipies. Deum spreuisti, inhonorasti, neglexisti, & contra ei⁹ voluntatem fecisti. Ipse quoq̃ te spernet, confundet, obliuiscetur, inuitumq̃ sine fine torquebit. Eadem ergo mensura, qua mensus es, remetietur tibi. [Retributionem tuam] i. debitam p̃enam [conuertet] dominus [in caput tuū] quemadmodū Esaię 3. ferrus: Vñ impio in malum. Retributio manuum eius fiet ei. Et apud Iohelē loquitur dñs: Cito velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum. [Quomodo enim bibisti super montem sanctum meum] i. sicut de persecutione ecclesię, in quam sicut in magnum montem creuit lapis de monte sicut ne manibus abscisus, gauisus es. [bibent omnes gentes, &c.] i. de tua damnatione gloriabuntur. Quod de gentibus iustis, diuinę iustitię recto zelo eongaudentibus, certum est, secundum illud Iob 22. Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. Et alibi: Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. [Et in monte Sion] i. in ecclesia Christi seu anima specularia. [erit saluatio] i. salus & gratia saluatoris. Extra ecclesiam enim nemini salus reperitur. [Et erit sanctus] Templum enim sanctum est, quod estis vos. [Et possidebit domus Iacob] id est, ecclesia Christi peccata supplantans, fidem quoq̃ & simplicitatem sancti patriarchæ Iacob sequēs. [eos qui se possederant] iam enim gentiles, qui olim grauissime oppri-

1. Cor. 10
Matt. 23
Luc. 22
Ecc. 18
Pro. 28
Iob. 20
Esa. 23
Iob. 40
Dan. 12
Esa. 14
Psal. 31
Iob. 13
Iacob. 3
Matt. 7
Cant. 2
Psal. 7
2. Pet. 2
Psal. 54
Rom. 8
Iacob. 3
Baruc. 3
Esa. 5

Psal. 51
Iob 27
Marci 14
Matt. 7
Iacobi 2
Ecc. 28
Psal. 68
Dan. 9
Gen. 49
& 29
Iudas ap
postolus
Iacobi 5
Iohel. 3
Dani. 2
Psal. 51
1. Cor. 3

Gen. 27. mebant ecclesiam, fidei sunt subiecti, impletumq; est illud Michæ 5. Exaltatur manus tua super hostes. [& erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succendetur in eis] Iacob interpretatur supplantans, Ioseph vero additamentum, quoniam nato eo locuta est Rachel: Addat mihi dñs alium filium. Per domos autē istorum significatur ecclesia conculcans peccata, Christo suo capiti addita, Domus in super Esau, est cōgregatio aduersariorum ecclesiæ, qui frequenter velut stipula ab ecclesia velut ab igne cōsumpti sunt, secundum diuersos modos in præcedenti articulo positos. [& hæreditabunt qui ad austrum sunt] i. in lumine gratiæ conuersi sunt. [& qui in cæpestribus] i. qui in planitie humilitatis ac synceritatis versantur, possidebunt [Philistiim] i. potione cadentes, dum carnales atq; gulosos conuertunt, & suæ gubernationi subijciunt, Philistiim autē interpretatur potione cadentes. [& regionem Ephraim] i. auaritiæ deditos, qui sibi ingiter terrena accumulunt. Ephraim quippe interpretatur clementum seu dilatatio. Vnde nato eo, dixit Ioseph: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. [& regionem Samariæ] i. eos qui legem Christi custodiunt, humiliter obedientes prælati ecclesiæ. Samaria autē interpretatur custodia. [& Benjamin] i. populis Christi fidelis, qui est filius dexteræ, i. benignitatis fortitudinisq; diuinæ. [pof fidebit Galaad] i. eos, qui iuste viuendo veritati dant testimonium. Galaad namq; tumulus, testis, vel aceruus testimonij, interpretatur. [& ascendent saluatores] i. digni pastores, iudices & rectores, qui subditoꝝ salutem, prece, doctrina & exemplo cooperari non cessant. [in montem Sion] i. ecclesiam [iudicare montem Esau] i. superbiam terrenorū atq; carnaliū reprobare. [& erit domino] Christo [regnum] cuius regni non erit finis. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Qui etiā ait Matt. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ipse equidē est, qui habet in vestimēto & in femore suo scriptū Rex regum, & dominus dominantium, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Lucæ 1.
Ioan. 5.
Apo. 19.

¶ Enarrationum in Abdiam prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN IONAM PROPHETAM ENARRATIO. PROEMIVM.



Ionas propheta, cuius nunc elucidandus est liber, secundum Hebræos (vt refert Hieronymus) eisdem prophetauit tēporibus, quibus Esaias, Osee & Amos. Porro, q̄ prophetauit tēpore Ieroboa filij Ios regis Israel, innotescit ex eo qd̄ scriptum est 4. Regū 14. Ipse (videlicet Ieroboa) cōuertit fines Israel ab introitu Emath vsq; ad mare solitudinis, iuxta verbū dñi, qd̄ locut⁹ est per seruū suū Ionam filiū Amathi prophetā, qui fuit de Geth, quæ est in Ophir. Erat autem hic Ionas, secundum Hebræorum ac Latinoꝝ doctores, filius viduę, quæ suscitauit Helias in Sarepta, quem admodum 3. Regum 17. scriptum est.

¶ Expositio literalis I. Cap. Et factum est verbum dñi ad Ionam &c. Art. I.

Ipse Ionas, cui quæ subsequuntur, contigerunt, eadem scripsit & ait: [Et factū est verbum dñi ad Ionam filium Amathi, dicens] In exordio ponit coniunctionem, & quæ poni consuevit in medio eorum quæ iungit. Sed idcirco nunc in principio ponitur, qm̄ Ionas more prophetico multa in spiritu vidēs, & q̄ alijs prophetis suo tempore & ante multa reuelata essent, cognoscēs: his quæ vidit in spiritu, & quæ ab alijs visa fuerunt, cōiungit, q̄ in isto descripsit volumine. Deniq; qd̄ ait, filiū Amathi, secundū Hieronymū & Hebræos, ita exponit, i. filiū veritatis, ita q̄ Amathi est hic nomen cōmune seu appellatiuū, significans veritatem. Cum em̄ Helias defunctum puerum suscitasset, mater locuta est: Nūc in isto cognoui, quia vir Dei est, & verbū dñi in ore tuo verum est. Ideo pro signo veritatis verborum diuinorum in ore Helias, puer ille post suscitationem dictus est filius veritatis. Veruntamen alij qui dicunt, q̄ Amathi sit nomen proprium patris Ionæ. Quod quidā improbās, arguit: Mater Ionæ erat gentilis, q̄ de ea Christus loquitur apud Lucam: Multæ viduę erant in diebus Helias in Israel, & ad nullā illarū missus est Helias, nisi in Sarepta Sidoniæ. Ergo & vir eius fuit gentilis. Talibus autē non datur spūs prophetiæ. Si autē Amathi est nomē patris Ionæ, oportet fateri q̄ erat propheta, cū regula sit Iudæorū, q̄ oēs illi propheta fuerūt, qui in principio librorū prophetialium exprimentur, tanq̄ patres prophetarum. Sed quicquid sit de veritate conclusionis, argumentū istud non reputatur idoneum, & præmissæ eius non carēt errore.

3. Re. 17.
Lucæ 4.

Non em̄ sequitur: Mater fuit gentilis, ergo & pater. Personæ namq; Hebrææ illo in tēpore p̄ mun dū dispersæ, interdū cū gētilib⁹ matrimoniū cōtraxerunt. Vñ & Lucas refert in Actis apostolorū: Timotheus filius erat mulieris fidelis (haud dubiū quin Hebrææ) patre gētili. Idē patet de Hirā, quæ rex Tyri misit ad Salomonē p̄ tēpli structura, vt scribit 3. Reg. 5. Quod autē gentilib⁹ datus est spūs pphetiæ, patet in Iob viro sancto & vero ppheta. Et itē in Balaam vero ppheta, quibus viro puerfo. Prophetia namq; est donū græ gratis datā, q̄ virtuosus virtuosiq; communis est. [Surge & vade in Ninivē ciuitatē grandē] cuius magnitudo infra describitur, qm̄ cōtinebat iter triū dieꝝ. Hæc Nemroth legit ædificasse Gene. 10. [& p̄dica in ea: Quia ascensit corā me] i. Niniuitis aperte denūcia, q̄ peccata eorū tā multa & magna sunt, q̄ requirūt vindictā. Et ipsi taliter p̄uaricantes, digni sunt obrui seu subuerti, i. ab hostib⁹ superari, vel aliūde plagari, seu diuinit⁹ destrui. Quæ ad modū autē peccata dicunt corā Deo clamare, ita dicunt ascendere. Vnde vox sanguinis Abel & peccata Sodomorū dicunt clamare ad dñm. [& surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis] i. in Tharsū urbē Ciliciæ, secundū Iosephū & alios multos. De q̄ ciuitate fuit Paul⁹, de quo in Actis apostolorū dicit: Quære Saulū noīe Tharsensem. Iudæi autē noīe Tharsis intelligūt generaliter mare. Quod secundū Hieron. huic loco ampli⁹ cōgruit, s. vt fugitiu⁹ & timidus nō in certū locū, sed q̄cunq; eū mare deferret, intelligat fugisse. Quidā nihilo min⁹ p̄ Tharsis intelligunt urbē Indiæ. [à facie dñi] i. à p̄sentia seu iussioe diuinæ, q̄si locū mutādo, posset conspectū seu potestātē Dei effugere, æstimans q̄ irā Dei vitare posset in alieno loco, s. si Iudæā relinquat, in q̄ solūmodo Deum notum putauit. Sed mix̄ videt, si vir sanct⁹, q̄ non solum reuelationes in hoc libro descriptas fortit⁹ est, sed etiā, sicut nunc tactū est, de regno Israel pphetauit, adeo simplex fuit, q̄ nesciuit Deū esse vbiq; p̄sentia & oīpotentiā, nec manū ei⁹ quenq; effugere posse. Quod in scripturis veteris testamētī tā vbertim habet, vt cū ait Psal. Quo ibo à spū tuo? & q̄ à facie tua fugiā? Et Quia in manu ei⁹ sunt oēs fines terræ. Et: Dñs est terra & plenitudo ei⁹. Ad qd̄ dicēdum opinor, q̄ vtiq; nouit Deū vbiq; p̄sentem & æque potentē, sed fugit vt Deus haberet eum de inuincio obsequio supportatū, dū cerneret eum tā inuite exequi, qd̄ sibi impositum fuit. Vel forte putauit, q̄ ppter inobediētā suā tollerēt ab eo spiritus pphetiæ. Aliq̄ autē affirmāt, q̄ fugit, q̄ p̄ tunc nō fiebāt reuelationes ppheticæ, nisi in terra 12. tribuum Israel. Quod modicum valet, p̄sertim cum Helias factæ sint multæ reuelationes in mōre Dei Oreb. Finaliter ergo dicēdum, q̄ Ionas nesciuit, an reuelatio sibi facta de subuersioe Ninivæ, p̄tineret ad prophetiā p̄destinationis, q̄ semp̄ implet, an potius ad p̄phetiā cōminationis, q̄ aliqñ non implet. De quo duplici gñe prophetiæ dictum est supra. Sciēs ergo immensitatē diuinæ clementiæ, & verisimiliter æstimās, q̄ Ninivæ p̄cēterent ad suā prædicationē, noluit exeg iussionē diuinā, ne falsus p̄barer ppheta. In q̄ passus est aliqd̄ humanum. Prophetæ em̄ nō fuerunt oēs æque p̄fecti. Immo secundū Hieron. Ionas fugiēdo à facie dñi, imitat⁹ est Cain. Dicit autē fugisse à facie dñi, vel q̄ Deus in terra Israel specialiter magis, q̄ in alijs terris habitauit, vel, q̄ fugit à loco in q̄ dñs per angelum ei ista p̄cepit. Quod autē ista fuerit causa fugæ S. Ionæ, constat ex eo, qd̄ ipsemet ait infra: Vidēs em̄ q̄ dñs parceret ciuitati, dixit: Obsecro, dñe, nunqd̄ nō hoc est verbum meū, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc p̄occupauit vt fugerēt in Tharsis. Scio em̄, q̄ tu es Deus clemēs, & misericors, & patiens. Deniq; secundum Augustinū, viri sancti saepe aliqd̄ dixerunt ex nimia familiaritate & cōfidentia ad Deū, quod metas rationis videbāt excedere, & interdū non statim acquieuerunt iussioni diuinæ. Quod venit nō ex rebellione aut cordis duritia, sed humilitate aut alia pia ratione, vt cum Moses precabatur: Aut dimitte populo hæc noxā, aut dele me de libro quē scripsisti. Et cum dñs apparuit ei in rubo, iubēs vt iret ad Pharaonē & filios Israel, satis frequēter & diu se excusauit. Sic potest opinari de Iona, q̄ tñ non excusat in toto. [& descendit in Ioppē] i. urbē sic dictam. Venit em̄ ad portum ciuitatis illius, in qua est portus Iudææ, vbi intra ad mediterraneum mare. Terra q̄q; de qua venit Ionas, fuit altior situ, q̄ Ioppē: Ideo pergēdo Ioppē, scribit descendisse. [& inuenit nauem euntē in Tharsis] i. in mare, vel ciuitatē sic dictā, vt habitum est. [& dedit magistro nauis nauulum eius] i. precium pro sua deportatione in nauē. [& descendit in eam, vt iret] i. nauigaret [cum eis] qui erant in nauē [in Tharsis à facie dñi] vt cessaret alioqui fugientē de causa, propter quā fugit. Veruntā dñs non sine multiplici ratione permisis prophetam suum sic fugere, vt patebit. [Dñs autē misit vētum magnum in mare] i. supernaturaliter cōcitando hanc cōmotionem ac tēpestatem. [Et facta est tēpestat magna in mari. Ita q̄ vndæ aquarū omni quæq; exurgebant circa hæc nauē repente ac vehementer. [& nauis periclitabatur cōteri] i. periculū destructionis & submersionis imminēbat propter concussionem aquarū ad nauem, quæ fluctibus terribiliter iactabatur. [Et nauarū timuerunt] i. instans periculum. [& clamauerunt viri ad deum suum.] Dicunt aliqui, q̄ in nauē erant homines diuersorum territoriorū ac rituum, diuersos deos colentiū, sicq; vnusquisq; suū inuocauit deum. Huic dicto cōsonat translatio L. XX. quæ talis est: Et clamauerunt vnusquisq; ad deū suum. Quauis

Acto. 16.
Gene. 4.
Acto. 9.
Psal. 138.
94. & 23.
3. Re. 19.
Gene. 4.
Ionæ 4.
Exod. 23.
& 3.

Quauis em̄ veritatē Dei summi ignorarēt, credebant tamen esse prouidētiam, & mūdum interiorē gubernari à dñs, quoz auxilio æstimabāt mare posse sedari. Sicq; sub errore religi-
onis nouerāt aliqd̄ venerandū. [& miserūt vasa, q̄ erāt in nauī, in mare, vt alleuiaretur] nauis
[ab eis] vt i. pōdere vasa, eiecto, nauis facilius transiliret, quā arbitrabant solito onere præ-
gruari. [& Ionas descendit ad interiora nauis] i. ad secretiora eius latibula. [& dormiebat
sopore graui] i. dure seu fortiter. Cur ad interiora nauis igressus est atq; dormiuit, dici potest
q̄ vidēs tēpestatem oriri, & de peccato fugā conscius sibi, agnouit eā propter se concitaris
ideo iā mōstus ac pauens, & instās malū intreri nō audens, intrauit latibulū, & præ tristitia
tædioq; dormiuit, sicut apostoli tēpore passionis. Et Psal. 118. Dormitauit, inq; aīa mea præ
tædio. Alij dicūt, q̄ in tāta tēpestate trāquillus fuit atq; secur⁹, alijsq; turbatis placido somno
quieuit. Sed miæ apparet, si tēpestatem vidēs insurgere, & agnosces eam propter suam cul-
pā accidere, nō potius dedit se ad orandū corde timorato atq; sollicito somnū excludente, q̄
ad dormiendū maxime, ne occasione ipsius oēs perirent qui erant in nauī. Potius igif reor,
q̄ statim postq̄ nauis ingressa est mare, tēpestate nondū exorta. Ionas ad interiora nauis de-
scendit, tanq̄ lassus de via, & tristis propter cōmissionē sibi factā. Et quia cū illis gentilibus
non delectabatur misceri, idcirco dedit se repausationi soporis. Sōnus em̄ naturaliter miti-
gat cordis tristitiā. [& accessit ad eū gubernator] i. rector nauis, q̄ tanq̄ superior alios habuit
consolari, & de remedio principaliter sollicitari. [& dixit ei: Quid tu sopore depriueris?] i.
cur tāta temeritatis atq; ignauit̄ es, vt in tāto discrimine dormias? [Surge, iuoca Deū tuū.]
vt cuius cōmune extat periculū, sit & cōmunis oratio. Vidit em̄ gubernator, q̄ vasa iactādo
& idola implorādo nihil proficerēt idcirco alloquit̄ Ionā, quē vidit hucusq; nō exorasse, p̄-
sertim cū naturale sit, vnūquēq; in suo periculo plus de alio, q̄ in seipso cōsiderare. [si forte reco-
gitet Deus] tuus [de nobis] quibus nostri dñi non auxiliant̄, i. quatenus De⁹ tuus subueniendo
ostēdat se memorē nostri, quoz vidēt oblitus. [vt non pereamus] i. ne mergamur. [& dixit
vir ad collegā suū] i. viri isti inter se loquebant̄: Nō dubiū, quin Ionas surgēs inuocauerit De-
um, sed cū nec ei⁹ oratio p̄beret subsidiū, dixerūt q̄d̄ subdit̄: Venite, mittamus sortes, & scia-
mus quare hoc malū p̄cenale, i. ista afflictio sit nobis. [Nauit̄ & viri isti naturam ventoz ac
tēpestatum frequēter experti, p̄fabant tēpestatem hanc non esse naturalē ac solitā, sed pro-
pter alicuius in nauī cōsistētis maleficiū contigisse. Aliter non forte quærerēt authorē nau-
fragij, nec per rē incertā, certū periculū conarent vitare. [Et miserūt sortes, & cecidit fors sup
Ionā] Sortes em̄ mittunt̄ in sinū, sed à dño temperant̄, vt dicitur Prouer. 16. Quæritur, an li-
ceat fortib⁹ vtī? Vidēt q̄ immo, autoritate Salomonis nunc posita. Iosue quoq; per sortem
depræhēdit Achan. Apostoli etiā vsi sunt sorte in electione Matthie. Præterea Moses ait Nu-
meroz 22. vt terra p̄missionis per sortes diuideret̄: Sicut, inquit, vniciq; fors ceciderit, tri-
buef hereditas. Oppositū aut̄ arguit, qm̄ Glossa ait hoc loco (estq; glossa hæc sumpta ex ver-
bis Hieronymi) q̄ Matthias sorte eligit̄, & hic fugitiuus, s. Ionas, sorte depræhenditur, non
agitur virtute fortū, sed voluntate Dei, qui sortes regebat incertas. Nec hoc exemplo debe-
mus vri vel credere fortibus, qm̄ priuilegia singuloz non possunt legē facere cōmunē. Sicut
nec vbiq; credendū est somnijs, quāuis voluntate Dei Pharao & Nabuchodonosor indicio
somniaz futura cognoscunt, videlicet per interpretationē Ioseph & Danielis. Et responden-
dū secundū Thomā in secūda secūda, q̄ sortes dicunt̄, dum aliqua fiunt, ex quoz euentu aliqd̄
occulū innotescit. Triplex ergo est fors, s. diuisoria, cōsultoria, ac diuinatoria. Diuisoria ap-
pellat̄, q̄ per missionē seu indicū fortū quærīt, quid sit alicui exhibēdum de re possessa, di-
gnitate, honore vel p̄cenā hoc est, vt cognoscat, quis quā partē accipiat. Si aut̄ quærīt, qd̄ sit
agendū vel dimittendū, vocat̄ fors cōsultoria. Quod si inuestiget quid sit futurū, erit fors di-
uinatoria. Actus aut̄ humani, qui requirunt̄ ad sortes, nō sunt subiecti influxioni stellarum.
Non ergo licet effectū seu ostensionē fortū expectare à corpore cælesti seu astris, nec à spūali
substātia mala, s. dæmone. His aut̄ causis remotis, oportet fortialū actū effectū præstolari
à fortuna, vel ex substātia spūali directiua bona, puta à Deo vel angelis. Si itaq; expectetur à
fortuna, qd̄ in sorte diuisoria tantūmodo locū habet, vt dū aliqui nequeūt rē cōcorditer diui-
dere, sorte vtunt̄, totū cōmittentes fortunæ, tunc (vt aliqui dicunt) nullū est peccatū. Alij ta-
men asserūt, q̄ sit vitijū vanitatis. Porro si effectus sortis expectatur à Deo vel ab angelis, nō
est in se malū, secundū August. Sed potest in hoc quadrupliciter peccatū incidere. Primo, si
fiat sine necessitate, quia hoc pertinet ad tentationē Dei. Secundo, si etiam in necessitate fiat
sine debita reuerentia. Vnde apostoli cœtu fratrū collecto, & oratione præmissa, sortes mise-
rūt. Tertio, si diuina oracula ad terrena conuertant̄ negocia. Quarto, si in ecclesiasticis electi-
onibus, quæ ex spūsancti inspiratione fieri debēt, fortibus quis vtat. Vnde Beda dicit, Mat-
thiā sorte electū seu factū apostolū, qm̄ spiritus sanctus nondū erat datus, sed spiritus sancto re-
cepto, septem diaconi nō sorte, sed fratrum electione sunt ordinati. Ex quibus patet ad ar-
gumenta responsio. Veruntamen isti existentes in nauī cum Iona, fuerunt gentiles, ideo su-
persti-

Matt. 26.

Iosue 7.
Acto. 1.

Gen. 41.
Dan. 2, 4

Acto. 1.

Acto. 6.

perstitiosis fortibus vsi creduntur. Vnde nec excusantur in toto. Deus tamen qui de malis
elicit bona, taliter temperauit has sortes, quod Ionas est depræhensus. [Et dixerunt ad eum
Indica nobis, cuius causa] id est, pro quo peccato, [malum istud] p̄cena, puta tempestas, [sit
nobis] omnibus propter te solum. Depræhensum per sortem, cogunt propria voce confite-
ri quod verum est, vt certiores reddantur. Et forte specialiter mirabantur, quod fors ce-
cidit super Ionam, qui ex vultu & habitu, verbis & gestibus, videbatur homo virtutis.
ideo sciscitantur, [quod est opus tuum?] id est, quid habes præ manibus? quid fecisti? cui-
us officij es? Primo quærunt de opere, quoniam propter opus efficitur homo dignus p̄cena
vel laude, [quæ terra tuar?] id est, de qua regione es oriundus? [& quo vadis, vel ex
quo populo es tu?] id est, cuius religionis & cultus? Quatuor ergo mira breuitate inter-
rogant, vt ex his cognoscatur causa periculi. Aliquando enim quis punitur, propter ma-
litiam terræ natalis, vel quia tendit ad locum prohibitum, vel propter peccata parentum.
Quibus Ionas plane breuiterq; respondet: [Et dixit ad eos: Hebræus ego sum.] Descen-
dentes enim de genere Abraham per Isaac & Iacob, vocantur Hebræi ab Heber, de cui-
us femine natus est Abraham. [& dominum DEVM cæli ego timeo.] id est, colo & ve-
reor. Quum enim Ionas hæc dixit, timuit vtique Deum, & de suo peccato (vt reor) p̄ceni-
tuit. Si vero dicatur peccasse mortaliter, fugiendo & non obediendo, amisit filialem ti-
morem, quem poenitendo recuperauit. [qui fecit mare & aridam] de quo in Apocalypsi
legitur: Adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. [Et timuerunt
viri timore magno] tamen serui. Timuerant enim maiestatem creatoris, cuius omni-
potentiam visibilibus sentiebant, & viderant quā horrendum esset manum illius incide-
re. [Et dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti?] Quod intelligi potest dupliciter: Primo incre-
patorie, tanquam dicant: Quir tanto Deo non paruisti, & quir creatoris manum putasti
effugere? Secundo interrogatiue, vt sit sensus: Quod est mysterium fugæ tuar? Quir vir tan-
tus, tam religiosus & diuinarum reuelationum conscius fugit, nec studuit ire in Niniuen
ad prædicandum eius subuersionem? Cur cultor vnus summi Dei recessit à Deo suo? [Co-
gnouerunt enim viri, quod à facie domini fugeret, quia indicauerat eis] quando dixit, He-
bræus ego sum: tunc enim adiecit, q̄ fugeret à facie domini, & idcirco oriretur tempestas.
[Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare] id est, commotio maris [à no-
bis] tanquam dicant: Videmus te virum esse magnum, sapientem & sanctum, cum quo lo-
quitur Deus, cui sua secreta reuelat, cui magna committit, ideo tibi cūcta committimus, &
vt tu ipse iudex consistas. Tuum est imperare, nostrumq; exequi & qui autor es culpæ, de-
monstra remedium. Non audemus cultore summi Dei proprio condemnare consilio, ne
Dei eius iram grauius incurramus. [quia mare ibat & intumescibat. Et dixit ad eos: Tollite
me, & mittite in mare.] In quo patet constantia & iustitia Ionæ, qui contra seipsum tam
promptum pronunciauit iudicium, maluitq; submergi, quā alios secum periclitari, para-
tus etiam mortem tolerare pro suo peccato, ad satisfaciēdam honori diuino. [& cessabit ma-
re à vobis] cum fuero mersus. Culpa enim vltia, p̄cena finitur. [Scio enim q̄ propter me tem-
pestas hæc grandis est super vos] id est, idcirco condoleo vobis, & opto vos erui, me pereun-
te. [& remigauerunt viri, vt reuerterentur ad aridam.] In quo patet, quā inuitissime eiece-
runt Ionam propter reuerentiam personæ, cui cum proprio periculo deferabant. [& nō va-
lebant] reuerti ad terram, [quia mare ibat] i. impetuose ferebatur, [& intumescibat super
eos] quasi non potens vltionem iniuriæ sui creatoris differre. Et quo viri illi plus tardabant
submergere Ionam, eo altius irruit super eos fluctuum impetus. Dicunt quoq; Hebræorum
doctores nonnulli, q̄ aliæ naues vicinæ sine tempestatis concussionē procedebant, sed huic
nauī ex omni latere imminēbat tempestas, ita q̄ nec reuerti valebant. [Et clamauerūt ad do-
minum,] iam enim ex effectū nouerant causam, videlicet quod esset vnus omnium domi-
nator summus atq; omnipotens, cuius tantam experiebantur in mari virtutem. [& dixe-
runt: Quæsumus domine, ne pereamus in anima viri istius] i. ne ob interfectionem cultoris
tui puniamur à te. [& ne des super nos sanguinem innocentem] i. nobis non imputet mors
prophetæ sancti innoxij, non q̄ fuerit penitus innocens, immo hanc meruit p̄cenam, sed
aliunde erat vir sanctus & innocens, & cognouerunt eum esse meliorem eis. Ideo metuebāt
manus peccatrices in vatem extendere. [quia tu domine sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Io-
nam] i. spontaneum, cum reuerentia & timore portabant, non renitentem rapuerunt. [& mi-
serunt in mare, & scitit] i. cessauit & conqueuit [mare à seruore suo] i. impetuosa commo-
tione simili iræ atq; furori. [Et timuerunt viri timore magno dñm.] naturale est enim, vt in-
solitis ac mirabilibus rebus visis, homo formidet. Vnde in Euang. frequenter habetur, q̄ tur-
bæ visis miraculis Chfi, timuerūt. Viri aut̄ prædicti mirabilia sub vna hora viderunt, vide-
ret supernaturalis tēpestatis ortū, & eiusdem subitanæ cessationem. [& immolauerunt ho-
stias dño] vel hostias laudis, & spiritū contribulatum ac precem deuotam, vel etiam hostias
corpore.

Apoc. 14

Hebr. 10

Matt. 27.
Marci 12
Lucae 23

corporales de rebus suis, quas secum habebant. [Et voverunt vota]. plura se oblaturus promiserunt. Immo secundum Hieronymum, voverunt se amplius non recessuros a Deo, quem ceperant colere. Sicq; timuerunt eum nunc timore magno & initiali seu filiali, ita q; penitendo & bonum propositum concipiendo, fecerunt quod in ipsis est, moxq; gratiam gratum facientem sortiti sunt.

De mystica eiusdem explanatione capituli. Artic. II.

Ionas in multis tenet figuram Christi, sicut in sequenti patebit capitulo. Vnde quæ literaliter de Iona inducta sunt, de Christo allegorice exponuntur. Iona autem interpretatur columba, seu dolens. Et per vtrumq; intelligitur Christus ab omni felle amaritudinis alienus, purus, & simplex: super quem spiritus sanctus in specie columbæ descendit. Ipse q; est, de quo cantatur in Psalmo 68. Ego sum pauper & dolens. Et in Esaia dicitur: Vere dolores nostros ipse portavit. Et vulneratus est propter iniquitates nostras. Itaq; [Factum est verbum]. i. præceptum [dñi] Dei patris [ad Ionam]. Christum, secundum quod homo est. Propter quod ait in Ioannis Euangelio: Sicut mādātum dedit mihi pater, sic facio. [filiū Amathi]. i. patris æterni, qui est veritas prima. Amathi nēpe veritas interpretatur. [Surge] i. quæ contemplationis, vel a Nazareth vrbe permodica. [Et vade in Ninive] i. civitatem grandem. i. ad mūdum seu populū vniuersum. Ninive autem interpretatur speciosa, qua mundus designatur, quo oculis carnis nil pulchrius intuemur. Vnde in Græco ab ornatu seu pulchritudine nomen accepit, quoniam Græce dicitur cosmos, i. decorus siue ornatus. Hinc etiam Plato disseruit, q; mundus iste sensibilis, dicitur mundus, i. purus, quoniam a mundo mundissimo, qui est in mente diuina, videlicet a mundo ideali atq; archetypo, fluxit. [Et prædica in ea, quia ascendit malitia eius.] Hoc Christus prædicauit, dicendo Lucæ 13. Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et vā mundo ab scandalis. Propter quod ait in Ioanne: Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera ei mala sunt. Hoc & Esaias prædixit: Percutiet, inquit, terram virga oris sui. Denique in hoc q; Iona fugit a facie domini, non tenet proprie typum Christi. [Et descendit Ioppen.] Per Ioppen, quæ interpretatur decora, virgo Maria tota pulchra, & penitus immaculata exprimitur. Cuius dulcissimum virginalēq; vterum ingressus est filius Dei. [Et inuenit nauem] i. carnem humanam sumpsit ex ea. [euntem in Tharsis] id est, in mare seculi huius. Procedens namq; de virginis vtero, processit ad persecutiones mundi istius. [Et dedit nauem] id est, corpori assumpto largitus est præmium pro ministerio, quo ministravit verbo æterno, cuius erat instrumentum animatum, cōiunctum, immediatum & proprium. [Et descendit in eam.] diuinitas quippe latebat, & habitauit in carne assumpta. [vt iret in Tharsis] id est, visibiliter cōuersaretur cum hominibus, & prædicaret in mundo. [Dominus autem misit ventum magnum in mare] id est, multas persecutiones permisit excitari in Christum, [et facta est tempestas magna in mari] id est, in Iudæa vitiorum fluctibus plena & amarissima, quando videlicet scribæ ac pharisæi, cum alijs multis persecuti sunt Christum. Vnde in Euangelio legitur, q; Christo ingrediente Hierusalem, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? [et nauis periclitabatur conteri] secundum exteriorem apparentiam, quando Iudæi voluerunt Iesum præcipitare & lapidare. Per nauem autem (vt dictum est) intelligitur caro Christi, quæ erat quasi vehiculum deitatis, præsertim quum nobis quoq; dicat Apostolus 1. Cor. 6. Portate Deum in corpore vestro. Et alibi scriptum est: Currus DEI decem millibus multiplex. In die vero Parasceus contrita est nauis ista, quantum ad hoc, quod humanam vitam amisit, & a planta vsq; ad verticem non erat sanitas in ea. Cumq; cōprehensus esset Chrs a Iudæis, [nauem] id est, Apostoli nauē ecclesiæ postea gubernantes, [timuerūt] fugientes a Christo, [et clamauerunt ad Deum] eo q; dulcissimum atq; charissimum amiserunt magistrum. [Et Iona descendit ad interiora nauis, & dormiebat] sopore graui. [sic & Christus dormiuit super ceruicem] secundum Marcum. [Et accessit ad eum gubernator] Petrus enim est princeps Apostolorum, & condiscipuli tunc suscitauerunt Iesum. Veruntamen per soporem Ionæ, aptius intelligitur torpor & negligentia peccatoris. Qui quum in medio laqueorum ambulet, & infinitis valletur periculis, vana securitate resoluitur, nec cum timore & tremore propriam operatur salutem. Vnde in Ecclesiaste habetur: Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Tales ergo accedat gubernator, id est, prælatus vel pius hortator atque director (vnicuiq; enim mandauit Deus de proximo suo) & dicat: [Quid tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum] Ambrosius: Tempus enim est nos a somno surgere, quoniam non dormientibus, pigritantibus, accidiosis, sed vigilantibus & laborantibus, prouenit regnum cælorum. Ideo ait Saluator Lucæ 21. Vigilate itaq; omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia, quæ ventura sunt, & stare ante filium hominis. Et Matthæi 25. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Hinc in Prouerbis Salomonis dicitur: Vsquequo piger dormies? Vsquequo dormita-

Matt. 13.

Esaia 53. Ibidem. Ioan. 14.

Matt. 18. Ioan. 7. Esa. 13.

Cant. 4.

Matt. 21. Lucæ 4. Ioan. 6.

Psal. 67. Matt. 26

Marc. 4.

Eccles 8.

Ecc 17. Roma. 13

Prou. 6.

mitabis: [si forte recogitet Deus de nobis, vt non pereamus.] Ita in omni tribulatione & angustia facere nos oportet, confugiendo ad Deum, & alios admonendo vt inuocent Deum, quia cum ignoramus quid facere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros & corda leuemus ad creatorem. [Dixit Iona: Tollite me, & mittite in mare.] Sic Christus videns totum genus humanum periclitari, & pro magna parte damnari, voluit in hunc mūdū descendere, hominesq; moriendo saluare a tempestate dæmonis & peccati, præsertim, qm̄ pater zelans pro filio, dānauit angelicos spiritus protoplastosq; homines, eo q; similitudinē Dei, quæ filio appropriatur vel propria est, inordinate appetierunt. Hinc filius zelans pro patre, vt eius honorē in hominib; recuperaret, dignatus est in mare seculi destinari & opprimi, prout fatei in Psal. Super me confirmatus est furor tuus, & oēs fluctus tuos induxisti super me. [et cessabit mare a vobis.] Christo em̄ pro nobis occiso, mitigata est rabies dæmonum in nos, non q; illi minus crudeles effecti sunt, sed quia eorum potestas arctata est. [Et timuerunt viri timore magno.] Sic & nos videntes indefinenter magnalia Dei, rapidum motum cælorum, cursus stellarum &c. quæ in vniuerso geruntur a Deo (quæ vtq; incomparabiliter maiora sunt, q; quæ viri prædicti viderunt circa Ionam) debemus Deū filialiter reuereri, multumq; timere, & cordialiter concuti ex consideratione maiestatis omnipotentis Dei, hostias quoq; obedientiæ, laudis ac precum Deo offerre, & vota vouere, iuxta illud: Vouete & reddite domino Deo vestro. Hoc enim est actus patriæ.

Expositio literalis Cap. II. Et præparauit dñs piscem grandem, &c. Art. III.

Consequenter describunt mirabilia Dei circa Ionam peracta. [Et præparauit] i. ad deglutientū Ionam adduxit [dñs piscē grandē] i. cetū. Sic em̄ Christus allegat in Euang. Sic fuit Ionas in ventre ceti. Sic q; trāstulerunt LXX. [vt deglutiret Ionam.] Poterat vtq; Deus conseruare virā Ionæ extra ventrē ceti in pelago, sed ad præfigurandū dñicam sepulturā, voluit eum esse in medio ceti, cuius venter figurauit Christi sepulchrū. Præparauit autē dñs piscem hunc, vel de nouo eū producendo, vel de alio loco ad nauem ducēdo. Quod forte ministerio angeli factum est, quanq; & solo nutu Deus hoc potuit. [Et erat Iona in ventre piscis] i. in uero atq; incolumis potestate diuina, sicut tres pueri in medio æstantis incēdij, [tribus diebus & tribus noctibus] propter mysterium seu mysticam rationem, ad præfigurandum tridnū sepulturæ Christi, quod per synecdochen sumitur. [Et orauit Iona ad dominum Deum suū de ventre piscis, & dixit: Clamaui] vel solo cordis effectu verbisq; mentalibus, vel clamore vocali, quia in ventre piscis potuit vox formari, [de tribulatione mea] i. in tribulatione existens, & ab ea eripi cupiens, [ad dñm] qui ait: Inuoca me in die tribulationis. [et exaudiuit me de ventre inferi] i. de vtero piscis, qui inferus similitudinarie appellatur, propter horrorem & capacitatis latitudinē. Erat em̄ præhorrendum, esse in medio ceti. Sic & nos in tribulatione facere opus est exēplo dicentis: Ad dominum, cum tribularet, clamaui, & exaudiuit me. Hinc Deuter. 4. habetur: Cum quæsieris dominū Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Et Baruch ait: Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat gloriā & iustitiam tibi domino. [Clamaui, & exaudiisti vocem meam.] Clamauit em̄ Iona, secundū Hieronymū, saltē interno clamore, quādo vidit super se venire atq; hiare immanē beluā. Et tūc dominus misericors fuit ei, ita q; nō lædebatur ab ea. Cognouit q; in spiritu se liberandum, & egressus de ventre ceti, vt aliqui dicūt. [et proiecisti me in profundū in corde maris] i. cetū, qui cū sit maximæ quātitatis inter pisces, descendit ad profundiora pelagi loca, vt posset natate. Hoc loco dicit Hierony. q; infernus esse perhibetur in medio terræ. [Et flumen circumdedit me] i. fluens aqua abyssi anteq; glutiret, & etiā in ventre ceti fuit aqua Ionā circumdans pro aliqua corporis sui parte. [Oēs gurgites tui & fluctus tui] i. a te creati & mihi inflati, [super me transferunt.] Operuerunt em̄ piscem, & ex consequenti eum, qui fuit in medio piscis. [Et ego dixi: Abiectus sum a conspectu oculorū tuorū] i. ab intuitu miserationis pietatisq; tuæ. Hoc dixit dolentis affectu, & quantum ad hoc, verum fuit q; Deo rigoroſe cœpit inobediētiā eius punire per tēpeſtatem, projectionem, & deglutitionē. Verū tamen rursus videbo tēplum sanctum tuum, quia (vt tacitū est) spū prophetalī prauidit se exiturum de pisce, & templū Dei in Hierusalē conspēcturum. De quo fertur in Psal. Sanctum est tēplum tuū, mirabile in aequitate. [Circundederūt me aquæ vsq; ad animā] meam, i. vsq; ad vitæ periculū, nisi diuinitus præseruatus fuisset. Substantiā vero animæ incorporalē ac simplicem aquæ non possunt contingere vel intrare. [abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum,] operiendo piscem, in quo eram conclusus, & anteq; glutiret. [Ad extrema montium] i. ad profunda loca abyssi, vbi montium fundamenta, radices seu pedes terminantur, quod accipi potest de magnis montibus in littore vel in mari locatis. [descendi terræ vctes] id est, bassiora loca terræ, super quam currit abyssus, quibus quasi vctibus & columnis globus terræ dicitur sustentari. Vel profunda terrarum tanq; vctes &

2. Par. 20

Psal. 87.

Psal. 75.

Matt. 12.

Dani. 3.

Psal. 49.

Psal. 119.

Baruc. 2

Psal. 64.

sera. [concluserunt me in æternū,] secundum hoīm æstimationem, vel quia humana virtute nunq̄ egredi potui, quis nullum corpus humanum sit æternaliter permanens in pelago, sed in die nouissimo suicitandū, qm̄ mare dabit mortuos suos, secundum Ioan. Apocal. 20. [Et subleuabis] i. eripies [de corruptione] i. morte & digestionē seu manducationē a belua ista, [vitam meam,] ne manducer a ceto, [dñe Deus meus.] Qui licet sis oīm Deus, tamen specialiter es De^o meus, circa quē tam pie ac mirabiliter operaris, [Cum angustiaretur in me anima mea] i. oīm humano esset solatio destituta, & in horrido tenebrosoq; ceti aluo consistere[m]. [dñi recordatus sum,] eius misericordiā implorando, qui ait Cum ipso sum in tribulatione, [vt veniat ad te] dñe oratio mea] i. tibi accepta sit, [ad templū sanctū tuum] i. ad te in tēplo tuo specialiter habitantē. Dñs em̄ in tēplo sancto suo: siue per tēplum intelligatur quod erat in Hierusalem, siue tēplum triumphantis ecclesie, quod est patria cælestis, vt cælum empyreū. Quod aut Apoc. 21. habetur, Templum non vidi in ea, intelligit, quātum ad aliquē actum templi, qui conuenit viatoribus, non cōpræhensoribus. [Qui custodiunt vanitates] i. rebus vanis, mendacijs & peccatis diligenter inhærent, & velut carum thesaurū conseruant, lætantes cum malefecerint, & perseverantes in malis. [frustra misericordiam suam derelinquunt] i. gratia & misericordia Dei se indignos inaniter faciunt, quia nec in illis aliquid veræ beatitudinis reperiunt, & verā felicitatē amittunt, Et in hoc patet magnanimitas Ionæ, q̄ in tāto constitutus horrore, cōtra mundanam prosperitatē inuehitur. [Ego aut in voce laudis] i. cū cantico & diuino præconio [immolabo tibi] hostias spirituales atq; legales, & in primis me ipsum, tibi de cætero in oībus obediendo. Salutare em̄ sacrificium est, attendere in mandatis, & discedere ab omni iniquitate, vt dicitur Eccl̄ 35. [Quæcunq; voui, reddam.] Vnde patet, q̄ Ionas more afflictorum promisit certas Deo hostias immolare, vel obsequia exhibere, vel pro gratiæ actione, q̄ Deus eum tam clementer custodiuit in maris vel vt tantum discrimen euaderet, nec fieret beluæ cibus. [pro salute mea dño,] vt ab eo æternam merear beatitudinē consequi. [Et dixit] i. iussit [dñs,] cui cuncta creata obediūt, [piscis,] mouendo & afficiendo appetitum piscis ad id, quod subditur, & euomuit Ionā in aridā, [proijciendo eum super littus maris.] Et miraculosum videtur fuisse, q̄ tantus piscis potuit terræ eatenus propinquare, quia in modica aqua natate non valet. Potest tamen cum impetu venire ad littus, deferendo ante se aquā, sicut dū capitur, sed si tunc aliquid extra se proijcit, hoc cadit in aquam. Præterea iuxta allegoricū intellectum, quemadmodum Ionæ tridua in pisce habitatio, fuit sepulturæ dominicę typus, sic eius oratio fuit figura orationis dñi saluatoris, qui secundū Apostolum, cum clamore valido & lachrymis supplicationes fudit ad Deum. [Clamavi de tribulatione mea ad dñm.] Sic & Christus passione instatē precatus est Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et in cruce extētus: Deus Deus meus, respice in me. [et exaudiuit me de ventre inferi] i. de limbo animam meam eduxit, & corpori reuiniuit. Vel, de ventre inferi, i. de monumento. [Clamavi, & exaudiisti vocem meam.] iuxta quod ait Ioan. 11. Pater, gratias ago tibi, qm̄ audisti me, Ego aut sciebam, qm̄ semper me audis. Qui quid em̄ Christus orauit ratione deliberata & voluntate rationali simpliciter dicta, obtinuit. [Proiecisti me in profundum in corde maris.] Hoc est quod ait in Psalmo 68. Infixus sum in limo profundi. Et, Veni in altitudinem maris, Istud ergo profundum, est vel caro mortalis assumpta, vel inferiores partes terræ, in quas (Paulo teste) descendit saluator. Porro cor maris est ludæa, in medio terræ habitabilis sita, quemadmodum cor est in medio animalis. Ibi enim operatus est nostram salutem. [Circumdedit me flumen] tentationum, persecutionum & passionum. Tota enim conuersatio Christi in seculo isto, quasi in abundantia tribulationum fuit, præsertim cum toties compassus fuerit mundo, & in paupertate præcipua vixit. [Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt] i. prædictis aduersitatibus sum afflictus, opertus, probatus, quemadmodum dicit Apostolus: Non habemus pontificem qui non possit compati, sed probatum per omnia. Hinc Christus fatetur in Psalmo 68. Tēpestas demersit me. Et 87. Repleta est malis anima mea. Ibidemq; Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Hoc quoq; aliquo modo dicere possunt in magnis & multis afflictionibus constituti, & cum Apostolo 2. Cor. 1. dicere possunt: Supra modum grauati sumus, supra virtutem. De talibus demum aquis & fluctibus scriptum est Thresh. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum. [et ego dixi] in cruce, [abieci sum a facie oculorum tuorum,] cum dixi: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Vnde Esaiæ 53. legitur: Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Non q̄ absolute relictus fuit a Deo, sed quoniam inferiori parti animæ subtrahita fuit solita consolatio, & natura assumpta potestati tenebrarum & manibus impiorum exposita fuit, in tantum, q̄ satiati sunt pœnis eius. Sicq; videbatur Christus homo abiectus a D E O. Ideo enim dixerunt: Si rex Israel est. Vel, Si hic est Christus Dei electus, descendat nunc de cruce. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. [Veruntamen rursus videbo templum

Psal. 90. & 10.

Prou. 2.

Matt. 26 & 27.

Eph. 4.

Hebr. 8.

Psal. 21. Matt. 27.

Ibidem. Lucæ 23

plum sanctum tuum] i. apostolos & ecclesiam militantem ac triumphantem. Hinc Ioan. 16. ait: Iterum aut videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Vnde cantatur in Psal. 34. Confitebor tibi in ecclesia magna. Et 21. In medio ecclesie laudabo te. [Circumdedit me aqua] tribulationum [vsq; ad animam] i. vsq; ad corporalis vitæ extinctionem, iuxta illud Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. [ad extrema mōrum descendit] secundum animam in puncto mortis, i. ad inferiora terræ loca. [terræ vectes concluserunt me,] ita q̄ infra portas inferni fui detentus spontaneæ, non arctatus, nec captus, aut proprie clausus, immo portas æreas contriui, & vectes ferreos fregi. Iudæi vero putabant eum vnā cum impijs in æternum damnatum, secundum quod Christus fatetur in Psalmo 87. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Ideo subditur, [in æternum. Et subleuabis de corruptione vitam meam,] qm̄ non dedisti sanctum tuum videre corruptionem, & ad immortalē vitam suscitasti me tertio die. [Cum angustiaretur in me anima mea,] dum dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, quando & factus me in agonia, factus est sudor meus sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. [dñi recordatus sum,] prolixius orando. Quæ oratio non est descripta. Et dicendo: Pater, si possibile est, aufer a me calicem istum. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. [Ego aut in voce laudis immolabo tibi] sacrificium laudis, secundum quod homo sum. Obtulit etiam Christus patri vel trinitati prædam, quam de inferis rapuit, dum eam in ascensione patri præsentauit in patria. Deniq; quando in passione immolauit seipsum, nunq̄ anima eius, quo ad partem suam superiorem, cessauit à laude diuina. [Quæcunq; voui, reddā.] Sic & nos agere par est. Displicet enim Deo stulta & infidelis promissio, vt Salomon ait.

Astor. 20. Psal. 15. Matt. 26. Lucæ 22. Matt. 26

Marc. 14

Ecc̄ 34

Declaratio Cap. III. Et factum est verbum dñi ad Ionam secundo. Art. III.

ET factum est verbum domini ad Ionam secundo, dicens: Surge, vade ad Ninuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quā ego loquor ad te] videlicet q̄ post quadraginta dies mox subuertetur. Post liberationem Ionæ a mari & ceto, non dicitur ei, cur non fecisti quod imperaui, sed sufficit ei naufragij & deuotionis sola correptio. Superfluum namq; est, delinquenti seruo post plagas imputare quod fecit, cum huiuscemodi correptio non tam emendatio sit, q̄ exprobratio, secundum Hieronymum. [Et surrexit Ionas] eruditus flagellis. Vexatio enim dat intellectum. Vnde in Hieremia habetur: Castigasti me domine, & eruditus sum. [et abiit in Ninuen] iuxta verbum domini. Et Ninue erat ciuitas magna itineris dierum trium, quantum ad ambitum murorum, secundum Hieronymum, ita q̄ tanta fuit amplitudo ciuitatis, q̄ infra tres dies vix potuit circumiri, secundum Glossam. Sed contra hoc quidam opponit, quia secundum sacram scripturam & historio-graphos, Babylon excessit omnes alias ciuitates in magnitudine. Vnde secundum Aristotelem, potius videbatur regio muris clausa, q̄ ciuitas. Et tamen circuitus murorum eius non erat nisi 24. leucarum, quæ non continent tres dietas complete. Obiectio ista videtur mihi in multis deficere. Primo enim non apparet, vbi sacra scriptura affirmet Babylonem omnibus ciuitatibus mundi fuisse maiorem. Secundo, quia secundum Hieronymum, Babilō edificata fuit in quadrangulo, & quælibet pars muri illius quadrangularis habuit octo leucas, sicq; circuitus Babylonis fuit trigintaduorum leucarum. Tertio, quia (vt dicitur) decē leuæ habent diem. Quarto, quia secundum hoc etiam Babylon non ostenditur fuisse minor, q̄ Ninue, sed Ninue probatur habuisse in gyro circa triginta leucas. Iste aut sic arguens, dicit q̄ tres dietæ itineris Ninie, sint sumendæ procedendo per vicos ciuitatis vbiq;. Sic enim (vt dicit) habebat Ionas procedere denunciando ciuibus destructionem vrbs. Sed non videtur consuetudo, describere magnitudinem loci vel vrbs per talē processum. [Et cepit Ionas] introire ciuitatem itinere diei vnus] i. primo die processit in vrbs, conficiēdo seu perambulando spatium vnus dietæ. Vel sensus est, Quod primo ingressu sic festinauit, q̄ statim vnā confecit dietam pergendo per vrbs. Hieronymus autem videtur hæc verba sic intelligere, q̄ Ionas diuine iussionis & superioris naufragij memor, viam trium dietæ vnus diei festinatione cōpleuit. Alij vero, q̄ in tertia parte vrbs tantūmodo prædicauit, & ad reliquos confestim prædicationis eius rumor peruenit. Veruntamen intuendo seriem textus, videtur sic intelligendum, q̄ Ionas vnā dietam confecit, anteq̄ prædicauit. Et sic forte circa medium ciuitatis, vel in principaliori eius parte deueniens prædicauit, sicut subiungitur [et clamauit, & dixit] Adhuc quadraginta dies ierunt seu defluent, [et Ninue subuertetur] i. ab inimicis suis, seu plaga subita, aut simili modo destruetur, tam in ædificijs, q̄ in ciuibus. Ista fuit propheta comminationis, per quam aliquid prænunciatur futurum, non vt est in notitia mentis diuinæ, sed secundum dispositionem & ordinem secundarum causarum, quæ possunt impediri atq; mutari. Peccata autem Ninuitarum exigebant vrbs & habitatores subverti. Et sic Ionas prædixit futurum. Et tamen (vt aliqui astruunt) nec ipse Ionas sciuit prophetiam suam ad cōminationem magis q̄ ad prædestinationem pertinere, quia hoc sibi

Astor. 20. Psal. 15. Matt. 26. Lucæ 22. Matt. 26

Marc. 14

Ecc̄ 34

Esai. 28. Hier. 310

reuelatum non fuit. Denique Glossa dicit hoc loco: Non est prophetia ista descendens de prescientia Dei, ubi omnia sicut sunt, ita permanent: sed est cominatio ad correctionem, proponens iustam ultionem, secundum presentia Ninivitarum peccata. [Et crediderunt viri Ninivite in dno, pristinos deos abiiciendo, nec amplius in idolis confidendo. [Et predicauerunt ieiunium] i. alijs, s. pueris, puellis, vxoribus, & familijs preceperunt, penitus abstinere. [Et vestiti sunt fassis a maiore vsq; ad minorem] inclusive. Saccus em & ieiunium sunt arma poenitentium, vt qui victu & vestibus, luxu & ambitione Deum offenderant, abstinentia & humilitione eundem placarent. Contraria em curantur contrarijs. Et per que quis peccat, per hac & punitur. [Et peruenit verbum] Iona [ad regem Ninivite,] ab his qui audierunt a Iona. Talia enim solent presidenti in primis annunciari, ad quem specialiter pertinet cura boni communis. [Et surrexit de folio suo, & abiecit vestimentum suum] i. regij decoris ornamenta seu regalia insignia, Vnde LXX. translatio habet, abiecit stolam suam [a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.] Vt qui per superbiam meruit iram, per eximiam humilitatem mereretur & veniam. Simile aliquid legitur de Achab rege Israel 3. Reg. 22. cum audisset cominationem Helie. [Et clamauit, & dixit] i. per preconem vnum, vel vt amplius putato, per plures annunciari fecit celeriter: quoniam feruens affectio nescit tardantia opera. [In Ninive ex ore regis & principum eius, dicens:] vt scilicet nunchi dicerent verba sequentia ex parte regis & principum. [Homines & iumenta, boues & pecora non gustent quicq; nec pascantur] ad certum tempus, & quantum possibilitas nature permittit. [Et aquam no bibat.] Per aquam & panem, scriptura significat quemlibet cibum & posum: alioquin parua afflictio esset hominum, in ciuitate tam opulenta non bibere aquam. Inter iumenta & pecora hac potest esse distinctio, qd iumenta proprie nuncupantur, que hominibus obsequuntur in exercitijs necessarijs. dicuntur enim iumenta quasi iuuamenta. Pecora vero sunt alie bestie. Iumentum quoq; est genus ad bouem. Vnde posito genere, discedit ad speciem, dum dicunt iumenta & boues. Quauis autem iumenta nullum peccatum habuerint, & infantes nullum actuale comiserint, iubentur tamen affligi, in quantum sunt aliquid eorum qui peccarunt, scilicet possessio seu posteritas. Sic eorum afflictio in dominos & parentes redundat, & prouocat misericordiam Dei considerantis feruidam poenitentium contritionem, cuius signum fuit bestiarum atq; infantum afflictio. [Et operiantur fassis homines & iumenta, & clamant ad dominum in fortitudine] i. efficaciter seu magno affectu, & cum necessitate ingenti. Homines autem rationabiliter, intellectualiterq; clamabant, sua crimina profitendo, & misericordiam implorando. Iumenta vero clamasse scribuntur, in quantum ex fame emittebant mugitus, qui erant clamores ad dominum, in quantum homines ordinabant famem & mugitum iumentorum ad mitigandum iudicem Deum. Rursus irrationabilia dicuntur clamare ad Deum, in quantum ex diuina prouidentia fortiuntur affectum ad necessaria victus. Vnde in Iob inducitur: Quis preparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagientes, eo qd non habeant cibos? [Et conuertatur vir] i. vnusquisq; virorum Ninivite, [a via sua mala] i. a vitiosa affectione & impia cogitatione, [et ab iniquitate,] que est in manibus eorum] i. a malis operibus que sunt in viribus operatiuis, seu meritis per que exercentur, presertim in manibus virorum Ninivitarum. [Quis scit, si conuertatur] a rigore iustitie ad effectum clementie, licet in sua nunq; mutetur natura. [et ignoscat] nobis [Deus, & reuertatur a furore irae suae] i. ab horrenda sua comminatione, & parata nobis ultione desistat. [et non peribimus] i. non subuertemur eo conuerso atq; placato. Denique dubitative loquuntur, dicendo, quis scit? quoniam certi non erant, an eorum opera poenitentialia essent Deo accepta. Immo nemo scit, an sit dignus amor: idcirco certus non est, an poenitentia sua sit placans Deum. Quauis certum sit, quod ex charitate poenitentibus Deus ignoscat. Vnde & spes certitudinem habet ex parte misericordie Dei, cui innituntur autem ex parte sperantium, quum certi non sint, an eorum opera sint meritoria. [Et vidit Deus] oculo pietatis & approbationis, [opera eorum] poenitentialia non ficta, [quia conuersi sunt de via sua mala,] qua itur ad infernum. [et misertus est Deus super malitia] id est, afflictione seu pcena, [quam locutus fuerat, vt faceret eis] id est, poenam comminatam misericorditer relaxauit, & non fecit, nec tamen mentitus est. Quoniam prophetia comminationis intelligenda fuit conditionaliter, scilicet nisi poeniterent. Et in hoc Deus monstrauit verum esse, quod ait apud Hieremiam: Repente loquar aduersus gentem & regnum, vt eradicem & destruam illud: Si poenitentiam egerit gens illa, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Hoc nempe de prophetia comminationis & malo poenae, de quibus loquitur Ionas, intelligendum censetur. De tali autem malo seu malitia, dictum est in Amos 3. Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit? Allegorice, per hoc qd factum est verbum domini ad Ionam secundo, quando de ventre ceti eductus est, datur intelligi, qd ad Christum, postquam de sepulchro surrexit, factum est verbum Dei patris, vt pergat ad Niniven ciuitatem

Sapi. 11.

Iob 39.

Eccles 9.

Hier. 18.

Amos 3.

uitatem magnam, i. ad gentilitatem conuertendam mittat discipulos, qui nomen Christi portauerunt ad gentes. Hoc aut fecit Christus, dicendo apostolis: Euntes in mundum vniuersum, predicare euangelium omni creaturae. Cumq; gentiles audissent predicationem apostolorum, aeternam condemnationem minantiu, crediderunt in Christum, & poenitentiam fecerunt condignam. Peruenit quoq; predicatio verbi caelestis ad regem Ninive, i. ad principes, sapientes, diuites & nobiles huius mundi, quorum aliqui omni ornata mundano, vano, superbo abiecto, conuersi sunt, & subditos ad fidem ac poenitentiam prouocauerunt, in tantum, vt homines, i. doctiores, & iumenta, i. stolidi & obtusi boues, per quos intelliguntur predicatorum, pecora quoq; i. simpliciani, concorditer poeniterent. Dicit hoc loco Hieronymus, qd homines eloquentes difficilime conuertunt ad fidei humilitatem, & difficilius, qd potentes, diuites & nobiles. Quidam tamen illorum conuersi sunt, vt Cyprianus martyr, qui antea idola coluit, atq; Carthagine rhetoricam legit. Dantur praeterea Ninivitis 40. dies ad poenitendum. Primo, vt vulnera animae inueterata, inolitata, radicata & vsitatissima, longo poenitentiae tempore corrigerentur. Secundo, qm quadragenarius numerus est poenitentiae com petens. Vnde Moses & Helias 40. leguntur ieiunasse diebus. Similiter Christus pro nobis dolens, secp affligens & exemplum proponens. Insuper Ninive spiritualiter dicitur subuersa, quando habitatores eius vita & moribus tam mirabiliter sunt mutati, & quodammodo esse desierunt, iuxta illud: Verte impios, & non erunt. Hoc tamen improprie nominatur subuersio, quoniam fuit salutaris conuersio. Veruntamen postmodum redierunt ad vomitum pristinae peccata, etiam satis cito. Vnde Tobias dixit: Video qd propter iniquitatem suam subuertenda sit Ninive. Fuit autem destructa tempore Iosae regis a rege Medorum, vt refert Hieronymus. Queritur, quomodo Ninivite in vitis maxime habituati, tam cito crediderunt & poenituerunt, cum nullum viderint miraculum in Iona propheta? Ad quod responderi potest, qd Deus gratiam hanc clementissime infudit indignis, eos pie praeueniens, ad prefigurandum magnitudinem pietatis & gratiae dandae ecclesiae ex gentibus congregatae, quae per apostolorum predicationem conuersa sunt. Conuersio em Ninivitarum, fuit figura conuersionis rotius gentilitatis, Iudaeis in sua perfidia obstinatis. Ionas autem primo predicauit (vt dictum est) Israelitis, a quibus auditus non fuit. Postea gentibus, a quibus susceptus est. Sic Christus primo predicauit Iudaeis, qui eum non receperunt: postea gentibus per apostolos, quae ad ipsum conuersa sunt. Veruntamen habeo circa hac quandam imaginationem, quam scribo non affirmando, sed quia sic fieri potuit: opinor ergo qd forte aliqui virorum, qui cum Iona in naui fuerunt, eiusq; in mare proiectionem viderunt, & prorsus putauerunt mersum ac mortuum, venerunt in Ninuen. Cumq; vidissent Ionam ibi venire, & praedicantem audirent, vehementissime mirabantur, retulerantq; Ninivitis vniuersa quae acciderunt. Quibus auditis, territi sunt Ninivite, agnoscentes, qd vir ille esset vere missus a Deo omnipotenti, qui tanta mirabilia circa eum monstrauit in pelago. Sicq; crediderunt & poenituerunt.

Expositio Cap. III. Et afflictus est Ionas afflictione magna. Artic. V.

ET afflictus est Ionas afflictione magna] i. vehementer contristatus. Dicit autem Hieronymus & eum sequentes, qd non sit afflictus ob id, qd gentium multitudo, videlicet Ninivite cum habitatoribus suis saluatur, sed quia videt gemem suam, videlicet populum Israel perire, & se pra caeteris prophetis electu, qui per salutem aliorum, proprii populi nunciaret ruinam, ita qd Ionas agnouit poenitentiam Ninivitarum esse iudicium indurationis Israelitarum. Alij dicunt, qd idcirco afflictus sit, qm vidit ciuitatem adhuc manere post tempus quadraginta dierum. Propter quod timuit diffamari, contemni, & sic falsus propheta haberi, quod erat sibi grauissimum. Et istud magis consonat textui secundum superficiem seriemq; verborum. Ionas enim non excusatur omniquaq; a culpa in isto negotio, vt patebit & patuit. Vnde verbis & flagellis a Deo corripitur. [Et iratus est] i. comotus propter suum, vt sibi apparuit, infortunium. Veruntamen non puto qd contra Deum iratus extiterit, vel de Ninivitaru conuersione & conuersorum conuersatione doluerit absolute. Hoc em nimis enorme fuisset. Sed de sua confusione, & ex quodam, quauis indiscreto, iustitiae zelo contra Ninivitas comotus est. Et forte optauit, vt non obstante eorum poenitentia, sua impleretur propheta, quatenus illi per praesentis vitae flagella & destructionem purgarentur, atq; aeternam beatitudinem consequerentur. [et orauit ad dominum, & dixit:] Obsecro dne. Numquid non hoc est verbum meum? i. nonne istud quod nunc ad oculum apparet, videlicet qd verba ista non subuertitur, sed tuam misericordiam obtinet, est quod dixi, [cum adhuc essem in terra mea] i. in terra natiuitatis meae seu Israel. Tunc enim Ionas aestimauit, & coniecturaliter dixit coram dno, qd timeret verba sua non esse complenda. [Propter hoc, quia sic putauit & dixi, & ne falsus viderer propheta,] praoccupauit vt fugerem in Tharsis, [secundum intellectum expositum.] scio enim, quia tu Deus clemens] in effectu, [et misericors] in natura res, & patiens] i. longanimiter expectans ac sustinens. [et multae miserationis, & ignoscens] su-

Act. 17.
Marc. 16

Exod. 24
3. Re. 19.
Matt. 4.

Prou. 12.

Tobi. 14

Ionae 10

per malitia]i. culpā dimittens, pœnamq; relaxans, & cōminationem sœpe nō implens, ideo nolui prædicare te rigorosum, vel vindicaturum, sciens proprium tibi esse, misereri & parcere. Nolui quoq; prædicare te misericordem, ne peccatores de tua bonitate præsumentes, per seuerarent in vitis. Hinc præoccupauit vt fugerem. [Et nunc dñe tolle, quæso, animam meam] & pone eam in limbo patrum sanctorum: [quia melior est mihi mors, q̄ vita] Maluit ergo mori, q̄ in tali viuere statu, in quo dominus iuste & vere redarguit eum. Aliquando tamen viri sancti ex nimia afflictione vitæ presentis desiderauerunt mortem, non ex impatientia, sed quietis amore, nec ipsam mortem quasi terminum optauerunt, sed quasi ingressum ad vitam meliorem, in qua Deo vacarent perfectius. Hinc Moses ait Nume. ii. Obsecro vt interficias me, ne tantis afficiar malis. Et Paulus: Supra modum, inquit, grauati sumus, ita vt ræderet nos viuere. Tobias quoq; Præcipe dñe in pace recipi spiritū meū. Expediit em̄ mihi mori magis, q̄ viuere. [Et dixit dñs,] increpando importunitatem propheta, [putas ne bene] i. iuste [irascaris tu?] quasi diceret, non. [Et egressus est Ionas de ciuitate.] Hoc secundum expositores quosdam per recapitulationem hic dicitur. Prædictam namq; orationem Ionas fudit, finitis quadraginta diebus à sua prædicatione, quando conspexit verba sua non adimpleri. Et ante illam orationem exiit urbem, vt videret quid ei accideret. [Et sedit contra orientem] i. orientalem plagam [ciuitatis. Et fecit sibi met vmbra] i. tugu- rium paruum, quo operiretur contra solis ardorem, qui ibi multum intensus est. Non dubium, quin Niniuitæ in magna reuerentia habuerint Ionam, cuius tam cito crediderit sermonibus, & de victualibus ei copiam ministrabant, si tamen recipere voluit. Et puto, q̄ orauerunt prophetam, quatenus pro ip[s]is intercedere dignaretur. [Et sedit subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati.] Præterea ad reprehendendum impatientiam Ionæ, adduxit dñs exemplū sensibile. [Et præparauit] i. repente ac miraculose de terra pullulare fecit [dñs Deus hederam] i. virgultū siue arbusculam quandam habentem folia lata, quæ facit densissimam vmbra[m]. Oritur autem crebro in partibus Palæstinæ, secundum Hieronymum, præcipue in locis arenosis, & cito crescit in altum, si tamē habeat aliquid solidum sibi infixum, videlicet stipitem, per quod ascendat, alioquin per terram reptat, siue diffunditur. Dominus autem fecit hederam istam sine adminiculo tali statim vna nocte in altum consurgere, in quo potestatem suam ostendit. [Et ascendit] hederam [super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum] contra solis calorem, sicq; duplici fuit vmbraulo coopertus. [Laborauerat enim,] sustinendo estum solis, & irascendo seu ambulando. [Et lætatus est Ionas super hederam] id est, de eius productione & vmbra [lætitia magna:] quoniam fecit sibi suæ refrigerium, [et parauit Deus,] cuius prouidentia vniuersa disponit, [vermem,] vel de nouo producens, vel ad corroddendum adducens & applicans. [Ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam] id est, radicem eius corrodit. [Et exaruit] hederam, quoniam radix non attraxit humorem, [et cum ortus fuisset sol] i. diluculo [præcepit Deus] cuius ditioni cuncta subduntur, cuius quoq; nutui tam prompte obediunt, quasi eius intelligerent iussionem. [vento calido & vrenti,] qui auxit solis æstum, & duplicauit calorem solarem, [et percussit sol super caput Ionæ,] per reflexionem radiorum suorū, ex qua repercussione calor caesatur, quanuis sol non sit in seipso formaliter calidus, sed causaliter tantum. [Et æstuabat,] id est, præ calore quodammodo arsit. [Et petiit anima suæ] i. ad subleuamen afflictionum animæ suæ orauit Deum. [vt moreretur] ipse Ionas, non anima quæ im mortalis est. [Et dixit] ad dominum, [melius est mihi mori, q̄ viuere.] in quo errauit, quātum ad motiuum suum, vt dictum est. Quāuis viris sanctis aliquo modo melius sit mori in Christo, q̄ viuere in carne, quemadmodum Paulus optauit dissolui & esse cum Christo. Nec mirum si Ionas iam postulet mori, quando aucta est afflictio eius ex arefactione hederæ & solis æstuatione, qui paulo ante quærebat mortem præ dolore, q̄ verbum suum videbatur casatum. [Et dixit dñs ad Ionam:] Putas ne bene irascaris tu super hederam? i. est ne ira tua rationabilis, qua propter arbusculæ subuersionem irascaris? Hoc Deus interrogat, vt pphetam ex propria responsione redarguat & informet. [Et dixit] Ionas, [bene] i. rationabiliter [irascor ego vsq; ad mortem] i. vehementissime. Potest autem contingere, vt homo ex nimia iræ commotione lætalem infirmitatem & mortem incurrat: quoniam passio iræ, propter accensionem & ebullitionem sanguinis circa cor, est corruptiua. [Et dixit dominus:] Tu doles super hederam] i. de eius arefactione, [in qua non laborasti,] plantando, colendo seu irrigando, [neq; fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit.] Non dicit, an eadem nocte vtrunq; sit factum, vel noctibus cōtiguis, aut certe magis distantibus. Puto aut, q̄ non sit factum vtrunq; eadem nocte. Tempore enim nocturno non indiguit Ionas vmbraulo hederæ. Nunc autem prædictum est, q̄ facta fuit hederam, vt protegeret Ionam contra solis feruorem. [Et ego non parcā] Quarit, & quærendo insinuat, quod multo amplius indulgendum & condolendum erat à creatore ciuitati Niniuæ, q̄ dolendum de hederæ destructione.

2. Cor. 1. Tobig.

Hest. 13.

Phili. 1.

structione. Ideo dominus loquitur: Et ego non parcā [Niniuæ ciuitati magnæ] id est, rationalius est, vt ego parcā Niniuitis, quā vt tu de hederæ destructione tristeris. [in qua] ciuitates sunt plus q̄ centum viginti millia hominū, q̄ nesciunt qd sit] distinctionis [inter dexteram & sinistram suam.] Quod intelligi potest de pueris atq; infantibus, nondū annos discretionis sortitis, vel de rudibus & indoctis, q̄ ante prædicationem Ionæ inter bonā & malā discernere non valebant. Si primo modo accipiat, darur intelligi, quāta fuerat ibi multitudo hominū prouectioris ætatis. [Et iumenta multa] q̄bus propter possessores conuersos parcendum est, quemadmodū propter iniustos dominos aliquando trucidant. Consideranda est autem compendiositas Ionæ, q̄ breuis in verbis, q̄ fructuosus in sensu, q̄ planus in descriptione propriæ culpæ, in quo multorum est redarguta loquacitas. Deniq; habuit Ionas alias reuelationes propheticas ad regnum Israel pertinentes, vt patet 4. Regum, & nunc partim commemoratum est. Illas autem breuitati studens, non descripsit, sed istam tanquam principalem. Præterea, mystice per hederam significatur synagoga, quæ se in altum erexit per apparentem religionem, & sancta secularia habuit, radicem vero non profundauit in terra. Vermis autem corrodes hanc hederam, fuit exercitus Romanorum, vel Christus, qui ait: Ego autem sum vermis & non homo. Qui propter peccata Iudæorum dedit eos in manus Romanorum, iuxta quod ait in Esaias: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Ipse enim est omnium iustissimus iudex, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

4. Re. 14.

Hebr. 9.

Psal. 21. Esa. 63.

D. DIONYSII CARTHVS

SIANI IN MICHAËAM PROPHE TAM ENARRATIO.

Elucidatio capituli I. Verbum quod factum est ad Michæam. Articulus primus.



Michæas sanctus Dei propheta, cuius liber mysterijs & pulchritudine sensuum plenus est, sextus est in ordine duodecim prophetarū. Qui libro suo prologum breuem præmittens, temp⁹ suæ vaticinationis ostendit, dicendo: [Et verbum domini qd factum est ad Michæam Morasthitē] id est, sermo prophetalis à Deo per angelū dictus Michææ, oriundo de Morasthi viculo paruo, apud urbem Palæstinæ Eleutopoli sito. [in diebus Ioathan, Achaz, Ezechie regum Iuda.] Non ponit nomina regum Israel seu decem tribuum, sub quibus prophetauit, quæ expressis regibus Iuda, quibus in regnando contemporanei erant, tacite intelligunt. Superius quoq; dictum est, q̄ Osce & Amos, immo & Esaias sub Ozia, Ioathan, Achaz & Ezechia, prophetauerunt. Hic autē Michæas non legit prophetaſſe sub Ozia patre Ioathan. Ex quo elicitur, q̄ Michæas cepit sub Ioathan vaticinari. Et pro parte prophetauit eodem tempore q̄ Osce, Esaias, & Amos, quanuis post illos incepit. Ex his insuper constat, q̄ iste Michæas sit alter ab illo, de quo 3. Regum habetur, qui sub Achab prophetauit, de quo, Achab dixit ad Iosaphat: Ego odi eum, quia non prophetauit mihi nisi malum. Ille itaq; diu præcessit istum Michæam. Et dictus fuit Michæas filius Hiemla, quod vidit, id est, spiritualiter intellexit in repræsentatione visionis imaginariæ. Intelligentia siquidem opus est in visione. [super Samariam] id est, de populo decem tribuum, quæ nomine Samariæ designantur, quia Samaria fuit in regno illo metropolis. Posset tamen Samaria accipi pro ipsa prouincia. [et Hierusalem] id est, de populo duarū tribuū, scilicet Iudæ & Benjamin, sub quibus comprehendit trib⁹ sacerdotalis atq; Leuitica, quæ à tempore separationis decem tribuū à domo David, adhæsit regno David, in q̄ fuit templū & cultus diuin⁹. Decem em̄ trib⁹ fecerunt sibi sacerdotes de extremis populorū. Per Hierusalem ergo metropolim regni Iudæ, signant hæ tribus. Deniq; Michæas de vtroq; regno prophetauit. Et primo de decem tribuum populo. Ideo exprimit Samariam ante Hierusalem. Hoc ergo verbū dñi ostensum Michææ est, quod subiungit. Antequam tamen verbum istud describit, excitat propheta auditores ad diligentissimam aduertentiam dicendo: Verba em̄ altissima cū multa sunt reuerentia auscultanda. [Audite] auribus cordis & corporis [populi oēs, & attendat terra & plenitudo eius.] Ad literam propheta loquit hoc ad duodecim tribus. Et per terram intelligit habitatores vtriusq; regni. Plenitudo aut intelligi possunt meliores aut ditiores. Vel repetit idem sub alijs verbis, sicut frequenter fit in scripturis ad ampliorem attentionē excitandā. [et sit dñs Deus vobis in testem] i. Deus sit vobis testis veritatis eorū, quæ dico, s. testificando seu demonstrando, q̄ vera sint quæ

Osee. 1. Amos 1. Esai. 1.

3. Re. 22.

Dani. 22

quæ loquor. Vnde Symmachus transtulit, testificas. Et septuaginta transtulerunt, in testimonium. Vel sensus est: Quod Deus attestet prophetæ, quæ annunciant populo quæ Deus præcipit, quatenus populus si non obediens, nullam habeat excusationem, Deo contra ipsum testimonium perhibente, qui ait in Hieremia: Ego sum iudex & testis. Hoc modo Moses ait in Deuteronomio: Contestabor contra vos caelum & terram. [dñs de templo sancto suo] id est, de caelo ita testet, puta de caelo empyreo, in quo specialiter esse & habitare asseritur. Ideo quæ dicitur inde operari. Vel templum Dei sanctum, vocat electoræ fidelis collectio, in quibus gratiose habitat. Deinde ponit verbum Dei propheticum huic vati ostensum. [Quia ecce dominus egredietur de loco suo] id est, de sublimi caelo habitaculo descendet ad terram, non in se, vel per aliquam sui mutationem aut loci mutationem, sed per operationem seu vltionem, atque potentiam suam declarationem. Ibi enim Deus esse asserit, ubi euidenter operatur. Dum ergo non ostendit potestatem suam in impijs, eorum viciscendo peccata, videt deesse. Dum vero vindicat, dicit visitare, venire, siue accedere. Vnde habet Psalmo 143. Domine, inclina celos tuos & descende. In Genesi quoque dñs ait de Sodomitis: Descendam & videbo, si iuxta clamorem, qui venit ad me, faciunt. Vel locus immensus Dei, est ipsemet Deus. Infinitum enim fulcrum seipsum, nec aliqd extra se continet illud. Deus quoque lucem habitat inaccessibilem. Dum ergo Deus omnipotens seipsum non manifestat, quasi in proprio permanet loco. Dum vero suam virtutem vel sapientiam siue iustitiam manifestat per effectus, egredi fertur de loco suo, id est, de suis ipsius abscondito. De quo loquitur Esaias 45. Vere tu es Deus absconditus. Rursus cum natura Dei sit bonitas, proprium ei est & conaturale, esse propiciū seu misereri & parcere. Sicque locus Dei est misericordia eius. Dum ergo a dulcedine pietatis transit ad æquitatis rigorem, & durum atque seuerum se exhibet propter nostra delicta (quod quasi alienum ab eo est) egreditur de loco suo. [et descendit] per vltionis effectum. [et calcabit super excelsa terræ] id est, colla terrenoræ & impioræ suppeditabit, tradendo idololatrias filios Israel manibus & pedibus aduersariorum, puta Assyriorum & Chaldæorum. [Et consument montes subter eum] id est, maiores, utpote reges seu principes, sacerdotes & iudices occidentur diuina virtute ab hostibus iam præfatis. [et valles] id est, inferiores [scindent] id est, destruent ab inimicis valde velociter. [sicut cetera a facie] id est, præfatis calore [ignis] consumit, [et sicut aquæ quæ decurrunt in præceps] id est, a loco altiori fluunt in bassiorem. Tales enim aquæ diuidunt in guttas seu riuulos. [In scelere Jacob] id est, propter idololatriam decem tribuum, quæ nomine patris sui Jacob exprimunt. [omne istud] id est, tota punitio ista infligitur. [et in peccatis domus Israel] id est, etiam propter alias iniquitates populi Israel, seu decem tribuum, quæ dicuntur Iacob & Israel, quemadmodum pater earum dicitur Iacob & Israel. Vel Iacob & Israel, possunt referri ad regnum Iudæ & Samariæ. [Quod scelus Iacob] præcipuum est [nonne Samariæ] id est, idololatria, quæ in metropoli illa vigeat, vel maiores qui alios ad vitia induxerunt, fueruntque peccati, id est, causa inductiua peccati subiectis. [Et quæ excelsa Iudæ] id est, phana seu loca sublimia, in quibus duæ tribus idololatriam exercebant. [nonne Hierusalem] id est, excelsa quæ in metropoli Iudæ, puta Hierusalem extiterunt, vel circa eam. Exemplo enim regum, qui in Hierusalem idololatriam commiserunt, ceteri de regno Iudæ inducti fuerunt ad idem sub pluribus regibus Iudæ, præsertim sub Achaz & Manasse, ut patet in lib. Regum. [Et ponam Samariam, quasi acervum lapidum in agro] id est, metropolim decem tribuum per Assyrios destruaam, ita quæ ædificia corrupta, erunt velut congeries saxorum positorum in agris. [cum plantas vineas] circa agrum. Tunc enim lapides de loco vinearum colligunt, & in vnum cumulum proiciuntur. [et detrahant] per Assyrios [in vallem lapides eius] id est, estructuras lapideas Samariæ, quæ sita fuit in montibus. [et fundamenta eius reuelabo] id est, funditus destruetur, in tantum ut fundamenta cernantur sub terra. [et omnia sculptilia eius] id est, idola sculpta [conciduntur] id est, ab Assyrijs destruentur, ut quicquid preciosum fuerit in idolis, tollant, siue auri siue argentum. [Et omnes mercedes eius] id est, possessiones, quas ciues Samariæ putabant sibi dari ab idolis pro præmio seruitutis exhibitæ idolis. De quibus dictum est Osee 2. Mercedes hæc meæ, quas dederunt mihi amatores mei, id est, dijs, quibus amorose seruiui. [comburentur igni] illæ videlicet quas Assyrii non consumpserunt, nec abspoliare quiuerunt. [Et omnia idola eius ponam in perditionem] ita quæ destruentur ab hostibus, nec se, nec suos cultores valebunt defendere. [quia de mercedibus meretricis] id est, de diuitijs Samariæ [specialiter fornicantis cum dijs, vel tota gens duodecim tribuum, idolorum cultrix, dicitur meretrix, recedendo a Deo vero, & cum idolis fornicando. [congregata sunt] id est, constata atque collecta sunt idola. Ex preciosis namque materijs fabricati sunt idola. Vnde per Esaiam & Osee Deus conquerit, quæ ex auro & argento suo, quod sibi concessit filijs Israel, ipsi deos seu idola perfecerunt. [Et usque ad mercedem meretricis] id est, Niniue seu gentis Assyriæ corporaliter & spiritaliter fornicantis, [reuerent] id est, in potestatem Assyriorum redigent. Qui quicquid preciosum & placitum inuenerunt in idolis Samariæ, secum tulerunt in Niniuen, quasi pro mercede pugnae suæ contra

contra decem tribus. Immo Deus talia dedit eis pro obsequio, quo sibi contra decem pessimas tribus seruiuerunt, eo modo, quo ad Ezechielem ait, quæ regi ac populo Babylonis dabit bona Aegypti pro mercede obsequij, quæ sibi contra Tyrum seruiuerunt, quæ in Tyro pauca repererunt. Hæc omnia contigerunt decem tribubus maxime tempore Osee regis Israel, ut legitur 4. Regum 17. Nomine quoque Samariæ urbis metropolitana, aliæ vrbes decem tribuum intelliguntur. [Super hoc] id est, de tanta miseria & pressura decem tribuum, [plangam & ululabo] ex magna compassione. [vadum spoliatus] societate populi mei, vel proprijs bonis. Assyrii enim etiam iustorum bona diripiebant. [et nudus] id est, pauper. Vel hoc ideo dicit, quoniam secundum consuetudinem Iudæorum, tempore tantæ tribulationis vestimenta propria laceravit. Vel ad placandum dominum, captiuitate instante, per nuditatem seipsum affixit in penitentia pro alijs. [faciam planctum velut draconum] id est, altum atque horribilem, quemadmodum dracones, cum ab elephantis vincunt, terribili perstreperunt sibilo. [et luctum quasi struthionum] id est, valde miserabilem. Struthio autem sicut in Iob dicitur, durat ad fetus suos, & ouorum suorum immemor, relinquit ea in arena, transfuentium pedibus conculcanda. Nihilominus orta occasione plurimum dolens, suo modo luctum emittit. [quia desperata est plaga eius] id est, iniquitas decem tribuum, quæ est animæ vulnus, insanabilis est, ob suam radicationem in cordibus impiorum, & obdurationem ac incorrigibilitatem peccantium, qui abiecerunt prophetas, & conuerti spreuerunt, quamuis absolute loquendo, non fuerit incurabilis. Vel plaga eius, id est, punitio seu captiuitas populi huius, desperata est, id est, inconuertibilis & irremediabilis, ita quod veniam non mereat, & usque in finem mundi durabit. Hoc modo scriptum est apud Hieremiam: Quid clamas ad me? insanabilis est dolor tuus. Et Osee 9. Non addam ut diligam eos. Hæc est vna ratio tanti ploratus. Alia est, [quia venit usque ad Iudam] id est, culpa & poena decem tribuum, usque ad regnum duarum tribuum venit: quia similia crimina operantes duæ tribus, quæ decem, talia passæ sunt a Chaldæis, qualia decem ab Assyrijs. [tetigit portam populi mei] id est, persequutio Chaldæorum portas urbium Iudæ destruxit [usque ad Hierusalem], inclusiue, quia illam quoque destruxerunt Chaldæi. Vel usque Hierusalem exclusiue. Et tunc de Sennacherib rege Assyriorum, & eius exercitu intelligendum est, qui ascendit super omnes vrbes Iudæ, & obtinuit eas, sicut habet Esai. 27. [In Geth] vrbe Philistinorum, [nolite annunciare] plagam populi Israel, ne vitiose lateat Philistæi, qui semper oderunt Israeliticam plebem. Vnde occisis Saul & Ionatha, David cecinit: Nolite nunciare in Geth, ne audiant circumcisi. [lachrymis ne ploretis,] id est, plangendo nolite interioris tristitiæ signa ostendere, nec in singulibus dolor erumpat, ne rumor ad Philistæos deueniat. [in domo pulueris] id est, occulte in domibus ad luctum aptis, in quibus solent pulueres lugentium capitibus superiaceri. Vel per domum pulueris intelligit habitacula ruinosa, quæ quilibet ingredi potest, ut luceat in secreto. [puluerem vos conspergite] id est, pulueres superponite capiti vestro, quemadmodum consuetudo fuit Iudæis tempore angustiarum, superiacere capiti pulueres, in signum doloris & humilitatis, iuxta illud in Psalmo 45. Quoniam humiliata est in puluere anima nostra. [transite vobis] id est, ad vestram confusionem in captiuitate transibitis, [habitatio pulchra] id est, Samaritani seu decem tribuum habitantes in Samaria, quæ sita fuit in pulcherrimo atque vberissimo loco Iudææ. Habitatio inquam, [confusa ignominia] id est, ignominiosus confusionibus impleta. Confusibiliter enim Assyrii tractauerunt hanc gentem. [non est egressa] id est, nondum de terra sua translata, [quæ habitat in exitu] plebs hæc existens in foribus captiuitatis, seu quasi in ianua exeundi, quia iam protinus capietur. Vel sensus est, quod non est egressa sponte, sed violenter & tracta. [Planctum domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibi met.] Iste est sensus & ordo verborum: Quæ stetit sibi met, id est, domus regni Iudæ, quæ destructa Samaria, sub Ezechia adhuc stetit firma sub protectione diuina. Quoniam tempore Ezechie Deo seruiuit, accipiet ex vobis, id est, vestro exemplo, o decem tribuum planctum domus vicinæ, id est, causam lugendi taliter, ut vos luxistis. Domus enim vicina dicitur regnum decem tribuum, quod proximum fuit regno Iudæ. Regnum vero Iudæ tempore Manasse imitabat peccata & idololatriam decem tribuum. Sicque sumpsit ex eis causam suæ punitiois a Chaldæis, quam sustinendo deplaxit. Vel est sensus: Quod aliqui ex duabus tribubus audientes decem tribuum captiuitatem, condoluerunt, & sibi metipsis metuebant plangentem. [Quia infirmata est in bonum] id est, a bono & cultu diuino defecta est, [quæ habitat in amaritudine] id est, domus regni Iudæ insitens peccatis. Deum ad amaritudinem prouocantibus. Vel habitans in poenis, quas propter sua peccata incurrit. [quia descendit malum a domino] id est, punitioem Deum adduxit per Assyrios seu Chaldæos, [in portam Hierusalem] quam destruxerunt Chaldæi. Vnde dñs ait per Hieremiam 25. Ecce ego assumam seruum meum Nabuchodonosor, & conuocabo regna Babylonis, & veniet, & ponent vniuersique solium suum in portis Hierusalem. Rex quoque Assyriorum de Lachis misit Rapsacem cum manu graui ad Hierusalem

Ezec. 16.

Hier. 29.

Gene. 18

1. Tim. 6

Num. 22

Psal. 79.

Gene. 25.

Gene. 32.

4. Re. 16.

4. Re. 21.

Esai. 30.

Osee. 8.

Iob. 39.

Hier. 30.

4. Re. 17.

4. Re. 25.

2. Reg. 16.

4. Re. 18.

2. Par. 29.

4. Re. 21.

2. Par. 33.

4. Re. 17.

4. Re. 25.

Hierusalem. [Tumultus quadrigæ stuporis] id est, strepitus quadrigarum seu curruum ho-
 4. Re. 19. filium, ad stuporem mentis inducentium, incutiendo magnum timorem venit, [habitan-
 2. Par. 32. ti Lachis] id est, habitatoribus civitatis sic dictæ, quam vastavit Sennacherib, q̄ capta, p̄te
 Iosue 10. xit contra Lobnam. Et sic ista exponuntur de Assyrijs & Lachis vrbe Iudæ. Alij vero expo-
 nunt de Chaldæis & Lachis, quæ alio nomine dicta est Dan, sicut q̄ sita in termino Aquilona-
 ri terræ promissionis, per quam Chaldæi cum curribus & equitibus intraverunt contra Iu-
 dæam. [Principium peccati est filia Sion.] Hoc secundum primam præcedentis clausulæ
 expositionem ita accipit: Lachis quæ fuit in regno Iudæ, fuit principium peccati & idolo-
 latriæ filia Sion, id est, vrbi Hierusalem & Iudææ, seu populo Iudæ communiter. [quia in te]
 Esaię 10. o Lachis inuenta sunt scelera Israel] id est, idololatria vitiaq̄ annexa decem tribuum, & ita
 per te, velut per portam, intraverunt regnum Iudæ. Quo ad secundam præcedentis clausu-
 læ interpretationem, iste est sensus: Quod Lachis, quæ dicta est Dan, fuit principium idolo-
 latriæ regno Iudæ, quoniam in Lachis à tempore ludicum fuit idolum Michæ, vt dicitur in
 Iudi. 18. libro Iudicum. Et ita ex Lachis derivata est idololatria ad decem tribus, à quibus vltra pro-
 3. Re. 12. cessit ad duas. Hæc tamen expositio videtur ambigua, quia Hieroboam filius Nabath, redi-
 ens ex Aegypto, cœpit idololatriam in decem tribub⁹, quã non didicit in Lachis seu Dan.
 Veruntamen in Dan, fuit vnus vitulorū aureorum, sicq̄ quodammodo fuit decem tribub⁹
 principium huius facinoris. [Propterea] id est, propter vitia nunc expressa, aut similia. [da-
 bit] rex Assyriorum, vel Deus per illum mittet [emissarios] i. pugnatores siue larrunculos,
 vel sagittarios [super hæreditatem Geth] id est, contra urbem metropolim Philistinorū
 nomine Geth, & contra diuitias eius, quæ vrbs & cuius habitatores fuerunt [domus men-
 daci] in deceptionem regibus Israel, id est, reges Israel mentiendo de ceperunt, sicq̄ merue-
 runt hanc pœnam. [adhuc hæredem] id est, alienos hæredes seu hostes Assyrios, bona tua
 rapientes ac possidentes, [adducam tibi] plebs Israel, [quæ habitas in Maresa] id est, vrbe
 sic appellata. [vsque ad Odollam] id est, habitatores civitatis illius ad terram promissionis
 4. Re. 17. pertinentis. [veniet gloria Israel] id est, ignominiosa captivitas decem tribuum, quia &
 ipsi ab Assyrijs capti sunt. Loquitur autem propheta ironice, intelligendo per gloriam
 2. Re. 6. Israel, confusionem ipsius, quemadmodum Micol ait ad David: Quam gloriosus rex Isra-
 el hodie. [decaluare & tondere] id est, o Samaria & Israel, cui tanta confusio imminet, de-
 pone ornatum, & more captiuorum radere ignominiose, in signum calamitatis tuæ atque
 tristitiæ. [super filias deliciarum tuarum] id est, propter captiuitatem filiorum tuorum, qui
 aliquando delictiosi fuerunt, & delicate nutriti. [dilata caluitium tuum] id est, magna sit de-
 caluatio tua tonsioq̄ præfata. [sicut aquila] cui excidunt plumæ ob vetustatem, [quoniam
 captiu] ducti sunt ex te] id est, filij tui mox in captiuitatem ducentur. Immo tempore hui⁹
 4. Re. 17. prophetiæ iam multi fuerunt capti & pressi seu interfecti sub regibus Assyriorum Phul &
 Teglat. Postremo hanc expositionem literalem atq̄ consimiles dicit se ab Hebræis didicisse
 sanctus Hieronymus.

¶ Elucidatio moralis eiusdem primi capituli. Art. II.

M Ichæas interpretat humilitas. Morasti vero hæres. Qui igitur humilitate ornatur, di-
 scens semper à Christo, quoniam mitis est & humilis corde, & ad cælestis pertinet hæ-
 11. Matt. 11. reditatis sortem, cui præparauit Deus, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
 Esaię 64. ratio comprehendit. Hic talis illustratur à spiritu sancto, sitq̄ ad eum verbum domini, &
 audit quid loquatur in ipso dominus Deus, quoniam diuino instinctui acquiescit. Hinc Sa-
 lomom ait Pro. 11. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Nempe quo homo seipsum Deo profundius
 humiliusq̄ supponit, eo Deus gratiosus ad ipsum conuertitur, & vacuitatem eius libe-
 raliter implet, quia humilitas in veritate fundatur. Et quanto se aliquis verius perfectiusq̄
 dinoscit, eo se declinatus, timoratus, atq̄ intimius deprimat. Ac per hoc a tera & increata
 veritati charior fit atq̄ propinquior. Propter qd ait Saluator Luc. 14. & 18. Qui se humiliat,
 12. Iob. 22. exaltabit. In lib. Iob quoq̄ inducit: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Itaq̄ si in virtute &
 gratia radicari, si radio sapientiæ illustrari, si Deo dilecti, vicini ac intimi esse optamus, humili-
 mur ex toto corde sub potenti manu DEI, cuius comparatione est totus mundus tan-
 quam puluis exigu⁹. Deniq̄ humilis iam præfatus videt verbum domini [super Samariam]
 id est, fictos & reprobos Christianos, qui dicant se nosse & diligere Christum, factis autem ne-
 gant. Samaria vero interpretat custodia, per qd de signant virtuosos in proprijs oculis, simu-
 13. Iob. 13. latores vani atq̄ hypocritæ, qui se Christi legem iactant seruare. Quid ergo de istis dicat
 dominus, audit & noscit humilis à Deo instructus, quoniam de talibus nouit scriptum Iob 36. Si
 mulatores & callidi prouocant iram Dei. Et, Non veniet in cōspectu Dei omnis hypocrita.
 De quibus ait Saluator Mat. 23. Væ vobis, q̄ similes estis sepulchris dealbatis, q̄a foris parent
 hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitate: sic & vos
 quidem à foris paretis hominibus iusti, intus vero pleni estis hypocriti & omni iniquitate.

Proinde

Proinde simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas. [Et Hierusalem] id est, talis quæ
 que intelligit, qd de electorū ecclesia Deus pronūciat, scilicet, qd omnes qui volūt pie viuere in
 Christo, persequutionem patient. Et qd omnes qui placuerunt Deo, per multas tentationes
 2. Tim. 1. Iudic. 8. transierunt fideles. Talibus quippe ait Saluator Ioan. 15. Si me persequuti sunt, & vos perse-
 quentur, quia non est seruus maior domino suo. Et denuo ait 16. Mundus gaudebit, vos au-
 tem contristabimini, sed tristitia vestra vertet in gaudium, & gaudium vestrū nemo tollet à vo-
 bis. [Audite populi omnes, & attendat terra,] id est, ecclesia militans degens in isto exilio,
 [et plenitudo eius] id est, gratiæ spirituales concessæ fidelibus, scilicet virtutes, & dona spiri-
 tus sancti: quatenus procedant ad actum, dum verbum Dei proponitur. [Et sit dominus De-
 us vobis in testem] id est, Christus, qui est testis fidelis, sit testificans contra vos, si male ege-
 ritis: & pro vobis, si bene. [Quoniam ecce dominus] Christus [egredietur de loco suo]
 id est, de summo cælo in die iudicij. [Et descendet] secundum naturam assumptam. [Et
 calcabit super excelsa terræ] id est, superba huius mundi dericiet. Vnde Ecc. 24. Omnium,
 inquit, excellentium & sublimium * colla calcaui. Et Prouerb. 8. Arrogantiam & superbi-
 am, viam prauam, & os bilingue detestor. Hinc Hieremi. 13. præcipitur: Nolite eleuari, sed
 date gloriam domino Deo vestro, antequam contenebreat, & antequam offendant pe-
 des vestri ad montes caliginosos. Præterea, intra bonos & humiles calcet Deus, quoniam
 in illorum cordibus habitat, ambulat, epulatur. Sed supra superbos & malos calcet, quoniam
 am deprimat, spernit, & damnat eiusmodi. Nec solum intra electos & humiles calcet Deus,
 sed insuper quasi supponit se eis, dicente Psalmista de electo: Cum ceciderit, non collidetur,
 quia dominus supponit manum suam. Et Mose Deut. 1. Portauit te dominus Deus tuus,
 sicut portare solet mulier filium suum. O quanta vnio atq̄ communiō Dei sublimis, & ser-
 uuli humilis. [Et consument montes, & valles scindentur] id est, vniuersi superbi, & terrenis
 rebus immersi, qui valles dicunt, de quibus loquitur Hieremias 17. Recedentes à te, in terra
 scribentur, peribunt. [In scelere Iacob] id est, propter peccata fidelium [omne istud] pro-
 pter culpam enim infligit pœna. Propter quod scriptū est Iob 4. Recordare, obsecro, quis
 vnquam innocens perijt? quin potius vidi iniquos domino stante perijisse. [Quod scelus Iac-
 cob] id est, Ecclesiasticorū & electorū virorū, [nonne Samaria] id est, ad quod à peruersis in-
 ducunt, à quibus frequenter pertrahunt ad vitia, dicente scriptura: Cū peruerso peruerteris,
 Et: Qui tetigerit picem, inquinabitur. Vnde Num. 16. Moses loquitur: Recedite à taber-
 naculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad illos pertinet, ne inuoluamini in pec-
 17. Psal. 17. catis eorum. Hinc gratulabundus & gratus concinat Psalmista: Protexisti me à conuentu
 13. Ecc. 13. malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. [Et quæ excelsa Iudæ] id est, animo-
 63. Psal. 63. sitates & vanitates confidentium Deo, seu Christianorū bonorū. Qui licet sint perseverantes in
 gratia, tamen subinde superbiæ vanitatisq̄ sentiunt motus. [nonne Hierusalem] id est, ille
 ad quas exemplo superiorū ac prælatorū inducuntur, qui in ecclesia sortiuntur primatum,
 sicut Hierusalem erat in Iudæa metropolis. Dum enim subiecti conspiciunt tales pompa-
 tice ingredi, vanitatibus occupari, & intimore coram altissimo conuersari, tunc & ipsi
 ad aliqua mala labuntur, vel superiores incaute iudicando, vel eos in illicitis imitando,
 vel ex ignorantia præuaricando, quia non erant à suis edocti prælati. [Et ponam Samari-
 am] id est, reprobos, [quasi acervum lapidum] quando in fine seculi ligabuntur fasciculi
 & fasciculi, & congregati congregatione vnus fascis, simul proijcientur in tartarum, ibiq̄
 recludentur in carcere. [Et detraham in vallem] infernalis laci [lapides eius] id est, duriti-
 am cordis, vel fortitudinem, de qua præsumpsit. Aut certe virtutes, quas se iactauit aut
 simulauit habere, quæ non erant veræ virtutes, sed lutū & fæces. Idcirco cum veniens Chri-
 stus illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit consilia cordium, cognoscen-
 tur vere ab omnibus, tuncq̄ clarissime comprehendentur astuti in astutia eorum. [Et fun-
 4. 1. Cor. 4. damenta eius] id est, vanitates in quibus se fundauit, [reuelabo] id est, omnibus notificabo,
 Iob. 3. vt agnoscant æquitatem iudicij mei. Hi siquidem tanquam stulti, ædificant domum suam
 super arenam: idcirco veniente fluuio, ventoq̄ flante, cadit structura. [Et omnia sculptilia
 eius] id est, verba composita, ornatus superflui, excogitata doctrinæ fallaces. [conceden-
 tur, & omnes mercedes eius] id est, diuitiæ contra ius acquisitæ per artificia praua, laudes q̄-
 que & honores ab hominibus exhibiti eis. [comburentur igni] id est, damnationi faciēt eos
 obnoxios. Opera enim illoꝝ sequunt illos. Propterea scriptum est Esa. 1. Erit fortitudo im-
 14. Apo. 14. pioꝝ vt fauilla stuppæ, & opus quasi scintilla, & succendet vtrunq̄ simul. [Et omnia idola
 1. Ioan. 5. eius] id est, simulacra. De quibus ait Ioh. Custodite vos à simulacris, scilicet vanis cogitatio-
 nibus, inutilibus phantasijs, formis, imaginibusq̄ nociuis, quæ mentem depingunt & ma-
 culant, atq̄ à stabili diuinorū contemplatione spediunt. [in perditionem ponam] i. conde-
 mnabo ac puniam. [Quia de mercedibus meretricis] id est, animæ à cælesti sponso auersæ,
 [congregata sunt]. Anima enim meret gratia priuari, quo factō, incidit & colligit sibi pluri-
 ma mala

ma mala, quæ sunt culpa & poena culpa. [Et vsq; ad mercedem meretricis] id est, diabolicæ ac infernalis congregationis incessabiliter à Deo se auertentis. [reuerent] id est, operatores iniquitatum istarum à dæmonibus possidebuntur velut mercedes, quas diu tenendo & impugnando adepti sunt. [Super hoc plangam & ululabo] perentibus cordialiter condolendo, & iniquorum duritiam deplorando, sicut Apostolo tristitia magna fuit, & dolor continuus pro fratribus suis impenitentibus incredulisq; Iudæis. Qui iterum loquitur: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vrort? [Vadam spoliat] & nudus id est, frustratus spe mea de illorum saluatione, vel in paupertate ac nuditate poenitentiam agens. [faciam planctum velor draconum.] Quanto enim anima est nobilior corpore, & quanto æterna damnatio grauior est omni temporali supplicio, tanto vehementius dolendum ac flendum est de animarum periculo & damnatione perpetua, quam de corporum ægrotatione, seu quacunque temporali afflictione. [Quia desperata est plaga eius.] Hoc de peccatis in spiritum sanctum specialiter accipi potest, quæ intantum desperata sunt, quantum & irremissibilia. Nam & impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Et Apostolus ait: Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Cum ergo homines charitate flagrantem viderint quempiam durum & incorrigibilem, maxime dolent, nec cessant. Sed dum desperant se posse in illo proficere, iugi supplicatione conuertuntur ad Deum, vt cor lapideum auferat, & mentem immutet. [Quia venit vsq; Iudam] id est, quosdam de ecclesia infecit prauitas malignor. [tetigit portam populi mei] id est, p-latos, qui esse debent alijs via & ianua introeundi ad Christum, tanquam mediatores inter Deum & nos. [vsq; ad Hierusalem] id est, supremos pastores, intantum, vt sicut populus sic sacerdotes. [In Geth] id est, persecutorib; Christianor. [nolite annunciare] plagas ecclesie, ne Chm blasphemet, & de fidelium aduersitatibus gloriet, Geth autem interpretatur torcular, quo oppressores iustorum significatur. [Lachrymis ne ploreris] in publico, ne illi percipiant & exultent. [In domo pulueris] id est, locis abditijs & humilibus [puluerem vos cosperserit] id est, in secreto vos humiliat, flete, & poenitentiam agite, presertim de peccatis occultis, vt cum Psal. dicatis: Similis factus sum pelecano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. [Transite vobis habitatio pulchra] id est, qui in mudo isto floretis ac prosperamini, in damnationem transibitis, nisi poeniteatis. Idcirco transite de vitijs ad virtutes, de terrenis ad diuina, de multis ad vnum, de creaturis ad creatorem. [Confusa] ignominia, id est, quo nunc à dæmonibus turpiter fallimini, & ignominiosis peccatis subdmini. [non est egressa, quæ habitat in exitu] id est, congregatio iniquor, quæ statim de seculo isto ad aliud perget, non egreditur de pristina conuersatione iniusta, & de amore sensibilibus ad contemplationem cælestium, nec nouissima sua perpendit, sed sic viuit, quasi mortura non esset, sola presentia atque mundana curando. [Planctum domus vicinæ summet ex vobis, quæ stetit sibi] id est, virtuosi in virtutibus permanetes, ex ruina & damnatione proximor suor peruersorum lugebunt. [quia infirmata est in bonum] id est, à bono defecit, nec in opera virtuosa viriliter fortiterq; processit. [Quæ habitat in amaritudinib;] id est, peccatis seu afflictionibus, de quibus loquit Iob 13. Scribis enim contra me amaritudines. [Tumultus quadrige stuporis] id est, multitudo tentatiõis diabolicor spirituum obstupescientium corda, ne sentiant ea quæ sunt spiritus Dei, veniet [habitanti Lachis] id est, vagis & intimatoris, qui ambulat in vanitate sensus sui, nec stabiliuntur in Deo, de quib; fertur in Psalmo 11. In circuitu impij ambulat. Et Deus meus pone illos vt rotam. Lachis autem interpretat ambulatio. Hinc ad cordis stabilitatem vbertim hortat nos diuinus Apostolus, secundum quod ait 1. ad Corinthios 13. Stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere bono. Alibi quoque: Optimum, inquit, est gratia stabiliri cor. Hinc secundum philosophum, ad sapientes & virtuosos præcipue spectat stabilitas mentis. Instabilitas vero, insipientiæ signum est. Et competit his, qui passionibus agitantur atq; vincuntur, debilesq; consistunt in iudicio rationis. Debemus ergo rationem diuina lege instructam immobiliter sequi, passionumq; inhonestissimis impulsionibus dominari. Nec tamen esse debemus duri & pertinaces, vt illi qui suam pertinaciam asserunt stabilitatem. Deniq; Lachis, id est, instabilitas ista & euagatio cordis. [principium peccati est filia Sion] id est, animabus fidelibus, quæ nisi omni diligentia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Et in Eccle siast. Non ventiles te in omnem ventum. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & prosequatur te verbum pacis: [Propterea dabit] dominus [emissarios] id est, diabolos impugnatores [super hereditatem Geth] id est, incircuncisos corde, qui velut torcular opprimunt bonos, & meliores se vexant. Cum hi, qui in grauioribus culpis sunt, non debeant accusare, punire, vel iudicare eos, qui minus culpabiles sunt, secundum Ambrosium, præfer

tim

tim cum in euangelio dicat saluator: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt eijcias festucam de oculo fratris tui. Hi autem Geth [sunt domus mendacij] id est, filij falsitatis, agentes contra veritatem vitæ, iustitiæ, atq; doctrinæ. [in deceptionem regibus Israel] id est, prælatorum ecclesie, vel hominum virtuosorum, qui regunt seipfos in omnibus secundum diuinæ legis directionem ac normam. Tales nanq; interdum falluntur & subuertuntur ab illis. [Adhuc heredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa.] Dum aliquis à malis conuersus, Deo adhæret, fit Christus hæres seu possessor ipsius: si vero ad vomitum redeat, & peccatis subijcitur, possidetur à dæmone. [vsque Odollam] id est, haurientes mala & obseruatores malor, [veniet gloria Israel] ironice, id est, confusio Christianorum iniustor. Qui enim obseruator est malor, opprimetur ab eis. Odolla autem interpretatur testimonium hauritionis eor. Et in Prouerbis legit: Fili, si malus fueris, solus hauries mala. [Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum] id est, o ecclesia vel prælate, cuius filij olim spiritualibus gratijs abundabant, & nutriebantur in croceis, panem filiorum vescentes, signa doloris assume, & lugubri habitu vesti te, propter spiritualem ruinam, reciduationem, & subuersionem filiorum tuorum, qui nunc in terrenis volutantur, stercore amplexantur, carnalibus vitis inquinantur, & à diabolo capiuntur ac vincuntur vinculis vanitatis, elationis & incorrigibilitatis. Quemadmodum enim maximū gaudium boni prælati est, gregis sibi commissi profectus, secundum quod ait Ioannes in tertia sua canonica: Maiorem horum gratiam non habeo, q̄ vt audiam filios meos in veritate ambulantes. Ita præcipuus mœror eiusdem, esse debet gregis sui peruersitas.

¶ Expositio Cap. II. Væ qui cogitatis inutile.

Art. III.

VÆ qui cogitatis inutile. Quidam asserunt loqui prophetam ad decem tribus. Alij vero, ad duas. Sed ad totum duodecim tribuū populum referri hæc possunt. [Væ] item poralis captiuitatis & æternæ damnationis imminet vobis, nisi poeniteritis. [qui cogitatis inutile] id est, nociua seu alijs insignere nocumenta. Quorundam enim poena hic incipit, & in futuro continuatur. Constat autem ex isto, q̄ in cogitatione consistat peccatum. Propter quod dominus ait Esai. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. [et operamini malum in cubilibus vestris.] exercendo luxuriæ vitia. Vnde in Amos præhabitu est: Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. [In luce matutina] id est, cito, festinanter, & mane in ipso diluculo, dum lux solis incipit emicare. [faciunt illud] id est, male cogitata in nocte ad effectū deducunt. [quia contra Deum] id est, diuinæ voluntati ac iussioni contraria [est manus] id est, operatio [eor] vel potestas, quam à Deo sortiti sunt, qua abutuntur. Vnde Iob 15. dicitur: Cucurrit impius aduersus Deum. Et in Leuitico dñs ait frequenter: Si ambulaueritis ex aduerso mihi. Deinde specificat mala istorum. [Et concupierunt agros] alior. In quo pater auaritia hor, cū dñs iusserit Exo. 20. Nō concupisces rem proximi tui, nō agrū, nō seruū &c. [et violenter tulerunt] id est, per potentiam abstulerunt, tanq; raptores & inferior oppressores, [et domos] alienas concupiscendo, [traperunt] eas vel contenta in eis. De talibus dicitur in Esai. Væ, qui conuigitis domū ad domum, & agrū agro copulatis. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? [et calumnia bantur virum] id est, viros egenos, vel subditos aut quietos, [et domum eius] id est, posteritatem, prolem, seu familiam [virum & hereditatē eius] i. possessiones, nec ætati virili nec iuuenili parcentes, & proximos suos persequentes in personis & filijs ac rebus eor. De hac violentia & crudelitate, presertim quantum ad decem tribus, dictū est plenius super Osee & Amos. Illos enim scique persequerant ac spoliabant, qui relictis aureis vitulis, pergebant ad templum Hierusalē adorare dominū. Prophetæ autē, quantum ad ad materiam, in multis coincidunt, quauis in forma verbor atq; metaphoris distinguantur. Nec mirū, quoniam multi eor eodem tempore & ad eosdem varicinabantur. [Idcirco] id est, propter hæc mala culpa, [hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiam istam] id est, tribus Israel [malū] id est, iustam punitionem seu vltionem, quæ non est mala in se, sed patientib; nocet seu dura est, & mala apparet. [vnde non auferetis colla vestra] i. illud non effugietis, sed portare cogemini, eiq; subdemini, quemadmodū collum subijcitur oneri. Solent enim circa collum pondēra deferenda locari. Ideo nomine colli totum, videlicet homo puniendus, signatur. [et nō ambulabitis superbi] id est, collo erecto in signū interioris tumoris, sed inimicis eritis subditi ac depressi. Cordis nanq; superbia in incessu solet lucere, [quoniam tempus] captiuitatis vobis instantis, [pessimum est] id est, plenum aduersitatibus & vindicta. Quauis tempus in seipso malum non sit, sed secundum eā quæ in ipso sunt, dicitur bonum vel malum, melius siue deterius. Hæc autem impleta sunt tempore captiuitatis decem tribuum ab Assyrijs, & duar; à Chaldæis, immo & à Romanis, quia tempore Christi prædicta peccata in populo Iudæorū fuerunt. Et post Christi ascensionem bona primitiuæ ecclesie partim diripuerunt, atq; ex Iudaismo in Christū credentes multipliciter calumniabant, secundum

P quod

Matt. 7.

Prou. 11.

Ioan. 6.

Amos. 6.

Leuit. 26.

Esai. 56.

Osee. 9.

4. Re. 17.

quod dicit Apostolus: Rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis. [In die illa] captiuitatis vestræ, [sumet super vos parabola] id est, de vobis seu vestra calamitate accipiet atq; dicitur ab aduersarijs vestris prouerbiū quoddam derisorium. Vnde per Hieremiam dñs ait: *quemer*: Ponam locū istum in sibilū & in parabolam omnibus transcurrentibus per eum. [Et cantabitur] ab æmulis vestris [canticum cum suauitate] i. dulci melodia, [dicentium] i. carmen vestrum seu de vobis compositum, qui dicitis, [Depopulatione] id est, cū magna direptione & oppressione, [vastati sumus] ab hostibus. Itaq; miserix vestræ venturæ illis in canticū. De talibus enim rebus solent carmina fieri. [Pars populi mei] id est, templū meū, qd Hieronymus exponit de templi destructione, eritq; sensus, Pars populi mei, id est, templū meū, qd solum in populo Iudæorū habebā, [commutata est] i. ad ruinam mutatū, seu demolitū à Chaldeis. Alij ita exponūt, Pars populi mei, id est, decem tribuum, cōmutata est, i. deiecta. Antequam em̄ Salmanasar, rex Assyriorū, decem tribus vastauit, iam partim captæ occisæq; erant à Teglatphalasar & Phul regib⁹ Assyriorū. [Quomodo recedet à me] i. à terra mea vastator illius. Et sic verba istorū dicuntur in persona Dei. [cum reuertatur, qui cogitationes vestras diuidat] id est, extraneis tradat ac mensuret ad possidendū. Salmanasar enim rex Assyriorū vastauit decem tribus, & tunc Osee rex Israel fecit pacem cū eo soluendo tributū. Postea vero conatus est rebellare, querendo à rege Aegypti auxilium. Quo audito, Salmanasar rediit, & decem tribuum regnū destruxit, atq; in terra illa alienas constituit gentes, vt legitur quarto Reg. Simile est de Nabuchodonosor, quantū ad duas tribus. Capto enim Ioachim, constituit Sedechiam in regem. Quem cum audisset velle rebellare, reuersus est, & duarum tribuum demolitus est regnū, & in suam potestatem regionē illam redegit. Ideo subditur: [Propter hoc non erit tibi] o familia Israel, super quam cogito malū, [mittens funiculum sortis] id est, dans tibi partem hæreditatis, [in cœtu dñi] id est, in terra promissionis, in qua sancti domini habitauerunt, & quam Iosue sorte diuisit filijs Israel. Vel sic: Non erit mittens funiculū sortis in cœtu domini, i. nullus de populo Iudæorū, qui erant exercitus Dei, mittet tibi mensuram hæreditatis per sortem: quoniam terra promissionis alijs dabit. Decem enim trib⁹ vsq; in præsens priuatæ sunt terra paterna. Et duæ tribus sub Chaldeis septuaginta annis fuerūt translatae, à Romanis vero finaliter sunt expulsæ. Consequenter reprimitur vana spes seu præsumptio Iudæorū. [Ne loquamini loquentes] id est, nolite loq; verba ista sequentia: [Non stillabit super istos] malum, id est, super tribus Israel partem ac populū Dei, non irruet pœna quam minantur prophetae. [non comprehendet] istos [confusio] id est, ignominiosa captiuitas, & sub hostibus deiectio. [dicit domus Iacob] id est, familia Iudæorū. [Nunquid abbreviatus est spūs domini?] Ista sunt verba, quib⁹ sibi inanem spem mutuo tribuebāt, præsumendo de misericordia Dei, nec tamen cessando à vitijs, sicq; peccantes in spe. Et est sensus: Nunquid abbreviatus est spirit⁹ dñi. i. bonitas seu voluntas Dei, alijs larga ac beneficiua, nō est vtiq; minorata. De quo spū scriptū est in libro Sapientix: Oq; bonus & suavis est, dñe, spiritus tuus in omnibus. [aut tales sunt cogitationes eius?] vt scilicet cogitet super nos mala, & vetera vitia vlciscat, tanquam seuerus & iracundus, qui omnibus clemens est, & maxime populo suo peculiari. Huic præsumptioni Deus respondet: [Nonne verba mea bona sunt] id est, pia & consolatoria, boniq; promissua, [cum eo qui recte gradit⁹] id est, iusto seu pœnitenti, qui in semitis iustitiæ ambulat, non autem impœnitentibus & præsumptuosis. q̄ si dicat, Bonus sum bonis, & seuerus iniquis non pœnitentibus, secundum quod dicit Apostolus ad Roma. Vide bonitatem & seueritatem Dei, seueritatem quidem in eis, qui ceciderunt: in te autem bonitatem, si tamen permanseris in bonitate. Quod itaq; Deus non parcat, non contingit ex abbreviatione spirit⁹ eius, sed ex duritia præsumptioneq; nostra, iuxta illud Esaiæ: Ecce non est abbreviata manus domini, vt saluare nequeat, neq; aggravata auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter Deum vestrum & vos, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. [Et e contrario populus meus in aduersarium confurrexit] id est, cum verba mea sint bona rectis, tamen viceversa populus Israel, qui debuit mihi per charitatem seruire & amicabiliter consentire, factus est mihi resistens & inobediens, atq; in aduersarium cōmutatus, idola colens, & alia mala exercens. Vnde Symmachus transfult: Populus meus quasi inimicus resistit. [Desuper tunicam pallium sustulistis] id est, vestimenta inferiorū seu impotentium violenter rapuistis. [Et eos qui transibant simpliciter] id est, innocentes & simplices, [conuertistis in bellū] eos in impie impugnando, & ad resistantiam concitando, vel contra alios excitando. Potest quoq; per palliū, Dei auxilium accipit & per bellū, inobedientia seu rebellio contra Deū. Sacerdotes ergo & principes per hoc, q̄ quosdam bonos ac simplices à cultu Dei ad idololatriā aliq; piacula induxerūt, priuauerunt eos auxilio Dei, & contra Deū incitauerūt, quasi in bellū. Sic exponit Hieronym⁹. [Mulieres populi mei eiecistis] id est, captiuas ire fecistis vel expulistis, [de domo deliciarū suarum] id est, à proprijs habitaculis, in quibus cum viris & liberis suis lætanter vixerunt, [à par-

à paruulis earū tulistis laudem meam in perpetuum] auertendo filios earū à cultu diuino, vel occidendo, vel in captiuitatem mittendo, ita vt dicant: Quomodo cantabimus canticū do mini in terra aliena? [Surgete, & ite] i. ppter tanta facinora surgentes coacti, in captiuitatem transibitis, q̄a non habetis hic requiem] i. in propria terra nō meremini q̄tam habere mansionem, [propter immūditiam eius] i. culpam terræ seu plebis huius [corrumpentur putredine pessima] i. captiuitate & vastitate grauissima per Chaldeos sue Romanos. Deinde pphe ta ostendit se ista non dicere cōgratulando de imminenti⁹ Iudæorū periculis, sed vehemētissime condolendo. [Vtinam non essem vir habens spm̄] i. Hoc dupliciter accipi potest. Hieronymus em̄ exponit sic: Vtinam verus propheta nō essem, sed pseudo & spū sancto carerē. [et mendaciū potius loquerer] i. falsa essent q̄ futura prædico, quatenus multitudo Iudæorū conuerteret, & crederet in filium Dei. Secūdo exponitur sic: Vtinam non essem vir habens spm̄, i. gratiam prophetiæ, & mendaciū potius loquerer, id est, non eueniret qd dico. Sed primæ expositioni potest opponi, q̄ homo non debet eatenus affici & compati alijs, vt velit charitate & gratia gratumfaciente priuari & pseudo consistere, cū dicat saluatori: Quid proficit homo, si lucret vniuersum mundū, seipsum aut perdat? Ordo qppe charitatis cadit sub præcepto. Secūda quoq; expositioni obuiare videtur, q̄ homo non debeat veniale peccatum committere, vt liberet alium à mortali, vel quocūq; tormēto, cū peccatū sit infinitæ fugibilitatis. Et respondendū, q̄ verba huius sanctissimi Michææ, secundum expositionē primam accipi possunt per hyperbolen seu excessum, q̄modo ait Apostolus: Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis Iudæis. Et Moses: Aut dimittē populo hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. Talia nempe per excessum dixerūt, q̄niam aliter plene exprimere non valebant charitatis suæ fraternæ feruorem. Porro, iuxta secūdam expositionē, mendaciū sumitur materialiter, non formaliter, scilicet pro sermone, q̄ aliunde ab effectu rationabiliter impedit, & tamen sine intentione fallendi implend⁹ asserti. Considerandū est in his, q̄ntus erat in sancto hoc vate zelus salutis fraternæ, charitatisq; feruor, q̄ maluit absolute gratia prophetiæ, q̄ est gratia gratis data, & sine peccato potest amitti, carere & mēdax q̄dammodo apparere, q̄ populū suū perire. Non talis videt fuisse Ionas, q̄ petiuit animę suæ vt moreretur, q̄niam prophetia eius non implebat; quauis inter prophetas non oporteat facere cōparationem in talib⁹, cū spirituū ponderator sit dñs: cōparationes q̄q; odibiles sint. Sed q̄a propheta agnouit vaticiniū suū certissime adimplendū, tanquam ad p̄destinationis pertinens prophetiā, subiungit: [Stillabo] i. verba futuræ punitionis p̄ modum pluuix fundam, dicamq; [tibi in vinum & in ebrietatem] i. illa tibi per modū poculi ppinabo tam copiose, q̄ afflictionibus inebriaberis. [et erit, sup quem stillatur] i. qui effectum comminationis meæ patietur, ita q̄ stillatio verborum meorū cadet in eos, de quibus subiungit: [populus iste] i. plebs Iudæorū. Solet aut pœna abūdans, potus vocari, & nomine calicis designari. Præterea post austeritatem instātis periculi, describit propheta consolationem beneficij exhibendi, loquens in p̄sona Dei: [Congregatione cōgregabo Iacob, totum te in vnū cōducam reliquias Israel.] Locus iste multipliciter explanat. Quidam em̄ exponūt hæc de reditu Iudæorū à Babylonica captiuitate, in q̄ licet omnes Iudæi reuersi non sint, maiores tamen & principales redierūt cū alijs plurimis. Et vniuersis data fuit à Cyro rege Persarū licētia redeundi. Videt q̄q; expositio ista nō dissona, si superiora de Babylonica captiuitate elucidentur. Alij vero exponūt de Iudæorū generali cōuersione in fine seculi, vt sit sensus: Congregatione, i. spiritali vnione in fide catholica, indiuidua charitate, sp̄q; diuina: cōgregabo Iacob totū te, id est, oēs duodecim tribus, tunc em̄ omnes credent in Christū per prædicationē Helix, Christo restante: Helias cū venerit, restituet omnia. [in vnū cōducā reliquias Israel pariter] i. electos Iudæos, q̄ tūc supstites erūt, vt oīm sit cor vnū & anima vna, quod & post Babylonicam captiuitatem aliq̄ modo impletū est, iuxta illud Hiere. 32. Dabo eis cor vnū & animam vnā. [ponam illū q̄si gregem in ouili ecclesie] i. in militati ecclesia eos constituā sub imperio Christi, sub cuius directione obediēter procedent, sicut grex ouium sub virgā pastoris. Tunc em̄ perfecte fiet vnum ouile, & vnus pastor. [q̄si pecus in medio caularū] id est, in domibus & pascuis dominici ouilis collocabuntur, sicut inmenta in stabulis, [et tumultuabunt] i. in maxima multitudine erunt, atq; cōmuni laude in Dei venerationē erumpent. Per hanc igit tumultuationem non designatur commotio veræ quieti contraria, sed credentiū inestimabilis copia. Propter qd subditur: [à multitudine hoīm] p̄ nimiam pluralitate fidelium. [Ascendet em̄] i. Chrs, de quo ista dicuntur, sicut patebit, in cordibus illorū erit, eosq; docebit ac ducet, [pandens iter ante eos] i. viā salutis illis ostendet ad dirigendū pedes eorū in viam pacis, vt impleat in illis illud in Psalmo: Viderūt ingressus tuos De⁹, ingressus Dei mei, regis mei, q̄ est in sancto. [diuidet, & transibūt portā] i. rectā & arctam ianuā ducentem ad vitā, de qua scriptū est: Intrate per angustam portam. Et denuo: Quam angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Vel porta est fides ecclesie, vel baptis-

Psal. 136.
Matt. 18
Marc. 8.
Luca. 9.
Rom. 9.
Exod. 32
Ionæ 4.
Pro. 16.
1. Ecd. 1.
Matt. 17.
Acto. 4.
Ioan. 10.
Psal. 67.
Matt. 7.

smus, seu Chrs, qui ait Ioan. 10. Ego sum ostium. Qui aut non ascendit per ostium in ouile ouiu, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. [Et egredient per eam] transeundo de via ad patriam, de fide ad speciem, de merito ad praemium. Chrs etiā protestatur: Si quis per me intraverit, ingreditur & egrediet, & pasca inueniet. [Et transibit rex eorum coram eis] i. Chrs ducet or erit eorū per gratiosam illustrationē, sicut ait Psal. 5. Deduc me domine in via tua. Vnde Exo. 35. Moses loquitur domino: Si non tu ipse praecedas nos, non educas nos de loco isto. In q̄ em̄ scire poterimus inuenisse nos gratiā in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscū? [Et dñs in capite eorum] i. in principio tanquam dux sui exercitus. Ipse q̄q̄ differuit: Vbi fuerint duo vel tres congregati in noie meo, ibi in medio illoꝝ sum. Præterea secundū Hieronymū, passus iste exponi potest pro tēpore primi aduent⁹ Christi. Qui tūc per se & apostolos, electos Iudæorū infra ecclesiasticā vnitatē collegit, & reliq̄as Israel per grām saluas fecit. Soli aut electi Iudæi, qui fidē & mores patriarcharū sequunt, reputant in semine. Non em̄ q̄ filij carnis, hi filij. Illis q̄q̄ Chrs⁹ prēmiorata beneficia praestitit, & fideles valde auxit merito & numero, vt patet Act. 2. & 5. Postremo, quidam exponit hęc de congregatione electorum Iudæorū in limbo inferni, in quo quasi in ouili custodiebātur à Deo, donec Chrs⁹ venisset pandens illis iter ad regnū caeleste, in q̄d eos praecellit ac introduxit. Vex: expositio ista videtur impertinentior alijs, nec ad praecedentia aut consequentia condependentiam habet.

¶ Insuper moralitas huius Capituli, patet ex p̄ductis frequēter. Quod em̄ in exordio scriptum est, Vx qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilib⁹ vestris: referēdum est ad Chrsianos, q̄ mala cogitant cū rationis consensu & ex deliberatione, non ex subita passiōe agunt inique, mala intra se p̄ponentes, & vias callidas fallendi, seu cogitata exequendi excoGITantes, seu carnis libidini insistentes, q̄bus aeternū vx̄ imminet. In luce matutina faciūt illud, q̄q̄ pedes festinant ad mala. Et totum diem infructuose, illicite, & criminaliter expēdentes: cū econtrario deberent totum tēpus in p̄nitentijs exercitijs occupare. Vnde de singulis talium scriptum est in lib. Iob: Dedit illi De⁹ locum p̄nitentijs, & ille abutit eo in superbiā. Et concupierunt agros, & calumniabant virum. Hęc contra auaros, violentos & iniuriatores dicuntur, q̄q̄ grauissima erit damnatio, quia directe agunt cōtra charitatem atq̄ iustitiam. Et iudicium sine misericordia fiet his, qui non faciunt misericordiam: quanto magis hi, qui inferunt crudelitatem, nocumentum, seu violentiā? Super talem pessimam familiā cogitat De⁹ malum tartareæ vltionis, q̄d nunquam euadent. Super hos q̄q̄ sumet parabola, quia latabitur iustus cum viderit vindictam. Et q̄ tribulant diaboli exultabūt, si moti fuerim⁹, recedēdo à Deo, & p̄nas inferi incidēdo. Propter q̄d orat vir sanctus Psal. 24. Neq̄ irrideant me inimici mei. Et Ecclesiast. 25. ait: Dñe pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & cōsilio illoꝝ, & incidam in conspectu aduersarioꝝ meoꝝ, & gaudeat inimicus meus.

¶ Et caritabif canticum cum suauitate. tunc em̄ sancti iucundissime canent: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Depopulatione vastati sumus: hoc competit his, qui inuisibilem hostiū tentationib⁹ victi sunt, & funibus vitioꝝ cōstricti. Pars populi mei cōmūta est, quia nunc multi Christianoꝝ summo & inuariabili bono relicto, mutantur & conuertuntur ad ista terrena & vana, ac pereūt. Propter hoc nō erit tibi mittēs funiculū fortis in cœtu dñi, i. tibi q̄ talis es, non erit fors inter electos, nec Chrsi eris coheres, neq̄ in cœtu sanctorum erit tibi participatio bonoꝝ domini in terra viuentium. Ne loquamini, non stillabit super nos, &c. Hoc dicit contra eos, q̄ peccant in spe, & de misericordia Dei periculose confidunt, immo non vere cōfidunt, sed stulte p̄sumunt. Quibus aduertendum est, q̄d dominus ait in Psalmo 49. Hęc fecisti, & tacui. Existimasti inique, q̄ ero tui similis. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Vnde Ecclesiasticus inducit: Non adijcias peccatū super peccatū, & dicas, misericordia dñi magna est. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Et econtrario populus meus in aduersariū surrexit. Hoc dicit Chrs⁹ aduersus ingratos atq̄ rebelles. Quibus cū ipse tanta largitus sit atq̄ sponderit bona, illi econtra reddunt mala pro bonis. Et nedū propria corda, sed alios q̄q̄ à Deo auerunt, & diuinæ legis iussionib⁹ contraire nō metuūt. Vnde à paruulis, q̄s in vitis fouent ac instruūt, tollunt laudem altissimi. Surgite, ite, quia non habetis hic requiem. Isti enim modo nō continent ad mysticā vnitatē fidelium. Et de eis ait scriptura Esa. 26. Tollat impius, ne videat gloriam Dei. Ibunt ergo in ignem aeternū. Vtinā non essem vir habens spm̄, &c. Exemplo hui⁹ beatissimi vatis discere debent prælati, p̄dicatores, doctores, omnesq̄ fideles, subditis & p̄ximis suis errantibus, seu afflictis atq̄ tentatis cordialiter condolere, succurrere, semp̄q̄ assistere, & omne bonum terrenum saluti illorum postponere, quia & ordo charitatis id exigit. Et secundum Ioannem, debem⁹ pro fratribus animas ponere. Congregatione cōgregabo Iacob te totum. i. oēs Christianos electos vitia conculcantes, q̄s colligam in regno caeloꝝ in ouili triumphantis ecclesiæ, sicut p̄missi dicendo Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Et ite: Veniā & assumā vos ad me ipsam. Item q̄ Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum,

meum, vt videant claritatem meam. Triticum enim Chrs⁹ congregabit in horreū suū, paleas vero comburet igne inextinguibili.

¶ Expositio cap. III. Et dixi, audite principes Iacob. Art. III.

Propheta p̄senti capitulo arguit eminentiores populi Israel de diuersis excessibus. [Et dixit] Audite principes Iacob, & duces domus Israel] i. reges, sacerdotes, principes, & iudices totius Israeliticæ plebis, seu duodecim tribuum. [Nunquid vestrum est scire iudiciū] id est, indigni estis doceri à Deo, ad sciēdum iudicium discretionis inter bonum & malum, verum & falsum. Vel ad iudicium retributionis, quo quisq̄ recipit quod meret. Et tamen tenemini ratione officij vestri ad hoc, sed p̄pter peccata vestra priuamini veritatis notitia, sicut subiungit, [qui odio habetis bonū] i. virtutes & veritatē, seu bonos ac iustos, [et diligitis malū] p̄dictis bonis oppositum. Quauis enim appetitus obiectū sit bonū, videlicet verum siue apparens, multi tamē virtutes & veritatem seu iustos odiūt per accidēs, prout eorū affectionem impediunt à consecutione eorū, quæ appetunt. Vñ qui male agit, odit lucem. Et qui cupit delectari illicite, odit iustitiam corripientē ac punientem. [Qui violenter tollitis pelles eorū] desuper eos] i. bona inferiorū diripitis, eosq̄ depauperatis atq̄ nudatis reb⁹ ac vestibus, quibus velut pelle tegebant. [et carnem eorū] desuper ossibus eorū] i. etiam necessaria victui subripitis eis, vt macerentur. [Qui comederunt carnem populi mei] i. labores & possessiones eorū consumūt, iuxta illud in Psalmo: Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. [et pellem eorū] desuper excoriarunt. Et ossa eorū confregerūt & conciderūt, sicut in lebere] i. in olla [et quasi carnem in medio olla] i. igne tribulationis & persecutiōis subditos quodāmodo excoquebant, quemadmodū carnes in olla coquunt. Per hęc autē nil aliud designatur, nisi q̄d superiores multipliciter atq̄ crudeliter nimis vexauerūt subiectos, spoliādo, contristando, cædendo, lædendo vel occidendo. Hoc q̄q̄ spūaliter peregerūt, subditos subuertendo, seu bonis gratiæ destituendo, dū vel minis vel blandimentis, aut alio modo mihi ignoto, eos ad peccata inducūt. Sicq̄ tollunt ab eis cutem, i. virtutes circa exterioris hominis decorem spectantes. Carnem q̄q̄, id est, virtutes interiorū affectionum inordinationem frenantes, q̄ sunt magis intrinsecæ homini q̄ p̄dictæ: & ossa, i. virtutes intellectuales & theologiceales, ac dona, quæ sunt firmissima animæ munimenta ac arma, q̄bus & ceteræ virtutes sustentant, quemadmodum ossibus caro. Itaq̄ p̄dicta gratiæ charismata subditis cōdonata, pessimi p̄sidentes deuorauerūt ac confregerūt, immo in nihilū redegerūt, dum directe vel indirecte ad culpam mortale induxerūt subiectos. Moraliter q̄q̄ hęc referunt ad crudelēs Christianoꝝ principes, & immisericordes atq̄ auaros prælatos ecclesiæ, qui in spiritualibus ac tēporalibus nocent subiectis, & opprimunt subditos. Qui potius sunt peremptores q̄ pastores, in q̄bus passiōes ac vitia rationis lucem obtenebrant ita, q̄ vex: nō contuet iudicium, sed in iudiciō sequit passioatō affectioñū motus, amorē, cupiditatē, vel odiū. [Tunc] puta in die afflictionis & captiuitatis Iudæoꝝ ab Assyrijs vel Chaldejs, [clamabūt ad dñm] non ex charitate, sed necessitate, seruilq̄ timore. [et non exaudiet eos] cū nihil sit Deo acceptum, gratū aut meritorium, nisi ex charitate emanet. [et abscedet faciem suam] i. piam & gratiosam opem siue præsentiā, [ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerūt] i. malitiose fecerunt, [in adinventionib⁹ suis] i. peccatis, q̄ ex p̄uicia q̄dam deliberatione, nō ex impellente passione, fecerunt. Vnde per Esa. dñs loquitur: Cum extēderitis man⁹ vestras, auertam oculos meos à vobis, & cū multiplicaueritis orationem, non exaudiam: Manus em̄ vestre sanguine plenæ sunt. Quod de oibus generaliter accipi potest, qui tempore angustie inuocant dominum ex necessitate, non pura intentiōe, quē in prosperis contēpserunt, quē admodū in Proverb. 1. testat: Tunc inuocabūt me, & non exaudia: Mane confurgent ad me, & non inueniet me, eo q̄ exosam habuerint disciplinā. Qui vult ergo exaudiri, agat q̄d instruit Esaias: Querite dominū dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Insuper p̄pheta loquit contra pseudopphetas seu mendaces doctores: [Hęc dicit dñs super phphetas, qui seducunt populum meum] pacem & prospera promittendo ex parte Dei, cū propria mente talia confixerint ad acquirendum ab hominibus temporale emolumentum. [qui mordent dentic⁹ suis] i. irrationabiliter loquuntur, dura annunciando his q̄ eis nihil præstant, & sanctis vatib⁹ detrahendo, [et prædicant pacem] dandam à Deo, vt lucrum obtineant, dicentes: Pax pax, & non est pax. De talibus dominus ait Hieremi. 27. Ipsi currebant, & ego non misi eos. [et si quis non dederit in ore eorum quippiam] i. aliquid cibi aut potus, vel similib⁹ rei. [sanctificat] id est, quasi diuino oraculo nunciant, & prophetica autoritate affirmant, [super eum] prælium] esse venturum, id est, q̄ hostibus suis traderet. Tales nanq̄ dicebant contempores veri Dei ac phphetarū, magnamq̄ mereri vindictam. [Propterea] nox] i. caligo erroris, [vobis pro visione erit] i. non veram illuminationem, o pseudo, habebitis, sed animæ cæcitatem. [et tenebræ] aduersitatis seu iustæ punitiōis, [vobis pro diuinatione] erunt, i. pro vaticinatiōe vestra cōficta, quæ non est prophetia, sed diuiniatio, i. usurpata futuroꝝ p̄nunciatio. Itaq̄

propter culpam cōstita prophetationis sustinebitis vltionem diuinā. [Et occumbet sol] intelligentiē. i. diuinā veritatis notitia, de q̄ fertur in Psalmo 57. Supercecidit ignis, & nō videtur solē. [sup̄ pphetas] mēdaces, itaq̄ veritas deerit eis. Vel sol materialis atq̄ sensibilis eis occumbit, dum claritas diurna non est eis in consolationē, eo q̄ debitis pœnis afficiant. [Et obtenebrabitur super eos dies]. omnia cōuertentur eis in materiam aduersitatis, tempusq̄ lucis tenebris aduersitatis implebitur, cū Deus peccata eorū vlcisci inceperit. [Et confundentur, qui vident visiones] tales, falsas ac deceptorias. Cum em̄ mendosi fuerint inuenti, & pœnis addicti, confusionebus suffundentur. [Et confundentur diuini] qui sibi vsurpant p̄nuntiare futura contingentia proprio spiritu, vel dīabolica reuelatiōe. Qui dicunt diuini, q̄ d̄d domini est propriū, s. futura p̄dicere, (iuxta illud in Esaia: Quę futura sunt annūciatē, & sciemus q̄ d̄d estis vos) sibi vsurpant. [Et operient vultus suos oēs]. p̄ rubore optabunt latere. [quia non est responsum Dei]. Deus eis veritatē non reuelauit, neq̄ reuelat. Hęc autē moraliter contra illos dicunt, q̄ in ecclesia Ch̄i diuitibus adulant, & hominib⁹ placentia p̄dicant, ex avaritia, ambitione, aut simili temporalis cōmodi affectiōe. Quib⁹ conuenit illud in Esaia: Et erūt q̄ beatificant populū istū, seducētes; & q̄ beatificant, p̄cipitati. [Verūtamē ego repletus sum fortitudine] (spiritus d̄ni). cōstātia data à spiritu sancto, & dono sp̄s q̄d fortitudo vocatur, estq̄ vnū de septem donis sp̄s sancti. s. m̄ q̄q̄ repletus iudicio] discretiōnis ac recte sententiatiōis; q̄d est actus prudentiē, tanq̄ habitus actū elicientis; & iustitię, tanquam habitus in iudicando regulantis. [Et virtute]. efficacia in loquendo, vel sanctitate in operando, quam decet p̄dicatori inesse, ne & ipse repræhensibilis sit. [vt annunciem Iacob]. i. iudæis [scelus suū]. idololatriam [et Israel]. eidem populo annunciem [peccatum suū] sine timore corripiendo iniquos de q̄cunq̄ peccato, ita vt eos q̄ corpus occidit, non timeam, sed pro veritatis defensione mori paratus sim. Simile est q̄d de se loquit Hieremias: Misit domin⁹ manū suam, & tetigit os meum, & dixit: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes & regna. Ch̄s q̄q̄ in Euāgelio Luc. 21. suis p̄misit: Ego dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterūt resistere & contradicere oēs aduersarij vestri. Qui itaq̄ taliter confortat & informat à Deo, verba ignea p̄fert, q̄bus audientiū corda mouent ac immutant. Multi vero p̄prio sensu loquunt, & nec sibi nec alijs prodest. [Audite hęc principes domus Iacob]. familię regni Iudæ, seu duarū tribuum, [et iudices domus Israel] id est, eiusdem populi vel decem tribuum. Potius tamen ista dici videntur ad duas tribus, quia mox subditur: Qui edificatis Sion in sanguinibus. [qui abominamini iudicium]. aequitatem & discretiōnem abhorretis, vel iuste iudicari seu corripiri spernitis, detestantes iudicia prophetarū. [et omnia recta]. iustas causas [peruertitis] iudicando iniuste. Hinc scriptum est apud Hieremiam: Sacerdotes non dixerūt, vbi est domin⁹? Et tenentes legem, nescierunt me, & pastores p̄uaricati sunt in me. Et apud Esaia: Pupillo non iudicant, & causa viduę non ingredit ad eos. [Qui edificatis Sion]. domus vestras in Hierusalem. [in sanguinibus]. de rapinis pauperum, cede infantiū, occisione sanctorum, q̄q̄ substantiam diripiētes, construitis habitacula vestra. [et Hierusalem]. vrbem ipsam edificatis [in iniquitate]. de rebus illicite acquisitis, quas à subditis extorquetis, & exinde ruinas vrbis reparatis. [principes ei⁹ in munerib⁹ iudicabant]. p̄pter dona dabant iniustas sententias; vel si iuste iudicabant, magis aspexerūt ad commodū temporale, q̄ ad bonū spirituale, vendebantq̄ sententiam, nec stipendio sui laboris erant recta intentione contenti. [et sacerdotes in mercede docebant populū]. propter lucrum directe, sp̄iale pro temporali exhibētes, cum tamen ex officio haberēt instruere plebem gratis, ad Dei honorē & animarū salutem; temporalia non quærentes, nisi secundario tanquā stipendiū vitæ. [et propheta eius in pecunia diuinabant]. pseudo p̄pter nummos mendosa vaticinia protulerūt. Propter q̄d dicit Esa. 1. Omnes diligūt munera, sequunt rētributionem. Et Hiere. 6. A propheta vsq̄ ad sacerdotem cuncti faciūt dolū. [Et sup̄ d̄m requiescebant]. diuinę authoritati innitebant. Vel potius se inniti simulabant, quia vt eis à populo crederet, & copia regū dare, iactabāt se ministros ac nuncios Dei. Vel sup̄ d̄m rege scebant, i. de eius bonitate p̄sumentes, dixerūt quietē, non impugnationem, esse futuram. [dicentes: Nunq̄d non d̄s in medio nostrū?]. immo De⁹ vere in nobis est. Cum tamen Salomon dicat, Longe est dominus ab impijs. [Non venient super nos mala] pœnæ, id est, hostibus non trademur, nec capiemur; sed à Deo tanq̄ populus eius protegemur. [Propter hoc] id est, p̄pter p̄scripta peccata, [Sion]. illa pars Hierusalem, in qua fuit templū atq̄ palatiū, [quasi ager arabitur]. in solitudinem rediget, ita vt possit arari & edificij destructis, habitatoribusq̄ occisis, [et Hierusalem quasi acervus lapidū erit]. penitus deiicietur, [et mons templi] id est, mons Sion, in quo steterat tēplum, erit & conuertetur [in excelsa sylvarum] id est, frutera & arbores altę crescent in eo, q̄ omnia impleta sunt tempore Babylonicę captiuitatis, quę septuaginta annis durauit. Qm̄ tamen p̄memorata facinora erāt in populo Iudę rā tēpore Ch̄i, quemadmodū Ch̄s in Euāgelio docet, redarguendo sacerdotes, scribas, ac phari-

Esa. 41.

Esa. 9.

Matt. 10. Hiere. 1.

Hiere. 2. Esaia 1.

Proo. 15.

1. Efd. 1. Matt. 23

phariseos de simulatione & hypocrisi, de superstitione & ambitione, p̄sertim de avaritia & pauperū deuotione. Ideo aliq̄ referūt ista ad primū Christi aduentū, & captiuitatē Iudęorum à Romanis inflictā; p̄cipue, qm̄ bona primitiæ ecclesię diripientes principes sacerdotū ac iudices, edificabāt Sion in sanguinibus, & in Hierusalē sanguinē Christi, discipulorūq̄ eius fuderūt. Deniq̄ hui⁹ p̄phetiæ atq̄ Michę isti⁹ mētionē efficit Hieremias: Cū em̄ sacerdotes & fallaces vellēt Hieremiā occidere, q̄ Hierusalē dixit iam capiendā, surrexerūt quidā de senioribus, & dixerūt ad oēm cœlum & populū: Micheas de Moras̄hi fuit propheta in diebus Ezechię regis Iudæ, & ait ad oēm populū: hęc dicit d̄s, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalē in acervū lapidū erit, & mons domus d̄ni in excelsa sylvarū. Nunq̄d mortē condemnauit eū Ezechias & oīs Iudæ? Nunq̄d non timuerūt & deprecati sunt d̄m, & p̄nituit eum mali, q̄d loquutus fuerat contra eos? Hęc verba tam prolixē nūc allegaui, q̄ secundū allegantes hęc verba, p̄fatos videlicet seniores, q̄ allegatiōē Hieremias confirmare videt, prophetia Michę de destructione Hierusalem, dicta fuit ad literam pro tēpore Ezechię, tanquā tunc adimplenda. Et secundū hoc fuisse prophetia cōminationis; postea tamen impleta fuit, vt dictū est. [In super secundū tropologicū intellectu, p̄latis, sacerdotib⁹, doctoribus atq̄ principibus ecclesię dicit: Audite principes domus Iacob]. i. Christianos, q̄ sunt tēplum & domus Dei. De qua dicit Apostol⁹ 1. Tim. 2. Scias, quō oporteat te conuersari in domo Dei; iudices dom⁹ Israel, i. militatis ecclesię Deū fide cōspiciētis; q̄ abominamini iudiciū, & oīa recta peruertitis. Hoc non oībus, sed indignis atq̄ nocētibus cōpetit; qui in iudicādo sequuntur amorē & odiū, non rationē & aequitatē. Nec dignant redargui, sed dicūt implicite illud Sapient. 2. Sit autē fortitudo nra lex iustitię. Qui edificatis Sion, i. ecclesiam in sanguinibus, sacras scripturas deprauādo, in cathedra pestilētię residendo, indignos ordinādo, pusillos scandalizando, & de elemosynis pauperū, de patrimonio Ch̄i preciosas structuras leuādo. Et hoc est edificare Hierusalē in peccatis. Postremo, quō p̄cipes in muneribus iudicēt, sacerdotes describere, cū (proh dolor) ista nunc ad oculū pateant, dū oīes quę sua sunt quærūt, & tēporalia sp̄ialibus p̄ferunt; & hi qui alios ad salutarē timorē inducere obligant, seipsos ac alios vana p̄missione & periculosissima securitate decipiunt, dicentes: Nunq̄d non d̄s in medio nostrū? nō venient sup̄ nos mala. Propter hoc Sion quasi ager aratur, quia status ecclesię hinc decrescit, & corda fidelium à dæmonib⁹ arant, ac pessimo semine seminant. Hierusalē quoq̄ quasi acervus lapidū est, dum charitate frigescente dura atque lapidea fiunt fidelium corda. Et mōs templi vertitur in excelsa sylvarū, dum virtuosi & contemplatiui labuntur, in superbiam eriguntur, & mundi dignitatibus atq̄ operibus gaudent. Quod p̄cipue referri potest ad quosdam specietenus religiosos, regulam suam non obseruantes, & ad secularia aspirantes. Dicit autem glossa circa hunc locum: Non debēt ministri ecclesię officia sua administrare propter pecuniam; non tamen prohibentur, quod ex officio debetur, accipere ad necessitatem, non ad luxuriam.

Acto. 7. & 12. Hebr. 10 Hier. 26.

Psal. 12

Elucidatio Cap. III. Et erit in nouissimo dieꝝ mons domus d̄ni &c. Artic. V. Scripta Iudæicę plebis vltione, subiungit eiꝯdē cōsolatio, de proximo adimplenda p̄ Christum. [Et in nouissimo dieꝝ] i. in vltima mūdi ætate, quę à p̄curatore incepit. De qua dicit Ioannes: Nouissima hora est. Et Paulus: Nos, inquit, sumus, in quos fines Teculoꝝ deuenerunt. [mons domus d̄ni]. mons Sion, in quo templum erat constructum, de quo in fine p̄cedentis capituli dicebatur, q̄ esset in excelsa sylvarū. [p̄paratus]. sublimiter honoratus, [in vertice mōtium] non per locorū mutationem aut corporalē erectiōem, sed per diuinorū miraculorum excellentiā. Qm̄ ipsemet Christus in hoc monte cōuersatus est, p̄dicauit, vltimā cœnā fecit, corpus suū & sanguinē cōsecrauit, ad discipulos clausis ianuis introiuit, sp̄m sanctū misit, multa q̄q̄ fecit pdigia in templo sito in monte isto. Idcirco mōs iste sublimatus est vltra montē Sinai & Thabor, vel quēlibet aliū, p̄sertim ob Ch̄i corporalē in eo p̄sentiā. Propter quā, vt in Aggæo dicit, maior fuit gloria secūdi tēpli, q̄ primi. [et sublimis] erit [sup̄ colles]. mōtes minores, in q̄bus tñ aliqua eminentia opa facta sunt. [Et fluēt ad eum populi]. conuersi ad fidē, locū hūc ex deuotione visurabūt, p̄pter opa Ch̄i in eo patrata, & qm̄ ibi cōgregata fuit, & sp̄m sanctū recepit primitiua ecclesia. [et properabunt] ad eum gentes multę. i. gētiles cōuersi, [et dicēt] se mutuo cōhortādo, [Venite, affcendamus ad montē d̄ni] cōsueuerunt em̄ ex gentilitate conuersi, oīa loca in quibus Ch̄s conuersatus fuit ac passus, deuotissime ac frequēter inuisere. [et ad domū Dei Iacob]. ecclesiam in Hierusalē congregatā. Secundo locus iste exponitur secundum Hieronymum, intelligendo per montē, Ch̄m sanctū sanctorū, in oīni grā eminentē secundū formā assumptā, q̄ p̄paratus, i. factus seu declaratus est, in vertice mōtium, i. oībus sanctis esse sublimior. Propter q̄d ait Baptista: Qui post me venit, ante me factus est, i. mihi p̄latus. Et sublimis est super colles. Dedit em̄ illi pater nomē, quod est super oīe nomē, & sine mēsurā spiritū cōtulit ei.

1. Ioan. 2. 1. Co. 10.

Matt. 5. Lucæ 24 & 24. Acto. 1. Aggei 2

Ioan. 1. Phil. 2. Ioan. 3.

Et fluēt ad eū populi, i. t̄ā ex Iudaismo, q̄ ex gentilitate cōuersi, per fidē, dilectionē, & obedi-
 entia accesserūt ad Christū, sicut ad caput: quatenus de plenitudine eius accipiant, dicente
 Apostolo: Accedamus cū fiducia ad thronū gratiæ eius. Et Psal. 33. Accedite ad eū, & illumi-
 namini. Tertio exponit passus hic, intelligēdo per montē domus dñi, militantem Christi ec-
 clesiā, quæ preparata est in vertice montiū, qm̄ maior & excellētiō fuit gratia data ecclesiæ
 Christi, q̄ synagogæ, vel cōgregationi quæ fuit ante legē. Propter qd̄ tēpus euāgelicæ legis,
 seu noui testamēti, per excellentiā appellatū est tēpus gratiæ. Paulus q̄q̄ de se & coaposto-
 lis suis testatur Rom. 8. Nos ipsi primitias spūs habentes. Deniq; ad ecclesiā oēs electi à princī-
 pio euāgelicæ prædicationis confluerunt, qm̄ extra illā nemo saluat. [& docebit nos] Chrs
 [de vñs suis] i. euāgelica documēta atq; præcepta, quib; itur ad regnum cælestē. Hæc docuit
 Chrs per apostolos & adiutores ac successores eorū, per illuminationē q̄q; occultā & ange-
 licā subministratiōē. [& ibimus] credendo, sperādo, amādo, & bene agendo, aduersa quoq;
 æquanimiter tolerando. [in semitis eius] i. cōsilijs & doctrinis, sequēdo vestigia saluatoris.
 Viæ em̄ eius, viæ pulchræ, & oēs semitæ eius pacificæ. Ipse etiā est via ac ianua. [Quia de Siō
 egrediet lex] i. euāgelii Christi primo ab apostolis publice & aperte prædicabit in templo
 sito in monte Sion. Et deinde promulgabit ad oīa climata orbis. [& verbū dñi] i. prædicatione
 euāgelij, [de Hierusalē] procedit ad alia loca. Cum em̄ in die Pētecostes recepissent apostoli
 spiritū sanctū, mox ingressi sunt templū, Christi euāgelii cōstantissime prædicātes, quod
 postmodū in toto mūdo prædicauerūt. Vnde eis dixerat Chrs: Eritis mihi testes in Hierusa-
 lē, & in om̄i Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ. [Et iudicabit] i. discernet Christus,
 [inter populos multos] quosdā vocando ad fidem & gratiā, quosdā autē derelinquendo. [&
 corripiet gentes fortes vsq; in longinquū] oīm em̄ gentiū vitia per discipulorū suorum præ-
 dicationē redarguit. Chrs q̄q; proprio ore, conuersando inter hoīes, corripuit eos. Denique
 duplex est iudiciū, s. discretionis, quo inter electos & reprobos Christus discernit: & remune-
 rationis, quo singulis qd̄ merent, retribuit. Christus autē in primo suo aduentu non fecit in
 seculo isto iudiciū remunerationis seu dānationis. Propter qd̄ ait Ioan. 3. Non misit Deus fili-
 ū suū, vt iudicet mundū, sed vt saluet mundus per ipsum. Et apud Lucā 9. Filius hoīs nō ve-
 nit aīas perdere, sed saluare. Istud autē iudiciū faciet in secūdo suo aduentu generaliter, facitq;
 illud quotidie particulariter in decedētibus à seculo isto. Porro in primo suo aduentu fecit
 iudiciū discretionis. De quo ait Ioan. 12. Nūc iudiciū est mūdi. Fecit & tūc iudiciū iustē discre-
 tionis. Propter qd̄ scriptū est Esai. 11. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro
 manuetis terræ. Hieremias q̄q; ait: Faciet iudiciū & iustitiā in terra. [Et concident gladios
 suos in vomeres, & hastas suas in ligones] i. tanta pax erit in Christi aduentu & circa euāge-
 licæ p̄dicationis exordiū, q̄ arma bellica in instrumēta agriculturæ vertent. Tūc em̄ omnia
 regna mūdi sub erāt principe obediētia, s. sub Romano Imperatore, ad cuius imperium
 descriptus est vniuersus orbis, vt patet Lucā 2. Vnde Psal. 45. cantatur: Arcū conteret & con-
 fringet arma, & scuta cōburet igni. [Non sumet gens aduersus gentē gladiū] i. vna natio non
 præliabit contra aliā, qm̄ oēs subditæ erunt Romano imperio. [& non discent vltra bellige-
 rare] i. non erit eis necessitas exercendi se ad modū pugnādi, cum vbiq; sit pax. Hæc autē pro
 tanto dicunt, quia tunc erat insolita inauditaq; pax in toto mūdo: cū tamē ante fuerint mul-
 ta atq; grauissima prælia. Et qm̄ pax illa vltra consuetū notabiliter diu durauit, nūc dicitur
 Non discent vltra belligerare, sicut cōmuniter de negotio vltra solitū durante dicimus: Istud
 nunq; finiet, cū aliquādo infra diē vel horam finiat. Vnde Gene. 29. scriptū est, q̄ Lia nato
 Iuda parere cessauit. Et tamē post pauca legit peperisse adhuc duos filios & filiā vnam. Simi-
 li modo habet 4. Reg. 6. q̄ Syri non venerūt vltra in terrā Israel. Et nihilo minus statim scri-
 bunt redisse in illā. Totū autē caput istud vsq; ad verbū sequēs habet in Esaiā, pene sub eadem
 forma verborū, qd̄ ibi prolixius, prout dñs dedit, exposui. [Et sedebit vir subtus vineā suam
 & subtus ficū suā] i. tanta erit securitas, vt hoīes sine formidine sedeāt etiā in agris ac vineis
 sub suis arbutis. Solet autē per talē modū loquendi, in veteri testamēto magna pax & opulen-
 tia designari. In primo autē Chri aduentu fuit in Iudæa pax magna & copia rerū. Vnde Hiere.
 23. legitur: In diebus illis saluabit Iudæa, & Israel habitabit confidenter. Propter quod subditur
 [& non erit q̄ exterreat] Romani em̄ sub magno rigore prohibuerunt violentiam fieri, nec
 iudicibus à se constitutis parcerant, qm̄ manifestam alicui fecerunt iniuriā. Possunt præterea
 oīa ista specialiter accipi de diuersis nationibus ad fidem cōuersis, quæ licet olim discorda-
 sent, tñ fide Christi suscepta, maximā mutuo dilectionē habebant, & per charitatē seruiēnt
 in inuicē. Oīa vero hæc fiēt, [q̄a os dñi exercitū locutum est] i. intellectus diuinus ista per
 prophetas prædixit, cuius verbū irritū esse nō valet. [q̄a oēs populi ambulabunt, vnusquisq;
 in noīe dei sui] i. infideles in ritib; deorū suorū conuersabuntur: non enim omnium est fides,
 nec idololatria fuit per apostolos penitus extirpata, cū vsq; ad tempus Constantini Magni
 Roma coluerit idola. [Nos autem ambulabimus in nomine dñi Dei nostri] id est, in D E O
 vero

Ioan. 1.
Hebr. 4.

Prou. 3.
Ioan. 14.

Act. 17.

Hiere. 23

Esaiæ 2.

* deter-
reat.

Galat. 5.

1. Thef. 3

vero & secundū voluntatē ac legē ipsius viuemus. [in æternū & vltra] i. perseueranter oīno,
 nō q̄ vltra seu post æternitatē sit duratio aliqua, sed ista dicunt ad ampliōrē certitudinē fa-
 ciendā, vel ad clariōrē expressiōē. Porro qd̄ ait, Nos autē ambulabimus, accipi potest de pri-
 mitiua ecclesiā ex Iudaismo conuersa, vel de populo Christiano cōmuniter, q̄ est Israel se-
 cundū sp̄m. [In die illa dicit dñs] i. tēpore euāgelicæ p̄dicationis & gratiæ, de q̄ die loquitur
 Esaias cap. 4. In die illa erit germē dñi, i. Chrs filius Dei, in magnificētia & gloria. Itēq; Apo-
 stolus: Ecce nūc dies salutis. Et iterū: Nox p̄cessit, dies appropinquauit. [cōgregabo claudi-
 cantē] i. plebē Iudaicā in via Dei nutantē, cui; pes scandalizabat & scandalizabat frequēter.
 Quæ tēpore Chri per varia vitia indirectē trāsuit, iuxta illud Psal. 17. Claudicauerūt à femi-
 tis suis. Quib; dici potuit illud Helia: Vsq; quo claudicatis in duas partes: [& eā quā eiece-
 rā] i. synagogā quā subinde eieci de terra sua, & peccare permisi, cui & interdū dedi libellum
 repudij. [colligam] per fidē & charitatē intra ouile ecclesiæ, vt oēs sint vnū mysticū corpus
 Chri, [& quā affixerā] i. dictā synagogā, quā p̄ Assyrios, Chaldæos ac alias nationes puniui.
 [cōgregabo] sp̄ali collectiōe per grām. Et ne q̄s instet & dicat, hæc de Iudæis exponi non
 posse, qm̄ pauci illoz cōuersi sunt, subditur: [Et ponā claudicantē in reliquias] i. ex præindu-
 cta Iudaica plebe nō oēs, sed quosdā, cōparatione alioz per paucos, saluabo. De q̄bus fertur
 Esaiæ 1. Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuisset. Et Apostolus: Reii-
 quia per electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Et denuo: Non repulit Deus plebē Iudæā, quā præsci-
 uit. [& eā quæ laborauerat] i. gentē Hebræam præfatā, quæ prædictis modis fuit afflictā &
 onere legis grauata, qd̄ neq; nos, neq; patres nostri, ait Petrus, portare potuim;. Specialiter
 accipi potest de Christi apostolis & primis credētibus, quibus dicit: Vos estis qui perman-
 stis mecū in tētationibus meis, ponā in gentē robustam: primo, qm̄ innumerabiles cōuer-
 tent ad fidē, sicq; multos in Christo filios generabūt, in quibus impletū est illud Esai. 60. Mi-
 nimus erit in mille, & paruul; in ignē fortissimā. Secūdo, qm̄ ipsi sp̄scōto recepto fortissimi
 erāt in Christo, & insuperabilē patientiā habuerūt, ita vt irēt gaudētes à cōspectu cōcilij, qm̄
 digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati, dicerentq; principibus sacerdotū: Obe-
 dire oportet Deo magis, q̄ hominibus. Nonne robustissimi erant, de q̄bus vnus illoz locu-
 tus est: Certus sum, q̄ neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq;
 instātia, neq; futura, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Chri-
 sto Iesu dño nostro. Ideo scriptū est de eis Psal. 46. Qm̄ dñi fortes terræ vehementer eleuati
 sunt. Quāta autē fuerit primitiua ecclesiā in Hierusalē fortitudo, patet in Actis apostolorū.
 [Et regnabit dñs] Chrs [sup̄ eos] i. in cordib; eorū, [in mōte Sion] i. in ecclesiā speculāte cæle-
 stia, quæ in adōre p̄dicto sp̄m sanctū recepit in primis credētibus. De qua ad Hebr. 13. legitur:
 Accessistis ad montē Sion, & ciuitatē Dei viuētis. Atq; Psal. 86. Diligit dñs portas Sion. [ex
 hoc nūc & vsq; in æternū] i. in præsentī vita inchoatiue per fidē & gratiā, in futuro q̄q; secu-
 lo sine fine per beatificā reuelatiōē. Præterea quidā exponūt hunc locū de gentilitate con-
 uersa, quæ ante suā conuersiōē claudicauit per idolorū culturam, eratq; relicta à Deo, & in
 via perditionis vsq; lassitudinē laborabat. De qua loquit Esaias: Lætabitur deserta & inuia.
 Hanc autē per apostolorū prædicationē atq; miracula intra ecclesiā congregauit. Nec omnes
 credentes huiusmodi saluat, sed quosdā velut reliquias, qm̄ pauci electi. [Et tu turris gregis
 nebulosaj.] templum Hierusalem. De quo apud Esaiā cap. 5. inducit, q̄ dñs ædificauit turrim
 in medio eius, videlicet in synagoga, quæ ibi vinea appellatur. Dicitur autem turris gregis,
 i. populi Iudæorū, qui fuit grex Dei, iuxta illud: Nos autem populus eius, & oues pascu; eius.
 Vel, quia in eo greges animalū offerebantur. Dicitur insup̄ nebulosa, vel ppter vitia sacerdo-
 tū ac populi, vel propter imminentē destructiōē, vel propter fumum nebulosum ex incen-
 sione hostiarū surgentē. [Filia Sion] i. populi Iudæorū [vsq; ad te veniet, & veniet potestas pri-
 ma] i. Christus, q̄ est virtus & sapientia patris, qui cum patre & spiritu sancto est vna æter-
 na, prima ac infinita potestas, qui est regnū filia Hierusalē] i. rex Iudaicæ plebis. De q̄ Esaias
 prædixit: Dñs rex noster, dñs iudex noster, dñs legifer noster, ipse veniet & saluabit nos. Chri-
 stus autē oblat; & p̄sentatus fuit in tēplo à matre virginea, & frequēter prædicauit in eo. Pro-
 pter quod à Malachia fuit prædictum: Statim veniet ad tēplum sanctū suū dñator, quē vos
 quæritis &c. Et Psal. 47. Suscepimus Deus misericordiā tuā in medio tēpli tui. [Nunc quare
 mœrore cōtraheris?] i. cū tāta cōsolatio tibi præstanda sit, & tanta promissio facta, o popu-
 le Sion, cur tam graui tristitia contabescis, vel ex dilatione aduentus Messia, vel propter
 persecutiōes quas pateris? [Nunq; rex non est tibi?] i. immo regē oīpotentē im mortālēq;
 habes, qui tandē tua assumpta natura te visitabit, & nūc te defendere lætificareq; potest. [aut
 cōsiliarius tuus perijt?] i. Deus q̄ tibi p̄ prophetas verba cōsolatoria nūciat, intusq; exhilarat,
 vel per consiliariū intelligit propheta seipsum ac alios vates, qui populū instruebant, reme-
 diaq; salutis pandebant. Christus q̄q; est magni consilij angelus. [q̄a cōpræhedit te dolor, sic
 ut parturiētē m̄] ita q̄ in aduersis non recurris ad diuinum auxilium, nec in spe futurorum
 bonorum

2. Cor. 6.
Rom. 13.

3. Reg. 18

4. Re. 17.
& 28.

Ro. 9. 11

Act. 15.
Lucæ 28

Act. 3.

Rom. 8.

Act. 2
1. 4. & 5.

Esai. 33

Matt. 20

Psal. 94

Esaiæ 36

Malac. 3

Esaiæ 9.

bonorum respiras. Possuntque hæc specialiter accipi de iustis, qui Christi aduentum optabant ardet. **Dole & satage filia Sion, quasi parturientes.** i. stude ut dolores tibi instantes æquanimiter feras, & merito dolere potes, quia nunc egredieris de ciuitate Hierusalẽ captã, & habitabis in regione Sennaar seu Chaldaea 70. annis. & venies usque ad Babylonem ciuitatẽ metropolitim Chaldaeorum. **Ibi liberaberis.** tẽpore Cyri regis de captiuitate. **Ibi redimet te dñs de manu inimicorum tuorum, reducẽdo te in propriã terrã per Zorobabel, Esdrã, & Iesum filium Ioseph sacerdotem magnũ.** De hoc scriptũ est plenius in libro i. Esdrã. **Et nunc tempore meo, regnate pñssimo Ezechia, congregatae sunt super te gentes multae, quae dicunt, lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster.** Quod intelligi potest de Sennacherib rege Assyriorum & populo eius, qui venit, & occupauit oēs vrbes Iuda. Voluitque morte durissima, quae per lapidationem exprimit, necare habitatores Hierusalem, quae se ad resistentiam præparauerunt. Voluerunt quoque Assyrii in Sion aspiciere, i. templũ, palatium, & cætera habitacula scrutari & spoliare. **Ipsi autem non cognouerunt cogitationes dñi.** i. quod Deus voluit populũ suũ per illos purgare, & castigatũ seu disciplinatũ saluare. Illi namque proprijs viribus suas victorias asseruerunt, & populũ inde non corrigere, sed cõterere nitebantur. **Et nõ intellexerunt consilium eius.** i. sapientiam diuinã dispensationis, qua Deus omnipotens corrigit electos per reprobos, sicut per virgã. Quo factõ, reprobos æternaliter dñat, quẽadmodum virga disciplinato puero, in igne pñcitur. Hinc per Esaiã cap. 10. dñs loquitur: **Vae Assur, virga furoris mei & baculus ipse est.** Ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendũ cor eius erit. Generaliter quoque transgressores & impij nõ agnoscunt cogitationẽ Dei, neque attendunt consilium eius, qualiter humanum genus dispeset atque remuneret, terribilibusque consistat in consilijs super filios hominum. Propter quod scriptũ est Sapient. 6. **Quis hominem poterit scire consiliũ Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? & sensum tuũ dñe quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritũ tuum de caelis?** quia congregauit eos aduersarios populi sui, scilicet gentes pñatas, quasi scenum areæ, in vnum fascẽ, vt simul dispereant & damnentur, seu incendantur, quẽadmodum angelus Dei percussit in castris Assyriorum centũ octogintaquinque millia hominum, quorum corpora fuerunt incinerata atque cõbusta. **Surge & tritura filia Sion.** i. tu popule Iudæorum post reditũ a Chaldaea seu Babylonica captiuitate, disperge, vexa, occide aduersarios tuos gentiles. **Quia cornu tuum ponam ferreũ.** i. potestatem victoriosam seu principem fortissimũ tibi præstabo, & ungulas tuas ponam æreas. i. manus tibi dabo victrices, aliorum laceratrices, quẽadmodũ ferrum & æs cætera domat atque confringunt. **Et cõminues populos multos, & interficies dño rapinas eorum.** i. prædam pecorũ offeres Deo, & ad gloriam eius rapinã diripies. Sic enim in libro Numerorum & Iosue legitur præda Deo consecrata in toto vel in parte. **Et fortitudinem eorum** i. maiores & potẽtiores interficies, dño vniuersae terrae qui pessimos voluit trucidari. **Qui etiam Saul & Achab redarguit, quoniam regibus morte dignis Agag & Benadab pepercit.** **Videat autem quibusdã, quod ista nõ sunt in populo Iudaico impleta post reditũ a Chaldaea, nec tanta fuerit virtus eorum.** Sed si historiã Machabæorum recolimus, videt utique tẽpore Iudae & fratrum eius impletũ. Vnde 2. Machabæo. 8. legitur, quod Iudas efficiebatur intolerabilis gentibus, & non paucas hominum strages dabat, ciuitates & castella succendens. Denique & 1. Machab. 3. legitur: **Et surrexit Iudas, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & præliabantur præliũ Israel cum lætitia.** Et dilatauit gloriam populi sui, & induit se lorica, sicut gigas, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis. Et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos, perscrutans eos, & qui cõturbabant populum suũ, succendit flammis, & repulsi sunt inimici præ timore eius. Et omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est salus in manu eius. Et exacerbauit reges multos, & lætificauit Iacob in operibus suis, & perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit iniquos ex eis. Et auertit irã ab Israel, & nominatus est usque ad nouissimum terrae. Et congregauit pereuntes. Multaque alia in libris Machabæorum conscripta sunt, ex quibus patet, hæc ad literam esse impleta. **Inter hoc vnum est, quod semel in Antiochia tria millia Iudæorum, interfecerunt cõtum viginti milia aliorum.** Porro, moraliter cohortari se debent Christiani, dicentes: Venite, ascendamus ad montem Dei, & ad domum Dei Iacob, id est, ecclesiam iugiter visitemus, & diuinis obsequijs præsentialiter interesse curemus. Et docebit nos dñs de vijs suis, ibi enim prædicatio fit verbi Dei, & instructio salutaris proponitur. Deus quoque tales per occultum instinctum informat, & angeli sancti illuminant eos. Et concident gladios suos in vomeres. Hoc quotidie agitur, dum contentiosi, iracundi, impatientes conuertuntur ad pacem & mansuetudinem Christi, & verba pugitiua cessant proferre. De huiusmodi siquidem gladio fertur in Psalmo: **Gladius in labijs ipsorum.** Itemque: **Filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus.** In illa die, dicit dominus, congregabo claudicantem, id est, animam vagam, instabilem, oberrantem. Et eam quam eieceram, i. a qua ad tempus gratiam subtraxi aut suspendi. Et quam affixeram tentationibus, persecutionibus atque languoribus.

4. Re. 17. Esai. 36.

Esaiã 11.

Psal. 65.

4. Re. 19. Esai. 37.

Num. 31. Iosue 8.

1. Re. 17. 3. Reg. 2.

Psal. 58. & 59.

Esai. 42.

guoribus. Christus enim calamus conuassatum non conterit, & linum fumigans non extinguit, sed reparat, iuxta illud Psal. 145. **Dominus erigit elisos.** Talibus igitur animabus sepe dat Christus diuinorum charismatum affluentiam magnam, vt vbi abundauit iniquitas, abundet & gratia. Tuncque claudicans in reliquias ponit, i. inter electos & virtuosos, vt faciat rectos gressus pedibus suis: & quae laborauit, robusta efficit. **Insuper ecclesiae, vel vnicuique afflictõ, mœsto, tentatõque dicit verbum dulce, bonum ac consolatorium.** Nunc quare mœrore contraheris, cum non sint condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis? **Et si compatimur, conregnabimus.** Omneque gaudium estimandum sit, cum in diuersas tentationes inciderimus. Nunquid rex non est tibi, scilicet filius Dei, qui te valet eripere? **Aut consiliarius tuus perijt, qui euangelica dedit consilia, & in omni aduersitate docet esse gaudendum?** **Beati, inquit, eritis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me.** Gaudete & exultate in illa hora, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Quia comprehendit te dolor, sicut parturientem, id est, quasi non esset futura consolatio danda his, qui nunc diuersis tribulationibus exercentur. **Dole pro tuis & proximorum peccatis, & satage, id est, viriliter age quae Dei sunt, quemadmodum Salomon docet: Quodcumque potest manus tua instanter operare: quia nec opes, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos.** **Filia Sion, id est, anima speculatiua, seu persona, aut congregatio ecclesiastica in specula domini constituta, quasi parturiens, id est, in magnis aduersitatibus posita.** Omnes enim qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur. **Quia nunc egredieris de ciuitate, id est, exulabis, de proprijs locis expulsa.** Et habitabis in regione dissimilitudinis, vel inter iniquos. **Et venies usque ad Babylonem, confusionem magnam tentationum & persecutionum, in tantum, vt forte quandoque a principe Babylonis, id est, diabolo captiuus in consensum peccati, & vinculis vitiorum astringaris.** Deo permittente te cadere, quatenus propria fragilitate experta, profundius humilieris, & cautiõ fieras. **Babylon autem interpretatur confusio, & in seculo isto confusa sunt omnia.** Quoniam mundus totus in maligno positus est. **Et omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.** Ibi liberaberis, non enim permittit nos Deus tentari supra id, quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum. **Et electos suos eripit Christus finaliter, sicut in Euangelio dicit de ouibus suis, quod nemo rapiet eas de manu sua & patris sui, nec peribunt in sempiternum: quia ego, inquit, vitam æternam do eis.** Ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum, visibilibus & invisibilibus, dicente Psal. **Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.** Et nunc congregatae sunt super te gentes multae, aduersarij ecclesiae diaboli, hominesque iniqui, scilicet, & reprobi. **Quae dicunt, lapidetur ecclesia seu persona ecclesiastica, ita vt obruatur aduersio, & a statu æquitatis labatur.** Et aspiciat in Sion oculus noster, id est, calamitatem & oppressionem iustorum cum lætitia intueamur. **Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini, qui cogitauit persecutionem patientibus dare coronam vitæ, si usque ad mortem consistent fideles, persecutoribus vero pœnam gehennae.** **Surge & tritura filia Sion, id est, aduersarios tuos Christi virtute vince & ventila, quemadmodum ait fortis pugnator: Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti.** Quia cornu tuum ponam ferreum, vt omnia possis in eo qui te confortat. **Potest quoque in bono intelligi, vt dicatur eos triturare, quorum colla subdit Christo ac fidei.** Et comminues populos multos, vitia extirpando ab eis, atque ad veram contritionem trahendo. **Sicque comminuti sunt parui & humiles in oculis suis.** Et interficies domino rapinas eorum, id est, Christo consecrabis, & diuinis obsequijs applicabis diuitias eorum qui conuertuntur. **Et fortitudinem eorum domino vniuersae terrae, vt totis viribus Christo ministrent qui loquuntur: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.** **Postremo capitulum istud, ab illo loco: Dole, & satage filia Sion, a diuersis valde diuersimode explanatur ad literam, sed propter prolixitatem vitandam omitto, & quia præinducta expositio videretur conformior textui.** Iudaei autem secundum consuetudinem suae cæcitat, præstolantur ista implenda in aduentu sui Messiae, ita quod tunc Romano imperio præualebunt, cunctisque gentibus imperabunt.

Expositio Cap. V. Nunc vastaberis filia latronis. Artic. VI.

In fine præcedentis capituli multa prospera Deus promisit synagogae, seu plebi Iudaicae. Iam vero comminatur eidem. **Nunc vastaberis** id est, ab hostibus capieris, **[filia latronis]** id est, synagoga, quae propter tua peccata es filia diaboli latronis prauissimi, qui animam strangulat. **Effuderunt enim Iudaei in templo sanguinem innocentem, & subditos ac simplices multipliciter deceperunt.** Vnde Saluator quoque ait in Euangelio: **Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.** **Obfidionem posuerunt inimici nostri, super nos** id est, cõtra Iudæos, ciuitates Iudae obsidendo. **[In vno]**

Romã. 8.

Rom. 8. Iacobi 1.

Matt. 5. Lucã 6.

Ecclesiã 9.

2. Tim. 3.

1. Ioã. 5.

1. Co. 10.

Ioã. 10.

Psal. 39.

Psal. 17.

Matt. 28.

Psal. 10. Matt. 21.

[In virga percutient maxillā iudicis Israel, i. superiores ac iudices Iudæorum in faciem cædentes, viliterq; tractabunt, vt alios. Quidam referunt ista ad Babylonicā captiuitatē, in qua Sedechias rex, sacerdotes ac principes eius, à Chaldæis contēptibiliter cæsi tractatiq; sunt. Alij vero referunt ad vastitatē Iudæorum à Romanis, in qua grauissime sunt oppressi, & sacerdotes iubente Tito occisi. Et ita exponit Hieronymus. Vnde quod ait propheta, Obsidionem posuerunt super nos, exponit in persona Dei patris, loquentis de se & filio ac spiritu sancto. Contra quos posuerūt Iudæi obsidionem, filium Dei persequendo, in spm̄ sanctum blasphemando, & patrem mendacem faciendo. Qui em̄ non credit in filium, mendacē facit patrem, secundū Ioannem. Et Christus ait Ioan. 15. Nunc autē oderunt & me & patrem meum gratis. In virga quoq; seu aspero ic̄tu, percusserunt maxillam iudicis Israel, i. Christi, cui pater dedit om̄e iudiciū. Qui in euāgelio loquitur Iudæis: Multa habeo de vobis loqui & iudicare. Et: Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. Huius maxillas dulcissimas percusserunt manibus incestis atq; sacrilegis in nocte illa, potestati tenebrarum concessa, quæ admodum Lucas 22. asserit: Viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes eum, & percusserunt faciem eius. Minister quoq; pontificis dedit ei alapam, dicens: Sic respondes pontifici? Quod & ministri Pilati procurantibus Iudæis fecerunt, dum plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Et veniebant, & dabant ei alapas. Quod & Sibylla prædixisse cognoscitur. Consequenter tractatur de iudice isto, de loco natiuitatis eius, & duplici natura ac generatione ipsius. [Et tu Bethleem Ephrata] i. ciuitas binomia. Dicta est em̄ Bethleem & Ephrata, iuxta illud Gene. 35. Mortua est Rachel, & sepulta in via Ephrata. Hæc est Bethleem, paruulus es, i. modicus locus, seu viculus in millibus Iuda, i. cōparatione aliorum locorum tribus Iudæ. Vel est sensus, q̄ populus Bethleem paruus fuit, respectu millium populorum aliarum vrbiū Iudæ. Verum Matthæus scripturā istam sic allegat: Et tu Bethleem terra Iuda, nequāq; minima es in principibus Iuda. Sicq; in verbis contrarietas sonat. Vnde Hieronymus dicit, Matthæum verba hæc allegasse, non sicut nouerat esse scripta, sed sicut sacerdotes & scribæ allegabant respondendo Herodi, vt ostenderet S. Matthæus errorem illorum negligentiamq; in lectione scripturarum. Alij vero dicunt, Matthæum magis respexisse ad mentem & sensum prophetiæ, q̄ ad formam verborum. Michæas namq; intendit monstrare eminentiam Bethleem per hoc, q̄ Christus in ea natus est. Idcirco Matthæus sic ait: Nequāq; minima es. De hoc latius dixi super Matthæum. [Ex te mihi egredietur] i. ad honorem & gloriam meam nascetur. [qui sit dominator in Israel] i. rex Messias natus est ex femine Dauid, qui fuit de Bethleem Iudæ, in qua Christus natus est de beatissima virgine. De hoc dominatore Israel dictum est Osee 3. Seruient Dauid regi suo. Et item Esa. 9. Super folium Dauid, & super regnum eius sedebit. De quo Gabriel dixit gloriosè ac benedictè Mariæ: Et regnabit in domo Iacob in æternum. Hoc ergo de humana ac temporali Christi generatione sit dictum. De cuius generatione diuina ac sempiterna subiungitur: Et egressus eius, id est, generatio à patre, est ab initio, id est, ab æterno & ante secula vniuersa. In principio enim erat verbum, & verbum erat apud Deum, qui ait in Psalm. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te. [à diebus æternitatis] id est, ab ipso momento seu nunc æternitatis, quæ omne tempus includit. Aeternaliter nempe & inuariabiliter filius generatur à patre. Estq; egressio ista immanens, non foris transiens, cum genitus consubstantialis sit generanti. Deniq; quod generatio filij, egressus dicatur, constat ex hoc, quod filius ait in Ioanne: Exiui à patre, & veni in mundum. De hac generatione loquitur Christus æterna sapientia patris Prouerb. 5. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, ante colles ego parturiebar. In Ecclesiastico quoq; Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. [Propter hoc] id est, quoniam Christus ab æterno est, & omnium temporum dominus ac moderator omnipotens, per quem reges regnant, qui transfert regna atq; constituit. Vel [propter hoc] id est, quia in Bethleem natus est, scilicet ob incarnationis suæ mysterium & honorem, dabit eos, id est, Iudæos in terra promissionis regnare ac habitare permittet, [vsq; ad tempus, in quo parturiens pariet] id est, gentilitas diu sterilis, multos in Christo filios procreabit, quemadmodum Esaia 54. prædixit: Quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, Hoc est, vsq; ad tempus diuulgationis seu publicationis euangelicæ legis. Permisit itaq; Saluator Iudæos in terra hac per quadraginta circiter annos post suam passionem, dans illis locum & tempus pœnitendi, quia ex illo populo humanam assumpsit naturam. Et infra hoc tempus fuit vbiq; diuulgatum euangelium Christi. Quo factō, & illis obstinatis, venit Romanorum exercitus, & captos destruxit. Vel per parturientem intelligi potest primitiua ecclesia, quæ non sine labore ac multiplici persecutione gentiles in Christo regenerauit. [reliquiæ fratrum eius] id est, electi Iudæorum fratrum Christi, qui de eorum natus est populo. Vnde non confunditur fratres eos vocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et post resurrectionem ait ad Magdalenā: Vade, & dic fratribus meis. [conuer-

[conuertatur ad filios Israel] i. ad fidē 12. patriarcharū, qui erant filij Iacob, alio nomine Israel dicti. Iudæi em̄ per apostolorū doctrinā & signa conuersi, id crediderunt factum per Iesum, qd̄ patriarchæ crediderunt factum per Christum. Vel filij Israel sunt apostoli filij Christi, qui est verissimus Israelitarū nō obscure per fidem, sed clare per speciem iugiter vidit Deum. Ad horum autē filiorum Israel fidem & conuersionem conuersa sunt millia illa Iudæorū, de quibus scriptum est in Actis apostolorum. Potest insuper accipi de Iudæis, qui in fine seculi conuertent prædicante Helia, qui conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Per hoc em̄, q̄ conuertet Iudæos tunc existentes, ad fidem charitatemq; Christi, faciet eos vnanimis seu concordēs patriarchis & cæteris sanctis, qui erant sub lege. Sicq; corda filiorum ad patres, & corda patrum conuertent ad filios. [Et stabit] ipse Christus, qui secundum deitatem stabilis inuariabilisq; consistit. Secundū humanitatē q̄q; verbo vnitam, stetit confirmatus in bono & omni virtute immobilis ac perfectus. Corporaliter etiam stetit turbas docendo, vt dicit Lucas & Ioannes. [Et pascet] i. ciuitas & doctrina, exemplari vita, & alijs modis, [in fortitudine dñi] i. in potentia totius superbenedictæ trinitatis, [in sublimitate nominis dñi Dei sui] i. in maiestate Dei patris, vel trinitatis. Pater em̄, seu quælibet diuina persona, est Deus Christi secundum naturam assumptam. Secundum qd̄ ait Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Et Apostolus ait 2. Cor. 1. Deus & pater dñi nostri Iesu Christi. Vel per sublimitatē nois Dei, intelliguntur miracula illa altissima, quæ alius nemo fecit, nisi Ch̄s, de quibus fatet Ioan. 10. Opera quæ dedit mihi pater, testimoniū perhibet de me. Sic itaq; Christus paut Iudæos per seipsum, deinde per apostolos, per quos & gentiles paut siue cōuertit. vnde scriptū est Lucæ 4. Omnes mirabantur in verbis gr̄æ, quæ procedebāt de ore eius. Erat em̄ docens, sicut potestatis habes, non sicut scribæ & pharisæi. Hinc loquitur Esaias: Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit. Ipse nempe est pastor bonus, qui proprias oues vocat nominatim, & ante eas vadit, dicitq; Venite ad me oēs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et rursus: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. [conuertentur] ad Christum gentiles, quæ admodum apud Danielē 7. legit: Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Et Psalmista: Reminiscet & conuertentur ad dñm vniuersi fines terræ. [quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos terræ] i. Christus per totum mundum cognoscetur, & excellentia eius omnibus innotescet. Sicq; in cordibus credentium exaltabitur, atq; ab eis magnifice honorabitur. Pro hac magnificatione Christus orauit, dicens: Pater, venit hora, clarifica filium tuum. De hoc multa dicuntur in libro Psalmorum, vt est illud Psalm. 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et 21. Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Et 71. Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Vnde & Esaias 24. inducit: A finibus terræ audiuius laudes, gloriā iusti. Quæ autē sequuntur, intricata sunt valde, & difficultatib; plena. [Et erit iste] i. Christus, [pax] i. reconciliator & protector noster, & pacis internæ seu veræ quietis causa. De quo dicit Apostolus Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. [Assyrijs, cum venerit in terrā nostram, & quando calcauerit in domibus nostris.] Locus iste vsq; ad illud, Et erunt reliquiæ Iacob, diuersimode explanatur. Hieronymus namq; Beda & Glossa exponunt sic: Cum Assyrius, i. diabolus arguens & in perditionem dirigens. Assyrius em̄ dirigēs seu arguens interpretatur. Venerit in terrā nostrā, i. in carnē, illam tētando, inflāmando, seu tribulando, quemadmodum Paulo datus fuit stimulus carnis, angelus satanæ, qui percussit Iob vlcere pessimo, à planta vsq; ad verticem. Et quando calcauerit in domibus nostris, id est, corporibus, quæ sunt animarum nostrarum domus seu habitacula, quæ calcet diabolus, subiiciendo ea malis pœnæ aut culpæ, quando videlicet exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. Vel domus nostræ sunt cōgregationes fidelium, quæ à dæmonibus exerceantur, sed Christo protegēte, pacem victoriamq; sortiūtur. [Et suscitabimus super eum] i. aduersus Assyrium seu diabolum, ego pater & filius & spiritus. [septem pastores] i. patriarchas ac sanctos veteris legis, in qua sabbatum seu septima dies celebris fuit, præsertim cum per septem (qui est numerus perfectionis) vniuersitas designetur. Vnde in Apoca. habetur: Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Tobia quoq; Raphael ptestatur: Ego sum vnus ex septem, qui astamus ante Deum. [et octo primates homines] id est, sanctos noui testamenti, in quibus octo beatitudines commendantur. Et octauus dominicæ resurrectionis dies, secundum Bedam, celebriter agitur. Omnes isti cōtra diabolū pugnaverunt, & adhuc nobis contra illum pugnantibus auxiliantur. propter quod subditur: [Et pascet terram Assur] i. regnū diaboli, seu dæmones tentatores, [in gladio] i. oris sui seu verbi Dei, qm̄ tēste Apostolo, Gladius spiritus, est verbum Dei. hoc est, virtute orationis vel prædicationis, dæmonum potestatem deicient. [Et terram Nemroth] Qui per Assur, ille & per Nemroth designat, videlicet dæmō, qui vt fulgur ruit de cælo, & animarū robustus venator est, quem-

Acto. 4.
Mala. 4.
Lucæ 6.
Ioan. 7.
Matt. 7.
Esaie 40.
Ioan. 10.
Matt. 11.
Ioan. 7.
Psal. 21.
Ioan. 17.
2. Cor. 12.
Iob 2.
Roma. 6.
Apoc. 1.
Tob. 12.
Ephe. 6.
Lucæ 10.

admodū Nēroth, q̄ interpretat̄ tēratio descēdens, fuit fortis venator corā dño. Huius itaq̄ terrā pascēt[in lanceis suis] i. verbis acutissimis & penetratiuis. Viuus est em̄ sermo Dei & ef-
 Hebr. 4. ficax, & penetrabilior om̄i gladio accipiti. Vel lanceæ sunt virtutes seu spiritalia arma, quibus perforat̄ diabolus. [Et liberabit] Christus [ab Assur] i. tentatione diaboli, [cum venerit] diabolus [in terrā nostrā], secundū sensum nūc positū, aiām aut̄ intrare non potest. [Et cum calcauerit in domibus n̄ris] i. ecclesiā impugnaverit. Vex̄ expositio ista videt̄ ad mysticum cōfugere intellectu. Vnde alij literalit̄ ita exponūt: [Et erit iste] Christus [pax] nostra, [cum] i. postq̄ [Assyrius] i. rex & exercitus Assyriæ, [venerit in terrā n̄ram, & q̄n calcauerit] i. postq̄ inceserit [in domibus nostris]. Tēpore em̄ Ezechia, Assyrii ciuitates, vicos & castella Iudææ ingressi sunt, & suæ voluntati ad tempus subiecerunt. [Et suscitabimus] nos Deus trinitas, q̄ alibi diximus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Vel nos propheta, suscitandos annuntiabimus [super eum] i. contra regnū Assyriæ, [septem pastores] i. septē duces Medorū atq̄ Persarū. De quorū consilio cuncta egerunt reges illorum, vt legitur in libro Hester. Illi em̄ septem videbant faciem regis, & primi post eum sedebant. Qui, Deo mouente, Cyro ac Dario dederunt consilium inuadendi regnum Chaldæorum ac Assyri-
 Genes. 1. orum, quorū regnū tunc subditū erat Chaldæis. [& octo primates homines] i. directores bel-
 Hebr. 1. latorum. Erantq̄ in exercitu Persarū ac Medorū Marescalli, & impugnaverūt Assyrios. [Et pascēt terram Assur in gladio] i. Assyrios gladio deuorabunt. [& terram Nemroth] i. Ba-
 *Achad bylonē & Chaldæam, in qua Nemroth primo regnauit, iuxta illud Genes. 10. Fuit aut̄ princi-
 piū regni Babylon, & Arath, & Archach, & Caianne in terra Sennaar. [in lanceis eius] occi-
 dendo Chaldæos. [Et liberabit] Christus Iudæos [ab Assur, cum venerit in terram nostram] i. postq̄ Assyrii Iudæam introierunt, [& cum calcauerit in terminis nostris], mittendo nuncios vsq̄ Hierusalem, s. Rapsacē & alios multos. Siquidē post illud tēpus destructum fuit regnum Assyriorum. Sicq̄ impediti erant reuerti in terram Iudææ, [Et erunt reliquæ Iacob] i. electi Iudæi in Christum credentes, puta apostoli, discipulique eorum ex Iudaismo conuersi, [in medio populorū multorum] i. inter diuersas gentium nationes, sicut Ioannes in Asia, Thomas in India, Bartholomæus in Armenia, [quasi ros a dño] i. corda gentium semine verbi cælestis irrigantes & fecundantes, atq̄ libidinis ignē vitiorumq̄ flāmam in eis infri-
 gidantes aut̄ extirpantes. [& quasi stillæ] i. guttæ aquarū, [super herbam] quæ nō expectat vi-
 rum] i. humano auxilio non irrigatur. [& non præuolatur filios hominum,] vt illorum studio crescat siue fructificet, sed diuina prouidentia hoc totum agitur. Homo enim nō potest vnū capillū facere albū & nigrū. Et quāuis materiā præbet, & actiua passiuq̄ applicet, Dei tñ est incrementū præstare, & fructū concedere. [Et erūt reliquæ Iacob in gētibz in medio populorū multorū,] quibus euangelicā legem proponēt, [quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorū] i. fortes & insuperabiles, habentes potestatem ligandi atq̄ soluendi, quibus & Christus promisit Lucæ 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui nō poterunt resistere oēs aduersarij vestri. Quēadmodū ergo leo fortior est iumentis, quæ versant̄ in sylua, & catulus leonis fortior pecoribus, qm̄ prædā quā volunt, tollunt ac deuorant; ita apostoli, nullo potente impedire, prædā hoīm ex ore diaboli rapuerūt, & Christo incorporauerūt. [Qui] leos cū transferit, quærēs prædā, [& cōculcauerit] bestiā [& ceperit] Jeā, [non est qui eruat] de ore leonis, cū sit fortissimus bestiæ. Sic transeuntibus apostolis de gente in gentē, & cōculcanti bus gentilitatē, Ch̄s eā subdendo, & capientibus intra rete suum multitudinem gentium conuersarū, nullus potuit conuersos ab apostolorū doctrina auertere. De hac reliquiātū Israel dispersione & fructificatione in gētibz, multa dicuntur in Esaia, s. Florebit & germinabit Israel, & implebūt facie orbis semine. Et illud 42. Ponēt dño gloriā, & laudē eius in insulis nūciabunt. [& exaltabit manus] i. potestas [tua] o Christe, vel ecclesia, [super hostes tuos, & oēs inimici tui peribunt] i. æternaliter dānabuntur. Inuisibiles em̄ hostes subiecit Ch̄s discipulis suis, dicēdo Matt. 10. Infirmos curate, mortuos suscite, demones eijcite. Et Luc. 10. Dedi vobis potestātē calcādi sup̄ oēm virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Iudæi q̄q̄ increduli & tyrāni, psequētes olim ecclesiā, perierūt. Rursus, postq̄ Romanū imperiū fidē Ch̄i suscepit, exaltata est manus ecclesiæ, etiā in p̄senti supra gmulos suos. Et de q̄ Ch̄s loquit̄ Esaia. 41. Ad eū veniēt, & cōfundent̄ oēs qui repugnat̄ ei. [Et erit in die illa] cū apostoli p̄dicauerint vbiq̄ euāgelium Ch̄i, [dicit dñs: Auferā equos tuos] o synagoga [de medio tui, & dispergā quadrigas tuas, & perdā ciuitates terræ tuæ, & destrua oēs muniti-
 ones tuas] i. fortalitia, & auferā maleficia de manu tua. [Vident̄ hęc accipi posse de destructi-
 one Iudæorū a Romanis. Sed obstat qd̄ subdit̄: [Et diuinationes non erunt in te. Et perire faciā sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui, & non adorabis vltra opera manū tuarū, & euellā lucos tuos de medio tui. Et conterā ciuitates tuas.] Iudæi enim pro tunc idola non colebāt. Vnde qui ista ad captiuitatē prædictā cupit referre, dicere potest, q̄ idola, statuarū & luci dicunt̄ Iudæorum istorum, inquantū patres eorū ab antiquo talia coluerunt. Vel per idola, statuas

statuas & lucos, metaphoricè intelligunt̄ bona creata caduca, quibus inordinatissime afficie-
 bantur, & velut idola coluerunt, præponēdo talia Deo, quēadmodū Apostolus noīat auaritiā
 Colof. 3:3
 idolorū culturā. Deus em̄ avari est auge, gulosi vēter; luxuriosi Venus. De huiusmodi idolis
 i. Ioan. 3:3
 ait Ioan. Filioli, custodite vos a simulacris. Hieron. q̄q̄ exponit ista oīa satis spiritaliter, intel-
 ligēdo per equos, motus lasciuosq̄ quadrigas, vanitatis vehicula, quibus de peccato in pec-
 catum deducimur: per ciuitates, cōgregationes iniquas: p̄ munitiōes, diuitias seculi, pōpam
 mūdi, eloquentiā friuolāq̄ maleficia, deceptiones & nocumētaz diuinationes, proprię do-
 ctrinæ p̄sumptionēq̄ sculptilia aut̄ & statuas, sup̄stitiosa, vana, conficta, & deceptoria docu-
 menta. [Et faciā in furore & indignatione] mea, i. in rigorosa ac vindicatiua æquitate mea;
 & in zelo iustitiæ meæ vitia detestante. [vltionē in oībus gētibz, q̄ non audierunt] i. doctri-
 nā apostolorū & fidē catholicā nō receperūt, qm̄ æternā pœnā habebunt. Punitio Dei in se-
 culo isto, quantū ad electos, quibus dura apparet, est tñ medicinalis, nec ex furore, sed miseri-
 cordia Dei infligit, q̄ paternaliter corripit in p̄senti, ne durius puniat in futuro. Punitio
 aut̄ gehēnz, recte ex furore Dei infligi asserit, nō q̄ in Deo sit passionis affectio, sed propter
 similitudinē operis. Postremo, vt refert Hieronymus, carnis Israel ita exponit præhabita,
 q̄ in aduētū Messie Assyrii & Chaldæi ac cæteræ nationes subijcientur Iudæis, & ipsi Iudæi;
 qui tunc fuerint inter gētes dispersi, benedicentur & confortabunt a Deo, intantum, q̄ ne-
 mo eis resistere poterit. Sed sanguinarij erūt atq̄ crudeles, occidendo eos inter quos oppres-
 si fuerunt. Sicq̄ exaltabit manus eorū super aduersarios. Verum, vt pbat Hieronymus, huic
 eorum vanissimæ expositioni repugnat, qd̄ subditur, nuncq̄ expositum est. In die illa, dicit
 dñs, auferā equos tuos de medio tui &c. Quō em̄ tunc auferentur ab eis idola & statuarū ac
 luci, cum in omni captiuitate ista idololatriā vehemētissime detestentur. Quō etiam tūc vr-
 bes eorū destruentur, cum in terra habitent aliorum. Et vtiq̄ si ordo textus rite pensetur, in-
 notescit q̄ tenebrosus sit error illorum. Mystice, quod in principio huius capituli dictum
 est, Nunc vastaberis filia latronis, intelligi potest de ecclesia malignatium, quæ cum sit Deo
 rebellis, obsidionem ponit quodāmodo contra eum. Et dum Christo tantam contumeliā
 facit, eiusq̄ contemnit vicarios, quasi in virga percutit maxillam iudicis Israel, s. Christi
 seu eius vicarij. Omnis quoq̄ bonus diligensq̄ prælatus, prædicator seu doctor, stare debet
 in via perfectionis & firmitate virtutis, & pascere audientes vel subditos verbo, vita, ac præ-
 cibus, in fortitudine domini, non proprijs viribus, sed adiutorio Dei totaliter, iugiter, atq̄
 humiliter innitendo, nec a ccepto opere bono ignauiter desistendo.

Elucidatio Cap. VI. Audite, quæ dominus loquitur. Artic. VII.

Stendit demū præsentī cap. multiplex Israeliticæ plebis ingratitude, multiformis q̄q̄
 O beneficētia Dei ad populum, quatenus oppositā iuxta se posita clarius innotescant. Ait
 ergo S. Michæas. [Audite, quæ dñs loquitur] ad me per angelū, per me quoq̄ ad popu-
 lū. Beati em̄ qui audiunt verbū Dei, & custodiūt illud. [Surge] tu Michæa a quiete ad actum,
 Lucæ 11:3
 ab interioribus ad exteriora. [contende iudicio aduersus mōres] i. contra sacerdotes & scri-
 bas seu principes disputa & conquire, vt veritas pateat. [& audiēt colles] i. qui inferioris gra-
 dus, potestatis, seu ordinis sunt, [vocem tuam] i. verba quibus probabis beneficētia Dei,
 & ingratitude populū. [Audiāt mōres] i. dicti [iudiciū dñi] i. sententiā iustæ increpationis
 cōtra eos, & quid de eis sentiat De⁹. [fortia fundamēta terræ] i. pharisæi, & qui alijs religio-
 siores videntur, atq̄ colūnz aliorū dicuntur, sustentando eos per gratiā sibi cōcessam, quem-
 admodū ait Apostolus: Debemus nos firmiores, imbecillitatē aliorū portare, & non nobis
 Romæ 15
 placere. [quia iudiciū dñi cum populo suo] i. rationabilē discussionem & iustam declaratio-
 nem vult facere Deus cum populo Iudæorū, probādo per exhibitionē beneficiorū suorum,
 ingratitude atq̄ malitiā populū, ne videatur per potentiā eos opprimere, sed oībus eluce-
 scat, q̄ iuste illi dāentur. Vnde dictū est in Osee: Iudiciū dñi cum habitatoribus terræ. [Et
 cum Israel dñi iudicabit] i. iustus esse probabitur, iustusq̄ ab oībus agnosceatur, qui audierūt
 contentionē Dei cōtra Israeliticā plebē, videlicet declarationē beneficiorū diuinorū, & ma-
 leficioꝝ populū eius. Sic q̄q̄ loquitur per Ezechielē: Iudicabor vobiscū facie ad faciem. Et
 Psalmita: Iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Et in Esaia: Iudis-
 cate inter me & vineam meā. Per rationem ergo, non per potestātē duntaxat, vult dñs præ-
 valere datq̄ licentiā disputādi aduersus se, secundū quod Esaia. 45. loquitur: Narra, si qd̄ ha-
 bes vt iustificeris. Consequēter ponitur ratio Dei contra ingratos, videlicet cōmemoratio
 beneficiorū ipsius. [Popule meus] i. gēs Iudæorū, quā præ cæteris elegi, multisq̄ beneficijs de-
 corauī. Isti tamē ingrati, non fuerunt populus Dei per prædestinationē, finalisq̄ gratiæ ele-
 ctionē secundū veritatem. Sed nominati sunt populus Dei, propter patres, & propter gra-
 tiam, quam Deus præbuit eis, quibus abiecerint illam. Simili modo vocantur filij regni, Chri-
 sto dicente: Filij regni eijciētur in tenebras exteriores. [quid feci tibi] i. quid fore feci? quid
 mali intulit? quid feci quod facere non debuī? [Aut quid molestus fui tibi?] inordinate seu
 Matt. 8:3
 Q z cōtra

Contra iustitiā, responde mihi ad hæc. Non enim fuit eis Deus molestus irrationabiliter ag-
 grauando, quis contra peruersam impiorū voluntatē aliqua faciat, quibus grauant. Hinc dñs
 per Esaiā testatur: Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? Et Deut. 1. asserit Moses
 huic plebi: Portauit te dñs Deus tuus, sicut portare solet homo paruulū filium suum. Deniq;
 q̄ tibi molestus non fui, hinc liquet: [Quia eduxi te de terra Aegypti, & liberaui te de do-
 mo seruentium] i. de Aegypto & habitaculo eius, vbi durissima seruitute luti ac lateris pre-
 mebaris, & Pharaoni vrbes tabernaculoꝝ ædificabas. [& misi ante faciem tuam Moſen] du-
 cem, doctorem, seu legislatorē, & amicum meum, [& Aaron] fratrem eius pontificem, [&
 Mariam sororem illoꝝ prophetissam,] quæ specialiter præerat sceminis. [Popule me⁹, me-
 memento quæſo,] qui præcipere possum, sed dulciter loquor, vt te ad veritatis recognitionem
 inducam, [quid cogitauerit contra te Balach rex Moab] qui cogitauit te abigere, deicere,
 & per fraudulenta consilia Balaam seu maledictionem illius occidere. [Et quid responderit
 ei Balaam filius Beor.] Multa enim bona dixit de populo Israel, & beneficia Dei præstita ei com-
 memorauit. In quo patet, quanta bona fecit dñs Israeli. Deniq; tribus vicibus quasi inuitus
 benedixit Iudæis, inter cætera dicens: Ad benedicendū adductus sum, benedictionem prohi-
 bere non valeo. Dñs Deus eius cum illo est. Et clangor victoriæ regis cum illo est. Dñs Deus
 eduxit illū de Aegypto, cuius fortitudo est sicut rhinocerotis. [De Sethim vsq; ad Galgala]
 i. Balaam iustrans oculis exercitū Israel, qui protendebatur a loco qui dicitur Sethim, vsq;
 ad Iordanē, iuxta quē ex opposito tñ est Galgala. Est autē Sethim locus in eremo plenus ar-
 boribus, vbi filij Israel peccauerunt cum filiabus Madian & idolo Phogor. Hieronymus tñ
 dicit, q̄ Balach cōgregauit ibi exercitū contra filios Israel, quod intelligi potest, quia circa
 hunc locū hoc fecit. In Numerorū em̄ libro aperte habetur, q̄ Israel morabatur eo tempo-
 re in Sethim. Et paulo ante asseritur, q̄ Balach duxit Balaam in verticē montis Phogor. Vel
 iste est sensus secundū Hebræos: Memento, vt dictū est de Sethim vsq; ad Galgalam, i. mea
 beneficia tibi impensa, & tua iniqua opera contra me facta ab eo tempore, quo patres tuī
 peccauerūt in Sethim vsq; ad tempus quo Saul vnctus est in Galgala. Hæc autē recordari te
 quæſo, & prædicto iam modo te per Balaam benedixi, [vt cognosceres iustitiā dñi] i. q̄ iuste
 increperis a Deo. Vel fidelitatē Dei in adimplendo promissa, qui tibi misericorditer fecit &
 vere impleuit, sicut sanctissimis patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob sponondit. Cōsequen-
 ter propheta in persona plebis ad ista respondet: [Quid dignū offeram Deo?] tanq̄ dicat, At-
 tendo præhabita, & de cætero gratus esse desidero, sed quid dignū offerā aeterno? [Cur-
 uabo genu Deo excelsio.] Hoc dupliciter legitur. Primo negatiue, vt sit sensus, Genuflexio
 per se non est idonea Deū placare, cum non sit in se, nisi indicium deuotionis. Et oratio sine
 conuersatione bona non est condigna. Qui em̄ declinat aurem suam ne audiat legē, oratio
 eius erit execrabilis. Secundo legitur affirmatiue, vt sit responsio ad verbū præcedens, eritq;
 sensus, q̄ genuflexio, oratio seu adoratio, inquantū sunt actus latræ, & ex vera deuotione
 procedunt, sunt digna oblatio atq; placatio Dei, iuxta illud Psal. 49. Immola Deo sacrifici-
 cium laudis. Consequenter excluditur error confidentium in legalibus hostijs, [Nunquid
 offeram ei holocaustomata,] quæ totaliter incendebantur ad diuinæ maiestatis honorem,
 [& vitulos anniculos?] qui vnus sunt anni. tanq̄ dicat, Per sacrificia talia non sit debitus ho-
 nor Deo, neq; placatur, qm̄ per se nō sunt accepta, videlicet ex parte operis operati, sed ope-
 ris operantis, vtpote ex fide & charitate deuotioneq; offerentis. Et iuxta hunc sensum sub-
 iungitur: [Nunquid placari potest dominus in millibus arietū, aut in multis millibus hircorū
 pinguium?] id est, per immolationem immolaticiorum brutorum, quātumcunq; mul-
 torum. Impossibile quippe est sanguine hircorum & vitulorum auferri peccata, secundum
 Apostolum Hebræo. 10. Propter quod scriptum est apud Hieremiam 11. Nunquid carnes san-
 ctæ auferent a te malitias tuas? [Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo?]
 quod fecit rex Moab, secundum Hieronymum. [Et nunquid dabo fructum ventris mei]
 id est, quamcunq; prolem meam, [pro peccato animæ meæ?] quasi dicat, Non est talis ob-
 latio placata Deo, quum innocentis occisio non sit diuinæ æquitatis placatio. Hæc dicun-
 tur ad insinuandum, q̄ sacrificia legis non erant de se purgatiua peccati. Quod vero Mo-
 ses ait in lege per talia Deum placari, vitiaq; deleri, intelligendum fuit ex parte deuotionis
 offerentium. Sic enim dicit Psalmista: Introibo in domum tuam in holocaustis. Et: Holo-
 causta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. Deinde
 ponitur quid digne domino offeratur: [Indicabo tibi o homo] id est, o vniuersum genus hu-
 manū, [quid sit bonum] i. Deo acceptum & meritorium, [& quid dominus requirat a te,]
 pro beneficijs suis tibi collatis, non ad suam vtilitatem, sed ob tuam salutem. [vtiq; facere iu-
 diciū] iustum subiectis & tibi metipſi, vt propria peccata diiudices & vlscaris, ipsamq; iu-
 stitiam non in habitu tantū, sed in actu etiā habeas, nec sine ratione atq; cōsilio aliqd agas.
 Loquitur ergo de inordinato iudicio. Est autē & inordinatum iudiciū, scilicet temerarium
 vel

Esaiæ 5.
 Exod. 4.
 Num. 23
 Ibidem.
 1. Re. 10.
 Num. 24
 Gen. 17.
 & 25.
 Prou. 28
 Exod. 29
 Num. 38
 Psal. 65.
 Ibidem.

vel vsurpatorium. De quo ait Saluator Matt. 7. Nolite iudicare, & nō iudicabimini, De præ-
 dicto autem ordinato iudicio protestat Apostolus 1. Cor. 11. Si nosmetipſos diiudicemus,
 non utiq; iudicemur. Et rursus: Sine præiudicio nihil facias, i. præiudicio iudicio. In Iob q̄q;
 libro habetur iudicium eligamus, & inter nos videamus quid sit melius. [& diligere miseri-
 cordiā,] spirituales & corporales elemosinas proximis impendēdo ex charitatis prompto
 affectu, non ex necessitate aut coactione. Hilarem enim datorem diligit Deus. Beati siqui-
 dem misericordes, qm̄ ipsi misericordiam consequuntur. Per fidem nanq; & misericordi-
 am purgantur peccata, vt dicitur Prouerb. 15. Propter quod Tobia 4. inducitur: Quomodo
 potueris, ita esto misericors, & noli auertere faciem tuā ab vllō paupere. Hinc habetur & in
 Zacharia: Iudicium verum iudicate. Et: Misericordiam & miserationes facite vniūq; q̄
 cum proximo suo. Talis fuit B. Iob, qui fatetur: Flebam super eum, qui afflictus erat, & com-
 patiebatur anima mea pauperi. Et ab infantia creuit mecum miseratione. [& sollicitum ambu-
 lare cum Deo tuo] i. timorate in conspectu altissimi conuersari, per diligentem mandato-
 rum obseruantiam & cordis custodiam, sicut hortatur Apostolus Phil. 2. Cum metu, inqui-
 ens, timore, & tremore vestram salutem operamini. Hinc Deute. 4. docetur: Custodi temet-
 ipsum & animam tuam solcite. Ne obliuiscaris verborū dñi Dei tui, & ne excidant de corde
 tuo cunctis diebus vitæ tuæ. In Marco quoq; legitur: Videte, vigilate & orate. Hoc emi-
 nenter fecit S. Iob, dicens: Semper quasi tumentes super me fluctus timui dñm, & pondus
 eius ferre non potui. Vere enim si perpendimus q̄ horredum est incidere in manus Dei vi-
 uentis, quanta sit nostra fragilitas, q̄ arduum sit animæ nostræ negocium, & q̄ indefinenter
 aspiciamur a Deo, solcite ambulare conabimur cum creatore altissimo, dicentes singuli il-
 lud Iob 25. Deus solus est, & cogitationē eius nemo auertere potest. Et anima eius q̄dcunq;
 voluit fecit. Idcirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Hæc est
 enim laudabilis sollicitudo, quæ maxime pertinet ad prælatos. Qui tanto sollicitiores esse te-
 nentur, quanto pro pluribus reddituri sunt rationem. Propter quod dicit Apostolus Rom. 12.
 Qui præest in sollicitudine. O q̄ compendiosum ac saluberrimum est prædictum S. Mi-
 chæ documentum, iugiter reuoluendum. [Vox dñi ad ciuitatem clamat] i. prædictum
 sermonem, vel verba sequētia Deus per me ad synagogam profatur. [& salus] i. æterna felici-
 tas, erit timentibus nomen tuum] o dñe, casto ac filiali timore, vel etiam initiali, qui non
 differt realiter, sed gradualiter a timore filiali, dummodo finaliter perseuerent. Vnde in Ec-
 clesiastico habetur: Timor dñi delectabit cor, & dabit gaudium & lætitiā in longitudinem
 dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis benedicetur. In Prouer-
 bijs quoq; in timore dñi esto tota die, quia habebis spem in nouissimo. Et Esaiæ 6. Dñm ex-
 ercituum ipsum sanctificare, ipse pavor vester, & ipse terror vester. Deniq; beat⁹ homo qui
 semper est pauidus. Et: Qui sine timore est, non potest iustificari. Et: Nisi te instanter tenueris
 in timore Dei, cito subuertetur domus tua. Consequenter arguitur populus Israel de vi-
 tio fraudis & iniustitiæ. [Audite tribus] i. popule Israel per tribus duodecim distinctus. [Et
 quis approbabit illud?] i. quis verbo meo cōsentiet atq; obediet? tanq̄ dicat, perpauca. Cui-
 us subditur causa: [Adhuc ignis] i. feruens iniquitas est [in domo impij] i. in familia, immo in
 corde & anima hominis prauī. Quod specialiter refertur ad domum Amri, patris Achab,
 quorum vterq; pessimus fuit. De hoc igne dictum est Osee 7. Omnes adulterantes quasi cli-
 banus succensus a coquente. [thesauri iniquitatis] i. bona iniuste possessa, vel copiosa iniqui-
 tas, secundum quod dictum est Amos 5. Nesciunt facere rectum, thesaurizantes impietate-
 tem. [& mensura minor] per quam datur alteri non tantum vt iustum est, sed diminute per-
 soluitur. [ira plena] i. magnam vindictam efflagitans, cum sit contra iustitiam, & mortale
 peccatum. Consequenter dominus ait: [Nunquid iustificabo stateram impiam?] i. fallacem,
 [& saccelli pondera dolosa?] In quibus] ponderibus] diuites eius] s. populi Israel, & non solum
 egeni, qui per necessitatem inopiæ aequaliter excusari posse videntur, [repleti sunt iniquita-
 te] i. iniustis diuitijs, vel multiplici grauē culpa, quoniam enormiter peccauerunt ista agen-
 do. [& habitantes in ea,] videlicet in terra Israel, vel perseuerantes in ista iniquitate, [loque-
 bantur mendacium] perniciosum. Quod auaritiā cōcomitatur & fraudem. [& lingua eorū
 fraudulenta in ore eorum,] cum tamen Esaias 32. dicat: Fraudulenti vasa pessima sunt.
 Et Psalmista: Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Porro cum Deus sit
 iustus, & virtus eius iustitiæ sit initium, vt dicitur Sapientiæ 12. constat vitia ista ei plurimum
 displicere. Propter quod ait Leuitici 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula,
 in pondere, in mensura. Horum autem vitiorum debita pœna subiungitur: [Et ego ergo
 cepi percutere te perditione] id est, captiuitate & alijs plagis, [super peccatis tuis,] hoc est,
 non repente, nec statim volui vos subuertere, sed paulatim cepi percutere, vt varijs plagis
 ad poenitentiam prouocarem. Decem etenim tribus primo partim vastatæ sunt a Phui, de-
 inde a Teglatphalasar, postremo atq; totaliter a rege Salmanasar. [Tu comedes, & non satura-
 bera]

1. Tim. 5.
 Iob 34.
 2. Cor. 9.
 Matt. 5.
 Zacha. 7.
 Ibidem.
 Iob 3, 31.
 Marci 13
 Iob 31.
 Eccī 18
 Prou. 31
 Prou. 26
 Eccī 1. 37
 3. Reg. 16
 Psal. 9.
 4. Re. 17.

haberis: sic mittam famem in vos, ex terra sterilitate, seu hostium destructioe vastantium terram...

Mystica eiusdem capituli VI. expositio. Artic. VIII.

Nunc moralitas huius capituli breuiter est tangenda. Ait itaque dominus viro sancto ac predicatori condigno...

Jobel. 1.

Sapi. 6.

Ezech. 3. Hier. 13.

2. Pet. 2.

Num. 22

Job 34.

1. Ioan. 3

diligentibus Deum omnia cooperant in bonum. Debemus ergo perpendere inuisibilitum & visibilitum hostium insidias contra nos...

Expositio cap. VII. Vae mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos.

Deplangit sanctus Michas in capituli huius principio paucitatem iustorum, multitudinemque malorum, & praesertim infidelitatem & inimicitiam populi sui.

1. Cor. 9. Galat. 6. Rom. 12.

Ecc. 10. Rom. 2. Esai. 5.

Exo. 20.

Luc. 8.

Matt. 10.

1. Pet. 2. 2. Cor. 3.

1. Pet. 2.

nec personas virtuosas inueni, quæ sint sicut bonæ vineæ Dei. Vnde subiungitur: [Non est botrus ad comedendum] id est, aptus in cibum, quia vindematio facta est. Per hoc insinuat, quod non esset aliquis bonus, de cuius bonitate virtuosa anima propheta spiritualiter reficeret, congratulando profectui eius, quomodo Paulus ad Philemonem: Resice, inquit, spiritum meum. Cum ergo non fuerit botrus, nec aliquid aptum pro refectioe animæ meæ, quæ populi conversionem esuriebat. [præcoquas] id est, immaturas [sicus desiderauit anima mea] in cibum accipere, id est, qui non potui viros perfectos facere vel inuenire, saltem incipientes reperire optavi, qui nondum ad maturitatem seu virtutis perfectionem perducti sunt, tamen proficiunt & nec tales inueni, cuius ratio subdit: Perijt sanctus de terra] id est, nemo iam virtuosus est in terra duodecim tribuum. [et rectus] id est, iustus, [in hominibus] non est. Omnes in sanguine insidians] id est, per insidias & fraudulentias sanguinem innocentem, vel eorum quos odunt, quærunt effundere. [vir fratrem suum venatur ad mortem] id est, proximos vel cognatos persequi & comprehendere nititur ad occidendum. Hæc omnia hyperbolice seu per recessum dicuntur ex magno doloris affectu, ad innuendum paucitatem bonorum & abundantiam, qui tot erant, quod comparatione eorum quasi nulli videbantur, & multi, non tamen simpliciter omnes, in sanguine insidiabantur. Videtur quoque loqui Michæas, sicut libro 3. Regum 19. loquitur Helias, putans omnes sanctos periisse de terra Israel, præter se solum. Domine, inquit, prophetas tuos occiderunt, & reliquus sum ego solus. Præinductis autem verbis Michææ consonat illud in Psalmo 15. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Hæc autem mystice accipi possunt de quocumque viro sancto, zelum Dei proximique habente, qui multitudinem peccatorum & paucitatem bonorum attendens, dicere potest: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumnis &c. Spiritualiter quoque fratrem suum venatur ad mortem, dum proximum suum quærunt subvertere, seu ad mala inducere. [Malum manuum suarum dicunt bonum] id est, iniquitatem operum suorum excusant atque iustificat, quibus loquitur Esaias: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. [Princeps postulat] id est, iniustam exactionem facit à subditis, [et iudex in reddendo] id est, ipsemet princeps officium iudicis sibi assumit per hoc, quod iudicat & compellit sibi dari, quod postulat. Vel iudex in reddendo est, id est, per hoc est aliquis iudex sub principe, quod postulationem principis mandat effectui, faciens ei à subditis reddi, quicquid extorquet. [Et magnus loquutus est desiderium animæ suæ] id est, superior omnium, scilicet rex, vel aliquis doctior aut potentior, cæteris libere dixit, quicquid placuit sibi, & id inferioribus intimauit. [et conturbauerunt eam] id est, princeps, iudex, & magnus, terram seu plebem subiectam oppresserunt, sicut superius dictum est: Qui comedunt carnem populi mei. [Qui optimus in eis est] id est, melior inter prædictos est, quasi paliurus] id est, similis herbæ sic dictæ, quæ pungit, quia & ipsi omnes pungunt subiectos verbis duris & exactionibus siue iniurijs. [et qui rectus] id est, qui comparatione aliorum ac deteriorum iustus apparet, est quasi spina de sepe. Similis spinæ perforatiuæ, sic & ipsi perforant subditos. In principio huius prophetalis voluminis dictum est, quod Michæas prophetauit sub regibus Iuda, Ioathan, Achaz, & Ezechia. Ioathan autem & Ezechias iusti fuerunt, & multos principes & iudices iustos habuisse creduntur. Achaz vero pessimus fuit atque idololatra, & paucissimos habuit subditos bonos, quod niam auertit eos à cultu Dei. Ideo puto prædicta referri ad populum regni Iudæ, præsertim pro tempore Achaz. Referuntur vero ad regnum decem tribuum generaliter. Nihilominus in utroque regno erant tempore Michææ aliqui sancti prophetae, videlicet Esaias, Osee, Amos, &c. & religiosæ personæ. [dies speculationis tuæ] id est, tempus punitionis ac miseriæ tuæ, quam tibi, o popule duodecim tribuum, ego alijque prophetae speculati sumus atque prædiximus. [prope est, visitatio tua venit] id est, captiuitas tua imminet. [Nunc] sine dilatione erit vastitas] id est, presura [eorum]. Idem siquidem tribus ab Assyrijs captæ sunt tempore Ezechia, quo regnante, Sennacherib rex Assyriorum grauius nimis afflixit duas tribus, quæ postmodum captæ sunt à Chaldeis. [Nolite credere amico] id est, adulant, videlicet pseudoprophetae bona promittentibus. [et nolite confidere in duce] id est, in regibus & principibus vestris, quod possint vos de instanti vastitate eripere. Vana enim salus hominis, & maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. [Ab ea quæ dormit in sinu tuo] id est, à propria coniuge custodi claustra oris tui] id est, labia tua, quibus os claudit, ne incaute loquaris ad eam, & ipsa prodatur secreta, sicque fallaris, sicut euenit Samsoni à Dalida. Mulieres nempe instabiles sunt, loquaces, & male possunt silere atque celare. [quia filius contumeliam facit patri] ut Absalon David, [et filia confurget aduersus matrem suam] sicut communiter cernit in filiabus rebellibus & ingratis. [Nurus aduersus socrum suam] quæ admodum duas uxores Esau filia Heth, offenderunt animum Rebecca. Nurus est uxor filij alterius femina, sicut Ruth fuit nurus Noemi. Socrus autem est mater talis mariti. [et inimici hominis sunt domestici eius] id est, ei cohabitantes & commensales. Deploranda sunt ista magis quæ exponenda, cum oculis pateant, & omnibus quæ sua sunt quærantur

quærantur paucissimi inueniunt veri amici. Passiones namque & vitia iura amicitiae violant, ingratitude pariunt, germanitate, consanguinitatem, confederationem dirumpunt. Porro quod dictum est, inimici hominis domestici eius, Christus commemorat apud Matthæum. Præinductis insuper verbis consonat illud Hieremias 9. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantas supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Veritas tamen propter ista atque similia scripturarum eloga non debemus esse diffidentes & suspiciosi, vel de peiori semper præsumentes, sed cauti & circumspecti. Scriptura enim diuina loquitur pro tempore, causa, personis, & loco. Hinc ad caute lam scriptum est in Ecclesiastico: Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tribulationis. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Qui autem metuit dominum, inueniet illum. Et iterum: Vinum nouum, amicus nouus. Vete rascet, & cum suauitate bibes illud. Et ne derelinquas amicum antiquum. Nouus enim non erit ei similis. Postremo, vera, fixa & virtuosa amicitia in bono honesto fundatur, & similitudinem mox requirit, nec seruat nisi inter perfectos. Non igitur quærat lucrum priuatum, sed profectum amici, cuius prosperitati congaudet ut propria. Denique iam videmus, quomodo spirituales filij contra patres nostros Christi vicarios ac platos insurgunt, contumeliam inferentes, & filij contra spirituales matres, quod est grauissimum scelus, cum dicat saluator patris: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Et Apostolus Heb. 13. Obedite, inquit, præpositis vestris, & subiaceat illis. Et Samuel 1. Regum 15. Melior est obedientia quam victimæ, & auricularum magis, quam offerre adipem arietum, quam quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Illis itaque tam iniuste se habentibus, [Ego autem] Michæas [ad dominum aspiciam] oculo cordis contemplando, amando, ac venerando Deum altissimum, & misericordiam atque iustitiam eius pensando, iuxta quod scriptum est Psal. 24. Oculi mei semper ad dominum. Et item 122. Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in caelis. Vnde in Threnis loquitur Hieremias: Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in caelis. [et expectabo Deum saluatorem meum] id est, in eo duxerit sperabo, eius misericordiam longanimiter perstolabor, nec in aliqua aduersitate frangeat hæc mea fiducia. Propter quod ait Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Et Esaias: Deus iudicij dominus, Beati omnes qui expectant eum. [Audiet me Deus meus] id est, precem meam exaudiet. Hoc est verbum bonæ spei, in quo tangitur fructus expectationis præfatæ, & dat nobis sperandi fiducia. Hinc ad Hieremiam 39. dominus cõrestitur: Ervens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quoniam in me habuisti fiduciam. Et nos ergo in omni tribulatione & angustia, in omni tentatione & iniuria, aspiciamus ad dominum, expectemus Deum saluatorem nostrum, quod audiet nos, quemadmodum ait Psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Hoc quippe est singulare & vnicum, verèque saluberrimum refugium nostrum, prout 2. Paralip. 20. religiosus rex Iosaphat docet: Cum ignoremus, quod agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Consequenter ait propheta in persona synagogæ seu Hierusalem, & populi duarum tribuum: [Ne lateris inimica mea] id est, tu Babylon plebsque Chaldæa [super me, quia cecidi] id est, de mea ruina & captiuitate, qua incidi manus tuas. [Consurgam] ad pristinum statum post septuaginta annos de licentia Cyri regis Persarum. [Cum sedero in tenebris] id est, postquam fuero in aduersitate Babylonicæ captiuitatis. [Dominus lux mea est] id est, ad prosperitatem & consolationem adducet me, & in ipsa quoque aduersitate misericorditer affuit mihi, & per Danielelem & Ezechielem consolationem infudit. [Ira domini portabo] id est, punitionem istam à diuina æquitate inflictam æquanimiter tolerabo, quoniam peccauit ei] id est, poenam hæc merui, Deum offendendo, inustumque est, ut inordinatio culpæ per ordinationem poenæ coordinet, & Deo pro eius inhonoratione satisfiat. [donec causam meam iudicet] id est, quoad usque ipse Deus arbitretur poenam inflictam sufficere, & negocium quod inter me & Babylonem vertit, iudicet. [et faciat iudicium meum] iudicando pro me contra Chaldæos, qui impia voluntate & sinistra intentione me affixerunt, quis ego meruerim talia pati, & Deus iuste me tradidit illis, quod concessa sibi potestate abusi sunt. Vnde habet in Psalmo: Filia Babylonis misera, beatus qui retribuit tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. [Educat me in lucem] id est, de tenebris captiuitatis ad lucem liberationis, [et videbo iustitiam eius] id est, iustum iudicium Dei, videlicet effectum æquitatis diuinæ, hoc est, Chaldæorum deiectionem à Cyro, & meam liberationem ab illo. [Et aspiciet] me [inimica mea] id est, gentilitas mihi aduersans, & qui superauerunt de Chaldæis, [et operiet confusionem] id est, hostibus suis tradet, & videns meam liberationem, vndique confundet. [quæ dicit ad me] id est, in insultatione, tempore quod me cepit. [Vbi est dominus Deus tuus] id est, si dicat, iam patet, quod te saluare non queat, vel non diligat, & quod inaniter de eius auxilio præsumpsisti. [Oculi mei videbunt eam] id est, eius deiectionem. Viderunt enim Iudæi translati Babyloniæ destructionem à Cyro ac Dario.

Matt. 18.

Ecc. 9.

Ibidem.

Luc. 10.

Thren. 1.

Iob. 13. Eia. 39.

1. Ecd. 1.

Psal. 137.

Dario. Immo Dasi, fuit tunc in palatio Balthasar regis Babylonis, & plurimi Iudæorum mase runt in Babylone. [Nunc erit in conculcatione vt lutum platearum.] cito à Medis ac Persis calcabitur. Deinde dñs p Michæam promittit Hierusalē ac Iudæam, [dies vt ædificent maceris tuæ.] tēpus veniet, in quo ruinæ templi & ciuitatis Hierusalē, aliarumq; vrbiū Iudæa repa rabuntur, & destructi à Chaldæis parietes restaurabuntur, quod fuit post reditum à Chal dæa. [In die illa longe fiet lex.] id est, legi & imperio Chaldæorum non subiacebis. Vnde Sym machus & Theodotio transtulerunt, præcepti iussio. Et Esaias prædixit: In die illa assumes parabolā sup regē Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor? quē it tributus? [In die illa vsq; ad te veniet Assur.] Dies in scripturis accipi solet pro tēpore, qd qñq; multos dies inclu dit. Quod ergo nunc dicit de aduentu Assyriorum in Iudæā, non est referendum ad diem repa rationis Hierusalem post reditum à captiuitate Babylonica; sed ad tēpus pcedēs, tēpore Eze chias. Sed qñ istud videtur aliquāter alienum, pferim cum tēpus Babylonicam captiuita tem præcedens, & tēpus eā sequens, pteant ad distinctas mundi ætates, & Ezechias diu ante reditū à Babylone defunctus est: videt, qd ea q̄ dicta sunt de inimica populi Iudæ, nō solum de Babylonia intelligant, sed generaliter de quacunq; pl: be regnum Iudæ vastare, videlicet Sy ria, Philistæa &c. & tunc plana est litera, vt sit sensus: In die illa cū inimica tua ab Assyrijs op primef, qd fiebat partim tēpore Ezechias & Achaz, tunc em reges Assyriorum vastabant Syriā & alias nationes, & vsq; ad te, o Iuda & Hierusalē, venit Assur. i. Sennacherib cū suo exerci tu. [Et vsq; ad ciuitates munitas.] Obtinuit enim fortes vrbes in Iuda. [Et à ciuitatibus] Iudæ [munitis vsq; ad flumen.] i. Iordanem venturus est, [Et ad mare de mari.] i. de mari rubro vel de mari mortuo secundū alios, venit vsq; ad mare mediterraneum, qd currit in terra Iudæa. Venit Sennacherib per viam maris rubri contra Iudæos. [Et ad mōtem de monte.] i. Iuit em (vt Esaias prædixit) inundans per Iudam, totam in gyro terram illam vastando, quæ monto sa est, sicq; de monte vno venit ad aliū. [Et terra erit] Iudæa [in desolationem] i. qd habitacu la & terræ nascentia destruent. [propter habitatores suos] iniquos, qui tēpore Achaz multa mala fecerunt & idola coluerūt, nec tēpore Ezechias satis emendati fuerūt. [Et propter fru ctum] i. effectū seu actū cogitationū eorū: ex quibus opera mala prodierūt. Odio enim sunt Deo impius & impietas eius. Ideo propter vtrunq; desolati vñū tñ est propter aliud, & sic to tum est tanquā vnū. [Pascite populi tuū] Locus iste dupliciter explanat. Primo secundū Hieronymū, vt sit vox Dei patris ad Chīm: Pascite o Christe, dñ cōuersaris in mūdo, populū tuū Iudæorū ad q̄s specialiter missus es. [in virga tua] i. per tuā directionē, authoritatē & incre pationem. [gregem hæreditatis tuæ] i. qui populus est grex tuus hæreditarius, seu oues tuæ electæ, quantū ad prædestinatos, qui iuxta Apostolū per electionē græ saluæ factæ sunt. Istis em loquit Chīs Luc. 12. Nolite timere pusillū grex, qd cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. De hac virga loquit Esaias 11. Percutiet, inquit, terram virga oris tui. Et rursus p Esai am 49. Chīs testat, loquēs de patre: Posuit os meū quasi gladiū acutū. Et Psal. ad Chīm: Vir ga directionis, virga regni tui. [habitantes solos in saltu] i. inter infructuosos, incredulosq; Iudæos, qui saltus dicunt, id est, infructuosasq; arborū multitudō. [in medio Carmeli] pascen tur] id est, in loco vberrimo, cum cœperint Chīs delicijs saginari, seu eius doctrina & mori bus enutrirī. [Basan & Galaad] i. in locis terræ sanctæ, in quibus cōuersus est Christus. Vel per Basan (quod interpretat confusio) & per Galaad (quod interpretat transmigratio) desi gnat, qd in bona confusione de pristinis vitijs quæ pœnitētiā adducit, & in recessu à malo, atq; accessu ad bonum, essent spūaliter reficiendī. [iuxta dies antiquos] videlicet [secundum diem egressionis tuæ de terra Aegypti] id est, exuberanter, sicut olim patres eorū à Deo per Mosē pascebant, qñ egrediebant Aegyptū. Tunc enim scientia & doctrina, signis ac prodi gijs pascebant. Aduertendum est autem in oibus his, quod Michæas vberrimè variat modum locutionis, quantum ad numex seu personam. [Ostendam eis mirabilia.] Christus enim co ram Iudæis, & maxime coram discipulis suis, innumerabilia fecit miracula. Suis quoq; disci pulis tantā pstitit gratiam miraculorū, vt dicat Ioan. 14. Qui credit in me, opera quæ ego fa cio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad patrem vado. [Videbunt gentes, & con fundentur super omni fortitudine sua] id est, visis miraculis discipulorum Christi confundē tur, qd tale nihil agere poterunt, & qd in proprijs viribus & idolis fiduciam habuerunt. [Po nent manum super os] id est, præ cōfusione & vitiorū suorū enormitate loqui non audebunt, reputantes se ad loquendum indignos. [aures eorū surdæ erunt] id est, vana & illicita audire cauebunt, quemadmodum in Ecclesiastico legit: Sepi aures tuas spinis, & noli audire lin guam nequam. [Lingent puluerem, sicut serpentes] i. in terrā prosternent se, & terrā oscula bunt, veniā postulātes, quæ admodū scriptū est Psal. 43. Qm humiliata est in puluere aīa nra, conglutinatus est in terra venter noster. [velut reptilia terræ turbabunt de ædibus suis] i. pri stinas domus, videlicet malas cōsuetūdas, & congregaciones iniquas relinquent, turbati bona conturbatione, puta horrore iudicij atq; pœnæ, & consideratione propriæ culparum.

Vnde

Vnde habet in Psalmo 64. Turbabunt & timebunt, q habitāt terminos à signis tuis. Et ite 6. Anima mea turbata est valde. [Dñm Deū nrm formidabūt] cū fidē receperint, [Et timebu. ut te] Io Christe. Secundo, exponit locus iste de Iudæis à Babylonica captiuitate reuerfis, q fue runt populi Dei, q̄s corporaliter & spūaliter paut De⁹. Et habitabāt soli in saltu, id est, sine humano p̄sidio. Tempore q̄q; Machabæorū multi eorū cū Iudæa ac fratribus eius & patre eo rum Matathia in eremo cōuersabant, & soli manebāt in syluis. Aliqñ vero pascebant in lo cis fertilibus, q̄ p Carmelū, Basan, & Galaad designant, sicut de hoc multa p Ezechielem do minus repromittit: In pascuis (ait) vberrimis pascam eos, in montib⁹ Israel. Sicq; pascebant largiflue, secundū diē egressionis ex Aegypto, qñ celesti pane alebant, & nil defuit eis, vt Mo ses protestat. Tunc q̄q; cum tēplum & Hierusalē inaurabant, ostendit De⁹ poplo suo mira bilita, & mirabilē prosperitatē eis cōcessit. Propter qd gētes, vtputa Samaritani p̄cipue, con fundebant & turbabant, erantq; surdæ aures eorū, qm præ rancore non poterant æquanimi ter aliqd de prospero Iudæorū successu audire, & dominū formidabāt timore seruili, metuen tes ab eo puniri, cuius tantā experiebant potentia circa pplm suū. Deniq; ad vtrunq; exposi tionem pertinet, quæ sequunt. Nam ex prædictis magnificentijs virtutis diuinæ prorumpit propheta in Dei p̄conium: [Quis Deus similis tui?] Quasi dicat, nullus: qd tu solus verus De us, tu solus oīa infinite excedis, in ditione tua cūcta sunt posita, nec est qui tuæ queat resistere voluntati. Non est similis tui in dñs domine, & non est secundū opa tua. Tu em fecisti cælum & terrā, & qcqd cæli ambitu cōtinet. [Qui auferis iniquitatē.] Quis em potest dimitte e p̄cā, nisi solus De⁹, q in hac vita punit, vt ignoscat. Auferit autē De⁹ iniquitatē, quantū ad culpā seu maculā, p cordis contritionē: qñtū vero ad reatū seu pœnā, auferit illā p satisfactionē. Et ta men qd ad pœnæ mitigationē, magis cōferē dolorosa cōrritio, & erubescētia cordis, atq; affe ctio seruida charitatis, q labor & pœna exterior. [Et transfers p̄cām reliquiarū hæreditatis tuæ] i. peccata electorū Iudæorū finaliter deles. De istis autē reliquijs dictū est sæpe. Deinde p pheta ad alios loquēs, adiecit: [Non immittet vitrā furorē suū] i. dirā & amarā vindictā in nos. Ista promissio intelligēda est, sicut & cetera multq; in veteri testamēto, videlicet sub cōditione, Dñm oī filij Israel p̄seuerarēt in bono. Secundū quē sensum dñs dixit 2. Regū 7. qd filij Israel nō cōmouerent, nec à filijs iniquitatis affigerent, sed De⁹ iugiter habitaret cum eis. Porro pro eo qd Hieronym⁹ trāstulit, vtrāq; Symmachus trāstulit, in sempiternum. Theodo tio autē, in finem. Et sic sensus est planior, s. qd licet Deus ad tēpus irascat electis, eos in hac vi ta multipliciter castigādo, finaliter tñ placat & miseret, dans cōsolationē æternā. Propter qd in Psal. 76. dicit: Nunqd in æternū p̄iciet De⁹? Et 102. Qm nō in æternū irasces, neq; in æter nū cōminabit, [qm volēs mīam est] i. ppriā & sibi cōsubstantialē clemētiā diligit, pietatis q̄q; effectū libet impedit, estq; paratior misereri qd dānare, qm miseratiōes ei⁹ sup oīa opa ei⁹. Propter qd ait apud Ezechiēle 18. Nunqd voluntatis meæ est mors impij, dicit dñs, & nō vt cōuertat, & viuat? Et Osee 6. Misericordiā volui, & nō sacrificium. [Reuertetur] per effectum à rigore iusticiæ ad suauitatē clemētiæ, q est propria domus Dei, qm à misericordia nunq; recedit, cū & in inferno citra condignū flagellet. [Et miserebit nostri] i. nostram mi⁹eriā sub leuando, aut amouendo. Misericordiam siquidē culpæ à pœnitentijs tollit, sed misericordiam pœnæ paulatim diminit. Et qm maior est miseria culpæ q pœnæ, idcirco amplius ad misericordi am pertinet, culpā in hoc seculo per medicinales pœnas corrigere & punire, quā pœnas non inferre. Immo pœnas has nō inferre, ignauia est, remissio, negligentia, atq; horrenda crudelitas. Ideo scriptū est: Miserere animæ tuæ placens Deo. Quid est propria animæ mi sereri, nisi eius peccata in hac vita p̄digna flagella vlcersi, eamq; ab oīi voluptate auerte re, & timore Dei cōfingere? [Deponet] i. omest iniquitates nostras] p̄ gr̄ infusione animas nostras purgando ac iustificando. [Et projiciet in profundū maris oīa peccata nostra] i. sic ea p̄fus dimittet, ac si nunq; fuissent, quemadmodum loquitur Ezechias: Projeciisti post tergum tu um oīa peccata meā. Et Psal. 31. Beati, q̄q; remissæ sunt iniquitates, & q̄q; tecta sunt peccata. Postremo, propheta ait ad Deū: [Dabis veritatē Jacob, misericordiā Abraham] i. populo Iudæorū nato de semine Iacob & Abraham, vel ip̄s sanctis patriarchis vel cūctis fidelibus (qui dicunt Iacob, vitia supplantando, & Abraham, fidem Abraham imitando) dabis Christum, q est veritas tua, & misericordia sempiterna, de quo cantamus: Misit Deus misericordiam su am & veritatem suam. Vel veritatem & misericordiam, id est, promissionem tuam imple bis, & gratiam exhibebis per Christum, de quo scriptum est: Lex per Mosē data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. [quæ iurasti] id est, quam veritatem & misericor diam cum iuramento promissisti. [patribus nostris à diebus antiquis] id est, sanctis patriar chis & prophetis, ac ceteris iustis à principio mundi, quemadmodum pater præcurso ris testatur: Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ, sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum eius. Et virgo dignissima: Suscepit, inquit, Israel puerum suū, recordatus miæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

Deniq;

Ezec. 34. Deut. 10. 1. Ecd. 6.

Hest. 13. Hest. 85. Hest. 13.

Mich. 2.

Psal. 144

Ecci. 30. Psal. 118.

Esa. 38.

Psal. 56.

Ioan. 1.

Luca. 1. Ibidem.

¶ Deniq; mysticus intellectus huius capituli, nunc partim inductus est, & qd restat, nunc dicam. Verū tamen q in principio huius capituli dicit, Væ mihi qa factus sum, sicut q colligit in autumno racemos vindemiæ, accipi potest in persona Christi, dolentis q tam pauci ludæorū per suā prædicationem crediderūt atq; correcti sunt. Propter qd ait p̄ Esaiam: Ego dixi, inuacuū laboravi, sine causa consumpsi fortitudinē meam. Quod enim hoc ad literam dicit in persona Christi, patet considerantibus p̄cedentia atq; sequentia textus illius. Vnde & Marc. 3, legitur: Contritus est Iesus super cæcitate cordis eorū. Et ipse fatet in Psalmo 34. Quasi lugens & contristatus, sic humiliabar. [Pernt sanctus de terra] hoc nunc dici potest propter paucitatem iustorum. [Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, q̄si spina de sepe.] Hoc iuxta sensum præhabituū dici potest de multitudine prauæ societatis, in q̄ sunt aliqui, qui cōparatione consortium suorū optimi & recti dicunt, qui tamen absolute loquendo, iniusti sunt, pungitiui, & vindicatiui. [Nolite credere amico.] Hinc dicit Ioannes apostolus: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Verū innocens credit omni verbo. Sed hæc est periculosa & mala simplicitas, includens debitā considerationis defectum. Si autem quis expertus est, & vere firmiterq; cognouerit fidelitatē amici sui ad se, debet ei tanquam sibi ipsi considerare. [Ne lateris inimica mea super me, q̄a cecidi.] Hæc possunt esse verba ecclesiæ, seu aīæ pœnitentis atq; afflictæ, quæ ait: Ne lateris & c. id est, tu aduersatrix salutis meæ, puta potestas aerea, concupiscentia carnis, seu impiorū societas, noli de mea ruina & afflictione gaudere. [Consurgam] à peccato p̄ pœnitentiā, & à tribulatione p̄ consolationē spūs sancti, qui post tempestatē facit trāquillū, & post fletū exultationē infundit. [Cum sedero in tenebris] id est, in seculo isto tenebroso ac vitioso, vel in aduersis, aut vitijs, [dñs lux mea est] quia à caligine ignorantia eripit, à terribili nocte peccati educit, datq; lucidam futuræ beatitudinis considerationē, & intus clarificat oīa intima cordis, vt dicamur: Dñs illuminatio mea & salus mea. [Iram domini portabo] i. omnem aduersitatem, persecutionē, tribulationē, tentationē, quæ mihi in hac vita contingit, patienter recipiam, hilariter tolerabo. [qm̄ peccavi ei.] Tanta est eadem peccati, quo diuina maiestas offendit, diuina sanctitas inhonorat, enormitas, tātāq; in futuro pœnā meret, qd si bene pensem⁹, gaudenter sustinebimus quicquid aduersitatis acciderit nobis. Et licet conscij nobis non sim⁹ de eo qd nobis imponit, scimus tamen, qd aliunde in multis offendim⁹, & multa peccata habemus nobis ipsis ignota, de quibus oram⁹: Ab occultis meis munda me domine. Hinc scriptū est: Et nos ergo non vlciscamur nos pro his, q̄ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella dñi, quasi serui q̄ corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram venisse credamus. Qui talis est, in omni afflictione humiliter confiteatur illud Iob. 33. Peccavi, & vere deliqui, & vt dignus eram, non recepi. Quauis autē istud sit virtuosum, tamen multo maius ac dignius est propter iustitiā pati sine propria culpa, & hoc æquanimiter propter Deū, iuxta illud Matt. 5. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorū est regnum cælorum. Vnde 1. Petri 2. habetur: Hæc est gratia, si propter conscientia Dei sustinet q̄s tristitias, patiens iniuste. Quæ est em̄ gratia, si peccantes & colaphizati, sufferitis: si autē benefaciētes sustinetis, hæc est gr̄a apud Deū, in hoc em̄ vocati estis. Sed ad hæc q̄s inuenit idoneus, nisi q̄ priuatū amorē & vanitatē prorsus eiecerit: donec iudicet causam meam] i. reputer me satis punitū pro meis peccatis. [Educat me in lucem] sapientia, [videbo iustitiam eius] qua me iuste castigauit. [Et aspiciet me inimica mea] nunc dicat. [Et operietur confusio] dolens de meā prosperitatis successu. [Quæ dicit ad me:] Vbi est dñs De⁹ tuus? oculi mei videbūt eam.] Hoc totum maxime fiet in generali iudicio, q̄ndo stabunt iusti in magna constantia aduersus eos q̄ ipsos deprimebant. Videntes turbabunt timore horribili. [Temp⁹ est, vt ædificent maceria tuæ] i. ecclesia, vel aīa p̄ vitij lapsa. Hæc maceria sunt virtus & sciētia, fides & opa, donū & fructus spūs sancti, q̄ per mortale peccatū labunt, & p̄ gr̄a reparationē denuo erigunt. [In die illa ad te veniet Assur] i. diabolus te impugnās, qui tunc acrius instat, dum homo plus proficere nitit. [Et vsq; ad ciuitates munitas] id est, congregationes deuotas, quas non cessat imperare. [Et vsq; ad flumē] i. viros p̄fectos, q̄ de plenitudine Ch̄i abundanter, vt fluius, acceperūt oēs. [Et de mari ad mare] id est, de vno iniquo vitioꝝ amaritudinib⁹ pleno, ad aliū sibi consimilē, & ad montē de monte, i. de vno contēplatiuo ad aliū, vel de vno supbo ad aliū. Omnium namq; graduum hoīes lustrat, discutitq; diabolus. [Et erit terra desolata propter habitatores suos.] sic & corpora nostra p̄cenis subdunt propter animarū peccata. Et ecclesia propter filioꝝ suorū excessus diuersimode tribulat, atq; diuinæ visitationis consolationibus spoliatur. Verum vt diuinæ dulcedinis experientiam mereamur, exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, & omni custodia cor iugiter custodiamus, ad laudem, honorem & gloriam eius, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Enarrationum in Michæam prophetam, Finis.

D. Dio-

Esa. 49.

1. Ioan. 4 Pro. 14.

Psal. 26.

Yacobi 3. Psal. 18. Iudic. 8.

Sapi. 5.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN NAUM PROPHE TAM ENARRATIO.

¶ Elucidatio Capituli primi, Onus Niniue Liber visionis Naum. Articulus primus.



Aum propheta, decem tribubus iam ab Assyrijs captis, regnante Ezechia super Iudam, legit prophetaſſe. Describit autē destructionem Niniue metropolis Assyriorū, contra quam vaticinatus est Ionas. Cum em̄ ad prædicationem Ionæ Niniuitæ ad tempus pœnituisſent, post aliquantū temporis ad vomitū redierunt. Idcirco per Naum prædicit eos spūs sanctus perituros. [Onus Niniue] i. pondus miserie, seu grauis calamitas Assyriorū, est [liber] id est, materia libri [visionis Naum Helchesei] i. nati de loco sic dicto, qui fuit viculus Galilææ tēpore Hieronymi pene destructus, quem refert sibi Hierony. à circumducente monstratū. Ex quo constat, qd Helchesei non est hic nomen propriū viri, & patris Naum, sed nomen loci natalis. [Deus æmulator] i. zelator & vltionis amator secundum zelum iustitiæ suæ. Eadem verba Moſes scripsit. Et in Exodo dñs proteſtat: Ego dñs fortis, zelotes. Est autem zelus alius quidam spūalis & bon⁹, alius carnalis & vitiosus. De primo scriptū est Psal. 68. Zelus domus tuæ comedit me. De ſecūdo, Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. [Et vlciscens dñs, nullū em̄ malū dimittit impunitū, iuxta illud Iob 24. De⁹ inultū abite nō patitur, & in Psal. 63. De⁹ vltionū dñs. Ipse q̄ppe essentialiter sanctus & iustus est, ideo omne peccatū detestatur, ac punit in hoc seculo vel futuro. Punit autē in his, qui conuertunt ac pœnitent, dum illi Deo inspirante castigant seipsos. [vlciscens dñs & habens furorē] i. summū æquitatis rigorem, seu iustitiā tam districte vindicantē, ac si furiosus consisteret dñs. Quod autē Deus in sua natura non habeat passiōem, seu sensitiuæ partis aliquam affectionē, certissimū est. [vlciscens dñs, iniuriam sibi illatā vindicando] [in hostes suos] i. obduratos & infideles, qui odiunt Deum, & odio habentur ab eo. [Et irascens ipse inimicis suis] id est, per modū irati se habens in puniendo rebelles. Hæc præmissis propheta, eo qd Assyriorū punitiōne scripturas sit. Sed qd punitio Dei ad patientiū vtilitatem ordinat, nec statim infert, sed diu & clementer differit, adiecit: Domin⁹ patiens] i. longanimiter p̄solans errantiū pœnitentiā. Si autē patientia proprie accipiat, prout est virtus moralis, passiōem tristitiæ ordinans, sic nō cōpetit Deo proprie, sed metaphoricè, que madmodū ceteræ passiōes & virtutes passiōnū reſtrictrices, [et magnus fortitudine] i. immo infinitæ virtutis, & ipsa diuina essentia est potestas omnipotens atq; immensa. Vnde in libro Iob habetur: Ecce excelsus Deus in fortitudine sua, & nullus similis ei in legislatoribus. Hiere. 49. ait: Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o rex gentium? [et mundans] per gratiam impiū seu innocentiū] id est, non permittit eum sine debita pœna euadere. Vel mundans immundum. Quis em̄ potest facere mundū de immūdo conceptū semine? Nonne solus De⁹? Nō faciet innocentem, i. à correctione liber, sed flagellabit omnē, quem recipit, filiū. Propter qd ait per Hieremiam: Castigo te in iudicio, vt nō tibi videaris innocuus. [Dñs in tempeſtare & in turbine viæ eius.] Per vias domini, hoc loco intelligit operationes diuinæ iustitiæ contra iniqs, videlicet vltiones ex diuina iustitia procedentes, quæ dicantur esse in tempeſtate & turbine, quoniam impetuoſe nonnunq; horribiliterq; infliguntur, & interdum ipsa tempeſtas aeris, & turbo ventorum, fulgura atq; tonitrua, sunt effectus vlticis iustitiæ Dei, quemadmodum factū esse contra Aegyptios patet in Exodo. Hinc Hiere. 23. ait: Ecce turbo domini: cæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens super caput impiorū veniet. [et nebula] scilicet sunt [pulis pedum eius] i. accessus Dei vindicantis ad impios, ita terribilis est, vt nebula appellent pulis pedum eius, quoniam obscura & tristia sunt omnia quæ infligit. Non qd Deus in sua natura habeat pedes, sed pedes Dei dicunt potestas, qua venit & calcāt iniquos. Vel ideo pulis pedum Dei dicitur nebula, qd ex tempeſtate & turbine causatis à Deo, multum de puluere ascendit in aerem, quem per modum nebulae obscurat ac implet. Et dicit pulis pedū Dei, quia à terra eleuatur, quæ fertur scabellū pedū Dei. Vnde in Esaiā ait: Cælum mihi sedes est, terra autē scabellū pedū meorū. [Increpans mare] i. aquis vniuersis per modum redarguentis p̄cipiens, quæ admodū Ch̄s fecit orta tēpeſtate in mari, iuxta illud Marc. 4. Surgens Iesus comminatus est ventū, & dixit mari: Tace & obmutesce. Non tñ opinandū est, elementa mundi esse animata ac viua, vt Dei increpationem agnoscant. Nec ponēda est anima mundi, quemadmodū Plato asseruit, totum mundum esse vnum animal diuina san-

long 1121

Deut. 6. Exo. 20.

Iob. 36.

Iob 14.

Hier. 30.

Exod. 9.

Psal. 98. Esai. 66.

Marc. 4.

R ctione

Etione intelligens. [Et exiccans illud.] Non quod aqua fiat sicca, cum humiditas sit inseparabilis qualitas aquae, sed quod terra seu alueus maris liccet. Sic enim Deus dicitur mare rubrum ac Iordanem siccaffe, iuxta illud Psalm. 105. Increpuit mare rubrum, & exiccatum est. [Et omnia flumina ad desertum deducens,] cum sibi placuerit. Potest enim aquas trans ripas educere. In praedictis verbis laudauit propheta diuinam iustitiam, misericordiam, & potestatem. [Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.] Basan fuit in terra promissionis regio vberissima, Carmelus vero & Libanus montes arboribus consiti & foecundi atque pulcherrimi. Per quos, secundum Hieronymum, propheta metaphorice exprimit vastitatem Assyriorum à Chaldaeis, ut per Basan intelligatur fertilis terra Assur, per Carmelum exercitus Assyriorum, per florem Libani rex & principes. Alij exponunt de praedictis locis filiorum Israel, quos dicunt infirmata propter sterilitatem & caritiam, quae contigit in terra Israel tempore Heliae & Helisae, ut patet 3. & 4. libris Regum. Sic quod flos Libani elanguit, id est, florida germina defecerunt. [Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt.] Hoc accipi potest de materialibus montibus terrae & collibus, qui frequenter diuina virtute mouentur & deiciuntur. Vel de superioribus & inferioribus principibus, qui Deo vindicante turbant, desolantur & à sua gloria transmutant. Possunt demum omnia haec specialiter ad Assyrios & Ninium rectorqueri, cum in principio cap. dictum sit, Onus Ninium. [Et contremuit terra à facie eius.] à diuina virtutis imperio seu aspectu, quod respicit terram, & facit eam tremere. [Et orbis & omnes inhabitantes in eo.] Omnia ista frequenter ad literam acciderunt, vel simul, vel per partes. In diluuiio naucq; simpliciter totus orbis cum habitatoribus suis commotus est, seu multipliciter immutatus. [Ante faciem indignationis eius quis stabit?] i. praesentiam diuinam ultionis ferre quis poterit, cum & in Psalm. 147. dicitur: Ante faciem frigidus eius quis sustinebit? Et Hier. 49. dicitur loquitur: Quis similis meus? & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? Ideo subditur: [Et quis resistet in ira furoris eius?] id est, rigori iustitiae atque vindictae omnipotentis Dei quis se opponet, reluctabitur, praeualebit? Palam, quod nullus nisi in quantum ipsemet Deus voluerit, secundum quod Moses Deum iratum placauit, inestimabili magnitudine charitatis quodammodo praeualens. Vnde in Iob inducitur: Deus, cuius irae nemo resistere potest, sub quo curuant qui portant orbem. [Indignatio eius effusa est ut ignis.] i. vitio Dei vitia detestantis, desolat in impijs dure & horribiliter nimis. [Et petrae dissolutae sunt ab eo.] id est, lapideae corda resoluta sunt, victa & emollita. Frequenter enim Deus exercuit in veteri testamento, tam in populo suo, quam gentibus huiusmodi ultionem. Praecipue tamen ut ignis effusa est indignatio Dei, quae super Pentapolim pluit ignem & sulfur. Ex vehementi quoque calore solent saxa resoluui. [Bonus dominus.] Est enim naturaliter bonus, cuius natura est bonitas pura immensa, in tantum, ut comparatione eius nullus sit bonus, Christo testante: Mar. 10. Nemo bonus, nisi vnus, Deus. [Et confortans in die tribulationis,] tunc enim promptissimus est ad miserendum, dum modo clamor ad eum. Non enim patietur nos tentari supra id, quod possumus. [Et sciens] per approbationem, [sperantes in se.] Nouit enim dominus quae sunt eius. Istud literaliter potest referri, quod tempore quo Assyrii tribulabant regnum Iudae, Deus confortauit Ezechiam ac populum eius sperantem in se Iudaeos commorantes inter Assyrios, ne simul cum illis trucidarentur à Chaldaeis. [Et in diluuiio praeterente] i. in exercitu Assyriorum, per modum diluuii super regnum Iudae irruente, quemadmodum Esaias 8. cap. praedixit: Ibit per Iudaeam inundans. [Consummationem faciet loci eius.] i. consummata punitione huius diluuii, interficiendo per angelum in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia hominum. [Et inimicos eius] id est, Assyrios [persequens tenebrae] tribulationis & mortis. [Quid cogitatis contra dominum?] id est, cur, o Assyrii proponitis destruere regnum Iudae & urbem ac templum Hierusalem, sicut destructum est decem tribuum regnum? [Consummationem ipse faciet.] i. exercitum vestrum occidet. [Et non consurget duplex tribulatio.] i. dominus non tradet regnum duarum tribuum in manus Sennacherib, quemadmodum tradidit regnum decem tribuum in manus Salmanasar patris Sennacherib. Porro de intellectu huius verbi post pauca plenius est dicendum. [Quia sicut spinae se inuicem complectunt] id est, adunantur & quasi in fasciculum colligantur, ut pariter pronent in ignem. [sic conuiuium eorum pariter potantium consumetur.] i. epulatio Assyriorum in terra Iudae adhuc existentium & conuiuantium mox cessabit, & in merorem vertetur. [quasi stipula ariditate plena] id est, valde velociter, quemadmodum siccissima stipula subito ab igne consumitur. Cum enim Sennacherib secundo redisset contra Iudaeam, & iam circa Hierusalem pernoctaret in Nobe, iuxta illud Esaias 10. Adhuc dies est, ut in Nobe stetur: de vespere fecit exercitui suo grande conuiuium, quasi de victoria certus, sed eadem nocte per angelum cecidit populus eius, & incinerata sunt corpora pessimorum. [Ex te] id est, ex populo tuo, o Sennacherib, exibit cogitans contra dominum malitiam, iuste fuit Rapsaces, quem misit Sennacherib contra Hierusalem, quoniam Sennacherib exiuit Iudaeam contra regem Aethiopiae, inuadentem terram Assyriorum. Et sic in hac prophetia non seruat ordo historiae,

ria, sicut nec frequenter in alijs locis scripturae. Rapsaces autem in via cogitauit, quas blasphemias euomeret contra Deum Iudaeorum, [mente pertractans prauaricationem.] Cogitauit enim, qualiter posset Iudaeos terrere, & à spe diuina auertere, sicque desperantes traderent se regi Assyriorum. [Hae dicit dominus:] Si perfecti fuerint] i. quauis pugnatore Assyrii fuerint potestate perfecti, [et ita plures] i. numero abundantes, sicut abundant virtute, [sic quod] at-tundent] id est, nihilominus facillime per angelum delebunt, quemadmodum per acutam nouaculam pili radunt. Sic ergo occiso Assyriorum vocat* attusio, ad innuendum, quod cito ac facile ab angelo occiderent, iuxta quem modum loquitur de eadem re Esaias: In die illa radet dominus in nouacula acuta in rege Assyriorum: caput & caudam & barbā vniuersam, [et pertransibunt] id est, Assyrii deficient, quod vero ab angelo occisi non fuerint, fugient ad propria loca. [Affixi] ergo dominus Deus [te] i. Ezechia & popule Iudae per Assyrios, [et non affligā te vltra] per Assyrios. Non enim promittit Iudae omnimoda securitas in futurum, sed pro tempore. De hoc multa legunt in Esaias & lib. 4. Regum. [Et nunc conteram virgā eius de dorso tuo] i. potestatem Sennacherib & tribulationem, quam tibi infixit, destrua ac delebo. [et vincula tua dirumpā] i. vincula, quae tibi parauit, timorem quoque, obsidionem ac pressuram, quibus te circumvallauit & vinxit, ita quod egredi non valebas, tollam à te, ut libere pergās quod cupis. Consequenter propheta ait ad Sennacherib: [et praecipiet super te dominus] i. angelo iubebit, ut exercitum tuum occidat: prophetis quoque, ut mortem illorum & tuam deiectionem pronuncient, ne fortuito & absque villo iudice facta appareant, sed Deo pronunciante efficta agantur. [Non seminabit ex nomine tuo amplius] i. ad tuum imperium non fiet de caetero seminatio terrae. Vel sensus est, non seminabit, i. non fiet conceptus seu generatio ex te. Vtriusque ratio est, quoniam statim cum reuersus esset in Ninium, & in templo suo Deum suum deprecaretur, à proprijs occisus est filijs, ut patet in lib. 4. Regum, & in Esaias. Porro in Tobia habetur, quod post dies quadraginta quinque à fuga sua ab Iudaea, vel certe à reditu suo in Ninium, sit occisus. [De domo dei tui interficiam, sculptile & conflatile ponam] ego dominus [sepulchrum tuum] i. inter idola tua in templo Dei tui interficietis, [quia inhonoratus es] id est, contemptus à populo tuo. Assyrii enim & Ninii, audientes quod propter blasphemiam atque superbiam Sennacherib in Deum Israel, occisi essent eorum propinqui & nobiles in Iudaea, odiosum habuerunt Sennacherib, ut aliqui dicunt, adijcientes, quod Sennacherib timens à plebe interfici, ingressus est phanum dei sui, deprecans auxilio idoli liberari, cui & promisit se oblatorum duos filios seniores, quo cognito, illi eum necabant. [Ecce super montes] id est, in locis altis ac manifestis erunt [pedes euangelizantis, &] pro id est, [annunciantis pacem] id est, nuncij referentes Ezechiae ac populo eius mortem Assyriorum & fugam Sennacherib. Vel nuncio, quos misit Ezechias per totum regnum suum ad divulgandum interitum Assyriorum, atque ad conuocandum Iudaeos in Hierusalem ad agendum celebritatem paschalem & ad spolia detrahenda, itemque ad gratias domino referendas. Vnde subiungitur: [celebra Iudae] id est, tu rex Ezechia ac subditi tui, [festiuitates tuas] id est, dies paschalis solennitatis. Legitur autem 2. Paralip. 30. quod Iudaei propter obsidionem Assyriorum non valebant primo mense celebrare pascha, quod interim occisus & fugatis Assyrijs fecerunt mense secundo. [et redde vota tua] id est, promissa Deo solue quae vouisti pro tua ab Assyrijs liberatione, [quia non adijcet vltra] ut pertranseat in te Belial] id est, Sennacherib sine iugo extensus & prauaricator atque apostata (hoc enim interpretat Belial) non addet amplius perambulare ac deuastare terram tuam. [vniuersus interit] i. tam rex quam populus eius perierunt. Loquebatur autem Naum de futuro per modum praeteriti, propter certitudinem prophetiae.

Expositio spiritualis ac mystica eiusdem cap. primi. Arti. II.

Onus Ninium.] Quemadmodum dictum est super Ionam, per Ninium (quod interpretatur speciosa) figuratur hic mundus, quo oculis carnis nihil speciosius intuemur, qui tamen quoad habitatores suos, multis pressuris afficitur. Itaque onus Ninium, id est, punitione mundi seu reprobium, de quibus ait saluator discipulis. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegeri vos de mundo, propterea odit vos mundus. [liber visionis] id est, materia spiritualis considerationis [Naum] id est, consolatoris, videlicet Christi, vel cuiuscumque veri catholici, quod ad consolationem electorum poenas praedicat reprobiorum & seculi consummationem, quae sunt electis materia spiritualis laetitiae, sicut ait saluator His fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. Recte quoque interpretatio ista conueniebat huic sancto prophetae, quod non mediocriter consolabatur filios Israel, pura duodecim tribus, Assyriorum vastitatem praedicando, quod iam decem tribus transulerant & duas obsederunt. [Deus aemulator & viciscens dominus,] quod in isto cap. de rigore diuiniae iustitiae contra Assyrios literaliter dicitur, Hieronymus spiritualiter refert ad finem mundi iudicium, futurum in fine seculi, tunc enim praecipue videbitur Deus iratus & furens in reprobos, quos nunc patienter expectat ad veniam. Vnde Esaias 30. legitur: Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portandum. [Dominus in tempestate & turbine viae eius] hoc est

Esaias 70

4. Re. 19.
Esa. 37.

Esa. 37.

Ioan. 15.

Luc. 21.

quod ait Psal. 96. Ignis ante ipsum procedet. Itē 49. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestat vltima. Et itē 96. Nubes & caligo in circuitu eius. [& nebulae] i. peccatores vitij obfcurati, eterniq; solis splendore ab alijs, vt queūt, impediētes, erunt [puluis pedū eius] i. a Christo penitus cōculcabunt, & q̄si in nihilum redigent, ita q̄ omne spiritale esse gr̄a gratificantis amittēt. Ideo scriptū est: Pōnā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Et: Tanq̄ vas figuli cōfringes eos. Esaias q̄q; 41. ait: Ad eum veniēt & cōfundent oēs q̄ repugnāt ei. [In crepās mare] i. mundū vitij amaricatū & peccatores instabiles. De q̄b; scriptū est Esa. 57. Impij q̄si mare feruens, q̄d q̄scere nō potest. [& exiccans illud] i. fluēta documentorū falsorū carnalesq; fluxus exhauriens. [infirmatus est Basan] i. oīs potestas peccatoris in fine mundi deficiet, q̄ vitij plenus intus inordinatus est atq; confusus. Non em̄ impleuit illud Apl; Oia honeste & secundū ordinem fiant in vobis. Basan autē interpretat confusio. [& Carmelus] id est, literalis tantū & carnalis circuncisionis scientia pr̄ditus, q̄les sunt grossi ludai, sequētes literam occidentem, nō sp̄m viuificantē. Carmelus vero interpretat scientia circuncisionis. [& flos Libani elanguit] i. oīs viror, pulchritudo, decor, atq; prosperitas seculi tabefiet. Libanus autem candidatio interpretat, per quē hoc loco corda mūdāna, temporaliter florida, vel sanctitatem p̄tendentia, se q̄ cōfite foris ornantia, intelligunt, de q̄bus cantat: Qm̄ tanq̄ scenū velociter arescent, & sicut olera herbarū cito decident. Vnde in libro Sapientie fatentur: Quid nobis profuit superbia; aut qd diuitiarū iactantia cōtulit nobis; transferūt oia illa tanquam vmbra p̄teriens, & nos nati, cōtinuo desuimus esse. [Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt] tunc enim cōplanabitur terra, montibus & collibus in planū redactis. Superbi q̄q; tunc humiliabunt ac desolabunt a Deo. [& contremuit terra a facie eius] q̄niam hoies tunc arescent p̄ timore & expectatione quā superuenient vniuerso orbi. [Ante faciem indignationis eius quis stabit?] i. quis tolerare poterit iram Ch̄i tunc indignantis; q̄si dicat, hoc p̄nalissimum erit. Propter quod ait vir sanctus: Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus; Et Hiero. 10. precat: Corripe me domine, verumtamen non in furore, ne forte ad nihilū redigas me. [Indignatio eius effusa est vt ignis] id est, in die iudicij horribilissime ac acerbissime effundet, q̄n & ignis conflagrationis faciem mundi exuret, viuentes in mundo occidet, & durante iudicio inflammabit in circuitu inimicos Ch̄i. Hinc scriptū est Iob 21. In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet. [& petrae dissolutae sunt ab eo] id est, calore ignis illius, q̄ tunc omnia mixta corruptet, quā secundū se tota naturaliter corruptibilia sunt. Petra autē est quid mixtum, q̄niam ex terra pura non fit lapis, secundū Auicennā. [Bonus est dñs & confortans in die tribulationis.] electis enim erit tunc mitis, dulcis, & confortatiuus. [Et in diuuiio p̄terente] i. tribulatione tunc abundante per modū diluuij & cito finē habente, q̄niam propter electos breuiabitur tempus illud. [consummationē faciet loci eius] i. ecclesie tam q̄ ad electos, q̄ quo ad reprobos. In electis enim tunc fiet cōsummatio, id est, perfecta saluatio, & hęc est consummatio perfecta. In reprobis vero fiet cōsummatio, id est, perfecta damnatio, q̄ est consummatio cōsumptiua. Quemadmodū nempe duplex est finis, scilicet finis perficiens & finis consumens. (Nam primo modo Deus est finis noster, secundo modo mors finis vocatur) sic duplex est cōsummatio. [Inimicos eius persequentur tenebrae,] p̄onijcient enim in tenebras exteriores cū angelis tenebrarū. Vnde Iob 10. dicit: Antequam vadam ad terrā tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miserie & tenebrarū. [Quid cogitatis contra dñm?] id est, ea q̄ displicent Deo, videlicet diu prosperari ac deliciarī in seculo isto. [cōsummationem ipse faciet] i. cito finem imponet vestris delicijs cogitationibusq; iniquis, quemadmodum ei, qui dixerat: Anima mea, habes plura bona reposita in annos plurimos: requiesce, comedere, epulare, dominus ait: Stulte, hac nocte animam tuam reperunt a te: quā autē parasti, cuius erunt? [& non consurget duplex tribulatio.] Pro quo Ixx. transferunt, Nō vnicuique dicabit dominus bis in idipsum in tribulatione. Symmachus autē, Non sustinebunt impetū secundae angustiae. Theodotio, Non consurget secunda tribulatio. Circa hunc locū dicit Hieronymus, & habet partim in Glossa: Si Deus legis videretur cruentus, rigidus & crudelis, q̄ genus humanum diluuiō, Sodomitas igne & sulfure, Aegyptios mari, filios Israel in eremo interfecit, scitote eum ideo ad p̄sens reddidisse supplicia, ne in aeternum puniret. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur: alioquin mentitur scriptura, quod nefas est dicere. [Præterea dicit Hieronymus:] Quarat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiet? aut enim punietur, & falsa erit ista scriptura: aut non, & oprandum erit ei nunc puniri, quatenus cruciatus euadat aeternos. Ad quod (inquit) respondebit Dominus, Deus vt omnium res, ita & suppliciorū scire mensuras, nec p̄ueniri eū sententia hominis iudicantis, & magnū peccatum magnis diuturnisq; tui cruciatibus. Si autē punitus sit q̄, sicut ille qui sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, q̄m leuis culpa p̄senti supplicio compensatur. Hęc recitando, non determinando inserui. Solent tamen doctores asserere,

reere, q̄ Deus non vindicabit bis in idipsum, dummodo vna p̄na sufficiens sit: alioquin q̄runda punitio hic inchoatur, & in inferis perpetuat. [Quærit potest, si vera sunt hæc, q̄ modo p̄ eodē peccato infligitur duplex p̄na, videlicet damni & sensus;] Dicendū, q̄ p̄dicta auctoritas loquitur de p̄na sensus. Dicit autē duplex p̄na deberi peccato, propter duos q̄ considerant in eo, quorū vnū est velut materiale, puta conuersio mentis ad bonum caducū, ratione cuius infligitur p̄na sensus: aliud est formale, videlicet auersio cordis à Deo, cui respondet p̄na damni, vt pote carentia diuinæ visionis. [Sicut spinæ se inuicē cōplectunt] vt simul cōburant, [sic conuiuij eorū pariter potantiū consumetur] i. omnes epulationes & delectationes inanes carnalium, maxime hæreticorū, æternis supplicijs concludent. De quibus ait Iudas in sua canonica: Hi sunt in epulis conuiuantes sine timore, semetipsos pascētes, nubes sine aqua, quibus procella tenebrarū conseruata est vsq; in sempiternum. [Ex te] i. ecclesia, exhibet cogitans contra dominū malitiam] i. multitudo hæreticorum & aliorum transgressorum, qui contraria fidei cogitant atq; efficiunt, quemadmodū ait Apostolus in Actis: Ex vobis ipsi exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. De illis quoq; scriptū est: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. [Hęc dicit dominus:] Si perfecti fuerint ita, & plures & c.] id est, quantūcūq; multiplicent & confortentur iniqui, nihilominus omnes facillime diuina virtute pariter damnabuntur, eruntq; tam molles seu impotententes ad resistendū, vt pilus ac lana ante nouaculam, ideo atrondendi dicuntur. [Affixi te,] o ecclesia electorū, quæ per ignem & aquam transisti. [& non affligam te vltra] post diem iudicij, quia tunc Deus absterget omnē lachrymam ab oculis sanctorū, & mors nō erit vltra nec vllus dolor. [Et nunc conteram virgam eius] i. tentationē diaboli persequutionemq; mūdi, [de dorso tuo,] interdū enim dat dñs seruis suis dulcia interualla, ne sit pressura continuas: immo sicut abundat passiones Christi in nobis, ita per Christū abundat consolatio nostra. [& vincula tua] i. p̄destinate, [dirumpam] a p̄ncis & culpis te eruendo. Ecce p̄cipiet sup te dñs, i. angelis sanctis in fine mundi mandabit contra ecclesiā reprobos, vt eos ad locū iudicij deferant, atq; in eos sententiā dānationis exegcurent, quemadmodū ait saluator Mat. 13. In cōsummatione seculi exhibūt angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittēt eos in caminū ignis. [nō seminabitur ex noie tuo amplius] id est, semen operatiōis tuę deficiet, nec alios falles, vt filij tui dicātur. Finito enim iudicio, ista cessabūt. Dies nanq; iudicij non relinquet eis radicem, nec facient amplius fructū. [de domo dei tui interficiam] i. te existentem in adhæsiōne reorū creatarū, quas magis colis, q̄ verū Deum (sicut quorundam venter est Deus) damnabo. [sculptile & conflatile ponā sepulchrū tuū] i. inter vanitatis tuæ simulacra soppore peccati deficies, & profundo obstinationis clauderis, ita vt absorbeat te profundum, claudatq; sup te puteus os suū. [quia inhonoratus es] id est, propter peccata vilis & tali tumulo dignus effectus. qui enim contemnunt dñm, erunt ignobiles, secundum qd ait 1. Regū 2. [Ecce super montes] i. in altis locis ecclesie, vel in sublimitate virtutū & apice contemplationū, sunt [pedes euangelizantis & annunciantis pacem] i. doctōrū & p̄dicatorum bonorum, qui fidelij corda contra tentationes & persequutiones confortant, victoriāq; in noie Ch̄i p̄mittūt, dicentes illud Apl; Ro. 16. Deus cōteret satanam sub pedibus vestris velociter. [Potest q̄q; allegorice exponi de Ch̄o, & mystice de p̄cursore.] Vnde ad literam scriptum est in Esa. 40. Sup montem excelsum ascende tu q̄ euāgelizas Sion. Et 52. Quam pulchri super montes pedes annunciantij pacē, & c. [Celebra Iuda] i. ecclesia ore & corde confitens Deo. [festiuitates tuas] id est, diuinis iugiter atq; celebriter esto intenta. [& redde vota tua] id est, gratiarū actiones & promissa sancta q̄ desideria, iuxta illud Psal. 55. In me sunt Deus vota tua, q̄ reddam laudationes tibi. Et item 115. Vota mea dño reddam in conspectu omnis populi eius, [quia non adijciet vltra, vt pertranseat in te Belial] id est, diabolus, q̄ factus est vt nullum timeret, cōsecutiue nō directe, de q̄ loquit Paulus 2. Cor. 6. Quæ cōuentio Ch̄i ad Belial? [vniuersus interij] id est, victus atq; exclusus est. Ch̄s nempe fortem armatū ligauit, & vasa eius diripuit. Istud tñ post diem iudicij plene cōplebit. nam quā diu durat p̄sens vita, durat tentatio, cum militia sit vita hominis super terram. Nunc quoq; Belial non transit in nobis, quā diu non consentimus, sed implemus illud Apostoli: Nolite locū dare diabolo. Et illud Iacobobi 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Aliqui etiam asserunt, q̄ diabolus semel victus ab aliquo, non amplius tentat eundem: Quod sanctus Thomas intelligēdum affirmat, quo ad aliquod tempus, quemadmodum scriptum est in Luca de Christo, q̄ consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsq; ad tempus.

[Expositio literalis Cap. 11. Ascendit qui dispergat coram te. Art. III.

Circa exordium expositionis huius cap. dicit Hieronymus: Testis est mihi Deus, me oia quæ secundum Hebraicum dissero, non de proprio sensu loqui, sed Hebræorum sequi expositionem, à quibus non modico tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare quæ didici. Insuper ait: Hinc vel maxime obscuri sunt propheta; quod repente dum

Acto. 28

1. Ioan. 2

Psal. 65

2. Cor. 10

Psal. 68

Iob. 41

Lucę. 11

Ephę. 4

Lucę. 4

aliud agitur, ad alios sermo mutat. Nunc ergo ad regem seu metropolim Assyriam, videlicet Niniuen, dicitur: Ascendit id est, super te veniet, [qui dispergat coram te] s. rex atq; exercitus Chaldaeorum, q te presente, terram tuam & bona terra deualet. [q custodiat obsidionem] i. non cessabit Nabuchodonosor cum suis te obsidere, donec capiaris. Deinde propheta ironice ait ad Niniuen, & de eius deiectione gaudet zelo iustitiae, & quoniam expediens fuit Assyriis, quantum ad animam, tribulari in seculo isto. [Contemplare viam] id est, circumspecte, unde veniat ad te aduersario exercitus. [conforta lumbos] id est, te accinge. [robora virtutem tuam valde] id est, congrega & conforta exercitum. Haec dicit propheta, non dando consilium, sed ad insinuandum, quod licet Assyrii fecerint omnia haec, nil tamen proderit eis. Propterea subditur: [qua sicut reddidit dominus superbiam iacob] id est, quemadmodum vltus est animositatem atq; iniuriam, quam Sennacherib cum Assyriis intulit duabus tribubus, occidendo Sennacherib & populum eius, ut dictum est precedenti cap. [sic superbiam Israel] i. simili modo vindicabit in Assyriis contumeliam, quam decem tribubus intulerunt, quod factum est a Nabuchodonosor rege. [qua vastatores] id est, Assyrii persequentis [dissipauerunt eos] id est, duodecim tribus, [et propagines eorum corruerunt] id est, fructus seu vvas vinearum domus iacob & israel, utpote filios & filias vtriusque regni trucidando. [Clypeus fortium eius] id est, Chaldaeorum contra Niniuen properantium. [ignitus] id est, preualidus ac horrendus. [viri exercitus] i. Chaldaei, [in coccineis] id est, in rubeis ornamentis & ad sanguinis effusionem parati. [igneae habenae currus] i. habenae currum Chaldaeorum propter velocitatem & terribilitatem igneae nuncupant. [in die preparationis eius] id est, quando Chaldaei se disposuerunt ad praelium contra Assyrios. [et agitatorum eius] id est, prouocatores ad pugnam, seu aurigae [consopiti sunt] id est, defecerunt. Loquitur autem de agitatoribus Assyriis seu Niniuis, [in itineribus conturbati sunt,] fugientes a facie Chaldaeorum. [quadrigae collisae sunt in plateis.] Chaldaei enim demoliti sunt in vrbibus & viculis Assyriis quadrigas eorum. Consequenter reuertitur propheta ad Chaldaeos. [aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia] id est, valde horribilis fuit apparatus Chaldaeorum, & velocissime inuaserunt Assyrios, sed & propter splendorem solis super arma eorum igniti videbantur. [Recordabitur rex Assur] fortium suorum id est, valentium bellatorum, quos habuit olim, vel modo in praelio ceciderunt. [ruent in itineribus suis] id est, in via fugae capientur & occidentur a Chaldaeis. [Velociter ascendent muros eius] id est, Assyrii quaerendo fugae praesidium, ingredientur moenia vrbium suarum, maxime Niniuae. [et praeparabitur umbraculum.] tam enim Chaldaei obsidentes, quam Assyrii obsessi, propter solis calorem fecerunt sibi tuguria, in quibus solis declinabant feruorem. Quidam per umbraculum intelligunt tentoria Chaldaeorum, in gyro Niniuae expansa. [Portae fluuiorum aperta sunt] id est, portae Niniuae, ante quas aquae currunt fluentes, & quae multitudinem civium continebant tam copiosam, quae ciues per flumina designantur. Haec portae a Chaldaeis aperta sunt acque destructae. [et templum ad solium dirutum] est, id est, phanum Nesketh, quem coluit Sennacherib, in terram proiectum est. [Et miles captiuus abductus est] id est, milites Assyrii a Chaldaeis partim translati sunt. [et ancillae eius minabantur] id est, famulae militum ab aduersariis captae sunt, & coram eis in Chaldaeam translatae pro parte. [gementes ut columbae] id est, intra se suspirantes propter instantia mala. [murmurantes in cordibus suis] quia propter aduersa ad impatientiam motae sunt, tamen propter aduersario fortitudinem & timorem, non audebant clamare & signa necessitatis foris ostendere, quemadmodum nec Chaldaei, qui a Medis vastabant ac Persis, ut patet in Esa. Quidam per ancillas intelligunt vrbes Assyrii subditas Niniuae, sicut in lib. Iosue, minores ciuitates seu villae dicuntur principalium vrbium filiae. [et Niniue quasi piscinae aquae] aquae eius id est, aquae Niniuae, utpote multitudo populi eius. aquae enim multae, populi multi, secundum Ioan. in Apoca. Vel aquae, de quibus munitione Niniuite praesumpserunt, similes sunt aquae piscinae, non aquae maris, i. inutiles ad resistendum Chaldaeis. Ideo subditur: [Ipsi vero fugerunt] id est, Niniuite & Assyrii a facie Chaldaeorum fugerunt, quibus fugientibus, alij constantiores clamant: [state state] id est, ne fugiatis, sed pugnetis. [et non est qui reuertatur] id est, nullus eorum redire audebat. Idcirco Chaldaeis nunc dicitur: [Diripite argentum, diripite aurum] id est, omnia preciosa Niniuae tollite. [et non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus] id est, infinitae quodammodo sunt diuitiae vrbis Niniuae, ceterarumque vrbium eius in vasibus aureis atque argenteis. [Dissipata est] Niniue, id est, demolita [et scissa & dilacera] in muris & habitaculis suis. [et cor tabescens] id est, corda Niniuitarum intra se contabuerunt seu defecerunt. [et dissolutio geniculorum] id est, genua eorum tremore concussa sunt. Unde diminutivae genicula appellantur. [et defectio in cunctis renibus] id est, in visceribus eorum ac interioribus praemagnitudine pauoris fuerunt torsio atque debilitas. [et facies omnium illorum, sicut nigredo ollae] id est, deformes & discoloratae ex fame, timore, luctu, aliisque praesuris. His similia, immo & eadem specie, scribunt de Babylone Esaias & Hieremias. [Vbi est habitaculum leonum?] id est, vbi iam est Niniue ciuitas illa eximia, in qua leones, i. reges demo-

4. Re. 19.
Naum 1

4. Re. 3.

Esa. 47.
Iosue 17.

Apoc. 17

Esa. 13.
Hier. 50.

demorati sunt? [et vbi] iam? pasqua catulorum leonum? i. eadem ciuitas, vel opulencia eius, in qua nutriti sunt filii regum illustres ac principes, [ad quam] expugnandam [iuit leo] i. Nabuchodonosor rex, de quo loquitur Hieremias: Ascendit leo de cubili suo. [ut ingrederetur illuc] i. eam obtineret [catulus leonis] i. filius eius, vel ut aliqui textus habent, cum catulis suis, i. filiis atque principibus. [et non est qui exterreat] i. nullus Assyriorum praedictum leonem potuit perterere aut superare. [Leo cepit sufficienter catulis suis] i. Nabuchodonosor satis multa praedatus est de bonis Assyriorum, deditque ea filiis suis atque principibus. [et necauit legem suis] id est, spoliatos occidit, quatenus bona eorum leonis, puta vxoribus & concubinis suis, conferret. [et impleuit praeda speluncas suas] id est, loca thesaurorum abscondita impleuit de praedis. [et cubile suum] impleuit rapina. Ecce ego ad te venio per visitandam vinctam, o Niniue [dicit dominus Deus exercituum, & succendam] per manum Chaldaeorum [vsque ad summum] id est, vsque ad pulueres atque totaliter [quadrigas tuas] per quas alios tribulasti. [et leuculos tuos] id est, filios regis, seu nobiles & iudices, audaces & fortes [comedet gladius] Chaldaeorum. [et exterminabo de terra praedam tuam] id est, alios vltra non spoliabis, sed spolia quae collegisti, tollam de terra tua, dans ea Chaldaeis, ut in Babyloniam transferantur. [et non audietur vltra vox nunciorum tuorum] quos ad diuersa regna mittere consueuisti, ut a gentibus tibi subditis tributa exigerent, & alias literas comminatorias ferrent, quemadmodum nuncij Sennacherib portabant ad Ezechiam literas blasphemias plenas. [Insuper de moralitate huius capituli hoc est tenendum, quod ea quae de Niniue scripta sunt, ad mundum referuntur, cuius (ut in praecedenti dicebatur articulo) figura fuerat Niniue. Mundo ergo nunc dicitur: [Ascendit qui dispergat coram te] id est, Satan contra te confurgit, ut in oculis tuis hominibus tentando praeualeat, omnemque spiritualium auferat diuitiarum possessionem. [qui custodit obsidionem] id est, infatigabiliter & vsque in finem vitae praesentis obseruat & circunvallat te, tanquam leo rugiens circueiundo, & quem deuoret, exquirendo. Vnde in medio laqueorum ambulamus, ut ergo euadas ac vincas, fac quod subiungitur: [Contemplare viam,] id est, Christum considera, eiusque vestigia imitare, qui ait Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Contemplare quoque, quae sit via virtutis, via arcta, & porta angusta ducens ad vitam, de qua loquitur Hieremias: Interrogate quae sit via bona, & ambulate in ea, & neque ad dexteram, neque ad sinistram, Salomon quoque Prouerbio. 4. Viam sapientiae monstrabo tibi, & currens non habebis offensiculum. Contemplare etiam viam, qua tentator contra te venit, id est, modos atque insidias diabolicarum tentationum, quod aliquando mala sub specie boni proponit, transfigurans se in angelum lucis, nonnunquam vero euidenter mala proponit: tamen interdum hoc facit valde latenter ac fraudulenter, sicut dum viris virtuosos gloriam suggerit vanam, aut superbiae quiddam interserit. [Conforta lumbos] virtute castitatis, quemadmodum ait Saluator: Sint lumbi vestri praecincti, hoc est, concupiscentis reluctare, & carnem cum vitis mortifica, [robora virtutem tuam valde] i. naturalem potentiam per gratiam ora firmari, & in virtutibus satage stabiliri, immo & habitus virtuosos per actiones sanctas atque frequentes confirma, ut radicentur omnino in te, quemadmodum scriptum est in libro Iosue: Confortare, & esto robustus valde. Hanc autem virtutem debemus praecipue in aduersis habere, ut inuicta sit patientia nostra, nec vltionem quaeramus, pensantes quod dominus ait Deuterono. 32. Mihi vindictam, & ego retribuam. Vnde nunc subditur: [quia sicut reddidit dominus superbiam iacob] id est, quemadmodum vltus est iniuriam illatam actiuus in vitiorum luctamine positus, qui designantur per iacob, qui luctator vel supplantator interpretatur, [sic superbiam israel] i. sic vlciscetur iniuriam contemplatiuis illatam, qui significantur per israel, quod interpretatur videns Deum. [quia vastatores dissipauerunt eos] i. mundus, caro & daemones tentauerunt, & persecuti sunt bonos, tam actiuos quam speculatiuos. Propter quod in Iudith libro habetur: Omnes qui placuerunt Deo, per multas tentationes transferunt fideles. [propagines eorum corruerunt] i. filios eorum seu opera vitis infecerunt, inducendo ad culpam. [Clypeus fortium] i. militum Christi, qui hostibus animam efficaciter reluctatur. [est ignitus] feruore dilectionis. Clypeus iste, fides est charitate succensa, iuxta illud ad Ephesios 6. In omnibus sumentes scutum fidei. Vel iustitia, prout Sapien. 5. asseritur: Sumet scutum inexpugnabile equitatis: Vel sermo diuinus, secundum quod Salomon loquitur Prou. 30. Omnis sermo Dei, ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. [Viri exercitus] qui ad Christi exercitum pertinent, sunt [in coccineis] i. ad sanguinis sui effusionem pro Christo & fide seu aequitate parati. Vel, in coccineis, id est, feruenti rubore amoris Dei & proximi. [igneae habenae currus] i. vehicula, quibus feruntur contra aduersarios Dei, puta virtutes sunt promotae ac agiles [in die preparationis eius] dum pugnam contra praefatos amulos Christi committunt. [Et agitatorum eius consopiti sunt,] id est, tractatores mundi huius, a gratia defecerunt, in itineribus conturbati sunt, id est, in operibus suis inordinate se habent,

Hier. 4.

2. Par. 32

1. Petr. 5.

Matt. 7.
Hier. 6

Luca 12
Galat. 5.

Iosue 10

Iudic. 8.

& varijs modis turbantur. Non em̄ est pax impijs, dicit dñs. & turbati suat omnes insipientes corde. Deniq; peccatori dedit Deus afflictionem & curam superfluum, vt dicit Ecclesia. [quadrige collisæ sunt in plateis] i. præsidia horum terrena ac vana sunt in lata huius seculi via, ita q; manū iudicis summi non quibunt effugere, nec debitas pœnas euadere. [Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.] Hoc accipi potest in bono & in malo. Aspectus enim electorum in virtutibus perfectorum, terribilis est parti aduersæ, seu dæmonibus, vt castrorum acies ordinata. Dæmones quoq; horribiles sunt, præsertim imperfectis, & propter eos oportet nos esse timentes atq; sollicitos. Recte quoq; fulguri comparantur, cum dicat Saluator Lucæ 10. Videbam fatanam sicut fulgur de cælo cadentem. [Veliciter ascendent muros eius] Per hoc designatur, q; amatores seculi videntes se diuino iudicio coarctari, quærent refugium in creaturis. [Et tunc præparatur eis vmbra culum,] id est, à vanis atq; carnalibus consolatoribus datur eis spes infructuosa ac fallax, qua se putat protegere à calore indignationis diuinæ, in cuius misericordia sperant sæpe inaniter, non intendentes ex toto corde postponere vitia. [Portæ fluuiorum apertæ sunt] i. conscientiæ eorum Deo patebunt, & alijs manifestabuntur, vt cognoscatur diuini iudicij æquitas. [templum quoq; i. ecclesia malignantium solo tenus destruetur. & miles captiuus abductus est] i. magnates seculi, à diabolo capti atq; à Deo auersi sunt. [ancillæ eius minabuntur] i. carnales mollietates & fœminæ, cum quibus fornicati sunt, simul cum illis in damnationem ducentur. [gementes vt columbæ] iuxta illud Sapientia 5. Videntes turbabuntur terrore horribili, præ angustia spiritus gementes. [Niniue, quasi piscina aquarum aquæ eius] id est, fluenta doctrina huius mundi arcata sunt, & ad salutem inidonea, quoniam stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, qui (vt dictum est) per Niniuen designatur. [ipsi vero] id est, homines mundani, in quibus aquæ istæ abundant, [fugerunt] à vera sapientia Christi, à fidei simplicitate, & via iustitiæ. Quæ enim stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. De quibus ait Saluator ad patrem Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Istos inuitat Ecclesia, vt cessent à fuga ista. [State state, & non est qui reuertatur] ad Deum per pœnitentiam, sed de vanitate in vanitatem procedunt. [Diripite argentum] id est, nitorem secularis eloquentiæ. [Diripite aurum] id est, fulgorem mundanæ scientiæ auferre ab istis, vt discant humilitati & simplicitati insistere, quod si noluerint, auferentur eis omnia hæc tempore mortis. [non est finis diuitiarum] mundi seu hominum mundanorum. De quibus Baruch 3. ait: Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias terræ, qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? [Dissipata est & scissa, & dilacerata] id est, congregatio secularium hominum firmitatem virtutum amisit, corde diuisa est, & vitijs lacerata. Vt sensus est, q; omnis viror, gloria, atque prosperitas huius mundi cito pertransit, quemadmodum Esaiæ 40. dicitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et 1. Machabæorum 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius sterco & vermis, Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt. Horum est [cor tabescens] in malis, [dissolutio geniculorum] id est, languor virtutis progressiua de bono in melius. Contra quod Esaias & Paulus hortantur, genua debilia roborari. [defectio in cunctis renibus] ita quod passionibus appetitus sensitiui franguntur atque vincuntur. [facies omnium sicut nigredo ollæ] id est, intellectus eorum carnalis & vitijs obscuratus est, immo turpissimus, quum nulla visibilis macula rem materialem tantum deformet, quantum mortale peccatum faciem animæ. Omnia quoque hæc corporaliter accident impijs in die iudicij, secundum sensum prædictum. [Vbi est habitatio leonum, & pascua catulorum leonum?] Hoc nunc dici potest de quacunque ciuitate magnifica & regali, in qua principes seu magnates morantur & deliciantur, quum fuerit demolita. Sed in fine mundi dicetur hoc generaliter de cunctis habitaculis reproborum & diuitum atq; nobilium. tunc enim lætabuntur iusti, videntes vindictam, & innocens subsannabit iniquos zelo iustitiæ, applaudens censuræ mentis diuinæ. [ad quam iuit leo] i. diabolus ad tentandum, [vt ingrederetur illuc catulus leonis] i. angelus fatanæ, vt habitaret in cordibus mundanorum. Potest quoq; per catulum leonis Antichristus intelligi, cuius aduentui viam præparabit diabolus, discessionem in ecclesia procurando. [Leo cepit sufficienter catulis suis] i. princeps aliquis tenebrarum multos valde vinculis culpæ irretiuit, qui dæmonibus sibi subiectis dantur ad puniendum. [necauit lænis suis] i. aereis potestatibus strangulauit animas miserorum. [impleuit præda] i. animabus à se deceptis, [speluncas suas] i. foueas infernales, quæ tamen nondum perfecte impletæ sunt, præsertim cum infernus nunquã dicat, sufficit. [Ecce ego ad te] o mundum dicit dominus, & succendam] in fine mundi vel interrim particulariter quadrigas tuas] id est, humana auxilia, in quibus inaniter es confusus. [leunculos tuos] i. principum filios audaces, pomposos [comedet gladius] tentationis seu perfe-

Esai. 48. Psa. 75. Eccles. 2.

Cant. 6.

1. Cor. 11.

Lucæ 10.

Esai. 35. Heb. 12.

Prou. 30

persecutionis ac diuinæ vltionis, præcipue in die iudicij, quando ex ore Christi exhibit gladius ex vtraq; parte acutus. [exterminabo de terra prædam tuam] ita q; alios vltra non opprimes siue prædaberis. Cætera patent.

[Elucidatio cap. III. Væ ciuitas sanguinum. Artic. III.]

Consequenter Niniuitarum scelera describuntur: Væ ciuitas sanguinum] i. væ temporalis vastitatis atq; æternæ dånationis imminet tibi, o Niniue, quæ es vrbs sanguinem fundens iniuste, & operibus sanguinis plena. [Vniuersa mendacijs] i. mendacijs omnino inteta [dilaceratione] prædaru & pauperu oppressionibus] plena. Vel dilacerationes dicuntur intestina mala mutæ dissensionis inter ciues, quod est futuræ propinquæ destructionis indicium, cum dicat Saluator: Omne regnum contra se diuisum, desolabitur. [Non recedet à te rapina] i. alios spoliare non desines, quousq; id poteris. Vel sensus est, q; Chaldei non cessabunt bona ei diripere, donec omnino demoliti fuerint eam. [Vox flagellij] id est, sonitus percussionis, qua alios afflixisti. [et vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrige feruentis] id est, sonitus impetuosa motionis rotarum & equorum ad bellum frementium, & quadrigarum, per quas alios deuastasti. [et equitis ascendentis] id est, hominum ascendentium equos, vel confurgentium contra alios, [et micantis gladij, & fulgurantis hastæ] i. sonitus politorum gladiatorum splendentiumq; hastarum, [et multitudinis interfectæ] i. cadaveru à Niniuitis occisoru, qui & multos filiorum Israel iugulauerunt in Niniue diebus Tobia. [et grauis ruina] qua alios oppressisti, [nec est finis] i. numerus faciliter computabilis [caclauerum] quæ extinxerunt & interfecerunt Assyrij, quorum principales fuerant Niniuitæ, qui quos per potentiam superare non poterant, fraudibus deiecerunt. Omnia itaque mala hæc fuerunt in Niniuitis. Idcirco [et corrueat in corporibus suis] id est, etiam ipsi à Chaldeis occidentur, cadetq; vnus super alium. [propter multitudinem fornicationum] spiritualium Niniuæ, id est, idololatriæ, quoniam, teste Hieronymo, omnium gentium à se victarum idolis Niniue ministravit; carnalium quoque fornicationum, quia in omnibus seruebant libidini. [meretricis speciosæ & gratæ] id est, Niniuæ, quæ suis amatoribus placuit, & omnibus mundi ornamentis fulgebat. [et habentes maleficia] id est, opera magorum, hariolorum, maleficorum, quos intra se continebat. [quæ vendidit gentes in fornicationibus suis] id est, per auaritas suas, & vt voluptatibus satisfacere, vendebant gentes sibi subditas in seruos atque ancillas. Vel, vt alij dicunt, posuerunt decoras puellas & iuuenes formæ egregios, quos ceperant, pro precio in prostibulis. [et familias] vendiderunt [in maleficijs suis] de quibus iam dictum est. Deinde tantorum vitiorum annectitur pœna: [Ecce ego ad te] o Niniue, [dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua] id est, faciam te à Chaldeis nudari, sicq; verecundiora tua patebunt. [et ostendam gentibus] tibi aduersantibus, [nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam] i. confusionem & derisionem. [et proñciam super te abominationes] tuas, i. debitas punitiones propter detestabilia opera tua, & ea quæ alijs intulisti, iam patieris. [et contumelijs afficiã te] i. Chaldeis te tradam, qui te ignominiose tractabunt. [et ponam te in exemplum] i. tam dire te corrigam, q; alij terrebuntur, & punitionem tuam pro exemplo suscipient, ne & ipsi patiantur similia. [et erit, omnis qui viderit te] in tanta miseria positam, [resiliet à te] i. fugiet, nec tibi auxiliari præsumet [et dicet, Vastata est Niniue.] q. d. cum talis ac tanta capta sit ciuitas, quis non formidet? q; commouebit super te caput rex cõpassione: i. qs condolebit tibi? q. d. pauci aut nemo. Caput, secundu Hieronymu, nõ habetur in Hebræo, sed Hieronymus addidit propter euidentiã faciendã in sensu. [Vnde quærã consolatione tibi?] i. tanta erit desolatio tua, q; non poterit tibi consolatio impartiri, nec digna es consolatore, quæ in tua potestate nullius miserebaris, nec sociu tuo luctui præparasti, quæ noluiti confortẽ habere regnãdi. Deniq; q; Niniue fuerit destruẽda, ostendit per locu à maiori. [Nunquid] o Niniue [melior] i. numero ciuim maior siue potentior [es ab] i. q; [Alexandria populor.] i. ciuitas Aegypti sic dicta, plurimisi populosa, quæ olim vocabatur No, sed cū à Chaldeis destructã diu postmodu ædificasset Alexander Magnus, noiauit eam Alexandria. Vnde Naum ppheta non ait, Alexandria, sed Hieronymus in cõmento suo ostendit, q; loquit de vrbe hac, & sic in textu positu est, ab Alexandria, qd aliq ab Hieronymo asserit factu. Veritamẽ in suo textu ita nõ ponit, vt intuentibus cõstat. [q; habitat in fluminibus] i. inter flumina sita. est em̄ inter Nilu ex vna parte, & mare ex altera parte, & lacu Maræoticu. [et in circuitu eius, cuius diuitiæ sunt mare] i. ea q; per mare deferunt ad eã. [et q; muri eius] i. fortitudo ipsi tanq; muri, ita q; Alexandria tam muris q; aquis protegit. [Aethiopia fortitudo eius] i. Aethiopes fuerunt ei confœderati & auxiliarij. [et Aegyptus] i. cæteræ vrbes Aegypti fuerunt ei præsidio, qm̄ ipsa fuit illarum metropolis. [et non est finis] diuitiarum & fortitudinis huius vrbs. Per quod designatur eximia abũdantia, non absoluta infinitas. [Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo] o Alexandria. [Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem] i. non obstantibus oibus iam prædictis, Alexan-

Matt. 13. Lucæ 11.

Tobie 6.

Ibidem.

Ibidem.

Alexandria à Chaldeis capietur, & populus eius transferet seu occidetur. Nabuchodonosor enim rex Babylonis cepit hanc urbem, quando vastavit Aegyptum. [Parvuli eius elisi sunt in capite omnium viarum.] Chaldæi namq; ex crudelitate nec parvulis pepercerunt, sed in capitibus platearum eliserunt eosdem. [Et super inclytos eius] i. nobiles Alexandria, [miserunt] Chaldæi [fortem] qui quos captivos acciperent. [Et omnes optimates eius confixi sunt in cōpedibus] i. graviter vincti. [Et tu ergo] o Niniue [inebriaaberis] id est, calice similitum pœnarum ad plenum potaberis. [Et eris despecta] quæ alios despexit, ut impleatur in te illud Esaiæ: Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Chaldæi etenim sine reuerentia tractarunt Alexandria ciues. [Et tu quæres auxili- um ab inimico] id est, in tantam necessitatem devenies, ut à gentibus te odientibus quæras contra Chaldæos subsidium. Aliqui enim tempore angustia quæerunt facere amicitia cum his, cum quibus paulo ante discordiam habuerunt, ut tunc succursum impendant. Sed non facile inveniuntur tempore aduersitatis præsidia, quæ non erant requisita tempore prosperitatis aut merita. [Omnes munitiones tuæ] id est, muri ac pugnatores tui, ac cætera tua auxilia, erunt [sicut ficus cum grossis suis] id est, primi temporis ficibus comparabuntur. [Si concussa fuerint, cadent in os comedentis] id est, quemadmodum tales ficus seu grossi, facili motu mouentur & deijciuntur, ut manducentur, sic tuæ munitiones à Chaldæis impugnata, deijcientur ac deuorabuntur. [Ecce populus tuus] o Niniue, [mulieres] id est, effeminas, formidolosus, & impotens, Chaldæis non valens resistere, [in medio tui] i. in medio tuis ad apertionem pandetur porta terræ tuæ] id est, portæ tuæ & urbium terræ tuæ, scilicet Assyriorum, aperientur Chaldæis, & eis pandentur ad introeundum. [deuorabit ignis vectes tuos] id est, ferreas claufuras consumet. Per quod insinuat vehemens fore incendium Niniuæ. [aquam propter obsidionem hauri tibi] id est, de potu prouide tibi o Niniue, propter vallationem hostilem tibi instantem. Hoc & sequentia aliqui ironice profertur, ad innuendum qd nulla prouiso Niniuitis prodesset. [extrue munitiones tuas] id est, turres muri. [Intra in lutum & calca] id est, lateres confice, & propugnacula effice, & [subi- gens tene laterem] id est, lateres serua ad ædificandum ea, quibus protegeris. [Ibi comedet te ignis] id est, aliqui tuorum incenduntur. Vel per ignem quælibet dira afflictio designatur. [peribis gladio] Chaldæorum, ita quod quidam tuorum gladio occidentur. [deuorabit te] gladius, [vt bruchus] deuorat fructus. [Congregare ergo] vt bruchus, multiplicare vt locusta] id est, populus tuus congregetur in vnum, & in quamcunq; multitudinem poterit, colligatur & augeatur, vt se ad repugnandum disponat, nil tamen proficiet, quoniam à Chaldæis superabuntur. Bruchus autem & locusta solent in magna multitudine in vnum confluere. [Plures fecisti negociationes tuas, quàm stellæ sint cæli] id est, infatigabiliter congregasti diuitias per diuersas atq; innumerabiles mercaturas, quæ hyperbolice, id est, per excessum dicuntur excedere numerum siderum, ad insinuandum multitudinem mercationis tuæ & cupiditatis insatiandæ. [Bruchus expansus est & auolauit] i. naris sibi alis, extendit se ad auolandum. [Custodes tui quasi locustæ] i. inualidi ad præseruandum te à malo captiuitatis, sicq; expandes te per modum bruchi ad fugiendum à facie Chaldæorum. [Et parvuli tui quasi locustæ locustarum] i. in maxima multitudine sunt, sicut locustarum genimina, quæ dicuntur * athelebus. [quæ] locustæ [confident] i. pariter sedent, [in sepibus in die] id est, tempore [frigoris] torpent enim in frigore, & in sepibus colligunt se, vt à frigore abscondantur, quantum possibile est, quia à frigore faciliter moriuntur. [Sol ortus est, & auolauerunt] id est, calore solis recepto, quasi reuiuiscunt & auolant. [Et non est cognitus locus earum, vbi fuerint] Non enim manent indicia pristinae confessionis, sed aer intra se clauditur. Per hoc significatur, quod Niniuitæ ceteriq; Assyrii, timore, vt frigore, quodam torporent ac latitent, deinde in captiuitatem volarent aut fugerent. [Dormitauerunt pastores tui] o rex Assur] id est, duces & consules tui, o rex Assyriorum, qui regnasti in Niniue, dormierunt somno mortis à Chaldæis occisi, & cessauerunt tibi dare consilium, atq; ignaui effecti sunt. [sepelientur principes tui.] Minus dicit, & maius significat, id est, crudeliter occidentur, & irreuerenter sepelientur, quemadmodum de rege Iuda Ioachim loquitur Hieremias: Quia sepultura asini sepelietur. [Latitauit] o Niniue [populus tuus in montibus] timore Chaldæorum se abscondes in locis difficilis accessus atq; sublimis situs, vt procul viderent, si hostes venirent. [Et non est qui congreget] id est, adunet eos, vt facto exercitu rebellent Chaldæis. [Non est obscura contritio tua] i. destructio tua aperta est, & omnibus nota. [pessima est plaga tua] i. pœnalissima & infallibilis. [Omnes qui audierunt auditio- nem tuam] i. formam destructionis tuæ, [compresserunt manum super te] non ex compassione, vt dictum est, & quia subiungitur, [quia super quem nō transijt malitia tua semper] id est, iugiter à tua fundatione alios crudeliter afflixisti, in tantum, vt pene nulla natio tuæ prauitatis vexationem euaserit. Compresserunt igitur manum super te, complosa mani- bus

Esai. 33.

Gene. 10

Hier. 22.

bus, tuæ deiectiōni congratulando, insultando & applaudendo, paratiores tuam calamitatem grauari, quàm alleuiare. Potuit tamen accidere, quod multi, audita Niniue demolitiōne, doluerunt, non illi compatiendo, sed sibi metipsis timendo, desperantes se posse Chaldæorum euadere manum, à quibus tam famosissimam urbem audierunt vastatam. Denique iuxta spiritualem (vt dictum est) intelligentiam, per Niniuen designatur hic mundus in maligno positus, cuius amicitia inimica Deo est, in quo quicquid est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Vnde quæ in hoc capitulo ad litteram dicta sunt de culpa & pœna Niniuæ, ad totius mundi culpam & pœnam tropologice referuntur. Quod quomodo fieri queat, non prosequor propter prolixitatem vitandam, & quoniam ex superioribus pro magna parte patescit, sed aliqua breuiter dicam, tangendo magis quàm explicando. [Væ ciuitas sanguinum] Hæc est ecclesia malignantium, congregatio reproborum, generatio mala, vitis plena, mendacijs dedita, per schismata & hæreses aliq; facinora dilacerata, à qua non recedit rapina, quam ipsi se inuicem spolient, fallat, depauperent, & dæmones de cordibus illorum spirituales diuitias rapiunt, immo & naturales perfectiones animæ tollunt, ita quod lumine rationis non vtens, passionibus ducitur, bestialiterq; versatur. Porro, in hac ciuitate non Dei, sed Babylonis, est [Vox flagelli] id est, sonitus tribulationum, quibus iustos affligunt, vel se mutuo tribulant. Inter superbos enim semper sunt iurgia, & impij quasi mare fremens, quod quiescere non potest. [Et vox impetus rotæ] i. inordinatæ euagationis, quia non stabiliuntur in Deo, sed vndiq; euagantur, iuxta illud Psal. 11. In circuitu impij ambulat. Et 32. Deus meus, pone illos vt rotam. [Et equi frementis] id est, tyrannorum, [Et quadrigæ feruentis] id est, mali vehiculi, quod quatuor principalibus animæ passionibus trahitur, nisi per rationis censuram frenentur, videlicet delectatione & tristitia, spe & timore. [Et micantis gladij, & fulgurantis hastæ] i. apparentis prosperitatis ac deceptorie delectationis, quibus velut hasta ac ense animæ impiorum necantur ac fodiuntur. Creaturæ etenim factæ sunt in muscipulam & laqueum pedibus insipientium. Est quoq; in ea vox [multitudinis interfectæ] i. peccatorum, qui vitam gratiæ amiserunt, & in mortem peccati per tentationem illapsi sunt. [Et grauis ruina] à spūalibus ad carnalia, à virtutibus ad vitia, ab imperio Christi ad regnum diaboli, & quanto est anima præstantior corpore, tãto grauior est eius ruina, quàm corporis. [Nec est finis cadaverum] id est, corporum vitiosorum, quæ dicuntur cadauera, quoniam animæ à quibus informantur, sunt mortuæ coram Deo, nec ab eis aliquid spiritualis virtuosæq; vitæ participat. Propter quod scriptum est Rom. 8. Corpus mortuum est propter peccatū. Et Matth. 23. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. [Corruent in corporibus suis] i. vitis carnis. Si enim secundum carnem vixerimus, moriemur. [propter multitudinem fornicationum meretricis speciosa & grata] i. earum cum quibus nunc fornicantur, qui enim fornicatur, in corpus suum peccat & qui coniungit meretrici, vnū cum ea corpus efficitur. Vnde & Salomon: Fauus, inquit, distillans labia meretricis: nouissima autem illius, amara quasi absynthium. Ipsa enim est fouea profunda, & rete diaboli. [Ecce ego ad te] punitendum [dicit dñs exercituum, & reuelabo pudenda tua] i. inhonesta ac turpia opera [in facie tua] i. tam stricte & euidenter vlciscar tua peccata, qd per experientiam scies quid feceris. [Et nuditatem tuam] id est, spiritualem paupertatem [ostendam genibus] istud fit interdet in seculo isto, sed maxime fiet in futuro iudicio, quando iudex cælestis cunctis ostendet scelera reproborum. [Omnis qui viderit te, respiciet à te.] tunc enim iusti omnino separabuntur loco, voto, ac præmio ab iniustis, quibus nunc corporaliter admiscuntur. Nunc quoq; multi applaudunt miscenturq; malis, quorum quum viderint plagam, se subtrahunt, atq; terrentur. [Quis commouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi?] In die quippe iudicij non erit tempus compassionis & consolationis, sed latabitur iustus videns vindictam. [Nunquid melior est ab Alexandria populorū?] Cū aliqua particularis cōgregatio praua & secularis, stulte secuta est, nec timet iudiciū Dei, sed suis in viribus fidens, præsumit & iactat se non perituram, proponamus ei in exemplum aliam congregationem peruersam, numero & potestate maiorem, à Deo propter peccata sua plagatā, atq; dicamus: Nunqd melior es & c. i. sicut illa, ita & tu prorsus peribis. [Ecce] o munde & immunde, [populus tuus est sicut mulieres] i. carnalis, mollis, vitis delectationibusq; succumbens, & effœminati dñantur tibi. [Inimicis tuis pandentur portæ terræ tuæ] i. sensus corporis tui incustoditi sunt, ita qd dæmones ingrediuntur per eos, & mors per fenestras ingredit. Dum enim sensus per rationem non gubernant, innumerabilibus vicibus hauriunt mortē: & toties dæmonibus aperiunt, quoties ad culpam inducunt. Ideo sanctus precatur Psal. 18. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Et alius Ecc. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. [Deuorabit ignis vectes tuos] i. ossa corporis ardor libidinis vorat, & ad æternam flammam perducit. Deinde mūdo cōsulitur: [Aquam] sapientiæ salutaris & rorem gratiæ, [propter obsidionem] qua ab inuisibilibus vallatus es hostibus,

1. Ioan. 3
Iacobi 4
1. Ioan. 2

Prou. 13
Esai. 47

Sapiē. 14

1. Cor. 6
Prou. 23

Psal. 57

[hauri]

[hauri tibi] deuotis precibus de fontibus saluatoris, de ore predicatoris, de sacris scripturis, de fonte sapientiae increatae. [Extrude munitiones tuas] i. virtutes robora, & spiritualia arma assume. [intra in lutum] i. corpus tuum aspice & gubernare, [et calca] illud, ut obediat rationi. [tene laterem] i. firmitatem virtutum & petram, quae est Christus. Et nisi haec feceris, [comedet te ignis, peribisq; gladio] tentationis. [custodes tui] id est, principes & praelati, [quasi locustae] i. inefficaces & bestiales te non protegentes, sed simul secum ad infernum trahentes. Tales enim merentur iniqui habere praesidentes ab eo, qui regnare facit hypocritam propter peccata populi, qui dat regem in furore suo, & principes in indignatione sua. [Paruuli tui] i. inferiores, [sicut locustae locustarum, qui confident in sepibus in die frigoris.] sic isti tempore aduersitatis & tribulationis paulisper retrahantur, & cessant a malis, domiq; resident. [sol ortus est, & auolauerunt] id est, in die prosperitatis radiante, & timore malorum sublato, discurrunt, vagantur, transgrediuntur ut ante. [dormitauerunt] scilicet somno torporis & negligentiae, [pastores tui] id est, vicarij, [o rex Assur] id est, magne praelate, qui alios habes tibi subiectos pastores, velut vicarios, & tibi in vitijs similes sunt, sicq; oves dispareunt. [principes tui sepelientur] in inferno cum diuite epulone. [latitauit populus tuus in montibus] i. in superbis se abscondit a gratia Dei, & in superioribus suis stulte confusus est. [Non est qui congreget] eos in ouile Christi. Messis quidem multa, sed operarij pauci. Non est obscura contritio tua, pessima plaga tua. Peccata enim mundanam conuersationem habentium, qui peccata sua quasi Sodoma praedicant, sunt aperta, & damnatio horum est aeterna. In praesenti quoq; conteruntur, omne esse gratiae amittendo, & in hoc pessima plaga cadunt, q; non castigantur a Deo in vita praesenti, sed in adiuentionibus suis dimittuntur, atq; futuris supplicijs reseruantur. [Omnes qui audierunt auditionem tuam] id est, damnationis tuae sententiam: Ite maledicti in ignem aeternum. [compresserunt manum super te] diuinae iustitiae applaudendo, tuamq; damnationem approbando. Istud erit in die iudicij, quando electi iudicabunt cum Christo. Quia super quem electorum hominum non transiit malitia tua semper? Nempe a principio mundi reprobj affixerunt electos. Et Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Per hunc modum purgantur electi quo facto, reprobj proijciuntur in ignem gehennae: quemadmodum filio castigato, iactatur virga in flammam. Non ergo propter iniurias ad impatienciam concitemur, sed in omnibus summi iudicis benignissimae dispensationi gratias referamus, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus in secula, Amen.

¶ Enarrationum in Naum prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN ABACUC PROPHE TAM ENARRATIO.

¶ Elucidatio cap. I. Onus quod visit Abacuc propheta. Artic. I.



Dan. 14.

Bacuc prophetae post duarum tribuum captiuitatem a Chaldaeis constat ex eo, quod in Daniele habetur, quemadmodum angelus domini apparuit Abacuc in Iudaea, eiq; iussit ferre prandium, quod parauit Danieli in Babylone, q; erat in lacu leonum. Quemadmodum autem Naum vaticinatus est contra Niniuem, atq; Assyrios, decem tribuum vastatores, sic Abacuc prophetauit contra Babylonem, & Chaldaeos duarum tribuum oppressores. Ponens ergo Abacuc titulum siue proemium, tangit voluminis sui materiam, dicens: [Onus] i. pondus miseriae seu grauis punitio Chaldaeorum, [quod vidit] i. in spiritu praecognouit Abacuc propheta. [In quo pater Montani insania, asserentis prophetas non intellexisse quid dicerent, sed sine mente strepitum vocis cum irrationali excessu formasse. Deniq; tres prophetae sunt, quorum exordium est onus, videlicet Naum, Abacuc, Malachias. Proemio posito, incipit propheta tractatum a querela, quaestione, seu oratione implicita. [Vsq; quo domine clamabo, & non exaudies?] Primo elucidanda sunt verba ista ad literam, deinde generalius exponentur, secundum mysticum intellectum. Considerans ergo sanctus vir impijssimorum Chaldaeorum prosperitatem & violentiam, Iudaeorum vero calamitatem & oppressionem, prorumpit in dolorosam & piam querelam vel quaestionem, quae tamen per modum orationis accipi potest, ut cum ait Psalmista: Vsq; quo dñe obliuisceris me in finem? Vsq; quo auertis faciem tuam a me? Ait itaq; in persona sua ac Iudaeorum, ad Deum pro liberatione a Chaldaeis clamantium: Vsq; quo domine clamabo, affectuose orando pro liberatione a Babylonica captiuitate

Psal. 12.

ptiuitate? [Vociferabor ad te] i. ardentissime te precabor, [vi m patiens] i. violentiam sustinens a Chaldaeis, [et non saluabis] te inuocantes, tanq; dicat, diu differs, [quare ostendisti mihi iniquitatem?] Secundum Hieronymum, nullus prophetae tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem iustitiae prouocare, cur in rebus humanis & mundi istius pompa tanta rerum versetur iniquitas. Causat enim quodammodo contra Deum, & ait: Quare ostendisti mihi iniquitatem, i. cur ad hoc deductus sum, & tam diu vixi? Vel cur me sciente aut cognoscete, factum est istud? videlicet, ut viderem iniquitatem & crudelitatem Nabuchodonosor & Chaldaeorum contra regnum Iudae & templum. [et labore videre,] quem populus tuus sustinuit, tribulationibus eos Chaldaeis. [praeda & iniustitia contra me] i. Iudaeorum spoliationem & iniuriosam calumnia, quae a Babylonijs pressa sunt. Quauis autem Iudaei Deo volente puniebantur, & iuste, tamen Chaldaei fecerunt hoc crudeliter & iniuste, videlicet impia voluntate & intentione superba. Vel propheta dicit hoc in persona sui ac innocentum Iudaeorum, a Chaldaeis iniuria perpeforum. Porro secundum Hieronymum, Bedam, & Glossam, ista & ita verba sequentia accipi possunt non quasi in persona prophetae, sed imperfectorum prolata, ignorantium electos in seculo isto per tribulationes purgari, quemadmodum aurum igne probatur. Alij quidam affirmant haec dici in persona perfectorum, diuini iudicij profunditatem stupentium, iustoq; zelo contra iniquos zelantium. Est ergo pensandum, q; verba ista accipi possunt per modum querelae & quaestionis, ex impatientia & ignorantia procedentis, sicq; conueniunt imperfectis, q; non attendunt inuestigabilia iudicia Dei, altitudinemq; diuinitatum sapientiae & scientiae eius, qui non ita videt & iudicat sicut homo, sed propter causas sibi notas permittit electos calumniari, nec ad votum eos exaudit. Quemadmodum si aegrotus & febribus aestuans, aquam frigidam querat a medico, dicens: Vm patior, excrucior, vrer, vsq; quo clamabo o medice, & non exaudies? Cui respondet sapientissimus & clementissimus medicus: Scio quando dandum est quod petis, non miserebor modo, qm misericordia ista esset crudelitas, & voluntas tua contra te petit. Pariformiter Deus omnipotens sciens clementiae suae pondus atq; mensuram, crebro non exaudit clamantem ad votum, ut probet, & ad instantiores preces prouocet eum, & quasi in igne excoctum, puriorem reddat ac iustiorē. Secundo accipi possunt haec verba ad modum interrogationis, ex zelo iustitiae & doloris abundantia procedentis, atq; ex quadam familiaritate fiduciaq; ad Deum, ad prouocandum misericordiam eius, sicq; conueniunt vitis perfectis. [Quare respicis] per exhibitionem beneficiorum tuorum, i. clementer & patienter attendis, [contemptores] i. Chaldaeos idola venerantes, & Deum verum spernentes, [et taces] i. non vindicatas statim, nec redarguis, [conculcatis] impio iustiorē se. I. rege & populo Babylonis Iudaicam plebem, in quo aliqui iusti fuerunt. Huic querelae, quaestioniq; Abacuc simile est illud Hieremiae: Iustus quidem tu es dñe, si disputem tecum. Veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui prauaricantur & inique agunt? Illud quoq; Iob: Nunquid contra Deum disputatio mea, ut merito non debeam contristari? quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? [Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem] i. sine cura & prouidentia eos permittes, ut irrationalia, in quibus maiora deorant minora, nec inferunt a te illis vindicta. Istud in persona perfectiorum non dicitur assertiue, sed quia secundum exteriorem superficiem sic esse videtur, nec sic intelligendum est, q; irrationalia non cadant sub prouidentia Dei, cum ipsi sit cura de omnibus, ut dicitur in libro Sapientiae, dicatq; Saluator Matt. 6. Respicite volatilia caeli, qm non seruant neq; metunt, & pater vester caelestis pascit ea. Alibi quoq; Nonne quinque passeris veniunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed ideo ista dicuntur, qm rationalium creaturarum habet Deus speciali modo curam ac prouidentiam, eo q; actus earum cadant sub ratione meriti atq; demeriti. Sicq; dicit Apostolus ad Corinthios: Nunquid cura est Deo de bobus? [et factum est iudicium] tale quale, puta peruersum, i. qm taces impijs iustos calcantibus, ideo iudicatur non secundum veritatem atq; iustitiam, sed secundum potentiam & peruersitatem. [et contradictio facta est potentior] i. negatio veritatis praeualuit aequitati, estq; oppressa iustitia, qm impij non videntes diuinam iustitiae vltionem, peccant secure. Hoc est quod in Ecclesiaste inducitur: Etenim quia non cito profertur contra malos iudicium, abiq; vilo timore filij hominum perpetrant mala. [Propter hoc lacerata est lex] i. prauaricata ab impijs, cum istud sit contra legem naturalem & scriptam, diuinam atq; ciuilem. Potest quoq; referri ad destructionem legis Mosaicae, quam lacerauerunt Chaldaei, comburendo bibliothecam Iudaeorum, quam Esdras postmodum reparauit. [et non peruenit vsq; ad finem iudicium] i. iustum exitum non est fortitum, finis enim iudicij est, ut vnusquisq; quod promeruit, recipiat, bonus honorem, malus vindictam: sed propter praedicta oppositum contigit, quantum ad vitam praesentem. [quia impius praualer aduersus iustum,] puta rex & exercitus Babylonis contra Iudaicum populum, in quo quidam iusti fuerunt translati capti q; ut Daniel, Azarias, Ananias, & Misael atq; Ezechiel.

Rom. 11.

Hier. 12.

Iob 21.

Sapient. 6.

Lucae 12.

1. Cor. 9.

Ecc. 8.

§ [pro-

[propterea egreditur iudicium peruersum,] non à Deo, sed à Chaldæis contra Iudæos, quos sæpe oppresserunt crudeliter. Hucusq; conquestus est propheta populi sui persecutionem, cuius dolorē mitigat dñs, eo q; cæteræ gentes similia sint passuræ. [Aspicite] o Iudæi in gentibus quæ sicut in eis, [et videte, & admiramini, & obstupescite] propter magnitudinem rei, quam dico. [quia opus factum est in diebus vestris] i. statim fiet, iamq; partim factum est seu inceptum. [quod nemo credet, cum narrabitur] i. non faciliter credetur ab his, qui illud non conspexerunt. Quid aut sit opus istud tam mirum, subiungitur: [quia ecce ego Deus,] qui peccata vnus gentis per aliam vindico. [suscitabo] dando virtutem, & inspirando affertum, [Chaldæos gentem amaram] i. crudelem, [et velocem,] & velocem, ambulante super latitudinem terræ. [i. suis sinibus nō contentam, sed huc illucq; vagantē, & loca non sua occupantem. ideo subditur,] [ut possideat tabernacula non sua.] hoc tamen referri potest ad id quod dñs dixit, suscitabo. Ad hoc nanq; dñs induxit Chaldæos ad impugnandum gentium regna, vt eadem possiderent quasi pro mercede, qua diuinæ voluntari seruiuerunt in expugnatione punitio- neq; gentium. Vnde ad Ezech. testatur, se daturum Chaldæis terram & bona Aegypti, pro seruitio quod sibi in expugnatione Tyri impenderunt. Sic ergo possederunt tabernacula, quæ ante non erant sua, sed Deo ea illis donante, erant sua. Veruntamen quia non ea inten- tione ista fecerunt, qua Deus eos suscitauit, sed ex cupiditate, crudelitate, & elatione, abusi- que sunt potestate sibi collata, idcirco non excusantur à culpa, immo à Medis ac Persis merue- runt vastari. [horribilis & terribilis est] i. fama & re, aspectu & opere metuendi sunt. Erant em Chaldæi, secundū historiographos, bellicosissimi, veloces, nimiumq; feroces. [ex semet- ipsa iudicium] eius [et onus eius egredietur] i. ex propria voluntate tyrannica, non ex censura iustitiæ procedet iudicium eius, & persecutio, quibus alios iudicabit & persequetur. Vel sen- sus est, q; ex actibus suis crudelibus merebit iudicari atq; puniri à Deo, vt sicut fecit, fiat ei, & vastetur sicut vastauit. Aug. certe iste est sensus, q; ex propria gente constituet gentes & pu- nitores sæuissimos. [leuiore] pardis equi eius, & velociore lupis vespertinis. Per hoc, quan- tum ad cōparationem pardorum, hyperbolice insinuat magna valde velocitas equorū po- puli huius. Pardus aut est animal velocissimum, pulchra varietate distinctum. De quo Hie- remias: Si mutare, inqt, potest pardus varietates suas. Præterea lupi vespertini sæuiores sunt diurnā fame iritati, vnde circa vesperā velocius currunt, escam prædamq; petentes. [et dis- fundentur equites eius] i. equestres gentis Chaldææ terram operient sicut locustæ. [Equites nanq; eius de longe venient] i. à Chaldæa vsq; ad loca inde remota. [volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Oēs ad prædam venient] i. vltra modū velociter inuadent gentes & regna, quemadmodū aquila famelica properat ad cadaver. [facies eorum ventus vrens] i. quemadmodū talis ventus faciem lædit, segetesq; corrumpit, sic Chaldæi ipso aspectu affli- gent intuentis, & cuncta vastabunt. [et congregabit] rex atq; exercitus Chaldæorum, [quasi arenam captiuitatem] i. innumerabiles capiet in diuersis prouincijs. [et ipse de regibus tri- umphabit.] nullus enim regum resistere potuit Nabuchodonosor. propter quod Daniel di- xit ad eum: Tu rex regum es. [et tyranni ridiculi eius erunt] i. derisionis materia, ita q; deri- sui eos habebit, faciliter vincet, raptosq; ante se currere faciet, quod inter delicias suas com- putabit, cum sit signum potentia sue. [ipse super omnem munitionem ridebit] i. certam sibi victoriam de quacunq; munitione promittet, reputans se vrbes armatura & viribus hoim roboratas faciliter deuicturum. [et cōportabit aggerem] implendo loca profunda lignis & faxis, vt possint transiri. Hoc maxime fecit ante Tyrum in mari sitam. [et capiet eam] i. quā- bet munitionē à se impugnatam. [Tunc mutabitur spiritus] eius, i. post tantas victorias in maximā superbiā erigeretur. Vel mutabitur spiritus eius, i. amens fiet ac insensatus. Vsu enim rationis amisso, putabit se bestiam, & inter feras conuersans, fœnum comedet vt bos, iuxta illud in Daniele: Ex hominibus eijcient te, & cum feris erit habitatio tua. [et pertransibit] i. à statu & gloria regis sublimitatis deficiet, secundum quod dicitur apud Danielelem: Tibi di- citur Nabuchodonosor, regnum transiit à te. [et cornuet] i. post hæc se humiliabit, morta- lem cognoscat, & esse desinet. [hæc est fortitudo ei, dei sui] i. talis fuit fortitudo regis istius, qualis & Belis dei sui. Fortitudo em Nabuchodonosor fragilis fuit & labilis, quæ admodum idoli sui quod coluit nomine Bel. Præterea veritati diuinæ naturæ congratulans, diuinę q; æquitati applaudens, propheta annectit. [Nunquid non tu à principio] i. immo tu sol' ater- nus es [dñe Deus meus,] qui licet sis omnium Deus generali prouidentia & iure creationis, specialiter tamen es Deus meus & electorum, tam ex parte tui, qui singulariter beneficis ac prouides nobis, q; ex parte nostri, qui te summe diligimus, totaq; mēte tibi in hæremus. [san- cte meus] i. sanctificator animæ meæ, qui essentialiter sanctus es, & quem tanq; incōparabi- liter sanctum in sanctitate colo. [et non moriemur] i. tua nos protegēte clementia, non peni- tus à Chaldæis occidemur, sed temporaliter corrigemur. Consequenter propheta ostendit se diuinitus illustratum, & aperit causam superioris quæstionis & querelæ, quam mouit, cur scilicet

Ezech. 39.

Hiere. 13

Dani. 2. & 4. Ibidem.

Ibidem.

scilicet De' taceret, conculcante impio iustiore se: [Dñe, in iudicium posuisti eum] i. Na buchodonosor in folio regali & tanta eminentia constituiti, vt per eum tuæ iustitiæ iudi- cium exquereris. [et forte, vt corripes, fundasti eum] i. regē istū in tanta potestate fundasti seu forte statuisti, vt per eius potentia corripere gentes iniquas, eaq; peccata vlciscēdo, & ipsas in manū Chaldæorū tradendo. [Mūdi sunt oculi tui, ne videas malū, & respicere super ini- quitatē non poteris.] Hoc dupliciter legi potest. Primo, inquirendo & abnegādo, vel in per- sona imperfectorū, quia sic esse videtur, eritq; sensus: Cū sis totaliter sanctus, nō vis attēdere vel aspiciere vitia hoim: qd apparet p hoc, q; non statim adhibes vltionem. Secūdo sicut Mū- di sunt oculi tui, i. intellectus tuus & sapiētia absq; omni sunt culpa, ne videas malū culpæ per approbationē: & respicere ad iniquitatē non poteris, eas (vt dictū est) approbando. Vnde & impijs dicit: Nescio vos. Cū ergo sit ita, [Quare non respicis] per vindictā [super inique agen- tes, & taces deuorāte impio iustiore se? Et facis hoies quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principē.] Istud totū iam semel habitū est atq; expositū. Sed mirū videtur, cur pro- pheta quæstionē hanc repetit, cū iam semel soluerit eam. Et respondendū, q; quæstio ista ge- neraliter accipi potest, non de Chaldæis dūtaxat: vel ppter nouā admirationē animo pro- phetæ incidentē, repetit eam, loquens in persona impatientiū hoim, vel iustorū, rationē di- uini iudicij cōprehendere non potentiū. [Totum in hamo subleuauit] i. sicut piscator per ha- mū capit & eleuat pisces, sic Nabuchodonosor sua virtute in calliditate cepit quos voluit. [traxit illud in sagma sua] i. lata sua potestate subiecit captiuos, ita q; fugere seu euadere nō valebant. [et congregauit in rete suam] i. suo imperio atq; carcerib' illos inclusit. [Sup hoc] i. de tātis prædis hoim atq; triūphis, [latabitur] corde, [et exultabit] corpore signa interio- ris lætitiæ demonstrādo. [Propterea immolabit sagem suam, & sacrificabit reti suo] i. ob istas victorias offeret victimas magnas deo seu idolo suo, cui' virtute atq; auxilio putauit se pre- ualuisse. Ideo nomine sagem ac retis exprimitur. [Quia in ipsis in crassata est pars eius, & cibus eius electus,] i. imperiū eius ditatū est per direptionem ac spoliationem factam per sa- genam & rete superius dicta, vel virtute idolorum suorum, secundum suam opiniōē. [Pro- pter hoc ergo expandit sagem suam] i. potestatem atq; exercitiū suū super terrā & gētes, [et semper interficere gentes non cessat] i. indefinenter horis solitis, quoad usq; durat ei' cru- delitas, interim gentes, nunc vnā, nunc aliam, nec sanguine satiatur humano.

Matt. 25.

Expositio tropologica eiusdem capituli I. Artic. II.

DEniq; Abacuc interpretat amplexans, vel amplexatio. Qui ergo spūaliter Abacuc est, Deū brachijs charitatis stringēdo, aut p modū pie luctātis amplexando, donec benedi- catur, illuminet & exaudiat ab ipso, hic cōspicit [Onus Babylonis] i. mūdi huius misere- riā, præsentisq; vitæ fragilitatē, & futuræ dānationis intolerabile pondus, seculi amatoribus præparatū. Talis insup Dei seruidus amplexator, & familiaris cū eo disputator, p sua ac alio- rū ereptione & cōsolatione instāter orās, nec tñ ad votū exaudiri se vidēs, piā agat querelā, vt clementiā prouocet creatoris, dicatq; [Vsq; quo dñe clamabo, & non exaudies?] qui tñ di- xisti: Ois q; petit, accipit: & q; querit, inuenit. Et rursus: Si quid petieritis patrē in noīe meo, hoc faciā. [voci ferabor ad te vim patiens] i. validā impugnationē à pprijs passionib', à mun- do persequere aut adulate, & itē ab inuisibilib' hostib'. [et nō saluabis] me ab istis molestijs, cū tñ promiseris: Ois q; cūq; inuocauerit nomē dñi, saluus erit. Porro tāto alti' vociferamur, quāto affectuosius deprecamur, etiā si nullā vocē formemus, q; nō tam clamor oris, q; amor cordis sonat in auribus Dei. Hoc affectu videt Psalmista locutus, dicēdo: Vsq; quo dñe obli- uisceris me in sinē? vsq; quā auertis faciē tuā à me? q; diu ponā consilia in anima meā? Vsq; quo exaltabitur inimicus meus sup me? Et S. Iob: Clamo ad te, & non exaudis mesito, & non re- spicis me. Mutatus es mihi in crudelē. Verum in hac dilatione, quantūcunq; morosa, seruan- da est patiētia incōcussa, atq; fiducia in Deo certissima, vt in omni angustia certissimi simus, impossibile esse sperantē in dño derelinqui, aut indefinenter orantem repelli, & Deum pro- pter profectū nīm differre precis nostræ effectum, aut aliud salubrius se esse datū. Præterea talis Dei amplexator, considerans ecclesiā à suis æmulis multipliciter tribulari, bonos à pra- uis affligi, electos à reprobis opprimi, ex cōpassione ingēti dicere potest in persona sua atq; ecclesiæ: [Quare ostendisti mihi iniquitatē & laborē videre] i. malitiā impiorū aduersus ele- ctos & electorū fatigationē siue laborē, quem eis infligūt peruersi. [prædā & iniustitiam con- tra me] hostes etem animarū, interiora gratiæ bona & exteriora bona nitunt iustis auferre. Hoc affectu dixit venerabilis ille Matathias, Iudæorū grauissima psecutione pfecta: Heu cur natus sum videre mala gentis meæ? Sed ista querela debet esse moderata, vt non ignore- mus dispensationē diuini iudicij, quo boni in hoc seculo aduersis purgant, mali vero peri- culosissime prosperantur. Hinc nempe dixit Psalmista: Noli æmulari in malignantib', neq; zelaueris faciētes iniquitatē, qm tanq; scenum velociter arescent. Et Christus Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, quia non est seruus maior dño suo, Paulus quoq; Ne-

Luce 11.

Ioan. 15.

Iohel. 2.

Psal. 12.

Iob 30.

Psal. 36.

1. Thef. 3 me, inqt, moueat in tribulationibus istis. [Quare respicis contemptores] i. diuine legis transgressores, superbos, inobediētes, rebelles, dādo eis bona vitæ p̄sentis, honorē, gloriā, famam, proſe, diuitias, de q̄bus fert in Pſal. 72. Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerūt diuitias. His ergo benignus eſt Deus, & in hoc eius bonitatē imitari debem⁹, quēadmodū ait Saluator Luc. 6. Eritis filij altissimi, q̄a ipſe benignus eſt ſup ingratos & malos. Et alibi Diligite inimicos veſtros, & b̄nfacite his q̄ oderūt vos, vt ſitis ſilij p̄ris v̄ri, q̄ in cælis eſt: q̄ ſolē ſuū facit oriri ſup bonos ac malos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. [& taces, conculcāte impio iuſtiorē ſe.] Quō verba hæc exponi poſſint in perſona perfectōꝝ & imperfectōꝝ, dictū eſt in p̄cedenti capitulo. Si autē in p̄ſona imperfectōꝝ exponant, cōpetunt his, de q̄bus apud Malachiā loquit d̄ns: Inualuerunt ſup me verba veſtra, & dixiſtis: Vanus eſt q̄ ſeruit d̄no, & q̄a emolumentū, q̄a ambulauimus triſtes corā d̄no? Ergo nūc beatos dicimus arrogantes, ſiquidē ædificati ſunt. [& facies hoīs quaſi piſces maris.] Si hoc iuxta ſenſum p̄æinductū aſſerēdo dicat, cōpetit negātib⁹ prouidentia Dei, de q̄bus habet in Pſal. 72. Et dixerunt, quō ſcit Deus, & ſi eſt ſciētia in excelsis? In Iob q̄q; An cogitas, q̄ Deus excelsior cælo ſit, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat? Hic error tribuit ſecuritātē peccandi. [& factū eſt iudiciū puerſum,] idum iudices intuitu munēꝝ, vel fauore, timore, aut odio dānant inſontē, & liberāt reum, quibus ait Pſalmiſta: Vſq; quo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorꝝ ſumitis? [propter hoc la cerata eſt lex] i. p̄cepta euangelicæ doctrinæ non cuſtodiantur à iudicibus & p̄latis ambitioſis ac cupidis: & ex cōſequenti, neq; à ſubditis: q̄a ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Vnde neceſſe habemus orare: Tempus faciendi d̄ne, videlicet qd̄ poſtulo, diſſipauerunt legē tuam. [Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentē amarā & velocem.] Per Chaldæos figurant diaboli, ſecundū qd̄ Ch̄s de dæmone ait in euangelio Matt. 13. Inimicus homo hoc fecit, q̄ ſuſcitāt à Deo, dum p̄æſtat eis licentiā tentandi tribulandiq; hoīes, quēadmodum fert de quibusdā Pſal. 77. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, immiſſiones per angelos malos. [ambulantem ſup latitudinē terræ.] ſecundum qd̄ ſatan ait ad d̄nm Iob 1. Perambulauit terrā, & circuiuit eam. Vel latitudo terræ, ſunt corda carnalium, lata viarentiū ad infernum. [vt poſſideant tabernacula non ſua] homines impoenitentes, quos Deus dat in reprobū ſenſum, qui ſunt Dei ex cōditione, ſed per iniquitatē efficiunt tabernacula dæmonum, qui ingreſſi habitāt ibi. Vnde de diabolo loquit Ch̄ſtus Lucæ 11. Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuū, in pace ſunt ea q̄ poſſidet. [horribilis & terribilis eſt] quid em̄ callidius aut crudelius ſeu p̄cnalius dæmone: qd̄ inuidioſus aut nocentius eo? Propter qd̄ admonet Petrus: Sobrii eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanq; leo rugiens circuit, quærens quē deuoret. [ex ſemetipſa iudiciū eius] i. propria elatione meruit cōdemnari, qd̄ maxime cōpetit primo apoſtata angelo, qui nullius ſuggeſtione, ſed p̄pria adinventionis ſuperbia eſt dānatus. Alij vero eius ſuggeſtione peccauerūt. [leuiorē] i. ad peccata velociorē ſunt, [pardis equi eius] i. hoīes vicioſi, ſup quos equitat diabolus, ducēs eos q̄cūq; voluerit, iuxta illud Apoſtoli 2. Tim. 2. A quo captiui tenent ad ipſius voluntatē. [& diſſident equites eius] i. angeli ſatanæ, qui in aere volitat, & ubiq; hoīes tentāt. [qui veniūt de longē] i. ab aere caliginoso ſiue inferno, [volabūt q̄ſi aquila] ſunt em̄ p̄p̄riſſimi ex magna inuidia ad impugnantū hoīes. [facies eoꝝ ventus vrens] qm̄ ſtatu ſuo igne cōcupiſcētia corda incendunt ac vrunt, & ſemē verbi cæleſtis infructuoſum efficiūt, dicēte filio Dei Matt. 13. Venit diabolus & tollit verbū de corde eoꝝ, ne ſalvi fiant. [& congregabit q̄ſi arenā captiuitatē] i. innumerabiles aīas vinculo peccatorꝝ cōſtringit, ſeruituti peccati ſubſternit, & ſuo infernali ſubdit d̄no. Qui em̄ volunt diuites fieri, incidūt in laqueū diaboli. Similiter oēs ſuperbi, luxurioſi, cæteriſq; mortalibus vitijs inuoluti. Tales autē, ſunt multi q̄ſi arena. [& ipſe de regibus triūphabit.] diuites nanq; magnates, & nobiles ſeculi facilius vincit. [& ipſe ſuper oēm munitiōē ridebit.] q̄a & clauſtra regulari inſtitutiōe firmata, magna iā ex parte ad regulæ ſeu ſtatutoꝝ tranſgreſſionē vitamq; induxit carnalē. [& cōportabit aggerem] i. diuerſa tentationū inſtrumēta & occaſiones peccandi aſſumet cōtra clauſtrales. [& capiet eam] i. munitiōē ſeu congregatiōē clauſtralē pertrahet ad peccata. [tūc mutabit ſpūs eius] in ſuperbiā & peſſimā gloriatiōē, de taliū ruina vehemētē exultās. [pertrāſibit & corruet] i. peribit, atq; à Ch̄ſto dānabitur. Qui viſitabit ſuper militiā cæli, & principes terræ, cōgregabitq; eos congregatiōe vnus ſaciſ, & claudet in carcere. [D̄ne, in iudiciū poſuiſti eū.] Hoc accipi poteſt de diabolo vel quocunq; perſecutore iuſtoꝝ atq; tyranno, per quos Deus iudicium ſuū exequit, vlcifcēdo per eos peccata hoīm in p̄ſenti ſiue futuro. quare nō respicis ſup inique agētē? Hoc dicere poſſumus zelo charitatis & æquitatis, optantes à Deo, vt flagellet iniquos in p̄ſenti ſeculo, ne grauius damnent in poſterum vel vt hoſtes fidei ac boni cōmunis tollat e medio terrę, & ne pmittat impios temporaliter proſperari, ne proſperitas talis fiat eis occaſio maioris culpæ grauiorēq; p̄cnæ. Vnde orat vir ſanctus Pſal. 58. Non miſerearis oībus qui operantur iniquitatē. [Totum in hamo ſuo ſubleuabit] i. diabolus

bolus ſua tētatione vniverſam generationē malōꝝ cōp̄hendet, quā trahit in ſagena ſua,] i. multiformi fallacia. [& cōgregat in rete ſuā] i. in infernū ſeu imp̄ſſimā d̄nationē. [ſuper hoc lætabit,] q̄a de hoīm deceptione gloriat. [propterea immolabit ſagena ſua] i. exercitui principū tenebræ offeret aīas, quas ſefellit, torquēdas. [q̄a in ipſis inſtatata eſt pars eius] i. illoꝝ cooperatione & tētationis ſubſidio plurimos ſibi incorporauit. [& cibus eius electus] i. hoīes q̄s deuorat, q̄ naturali dignitate cūctis mortalibus eminent. [propter hoc expādit ſagena ſua] i. poteſtatē & tētationes, vel angelos ſatanæ, per q̄s alios capit. [& ſemper interficere gētes nō ceſſat] inducendo eas ad culpā mortalē, quæ vitā gratiæ perimit. Propter qd̄ Ch̄s differit apud Ioannē: Ille homicida erat à principio, & in veritate non ſtetit. Sapiens quoq; teſtatur quidam: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitatur autem illum, qui ſunt ex parte ipſius. Deniq; Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuientium, quinimo loquitur Ezech. 18. Nolo mortem morientis, ſed vt cōuertatur & viuat.

Ioan. 8. Sapiē. a.

¶ Elucidatio Cap. II. Super cuſtodiam meam ſtabo. Artic. III.

P̄cedenti capitulo p̄poſuit p̄pheta d̄no quæſtionē, dicēdo: Quare non respicis ſuper inique agētē, & taces deuorātē impio iuſtiorē ſe? nūc oſtēdit ſe ad diuinā reſpōſionem intentū atq; ſuſp̄ſum, & qd̄ ſibi reſpondit Deus, declarat. Ita q; ait: Sup cuſtodia meam ſtabo] i. vigilanter intentus ero officio prophetalis mihi cōmiſſo, & in ſublimitate conſiderationis morabor, vt Deo illuſtrante, intelligā rationē eorū quæ dico. [& ſigam gradū ſuper munitiōē] i. perſeueranter ſolicitus ero pro deſenſione rei mihi cōmiſſe, vt muniā eam prophetæ nanq; habuerūt protegere populū Dei per ſuas ſalutares doctrinas contra inuiſibiles hoſtes. Vnde Abacuc loquitur de ſeipſo, quaſi de cuſtode caſtri obſeſſi, cui certa pars caſtri deſendenda cōmittitur, qui multū ſolicitus eſt ſup cuſtodia ſuam, gradūq; ſigam ſup munitiōē, i. locū munitū aut muniendū. Huic autē verbo cōſonat illud Eſai. 21. Super ſpeculam d̄ni ego ſum ſtans iugiter per diē, & ſup cuſtodia meam ego ſum ſtans rotis noctibus. [& conſtemplabor] i. circūſpectus ero. [vt videā] i. oculo interiori, i. cognoſcā, [qd̄ dicat mihi] à Deo ad quæſtionē ei à me propoſitā. [& qd̄ reſpondeā ad arguentē me] i. ad Deū q̄ me repræhendet, ſi male egero, vel indiſcipline quæſiui. [& reſpōdit mihi d̄ns, & dixit: Scribe viſum] i. intelligentiā tibi cōceſſam, ſeu viſionē propheticā tibi oſtenſam, ne obliuioni tradatur. [& explana] i. euidenter declara & palām deſcribe [eum ſuper tabulas] i. in cordib⁹ hoīm, de q̄bus dicit Apoſtol⁹ 2. Cor. 3. In tabulis cordis carnalibus. Salomon q; Prou. 6. Liga legem in digitis tuis, & i tabulis cordis tui ſcribe eā. Vel ſup tabulas materiales, ſeu materiā aptam, vt ſcribat in ea. [vt percurrat] i. velociter legendo pertranſeat. [qui legerit eū] ſ. viſum p̄phetalē nūc tactū. [Quia adhuc viſus procul] i. nō ſtatim implebit, qd̄ mihi de p̄æinducta quæſtione De⁹ reſpōdit, vel reuelauit, videlicet q̄ contēptores ac reprobos vult in p̄ſenti ad tempus florere, donec impleat in eis deiectio, quā talibus peccatoribus cōminatus eſt d̄ns. [& ap̄parebit in fine, & non mentiet] Iſtud Hieronymus, Haymo, Beda & gloſſa exponūt de primo ſaluatoris aduentu, quē Abacuc pmittit finaliter ſeu in fine ſeculoꝝ & vltima mūdi etate vcturę, & nō mentiet Ch̄s veritas prima, q̄ idipſum p̄dixit. [ſi morā fecerit, expecta eum] vt dicere poſſis: Expectans expectaui d̄nm. Etenim vniverſi q̄ ſuſtinēt te, nō confundent. Vnde & alius dicit: Expectabo Deū ſaluatorē meū, & p̄æſtolabor eū. [q̄a venies] in mūdū [veniet] per incarnationis myſteriū, & ſuipſius p̄ſentationem apertā, atq; de nouo. [& nō tardabit] vltra tēpus p̄fixum à filio. Vel dilatio iſta propterea non dicit mora, qm̄ nulla fuit reſpectu durationis eā ſequētis. Alij autē exponūt hæc de viſione iam dicta prophetica, cui⁹ impletio erat differenda, expectanda, & ſuo tēpore veraciter adimplenda. Porro ſecundū primā expoſitionē, per verba p̄æhabita ſoluta eſt quæſtio propoſita, vtpote q̄ vſq; ad Ch̄ſi aduētum iniquitas d̄naretur in mūdo, nec iudicium pueniret ad finem. Vnde & Ch̄s aſſeruit Ioan. 12. Nunc iudiciū eſt mundi, nūc princeps huius mundi eñcietur foras. Ne autē p̄pter dilationem diſcrederet aliq; adiecit propheta: [Ecce q̄ incredulus eſt] verbis Dei, [non erit reſta] i. iuſta & vera, [anima eius in ſemetipſo.] immo p̄ inſidelitatē atq; errorē erit diſtorta, & operibus curua, nō erecta ad Deū, cui cōſonat illud Eſai. 12. Qui incredulus eſt, inſideliter agit. [Iuſtus autē in ſua fide viuet] vita gratiæ, i. merito fidei, ſ. interiori & exteriori fidei actū, Deo acceptus erit, & opera meritoria exercebit. Fides quippe eſt fundamentū virtutū, ſp̄ialis q; ſtruēturæ exordiū, quo intellectus viatoris primo coniungit Deo, & his quæ rationē excedunt, p̄æbet aſſenſum. Vnde ſecundū Apoſtolū Hebr. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et: Sancti per fidē vicerūt regna, operari ſunt iuſtitia, adepti ſunt promiſſiones. Rurſusq; Oēs, inquit, vos filij Dei eſtis per fidē. Hæc autē de fide forſanata, i. charitati coniuncta, ſunt accipienda, de qua diuinus Apoſtolus Galat. 5. In Ch̄ſto Ieſu neq; circūciſio aliqd̄ valet, neq; p̄putiū, ſed fides quæ per dilectiōē operatur. Deniq; quāta ſit virtus & efficacia fidei, innotefcit ex eo, q̄ Ch̄s toties proteſtat in Euāgelio: Fides tua te ſaluū fecit. Et: Omnia poſſibilia ſunt credenti. Et: Si habueritis fidem ſicut granū ſinapis, dicetis huic monti, tollere, & mittere

Pſal. 39 & 24.

Mich. 7.

Galat. 3.

Marc. 9.

tere in mare, & fiet. Simus ergo certissimi, prorsusq; immobilitati in fide catholica, quæ diuina authoritati & increata lucis veritati innitit. Hoc testimonio iam inducto utit Paulus ad Romanos atq; Hebræos. Consequenter ostendit propheta, quod licet Deo ad tempus permittat impios prosperari, tacetq; deuorante impio iustiorē se, nihilo minus tempore prestatuto & congruo facit iustā vindictā. Et hoc quātū ad Isam, manifestat iā in rege Babylonis, propter quod alij dicunt, prophetā hoc loco ponere questionis superius motæ solutionē. [Et quod vinū potantē decipit] i. vsu rationis priuat & calore affligit, iuxta illud: Blande ingredit, sed in nouissimo mordebit vt coluber. Hinc Ecclesiast. 31. habetur: Quam sufficiens est homini erudito vinū exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorē. [sic erit vir superbus] videlicet rex Babylonis. Quod alij referunt ad Nabuchodonosor, alij ad Balthasar eius nepotē: tamen vt apparet, si litera rite penset, propheta loquitur indeterminate de rege Babylonis, ita quod quædā referunt ad Nabuchodonosor, quædā ad Balthasar. Quæ admodum ergo vinum decipit materialiter immoderate potantē, sic superbia regis Babylonis eū excæcauit, decipit, deiecit. [et non decorabit] i. regio honore ac regno priuabit. Quod fuit absolute impletum in Balthasar, quæ Persæ occiderunt ac Medi. Aliqualiter vero fuit impletū in Nabuchodonosor, quā (vt dictum est) factus est amēs, & inter bestias conuersat⁹, regno pulsus, foenocq; vsus. [et dilatauit] qsi infernus aiā suā] i. aiā suā cupiditatē & crudelitātē, ita quod insatiabilis fuit sicut infernus. Quæ admodum em infernus nō implet nec satiat dānatis, sic rex Babylonis nō satiabitur occisis atq; diuitijs, sed cuncta diripuit & vastauit. [et ipse quasi mors] propter suā crudelitātē amarus vt mors, nulliq; parcēs. [et non adimplebit cupiditas eius] cū avarus semper egens, iuxta quod scriptū est in Ecclesiastico: Avarus non implet pecunia. [et congregabit ad se oēs gētes] i. gentes sibi viciniores suo imperio p violentiā subdet. [et coaceruauit ad se oēs populos] vt suo subiciantur dño. Istud p̄cipue cōpetit Nabuchodonosor, q regnū Babylonis maxime roborauit, & vniuersa regna nō nimis distātia debellauit. Propter quod scriptū est Hiere. 1. Ab aquilone pandet malū super oēm terrā. [Nunquid non oēs isti] i. populi à rege Babylonis vastati [sup eū sument parabolā] i. prouerbiū de eo & eius deiectione formabunt. [et loquelā enigmatū eius] i. verbū figuraliū difficultatū seu parabolicarū obscuritatum de rege nunc dicto. [et dicetur, vā ei q multiplicat non sua] i. debita pœna modo inflicta est regi Babylonio alios spoliandi. [Vt quoque aggrauat contra se] i. in malū aiā suā auget, & onere violentarū prædæ colligit. [densum lutū] i. terrenas diuitias ad vitia grauer deprimētēs, quæ affectū in infimis mergunt, ne queat ad superna leuari. Deniq; aurū & argentū qd nisi terra alba & rubea: Et sicut magna est vilitas luti, sic temporales diuitiæ à spūalibus viris vilipēduntur, qui cū Paulo oīa arbitrabant vt sterora, vt Chrm lucrifaciant. Deniq; ista partim impleta sunt in Nabuchodonosor tempore suæ amētis, qui tunc à populis irridebat. In Balthasar vero impleta sunt absolute, quā à Medis occisus est. Cui consequenter ait propheta: [Nunquid nō repere consurgēt, q mordeant te] i. immo cito te impugnabūt Cyrus ac Darius cū exercitib⁹ suis Medis Persisq;. [et suscitabunt lacerates te] i. ciuitatē & populū tuū destruentes, teq; occidētēs, [et euigilabunt insidiatores tui] i. diligētē te obidebunt Medi & Persæ. [et eris in rapinā eius] i. bona tua diripient. [qa tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te oēs q reliqui fuerint de populis] i. gentes q man⁹ tuas euaserunt, iungēt se hostibus tuis, & simul cū illis rapiēt tuas diuitias, fietq; tibi sicut fecisti in alios. Distributiōes vero hic positæ, arctiādæ sunt secundū subiectā materiā, & accipiendæ p generibus singulorū potius q̄ pro singulis generib⁹. Hæc aut potissime patieris rex Babylonis [propter sanguinē hoīs] i. occisionē hoīm Iudæorū, [et iniquitatē terræ ciuitatis] i. peccata q̄ cōmissisti contra Iudæā, in qua est ciuitas Hierusalē famosa ac metropolitana. [et hoīm habitantiū in ea] i. propter peccata quæ in habitatores Hierusalē perpetrasti, q̄s crudeliter oppressisti. Quāuis aut rex Babylonis dire peccauit, alias nationes vastado, grauius tñ peccauit, populū Iudæorū ac tēplum demolendo. Idcirco propter illorū occisionē p̄fertim deiectus asserit. [Vā] regi Babylonis [q congregat auaritiā] i. materiā auaritiæ, s. bona terrena, [malā domui suæ] i. sibi & filijs atq; familijs suis nociuā. [vt sit in excelso nidus eius] i. palatiū & habitatio eius, seu Babylon ciuitas eius sit in magna eminentia, potestate & gloria. [et liberari se putat de manu mali] i. de potestate hostili & malo pœnali. De hoc nido dixit Nabuchodonosor: Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ædificauit in domū regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? [Cogitasti cōfusionem] i. causam confusionis [domui tuæ] hoc est, tua cogitatione iniqua atq; superba meruisti posteros tuos & regrū confundi atq; superari, secundum quod Deus iniquitatē patrū visit in tertiā & quartā generationē inam propter peccata parentū ac principum, filij & subiecti aliquando corporalibus pœnis afficiuntur. [et concidisti populos multos] vulnerando, prædando seu occidendo. [et peccauit anima tua.] cuius signum est: [quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit] i. lapides parietum à te destructorū materialium aduersus te conclamabūt, quā sua ruina ac dissipatione ostēdent tuam

Roma. 1.
Heb. 10.

Prou. 28

Ecc. 10.

Dani. 4.

Exo. 20.

quam crudelitatem, & dabūt hoīb⁹ occasionē atq; materiā clamandi & vltionē appetendi de te. Simili modo ligna, quibus partes ædificiorū cōnectunt, materialiter respondebūt. i. quoniam tibus offendent causam tuæ destructionis, quā tanta fuit seueritas tua in ædificiorū alienorū dissipatione, quod nidus tuus seu Babylon est destructa. Inanimata itaq; materialiter dicunt clamare & respondere, sicut in Psal. dicunt laudare & bñdicere, iuxta illud: Valles abundabūt frumento, clamabunt, etem̄ hymnū dicent. Adhuc propheta inuehitur contra Nabuchodonosor: [Vā q ædificat ciuitatē in sanguinibus] i. Babylonē construxit in magnis peccatis & homicidijs, interficiens populos, vt de p̄dis eorū urbem suam construeret. Idcirco subiungit: [et præparat urbē] iam dictā [in iniquitate] i. de sumptibus iniuste adeptis atq; in maxima pompa. [Nunquid nō hæc sunt à dño exercitū] i. nonne subscriptæ vindictæ à Deo infligentur regi & populo Babylonis: tanquam dicat, utiq;. [laborabūt em̄ populi] i. Babylonij [in multo igne] i. ad impediendū vel extinguendum Babylonis incendij [et gentes] Chaldaicæ [in vacuū] laborabunt, defendendo se contra Persas & Medos. [et deficient] Babylonij seu Chaldaei, non valentes Medis & Persis resistere. [quia implebitur terra] i. Chaldaea hostibus nunc sæpe expressis, [vt cognoscat gloriam domini] i. ipsi Chaldaei per suā vastitatis angustiam experimētaliter sentient vel cognoscent excellentiā potestatis diuinæ, cuius virtute viderint se superari, quemadmodū Daniel prædixerat Balthasar regi. Hæc aut repletio terre, & experimētalis agnitio gloriæ domini, fuit plurimum copiosa. [q̄si aquæ operientes mare.] Vt q̄ potum dat amico suo, mittens fel suum] i. fel potui miscens, & felleū potū exhibens. [et inebrians] tali potu fraudulenter immoderateq; implens potantē, [vt aspiciat nuditatem eius] i. verecundiam, ignominiam, paupertatem. Istud ad literam contra Nabuchodonosor dicit, de q̄ ferūt Hebræi, quod cū in Babylone magnum conuiuium faceret, iussit Zedechiam regē Iudææ adduci, & potu laxatiuo potari, quo facto, Zedechias mox corā oīb⁹ passus est ventris fluxum, vnde post pauca præ confusione & dolore defunctus est. Istud tamen secundū Hieronymū & Bedā, potius est fabula q̄ res vera. Ideo exponūt communiter, vt sit sensus: Vā regi Babylonis præfato, q̄ potum. i. afflictionē dat amico suo, i. proximis, vel his quib⁹ aliqui confederatus fuit, seu ei amicales fuerunt. Et hoc modo Zedechias fuit amicus eius, quādo ad tempus ei seruiuit, & scdus seruauit quod iniit, quā Nabuchodonosor cōstituit eum regē: mittens fel suū, i. cordis sui amaritudinē, seueritatē, fallaciam ducens ad actū & inebriās, i. abundanter adimplens potates, hoc modo, vt aspiciat nuditatē ei⁹, i. alios oēs spoliatos & depauperatos ac victos cōspiceret. Ad hoc quippe oīa regna vastauit & spoliavit, vt suā potētiā decoraret, & cōparatiōe nuditatis illorū, suā opulentiā gloriosior videret. [Repletus est ignominia] i. Zedechias, seu alius quilibet à rege Babylonis p̄dicto modo potatus & inebriat⁹, magnā cōsecutus est calamitatē & cōfusionē. [p gloria] i. honore regio, vel alia quæcunq; eminentia, potestate, vel abundantia, q̄ floruit in hoc mundo. [bibe tu q̄q; & consopire] i. o rex Babylonis, sicut fecisti, fiet tibi bibes enim calicē tribulatiōis, & afflictionē velut potu impleberis atq; deficiēs. Quod referri potest ad Nabuchodonosor, quātū ad punitionē ei⁹ sibi in hoc mūdo inflictā, quando in amētiam versus est: vel ad filiū filij sui, puta ad Balthasar regem, à Medis & Persis occisum. Ad utrūq; etiā potest pertinere quod subdit: [circūdabit te calix dexteræ dñi] i. magna punitiō à diuina virtute pro vltione inflicta [et vomitus ignominie circūdabit te] vt egeras q̄ absorbuisti, alijs ea relinquendo, scilicet spolia. [super gloriam tuam] i. post magnificentiam imperij tui, vel tibi adhuc regnanti ista cōtingēt. Vel per vomitū ignominie designat superabundans calamitas, quæ ad instar immoderatissimæ potationis erupit. [qa iniquitas Libani] i. peccatū quod cōmissisti in templū Dei in Hierusalem, illud prophanado ac destruendo. [operiet te] i. propter illud grauer punieris. Dicit aut templū Liban⁹, quia de lignis Libani fuit constructū, vt legit⁹, lib. Regum. Propter quod in Zacha. habetur: Aperi Libane portas tuas. [et vastitas animalij] i. deuastatio sacrificiorū, q̄ de animalibus offerebant in templo. [deter rebit eos] i. causa erit quod Babylonij seu Chaldaei à suis aduersarijs terre bunt: meruerunt enim interfici à Persis hoc faciendo. [de sanguinibus hoīs] i. etiam pro effusione sanguinis Iudæorum. [et iniquitate terræ] i. crudelitātē & prauitatem, quā in terra Iudææ [et ciuitatis] Hierusalē [et omnij habitantiū in ea] cōmiserūt. Chaldei itaq; propter peccata cōmissa in Deum, cuius cultū & templū demoliti sunt, atq; in populū ei⁹, quæ in Hierusalē ac Iudæa atrociter vexauerūt, à Deo plagati, & hostib⁹ traditi sunt. Cōsequenter cōtra oēs idololatrias, specialiter tñ ac literaliter cōtra Nabuchodonosor, dicit: [Quid prodest sculptile] i. idolū sculptū, [qa sculptit illud victor suus] i. formator artificiose formauit, ornavit & figurauit. Tanq̄ dicat: Cum sculptile sit ab hoīe factū, cōstat quod pdesse nō queat, nec aliq̄ virtutis aut numinis habeat. [et cōflatile] i. idolū cōflatum quod prodest: [qd fictor suus fecit & imaginē falsam] molitus est. Idolū nāq; est falsa imago, quā decipit: nec id quod representat, tale est, q̄le p̄ idolum significat. Immo secundū Ap̄lm, idolū nihil est, s. quantū ad representatū. Inter sculptile & cōflatile hoc distat, secundū Bedam, quod sculptile est de ligno aut marmore, cōflatile de metallo

Psal. 142.
Dani. 3.
Psal. 64.

Dani. 5.

4. Re. 25.

Dani. 5.

3. Re. 7.
Zach. 11.

4. Re. 25.

tamen vt alij dicūt, idem potest esse sculptile atq; conflatile: qđ em̄ igne cōflatū est, potest po-
 stea arte sculptoria aptius figurari, quemadmodū factū affirmant de vitulo aureo in deserto
 Exod. 32
 P̄sal. 105. a filijs Israel factō, q̄ erat conflatilis & etiam sculptilis, iuxta illud in Psalmo: Et fecerūt vitu-
 lum in Oreb, & adorauerūt sculptile, [q̄ sperauit in figmento, idolo fictor ei] vel q̄ iussit
 illud formari, vel q̄ opere adimpleuit. [vt faceret simulacra muta] i. idola inanimata aurea
 atq; argentea. Quidam exponūt hęc de statua aurea, quam Nabuchodonosor fecit atq; ere-
 xit in campo Duran, in q̄ fecit se adorari, vt dicūt. Alij vero dicūt, qđ de statua illa non sit iam
 sermo, q̄ in ea Nabuchodonosor nō confidebat, sed in alijs idolis q̄ colebat. Nihilominus
 de statua illa accipi potest qđ de sculptili atq; conflatili dictū est, De idolis vero q̄ coluit Na-
 buchodonosor, sumi potest, qđ de simulacris mutis adiectū est. [Vx] æternæ damnationis,
 nisi p̄cēteat, imminet ei q̄ dicit ligno, idolo ligneo, [expergiscere] i. euigila ad adiuuan-
 dum seu instruendū me. [q̄ dicit, surge, lapidi tacenti] i. idolo lapideo, qđ loq̄ nō potest.
 P̄sal. 113. [Nunqđ ipse] lapis, seu de^o lapideus [docere poterit] i. futura p̄dicere, occulta reuelare, du-
 bia determinare: Istud specialiter cōtra regē Babylonis inducit, sed accipi potest contra oēs
 idololatras, q̄ idola lignea atq; lapidea inuocāt. [Ecce iste] i. lapis, seu de^o lapideus. [cooper-
 tus est auro & argēto] i. preciosis ornāmētis circūtextus, vel deauratus, aut argēto circūdat^o.
 [& ois sp̄s nō est in visceribus eius] i. sp̄m vitale nullū intra se habet p̄ forma, immo nec ve-
 raciter viscera habet, sicut nec oculos, aures, aut manus, sed similitudinē tm̄, seu apparētiā.
 [dñs aut̄ in tēplo sancto suo] i. De^o verus atq; oipotens, nō in idolis vel idololatris, sed in ele-
 ctis & sanctis p̄ gr̄am, & in beatis seu cōp̄rehensioribus p̄ gloriam, in cælo qđ empyreo p̄ suā
 P̄sal. 113. maiestatis euidentiorē representatiōē, suāq; potestatis eminentiorē operationē, est atq; mo-
 ratur. [sileat a facie ei^o ois terra] i. om̄is homo in terra habitans, cōsideratiōe maiestatis diui-
 næ humiliet, & a verbis idololatriæ atq; blasphemix cesset, nec aliquid contra Deū loq̄ p̄æ-
 sumat, sed timore illius ori suo ponat custodiam.

¶ Explanatio moralis eiusdem secundi capituli. Art. III.

Quilibet insuper veraciter Christianus, dicere habet: Super custodiā meā stabo] id est,
 tota vigilantia mentis insitam custodię cordis mei, vt illud in puritate conseruem, &
 P̄sal. 38. Deo habitaculū dignū exhibeā, exēplo eius q̄ ait: Dixi, custodiā vias meas. Ideo Salo-
 mon Pro. 4. Om̄i, inquit, custodia custodi cor tuū, q̄ ex ipso vita procedit. Et Ecclesiastic^o
 Ecc. 27. ait: Si non in timore dñi tenueris te int̄ter, cito subuertet̄ domus tua. Hinc Deuterono. 4.
 Moses exhortat: Custodi temetipsum & animam tuā sollicitē, & ne obliuiscaris verboꝝ dñi
 Dei tui, & ne excidant de corde tuo cunctis dieb^o vitæ tuæ. Puritas em̄ cordis, q̄ aliud non
 est, nisi contēplatiua atq; sincera delectatiō, seu delectatiua & mūda contēplatiō Dei, est finis
 oīm exercitiōꝝ nostrōꝝ, ob quā exteriores sensus & linguā ac ventrē frenamus: propterea
 iugiter occupari oportet pro cordis mūditiā obtinēda, conseruāda, ac cōsummāda: qđ q̄ fa-
 ciūt, audiūt a saluatore Mat. 5. Beati mūdo corde, qm̄ ipsi Deū videbūt. Sic vtiq; stetit sup̄ cu-
 3. Re. 17.
 4. Reg. 3. stodiā suā S. Iob, dicēs ca. 23. Cōsiderās Deū, timore sollicitor. Et itē 31. Semper q̄si tumētes su-
 per me fluct^o timui Deū. Helias q̄q; & Helisā^o, dicētes: Viuit dñs, in cui^o cōspectu sto hodie.
 Cōsideratiō nēpe diuinę p̄sentix maxime confert ad istā custodiam. Propter quod ait P̄sal.
 118. Seruauī mādata tua & testimonia tua, q̄ oēs viæ meæ in cōspectu tuo. Horū itaq; imite-
 mur vestigia, vt impleamus qđ docet Ap̄lus Phil. 1. Cū metu, tremore, & timore vřam salutē
 operamini. [& figā gradū] i. incessum cordis seu actū stabiliā, firmiterq; lo cabo, [super mu-
 nitionē] i. animæ armaturā, cōfortatiōē ac defensionem, vt sim semp̄ sollicitus animā habe-
 re munitam, ne ab hostib^o suæ salutis vincat, ne peccatis aut passiōibus superet. Ideo enim
 monet Ap̄lus ad Ephesios 6. Induite armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diabo-
 li. Vel figā gradū sup̄ munitionē. i. Ch̄sm, de quo legit̄ Esa. 26. Saluator ponetur in ea murus
 & antemurale. Ipse nanq; est fortissima atq; tutissima nostra munitiō, iuxta illud Prouer. 18.
 Turre fortissima nomē dñi ad ipsum currit iust^o, & exaltabit. Vnde sup̄ Ch̄sm figere gradū,
 est eius auxilio fortiter inhærere, totā in eo spem ponere, ab eius vestigijs non abire, secun-
 dum qđ scriptū est: Dñe fortitudo mea, & refugiū meū, & robur meū in die tribulationis. [&
 Hier. 16. contemplanbor] i. actui rationis ero intentus, [vt videā] i. intelligam, [qđ dicatur mihi] id est,
 qđ Deus in scripturis mihi p̄cipiat, qđ hortet, qđ consulat, qđ etiā vicarij eius, puta p̄lati
 P̄sal. 84. & doctores, mandēt & p̄dicent. Audiā qđq; quid loquat̄ in me dñs De^o per se, vel per angeli-
 cum sp̄m. Hinc Prouer. 1. habetur: Audi fili mi disciplinam. Siquidem audiens sapiens, sapi-
 entior erit, & intelligens gubernacula possidebit. [& quid respondeam ad arguentem me] i.
 a. Cor. 5. quam Deo iudici rationem daturus sim in die iudicij mei particularis, & etiam vniuersalis.
 Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Felix qui per opera misericor-
 diæ religiosamq; vitam, ita qđ tidie se disponit ad horam diuini iudicij: qui vt securior domi-
 no occurrat, iā se debet totaliter humiliare, diuinæ æquitatis rigorē & suōꝝ defectuū multi-
 plicitatem p̄sando, iuxta qđ scriptū est: Nō iustificabit homo cōpositus Deo, & si voluerit it
 Job 9. cum

Cum eo contendere, non poterit respondere vnū p̄ mille. Ideo loquit̄ Ezechias Esa. 38. Dñe,
 vim patior, responde p̄ me quid dicā, aut quid respondebo, cū ipse fecerim? Deniq; prou-
 dentia ista custodiendi seipsum, & aduertendi quid Deus loquat̄, quid etiam ei respondeat,
 p̄sertim inesse debet principibus ac p̄latis: Qm̄ iudiciū grauissimū in his q̄ p̄sunt, fiet. Sapiē. 6.
 Nempe quo pluribus p̄sunt, eo ampliorem sollicitudinē atq; formidinem habere iugi-
 ter debent, propter diuini iudicij distriktionem. Vnde in talium persona loquit̄ Esa. 21. Sup̄
 speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiā meā ego sum stans totis
 noctibus. Et Hierem. 31. ait: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudinē. Hoc est, accede ad
 cor altū, vt exaltet̄ De^o. Postremo, secundū Hieronymū, in hoc qđ Abacuc ait: Contempla-
 bor, quid dicat̄ mihi, & quid respondeā ad arguentem me, eleganter mirōq; sensu impatien-
 tiam describit humanā, quam in disceptationib^o semp̄ habere consueuimus, vt anteq̄ nobis
 ex aduerso aliquis respondeat, & sciz̄mus in q̄ nos arguet, ad respondendū paremur: ex quo
 ostendit, responsiōē non rationis esse, sed contentiōis. Si enim esset ratio, responsiō debue-
 rat expectari, & sic videri, an respondere debuerit, an consentire rationali responsiōi. ¶ Iam
 dixit propheta in persona iusti se velle attēdere, quid sibi dñs loqueret̄: mox pius dñs eidem
 respondet, Esaia dicente cap. 30. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respōdebit tibi.
 Rursusq; Esaia 65. dominus repromittit: Antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis lo-
 P̄sal. 9. quentibus ego audiam. Etenim iuxta Psalmistam, Desiderium pauperum exaudit domin^o,
 p̄parationem cordis eoz; audiuit auris tua. Itaq; subdit: [Et respondebit mihi dominus]
 per inspirationem internā, vel alio modo iam tacto. [scribe visum, & explana eum] i. instru-
 ctiōem ac reuelatiōē diuinā tibi infusam, clare ac lucide imprime. [super tabulas] i. in mē-
 branis, seu aptis memorijs pro alioꝝ & futurorum informatione. Vnde Symmachus trans-
 tulit, super paginas. Hinc in Ecclesiastico dicit̄ Sapiētiā scribe in tēpore vacuitatis. Vel,
 super tabulas. i. in mentibus hoim, prout in Prouerbijs Salomon: Describe, inq̄t, sup̄ altitu-
 dinem cordis tui. Apostolus qđq; ad Corinth. Epistola nostra vos estis, scripta in cordib^o no-
 stris, non atramento, sed spū Dei viuētis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carna-
 libus. [vt percurrat] i. expedite atq; faciliter sine difficultatis obstaculo intelligat, [q̄ legerit
 eum,] videlicet visum p̄fatū, puta reuelatiōē tibi factā, cur in hoc mūdo impij oppr̄imāt
 iustos, [q̄ adhuc visus procul] i. non mox per experientiam innotescet ratio, cur De^o permit-
 tat improbos & tyrannos in seculo isto florere ac p̄ualere. [& apparebit in finem] i. finali-
 ter tempore diuinitus p̄ordinato patebit causa istius, p̄sertim in die iudicij, vel etiam
 dū tales a Deo in p̄senti vita iuste plagantur. [& non mentietur] i. visus p̄dictus falsus non
 erit. Istud enim permittit, vt electi in vita hac a suis peccatis purgent̄, maiori gratia implean-
 tur, & gloriam ampliorem adipiscant. [si moram fecerit, expecta eū] i. p̄dicti visus ad im-
 pletionem longanimiter p̄stolare, vel etiam Christi aduentū, q̄ in primo suo aduentū edo-
 cuit, cur De^o p̄dicta permittat, & in secūdo suo aduentu per experientia edocebit, qđ vile fue-
 rit bonis persecutionem ferre maloz;. Hoc quippe tunc declarabit, impios æternaliter cōde-
 mnando, & electos plenissime glorificādo. [q̄a veniēs veniet] ipse Ch̄s, itemq; visus p̄ain-
 ducti impletio. [& non tardabit] vltra tempus diuinitus p̄stitutum. Nam & si dilatio aduen-
 tus Christi atq; p̄fate impletionis iam longa appareat, tamen per comparationem futu-
 ræ æternitatis, breuissima est. Ideo Petrus archiapostol^o ait: Non tardat domin^o p̄missum.
 Et Iacob. 5. legitur: Patientes estote vsq; ad aduentum domini, & confirmate corda vestra, q̄
 2. Pet. 3. dominus aduentus dñi appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam assistit. Sed & Apocalyp̄. 2. 2.
 dominus protestat̄: Ecce venio cito, & merces mea mecū est, dare vnicuiq; iuxta opera sua.
 Nemo ergo frangat aduersis, sed plenissima spe Deo innitēs, veraciter dicat: Etiam si occi-
 derit me, in ipso sperabo. Patientia quippe op^o perfectū habet, Et q̄niam ipsemet De^o veri-
 tas prima loquutus est ista, recte subiungit: [Ecce qui incredulus est] huius promissiois diui-
 næ, [nō erit recta anima ei^o in semetipso. Iustus aut̄ ex sua fide viuēt.] hoc in p̄cedenti articu-
 lo satis tractatū est. Pro eo qđ hic dicit̄ secūdū translationē Hieronymi, Iustus ex fide sua vi-
 uet, Septuaginta translulerūt: Iustus ex fide mea viuēt. Sicq; Apostolus ad Romanos scriptu-
 ram istam allegat. Sensus em̄ est idem, q̄niam eadem fides est nostra tanq̄ subiecti ac recipien-
 tis, & Dei tanquam obiecti ac influētis. [Et q̄modo vinū potantem decipit,] i. suo sapore,
 candore, atq; vigore ad deceptiōem materialiter occasionaliterq; inducit, quanuis potator
 a propria concupiscentia & gulositate fallatur actiue atq; directe. Decipit autem vinum po-
 tantem, q̄niam lumen discretionis obtenebrat, & stulto similē facit, ac facile deceptibilē red-
 dit, sicut Osee 4. habitum est: Fornicatio & ebrietas & vinū auferūt cor. [sic erit vir superb^o] i.
 quia a propria elatione excæcat & fallitur, putans se aliquid esse, cum nihil sit: ab alijs quoq;
 se putans sapientē & magnum censerī, cum frequenter contingat oppositum: Immo multo-
 ties a cunctis eius superbiam considerantibus, deridetur ac spernitur, secundum quod Ecce-
 10. legitur: Odibilis coram Deo & hominib^o est superbia, quid superbit terra & cinis?
 [& non

& non decorabitur, donis gratiæ in presenti, nec donis gloriæ in futuro: qui enim se exaltat, humiliabit. Nam & ipsa superbia coram Deo turpissima est, & animã dæmoni specialiter humiliat. Ideo Proverb. 8. dñs asserit: Arrogantiã & superbiam & os bilingue detestor, qui dilatatit quasi infernus animam suam, i. infatiabilis ambitiois, cupiditatisq; fuit, immoderatissimi me appetendo honores atq; diuitias mundi, & ipse quasi mors non adimplebit, id est, quæadmodum infernus non adimpletur damnatis, nec mors defunctis, sed omnes consumit & perimit, prout Salomon Pro. 30. scribit: Quatuor sunt infatibilia, ignis, mors, infernus, &c. Ita superb' nō quietat in diuitijs ac mūdi honoribus. Appetitū nanq; rationalis creature caduca ista nequeat satiare. & congregabit ad se omnes gentes, i. diuersis & plurimis præesse & dominari conabit, sicut videmus in multis: qd totū ad diabolu & Antichristū præcipue potest referri. Nunqd non omnes isti super eum sument parabolam? utiq; omnes electi à superbo q; cunq; damnato oppressi, cū eius iustam damnationem perspexerint, proverbii qddam formabunt de eo ex zelo iustitiæ, conformantes se æqtati diuinæ, & dicent: Væ ei, qui multipli cat non sua, i. iusta damnatio nūc infligit arroganti, qui honorem Deo debitū, aliorūq; bona sibi nequiter vsurpauit. Hinc de populo reprobo De' frequenter ait per Hieremiã: Dabo eos in maledictionem, & in proverbii & in opprobriū, & in sibilum. Quod autem impij in die iudicij ab electis taliter irridebunt, tangit in Iob: Innocens subfannabit eos. Et in psalmo: Lætabit iustus cū viderit vindictam. Vsq; quo aggrauat contra se densum lutum? id est, qd diu superbus & cupidus in seculo isto, caelestibus bonis, spūalibusq; aīe diuitijs spretis, colligit sibi terrenas diuitias, affectū deorsum prementes, & vsq; ad inferos pertrahentes: q; animam eas amantem fortiter tenent, & vehementer commaculant, quemadmodū qui denso luto infigitur, non facilliter inde extrahit, multūq; sordidat. Secundū Hieronymū, Diuitiæ multiplicatae, eleganter luto sunt cōparatæ, q; in veritate viles sunt & spernendæ, graues, & curis atq; distractiōib' plenæ. Vnde à viris pfectis vt stercora contemnunt. Et sicut aqua terræ mixta, efficit lutum: sic cōcupiscentia (quæ comparatæ aquæ, iuxta illud Genes. 49. qd Iacob ad Ruben incestuosum ait: Sicut aqua effusus es) coniuncta terrenis, facit amorem terrenorū, q; est animæ lutū vilissimū. Vilipēdenda sunt ergo temporalia & terrena, vt spiritualibus donis ditemur, qbus tãto ampli' adimplemur, q; pro Dei amore & gloria cordialius sensibilia atq; carnalia aspernamur. Qui em̄ volūt diuites fieri, incidūt in tētationē, laqueūq; diaboli. Ideo secundū scripturam, Avaro nihil est scelestius. Et nonne mix, q; eatenus excæcamur, vt diligenti' exgramus diuitias corporis, q; opulentiã aīæ, puta virtutes & dona spūs sancti? Nunquid non repente consurgunt q; mordeant testi, iniquitas tua cito punietur, & tuipse peribis. Punitores autē possunt intelligi dæmones, q; sunt serpentes mordentes. Hinc Deuteronom. 7. scribitur: Dñs Deus ipse est fortis, & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens qd merent. Et in Ecclesiast. 5. Ira à Deo cito approximat, & subito veniet ira eius. Nec obstat qd Salomon profert: Etenim quia non cito proferi cōtra malos iudiciū, absq; villo timore filij hoīm perperrant mala: quis enim interdum videatur diuinæ vltio æqtatis diu differri, nihilominus respectu pœnæ futuræ, vix momentanea comprobaf. Et suscitabuntur lacerantes te, i. dæmones te acriter affligentes, ad tui punitionem Deo iudice prouocabunt, & eris eis in pœdam, quando in manus eorū traderis. reprobi nāq; fiunt dēmonū pœdē, dū in eorū captiuitatem male viuēdo, aut debitas pœnas recipiēdo, redigunt. Ideo Chr̄s in euangelio peccatores appellat vasa & spolia dæmonis, & euigilabant insidiatores tui, i. hostes p̄memorati diligentissimi erūt ad pertrahendū te in loca pœnalis. Diabolus nāq; tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Dæmones equidem q̄si dormiūt & q̄scunt, dum nos impugnare, tentare, & tribulare desinūt. Sed cū Deo p̄mittēte aut imperante, de nouo inuadūt, vel ad inferos trahunt, q̄si euigilant, quia tu spoliasti gētes multas, bona earū diripiēdo, spoliabūt te omnes, q; reliqui fuerint de populis, i. vniuersi electi, qui sunt reliquiæ Dei, in die iudicij te condemnabūt, & bonis gloriæ priuandū censebūt, sententiam iudicis approbandos sancti em̄ iudicabūt nationes, & dominabunt populis, de quibus fert in Psalmo: Gladij ancipites in manibus eorū, ad faciendam vindictam in nationib', increpationes in populis, vt faciant in eis iudiciū conscriptū. Hæc igit patieris propter sanguinem hominis, i. occisionem eorū, q̄s spiritualiter malo exemplo, persuasione pestifera, cōminatione, adulatione aut simili modo necasti, vel corporaliter occidisti siue læsisti, & iniquitatem ciuitatis terræ, i. propter peccata, q; contra ecclesiam (q; est ciuitas Dei, in terra hac militās) cōmissisti, & hominū habitantū in ea, i. & propter excessus tuos contra Christi fideles, qui fide, charitate, & opere in ecclesia permanent, ab ecclesiastica vnitare atq; indiuidua vnitare non recedentes. Væ qui congregat auaritiã malã domui suæ, i. auaro, qui terrena sibi & pueris suis atq; familiæ immoderãter periculoseq; colligit, vt sit in excelso nidus eius, i. in seculo isto sublimiter habitatione & loco, amās primū locū ubiq; multi nāq; auaritiã ad excellentiam ordinant, & liberari se putat de manu mali, i. de potestate diaboli, & rigore futuri suppli-

Hier. 24.
44. 51.
Iob. 22.
Psal. 57.

1. Tim. 6
Ecc. 10.

Ecc. 8.

Luc. 11.

1. Pet. 5.

Sapi. 3.
Psal. 148.

supplicij. Tales sunt seculi amatores, qui temporalibus sic inhærent, q; damnationem eis imminentem non pensant, neq; verentur, sed vana securitate perdunt seipfos, de quibus ait Apostolus 1. The. 5. Cum dixerint, pax & securitas, tūc repentinus eis superueniet interitus. In Esaia quoq; domin' 27. ait: Veniet super te malum atq; calamitas, & nescies ortum eorum. Porro secundum Hieronymum, hoc loco dicit avaritia mala, ad distinctionem bonæ, vt sic bona avaritia doctoris ecclesiastici, qui nunquam satiat multitudinem sectatorum: & quanto plures habuerit discipulos, tanto magis ad doctrinæ studium concitetur. Vnde bona avaritia, est incessabilis appetitus spiritualium diuitiarū, quemadmodum bona superbia nuncupatur, qua quis vilitatem peccati detestans, veram Deoq; placitam excellentiam cupit, de qua domin' ait per Esaia 60. Ponam te in superbiam seculorū. Hinc iustus, cuius est auxilium à domino, ascensionem in corde suo disposuit in valle lachrymarū. [cogitasti confusionem domui tuæ] i. consensu & mente ea tractasti, quæ animum faciunt inordinatum ac vitiosum, confusionemq; merentur tibi, & pertinentibus ad te, consentientibus tibi, immo & damnationem æternam, in qua nullus est ordo, sed summa confusio. [concidisti populos multos] eos corporaliter spiritualiterve lædendo, vt dictum est. [et peccauit anima tua] id est, tuipse in eos, ponendo partem pro toto, cuius peccati indicium est, quia lapis de pariete clamabit. Hoc intelligi potest, vel de ipsis ædificijs electorum ab impijs dissipatis secundum intellectum in præcedenti articulo positum, vel de electis, qui sunt lapides viui ipsius ecclesiæ, qui sæpe zelo iustitiæ clamant ad Deum contra iniquos. Quidam per lapidem istum intelligunt Christum, lapidem angularem, qui in iudicio clamat aduersus damnandos, iuxta illud in Esaia 42. Vociferabitur & clamabit, & super inimicos suos confortabit. [Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat urbem in iniquitate.] Hoc generaliter accipi potest aduersus principes, qui de prædis & sumptibus aliorum iniustus constructo sibi vrbes, domos & castra, inaniter & pompose: aptius tamen accipitur contra prælatos carnales, & aliorum seductores, qui ecclesias suas vitiose gubernant, mendaciter infirunt, & in perditionem suam ac subditorum subuertunt. [Nunquid non à domino exercituum sunt hæc?] id est, prædicta mala pœnalis, seu iustæ vindictæ à Deo sunt vtique, qui ait per Esaia 1. Ego Dominus faciens bonum, & creans malum. Vel sensus est, quod ædificatio ista culpabilis non est à DEO, quantum ad deformitatem peccati. Quod autem ista non sint hoc modo à Deo, quod quidam male ab alijs gubernentur, hinc patet: [Laborabunt enim populi] male recti atque seducti, [in multo igne] itæ, & cupiditatis, ac vitiorum, immo & igne tartareo. [et gentes] huiuscemodi [inuacuum] laborabunt, [et deficiunt] id est, felicem finem non consequentur, & sine frustantur optato. Vnde Sapientia 5. fatentur: Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Signum quoq; veritatis istorum est, [quia replebit terra] id est, ecclesia electorum in hac valle miseræ seipsam semp humilians, à spiritu sancto vnctionem & illustrationem suscipiet, [vt cognoscat gloriam domini] id est, excellentiam sapientiæ atque iustitiæ Dei, seu maiestatem diuinam in iusta punitione prauorum, saluationeq; electorū. Quod fiet tam copiose, [quasi aquæ operientes mare,] id est, sicut flumina, quæ iugiter & exuberanter descenderunt in mare magnum, eiusq; superficiem tangendo operiunt. Vnde Ecclesiastes inducit: Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Et ibidem scriptum est: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Deniq; huic simile est illud Esaia 11. Repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operiens. [Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum] id est, cuilibet adulatori seu deceptor, q; mala sub specie boni proponit, & vere nociua atq; amara, vel æternæ amaritudinis inductiua ingerit alteri, quem se constringit amare. [vt aspiciat nuditatem eius] id est, reddat eum confusum, & bonis priuatum. Hinc Esaia 52. Fraudulenti, inquit, vasa pessima sunt. Et Psalmista: Viderum sanguinū & dolosum abominabit dominus. Sed & qui sophisticè loquit, odibilis est. Ideo ait Apostolus 1. The. 5. Ab omni specie mala abstinete vos. [repletus est ignominia] qui ita decipitur. [Bibe tu q; & consopire,] id est, tu deceptor vicissitudinem recipe & quod meruisti, sustine. [Circundabit te calix dextera domini] id est, districta vltio Dei, quatenus sicut fecisti proximo, fiat tibi à Deo. Quemadmodum Christus Matth. 7. Eadem, inquit, mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Hinc Ioannes Apocalyp. 14. testatur est: Hic bibet de vino iræ Dei omnipotentis, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. De calice isto habetur Psalmo 74. Calix in manu domini, vini meri plen' mixto. Item Hieremi. 51. Calix aureus Babylon in manu domini, de vino eius bibent omnes gentes. Præterea aduertendum, quod dextera domini in scripturis sæpe in bono accipit, & tunc magnum gratiæ eius fauorem ac pietatem designat, sicut in Psalmo 17. quo dicitur: Dextera tua suscepit me. Interdum quoq; in malo accipitur, tuncq; designat grauem Dei vindictam, quemadmodum etiam homo grauius percutit dextera quàm sinistra. Vnde cantam' in Psalmo 20.

Esa. 45.

Ecc. 10.

Psal. 50.

Dextera

Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt, atq; in loco presentis Circundabit te calix dexterae domini. Et vomitus ignominiae circundabit te, id est, tanta a Deo confusione repleberis, ut praecrapula vomens quod sumpsit, quae iniquitas tua & iusta poenitentia redundabit in te, sicut in Psalmo 7. habes: Lacum aperuit & effudit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Prov. 11. In Proverbiorum quoque libro: In insidijs suis capient iniqui. Et Esaias 3. legitur: Vae impio in malum, retributio manuum eius fiet ei. super gloriam tuam, id est, post inanissimam gloriationem & friuolam exultationem, quam in alioque supplantatione habuisti. Hoc dicit contra eos, qui in aliorum ruina laetantur. Quia iniquitas Libani, id est, impietas gloriae secularis apparenter florentis, Libanus namque candidatio interpretatur, operiet te, id est, tuae deiectionis atque miseriae causa erit, & vastitas animalium deterrebit eos, id est, angustia, quam impij rationalibus inferunt creaturis, erit causa, quod & ipsi a Deo deterrebunt in tempore ultionis. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus? Hoc generaliter contra idololatrias accipi potest, contra quos dicitur: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Itemque Deuteronom. 27. Maledictus omnis qui fecerit sculptile, & conflatile opus manuum artificum. Specialius vero accipitur contra omnes vitiosos, qui creaturae potius quam creatori inharent, & aliquid sensualiter diligunt, cuius phantasma tanquam idolo cuidam intenti sunt, quorum deus venter est, vel Venus, aut certe pecunia, seu gloria mundi, quibus implendum est, quod in fine primae suae Canonicae scribit Ioannes: Custodite vos a simulacris. Nil ergo inordinate amemus, sed Deus sit in nobis ratio diligendi omnia, quae praeter eum amamus, nec vanis imaginibus cor nostrum depingamus, praesertim tempore diuinorum, quatenus mente pura, nuda, indepicta, & integra ei vacare possimus. Dominus in templo sancto suo, id est, triumphanti ac militanti ecclesia, immo in omni mente deuota & corpore deuotorum, sicut Apostolus 1. Cor. 3. Templum inquit, Dei sanctum est, quod estis vos. Et rursus: Corpora vestra templum est spiritus sancti. In ecclesia militanti est per gratiosam inhabitationem, in ecclesia triumphanti per gloriosam manifestationem, ubique autem per essentiam, praesentiam atque potentiam, quae in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Nusquam vero est per inclusionem vel circumscriptionem. Caetera innotescant ex dictis in praecedenti articulo.

¶ Declaratio capituli tertij, scilicet canticum Domine, audiui auditionem tuam, & timui. **Arti. V.**

Presenti capitulo praemittitur in Hebraeo titulus iste: [Oratio Abacuc prophetae pro ignorantibus vel ignorantibus] secundum Hieronymum, estque sensus secundum eundem, quia in principio huius libri temere dixit Propheta: Usquequo domine clamo, & non exaudies? quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustitiam? Propterea egreditur peruersum iudicium. Et quaedam similia quae prima facie non videntur bene sonare. Nunc agit poenitentiam, & plangit quod temere est loquutus, & veniam deprecatur, eo quod contra diuinam iudicia murmurauit, quia ignorans fecit. Sed huic expositioni quidam obijciunt, quoniam verisimile non videtur, quod propheta diuinitus illustratus, ignorauerit diuina iudicia esse iusta, saltem in generali, quauis modum rectitudinis nescierit in particulari. Itaque dicunt, quod sicut in propria persona non dixit praeducta verba contra diuinam iustitiam, sed in persona infirmorum, ita nunc orat in persona eorum, ut & murmuratio & oratio in illorum persona prolata credatur. Istud apparet satis probabiliter dictum, & verba Hieronymi possunt ad idem reduci, praesertim cum ipse sanctus Hieronymus in exordio expositionis huius prophetiae testetur, prophetam loqui verba praedicta in persona Iudaicae plebis. Et postea ait: Haec dicit Propheta, non quod ipse sentiat, sed quod impatientiam humanam in sua persona exprimat sicut frequenter Apostolus Paulus varias in se hominum recipit personas exprimitque sententias. Vnde quod nunc ait Hieronymus, Prophetam temere & ex ignorantia esse loquutum, veniam quoque precari, accipi potest ita, ut ipsa temeritas & ignorantia, quae in verbis prophetae sonauerunt, referantur ad eos, in quorum persona loquutus est. Porro, si quis dicat, non oportere prophetam a peccatis venialibus excusari, & ideo licet agnouerat Deum esse iustissimum, ac eius iudicia esse iusta, non dubitauit in generali, tamen ex interno cordis sui dolore rationem aliquam offuscante & impatientia quadam, orta ex populi Iudaeorum grauissima oppressionem, temere sit loquutus, sicut & Ionas propheta fugit a facie domini. Et non obstante quod dominus dixit, Nunquid bene irasceris tu, respondit: Bene irasceris usque ad mortem. Iob etiam profiteretur cap. 42. Insipienter loquutus sum & quae ultra modum excederet sciam meam. Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere. Si (inquam) quis dicat temere esse sanctum Abacuc in hac parte loquutum ex vehementi dolore, rectum rationis iudicium in particularibus aliquam impediente, atque ob id veniam postulante, responsionis huius vigorem studiosis committo. Ait ergo beatus

Ionae 1.
Ionae 4.

beatus propheta: [Domine, audiui] interiori auditu te intus in anima per angelum tuum loquentem, quemadmodum Zacharias: Angelus, inquit, loquebatur in me. Vel certe etiam exteriori auditu per angelum. Certum est namque, angelum Dei visibiliter apparuisse, sensibilibus foras loquutum fuisse huic prophetae, quoniam in Babylonem tulit eundem, quemadmodum in Daniele scribitur. Vnde & ea quae nunc scribit, extrinsecus forte audiuit. [auditionem tuam] i. res auditu perceptas, videlicet deiectionem & poenam regis Babylonis ac populi eius, in praecedenti articulo positas. [timui] te, considerando rigorem tuae iustitiae, & quod horrendum sit incidere in manus Dei uiuentis. Denique Esaias, quid sibi contigerat, cum Babyloniis afflictiones sibi Deus praestendisset, pandit dicens: Propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Corruis cum audirem, conturbatus sum cum viderem, emarcuit cor meum. [Dne, opus tuum est praeducta] poenitentia Chaldaeorum, quoniam tua virtute potius, quam humana potestate peccata est. [in medio annorum] id est, in virili aetate ipsius Balthasar regis Babylonis. [viuifica illud] id est, ad effectum perduc praefatam Chaldaeorum seu Babyloniis deiectionem, Balthasar quippe fuit filius filij Nabuchodonosor regis Babylonis, cuius Balthasar tempore Medis ac Persae demoliti sunt Babylonem. Et quoniam aetas virilis est medium vitae humanae, ipse Balthasar, qui in virili aetate occisus est iuuenis, in medio annorum fertur occisus, iuxta quem modum loquitur Ezechias: Ego dixi, in dimidio die meorum vadam ad portas inferi, id est, ad limbum patrum descendam. Auditis enim sermonibus Esaias, putauit se in virili aetate ac iuuentute mox moriturum. Vel sic & fructuosus: Dne, opus tuum est quod supra dixisti. Apparebit in finem, & non mentiesi moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, &c. Id est, incarnatio & missio Christi in mundum, est o Deus pater vel Deus trinitas opus tuum praecipuum, in medio annorum, id est, in plenitudine temporis seu tempore gratiae, quod inter annum irae & annum gloriae medium est. Viuifica illud, Christum actualiter mittendo in mundum ad liberandum genus humanum. Consequenter propheta ostendit, se certificatum a Deo de adimplerione & verificatione eorum, quae iam postulauit. [In medio annorum] de quibus iam dictum est, [notum facies] i. opere demonstrabis vera esse quae dixi, videlicet Chaldaeorum poenitentiam seu Christi aduentum. [Cum iratus fueris] generi humano propter originale peccatum, ianuam gloriae clausam tenendo, & nullum sanctorum ad regnum caelorum admittendo. [misericordiae recordaberis] i. unigenitum tuum ad hominum redemptionem o pater piissime destinando, sicut Ap[osto]lus ait: Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum in mundum. Itemque Ioan. In hoc apparuit charitas Dei, quoniam unigenitum filium suum misit in mundum. Vel sic, Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis, id est, postquam Chaldaeos iuste deieceris, populum Iudaeorum clementer de captiuitate Babylonica liberabis per Cyrum regem Persarum, prout Esaias praedixit, & tempore Esdrae impletum est. Potest quoque ita exponi, Cum iratus fueris, vel Chaldaeis, vel generi humano, misericordiae recordaberis, citra condignum puniendo, & iustae ultioni misericordem relaxationem miscendo, quemadmodum ait Psalm. Vniuersae viae domini misericordiae & veritatis. Ideo idem ait Psalm. Aut obliuisceris misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Absit autem, ut haec ita intelligantur, quasi tandem finienda sint supplicia damnatorum, ut opinati sunt quidam. Denique nec ita intelligenda sunt haec, quasi in Deum cadat ira sine obliuio, vel recordatio proprie dicta secundum veritatem, sed per similitudinem quandam, quantum ad operationem extrinsecam, ut iratus dicatur, quando ad modum irati rigore vlciscitur & obliuiscitur, dum misereri vel suffragari desistit recordari quoque, dum quasi de nouo quid operatur. Sic equidem ait Psalm. Usquequo domine obliuisceris me in fine? Et Exurge, quare obdormis dne? [Deus ab austro veniet.] Hoc ita exponit sanctus Hieronymus: A meridie, a claro lumine, a filijs lucis veniet Deus, ad quem sponsa ait Cant. 1. Vbi pascis, vbi cubas in meridie? Deus aeternus semper in meridie est, puta in claritate patriae & lumine gloriae, & inde venire asseritur, non quod localiter moueatur, sed quod agnitio eius inde descendat ad nos, secundum quod ait Psalm. 143. Inclina caelos tuos, & descende. [et sanctus de monte Pharan] i. Christus sanctus sanctorum veniet in hunc mundum de sublimi solio patris aeterni. Pharan namque interpretatur, os videntis. Est autem os quoddam intellectuale internum, quod verbum mentale profertur. De quo loquitur Esaias 45. Os dni non interrogastis. Et rursus: Egredietur de ore meo iustitiae verbum. Pater ergo aeternus est mons Pharan, altissima mens, omnia cernens, & omnem visionem fontaliter causans. De quo filius prodit, iuxta illud Ecc. 24. Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Quidam vel literaliter vel grossius ita exponunt, Deus ab austro veniet, id est, quae ad modum Deus venit a plaga australi, quoniam produxit filios Israel ad terram promissionis ab Aegypto, quae est austrum quo ad Iudaeam: sic veniet cum Medis ac Persis ad redimendum eos de captiuitate Babylonica. Et sanctus de monte Pharan, id est, sicut deduxit filios Israel per locum illum deserti, ita reducet eos de Babylone. Sed hac expositione gratiosior mihi apparet, quam Hieronymus asserit se a quodam audisse Hebraeo, quod dixit, quod Bethlechem, in quo natus est Christus Deus, sit sita ad austrum: ideo eo quod ait propheta, Deus ab austro veniet, designatur, quod in Bethlechem nascere, & inde

Zach. 2.
Dan. 14.
Abac. 2.
Heb. 10.
Esai. 21.
Dani. 3.
Esai. 38.
Abac. 14.
Galat. 4.
1. Ioan. 4.
Esai. 45.
1. Esd. 10.
Psalm. 24.
Psalm. 76.
Psalm. 124.
& 43.
T
confur-

conferret Christus, & sanctus de monte Pharan. i. saluator q legē dedit in monte Sinai, in xta quem Pharan est locus vicinus, ipse est Deus ab austro adueniens. Huic versiculo addit Hieronymus aduerbiū, semper, qd (vt ait) etiā in Hebræo habet, q designat, q saluator in vniuersis beneficijs suis præteritis, præsentib⁹ ac futuris, sit vnus author, idemq legislator. De q ad Hebræos 13. testat Apostolus: Iesus Chrs heri & hodie, ipse & in secula. Postremo, istum Hebræū, de quo expositionem hanc suscepit Hierony. puto ad fidem fuisse cōuersum. Iudxi nanq in Iudaismo manentes, non dicūt Messiam futurū: veg. Deū, sed hominem purū. Ope ruit cælos gloria eius: id est, diuina maiestas, q vere immensa est, omnes orbes cælestes & bea- tos cæli empyrei ciues tegit, ambit, circūdat, immo implet ac penetrat, nec tamen includit neq finit. Hinc Eccle. 24. increata sapientia contestatū Gyrū cæli circūui sola, & profundū abyssi penetraui. Vel dicit gloria Dei, id est, clara eius notitia, gloriosus effectus, seu cogni- tio excellentiæ eius operire cælos. i. beatos, & eos qq, quorū conuersatio est in cælis, quā lumen gloriæ, splendor gratiæ, claritas sapiētiæ exuberāter sup eos descendit, & spūaliter te- git eos ac implet, iuxta illud Iob 25. Nunquid est numerus militū ei⁹? & super quē nō surgit lumen ipsius? Iuxta hunc sensum scriptū est Sapientiæ 6. Dexterā suā reget eos. [& laudis ei⁹ plena est terra] id est, ecclesia militans per orbem terræ diffusa, quemadmodū cantamus in Psal. 112. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen domini. Et item 8. Dñe domin⁹ no- ster, q admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Hinc Esaias 11. Repleta, inquit, est terra sci- entia dñi. Rursusq; 24. A finib⁹ terræ audiuius laudes, gloriam iusti. Deniq; in eodē Esaiā Seraphim clamant, Sanctus, sanctus, sanctus, domin⁹ De⁹ exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Vnde Hiero. 31. domin⁹ loquit: Omnes cognoscent me à minimo eorū vsq; ad ma- ximū, scilicet tempore gratiæ. [Splendor ei⁹] i. vnigenitus filius patris, q (teste Apostolo) est splendor gloriæ & figura substantiæ patris, est em candor lucis æternæ, & speculū sine macu- la Dei maiestatis, & imago bonitatis eius. [vt lux erit] id est, hominib⁹ clare innotescet, & pa- tri esse æqualis noscetur, ita q; erit in mente fidelium, sicut lux patris seu pater, à quo generat, quemadmodū de ipso ait Ioh. Erat lux vera, q illuminat omnem hominem. Quod maxime factū constat per Apostolorū prædicationē post Christi passionem. Vnde pro hac sua clari- ficatione Christus passioni iam proximus deprecatur est, dicens Ioan. 17. Clarifica me tu pater apud te ipsum claritate, quā habui, anteq mund⁹ fieret. [cornua in manibus eius.] Secun- dum Hierony. per cornua intelligunt regna, sicut Daniel. 7. decem cornua decem regna vo- cantur. Et 1. Regum 2. quo dicitur: Exaltabit cornu Christi sui, per cornu designatur re- gia dignitas saluatoris. Est itaq; sensus, q; in potestate & manu Christi sint omnia regna, ipse enim est rex regum & dominus dominantium, cui data est omnis potestas in cælo & in ter- ra. De quo Daniel. 7. legitur: Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi fili- us hominis veniebat, & vsq; ad antiquū diē; peruenit, & dedit ei potestatem, honorem & regnū, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Possunt quoq; per cornua intelligi ca- pita clauorum Christi manibus infixorum, vel crucis extrema. Et quauis manus Christi erant potius in cornibus crucis, quā econuerso, nihilominus dicitur nunc, cornua in mani- bus eius, ad insinuandū, q; crux fuit in manu seu potestate Christi, qui ait: Nemo tollit ani- mam meā à me, sed ego ponā eam. Oblatus est em, quia voluit. Nec dubiū, quin Chrs rex Israel Dei electus poterat de cruce descendere, q; perditionis filij illud pro signo quærebant. [Ibi abscondita est fortitudo eius,] quia in passione latuit omnipotentia saluatoris, quem- admodū Esaias 53. prædixit: Vidim⁹ eū, & non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius & despectus. Et item: In gloria erit inter viros aspectus eius. Propter quod ait Christus in Psalmo 21. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominū & abiectio plebis. [ante faciem eius ibit mors] id est, à facie Christi mors fugiet. Christus em mortē expulit & occidit, sicut ait Apostolus: Absorpta est mors in victoria. Et Osee 13. ait saluator: De morte redimam eos. Ero mors tua, o mors. Siquidem Christus sua morte immortalitatem nobis perfectam promeruit, quam in resurrectione futura adipiscemur, atq; à morte peccati nos li- berauit. Hinc Esai. 25. asserit: Præcipitabit domin⁹ mortem in sempiternum. Vnde in euang- elio loquit Christus: Qui credit in me, mortem non gustabit in æternum. [Egredietur dia- bolus ante pedes eius.] Secundū Hieronymū sensus est, q; Christo de aqua baptismatis exeun- ti atq; desertum intranti, mox occurrit diabolus tentans eum, prout Matth. 4. recoliſi Du- ctus est Iesus in desertū, vt tentaretur à diabolo. Hierony. q; affirmat hoc loco, q; coluber antiquus quadraginta diebus tentauit Iesum in solitudine. Vel sensus est, quod per Christi aduentū, prædicationem & occisionem, victus atq; fugatus est satanas, vt Ioan. 12. ait salua- tor: Nunc princeps huius mundi eiect⁹ foras. In hoc quippe apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Deniq; in euangelijs copiose narratur, quemadmodum ab obsessis fugauerit Christus dæmonia, ita vt eo iam propinquante, timore diffugerēt, iuxta illud in euang. Lu. 4. Exhibant dæmonia multa clamantia & dicentia, q; tu es filius Dei, Et itē: Iesu fili Dei sum- mi,

Esaię. 6.

Hebrę. 1. Sap. 7.

Ioan. 10.

Esaię. 53. Matt. 27

1. Cor. 15

Ioan. 6. 11. 8.

1. Ioan. 3

mi, quid venisti ante tempus torquere nos? [Stetit ipse dñs, id est, in solio suæ maiestatis quies- uit, & mensus est terrā,] quemadmodū Iob 38. testatur: Quis posuit mensuras terræ? aut q; tetendit super eam lineam? Et in Eccō: Altitudinem cæli & latitudinem terræ & profundū abyssi quis dimensus est? Ipse equidē in numero, pondere & mensura constituit vniuersa. Vel mensus est terram, mittēdo angelos per oēm orbem terræ, secundū illud Zacharię 6. Isti sunt, quos misit dominus, vt perambulent terrā. Nā diabolus profites ad dñm Iob 1. Cir- cuiui terram & perambulaui eam. Vel mensus est terrā, i. habitātes in terra, omniū personas, qualitates, gesta & merita considerando, iuxta illud Eccle. 23. Oculi dñi multo lucidiores su- per solem, circūspicientes omnes vias hominū. Mensus est etiam homines, numeꝝ eorum in seipso æternaliter prædeterminando. [Apexit] oculo æquitatis, [& dissoluit gentes,] im- pios atq; incredulos subuertendo. [& contriti sunt montes seculi] id est, maiores elatioreꝝq; principes terræ. Fortioribus nanq; fortior instat cruciatus, & potentes potenter tormenta patientur, vt dicit Sapiens. Hinc scriptū est Baruch 3. Vbi sunt principes gentiū, qui domi- nantur super bestias terræ, qui in auibus cæli ludunt? Exterminati sunt, & ad inferos descen- derunt. [Incuruati sunt colles mundi] id est, principes minores humiliati sunt, [ab itineribus æternitatis eius] id est, ab operibus seu processibus diuinæ iustitiæ, seu Dei æterni ab æterno præuisis & præordinatis. Itinera itaq; Dei possunt intelligi dispositiones regni fiendarum in mente diuina, secundum illud, qd increata sapiētia loquit Pro. 8. Dñs possedit me initio via- rum suarū, anteq; quicquā faceret à principio. Vel ipsi processus opesq; diuinæ sapiētiæ, pie- tatis, vel æquitatis, de quibus Salomon factus est Pro. 3. Viæ eius viæ pulchræ. De hac monti- um colliumq; iusta depressione scriptum est Esa. 23. Dñs Deus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam oīs glorię, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. Et alio loco: Incuruabitur sublimitas hominū, & humiliabitur altitudo viroꝝ. Potest quoq; exponi in bono, vt Deus dicatur oculo suæ clementiæ gentes apexisse, & dissoluisse corda eorū ad pœnitentiam. Sicq; contriti sunt montes, non ipsis, sed eorū elatione ac vitijs demo- litis, iuxta quod scriptum est Prouerb. 12. Verte impios, & nō erunt. Et incuruati sunt col- les mundi, salubriter ad veram ac humilem pristinæ animositatis depressionem. De huius- modi optima incuruatione legitur in Baruch: Anima quæ tristis est super magnitudine mali & incedit curua, dat gloriā domino. Quidam referunt præinducta specialiter ad Chal- dæos, à Persis ac Medis diuina præordinatione subuersos. [Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ] id est, iniquitatum suarum demeritis fiunt homines spiritualiter denigrati atq; dæmonibus assimilati, immo & tabernacula dæmonum, sicut electi sunt domus & templū Dei. [turbabuntur pelles terræ Madian.] Septuaginta transtulerunt, Pauebunt tabernacu- la terræ Madian. Vnde secundū Hieronymum eosdem debemus accipere tabernacula Ae- thiopum & Madianitarū, qui pro suis peccatis turbabunt timore horribili, cum se viderint condemnandos. Spiritualiter, pelles Madian, intelliguntur propria voluntates, passionēs ani- mæ & concupiscentiæ carnis, quibus se tegunt, armant, & induunt vitiosi, rebelles, & inobe- dientes. Quidam exponunt ista ad literam, ita q; pro iniquitate destructionis templi Hieru- salem, tentoria Aethiopiæ & Madian sint turbata, id est, à Persis & Medis debellata, quāiam Aethiopes & Madianitæ fuerunt (vt dicunt) cum rege Babylonis in destructione templi, & postea cum Babylonijs interfecti: quod vnde probari possit, ignoro. [Nunquid in fluminib⁹ iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, aut in mari indignatio tua?] quasi dicat, Tu Deus iustissime, non es inanimatis rebus iratus secundū se, sed in illis quedam opera facis ad liberationem tuorū, & destructionem prauorum, sicut in mari rubro atq; Iordane desiccatis populum Israel redemisti, & in mari illo Aegyptios submersisti. [Qui ascendis super equos tuos,] istud ad literam referri potest ad equitatus Persarum atq; Medorum, qui Deo auxi- liante Chaldæos vicerunt. Propter qd dicitur Deus eorū ascendisse equos, quāiam inspirauit eis, vt equos contra Chaldæos ascenderent. [& quadrigæ tuæ] id est, Persarum ac Medorū currus, [sunt saluatio] id est, per currus & prælia horum liberati sunt filij Israel de Babylo- nica captiuitate per Cyrum regem Persarū, vt scribitur in primo libro Esdræ. [Suscitans su- scitabis arcum tuū] id est, Persis & Medis dabis virtutem pugnandi ac sagittandi victorioso contra Chaldæos. Vnde Septuaginta transtulerunt: Intendens, extends arcum tuum. Quemadmodum ergo in Ezechiele gladium Nabuchodonosor regis appellat domin⁹ gla- dium suum, quia diuinæ iustitiæ extitit exequutor: Cum cœperit, ingens, gladius meus vo- lare: ita nunc quadrigæ & currus Persarum, itemq; Medorum, dicūtur quadrigæ currusq; Dei. Itaq; suscitabis arcus istos, vt impleas [iuramenta tribubus, quæ loquit⁹ es] id est, fa- cies populo & tribubus Iudæorum, quæ eis per Moſen & prophetas promissæ, videlicet quod quando in captiuitate implorarent veraciter clementiam tuam, eriperes eos & ad ter- ram promissionis eos adduceres. Hoc autem per Hieremiam dominus specialiter promi- sit Iudæis, quantum ad reditum à captiuitate in Babylone. Hinc per Moſen & Esdras eis

Eccle 14

Sapi. 111

Esa. 4.

Baruc. 2

Sapi. 50

Exo. 14. Iosue 3.

1. Esd. 10

Ezec. 32.

Num. 6. Esai. 18. Hier. 29. Iohel. 20

Hier. 16.
Hier. 50.
Necm. 1.

loquutus est Deus: Si reuerſi fueritis ad me in toto corde veſtro, & ſi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & inducam vos in terram, quam dedi patribus veſtris. In fine verſiculi huius additur, ſemper, quia à tempore Abrahæ cœpit iſta promiſſio, & reiterata eſt ſæpe, vel ſemper tempore opportuno.

¶ Proſequutio expoſitionis huius capituli ab eo loco, quo dicitur,
Fluuios ſcindes terræ. Art. VI.

Conſequenter ad literam propheta proſequitur Chaldæorum deiectionem. [Fluuios ſcindes terræ.] Per flumina & aquas, frequenter intelliguntur reges & eorū exercitus, ſicut teſtatur Eſaias: Adducet dñs ſuper Iudam aquas multas & fortes, regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius. Eſt igitur ſenſus, ſecundum Hieronymum: Reges & populū contra Iudæos pugnantes diſperges, o domine. Vel ut alij aſſerunt, intelligi poteſt de diuiſione Euphratis fluuij, quem Perſæ ac Medi in plures lacus partiti ſunt, ſicq; per aluēū principalem euacuatū ab aquis, ingreſſi ſunt Babylonem. Quod q̄a Deo inſpirante fecerūt, Deus feciſſe deſcribitur. [viderūt te] id eſt, omnipotētiam atq; rigore diuinæ iuſtitiz per experientiam agnouerūt, [& doluerunt montes,] puta elati principes Babylonis, & cæteri qui populū tuū vaſtauerūt, quando à Perſis & Medis occidebant. Vnde in libro Iudicum habetur: Sic pereant inimici tui domine. Itemq; in Pſalmo 82. Confundant & pereant, & cognoſcant quia nomen tibi dñs. [gurges aquarū tranſiit] id eſt, impetus perſequutionis perſequentium populū tuū, te operante, deſecit. Vel ſenſus eſt, q̄ inundatio aquarū Euphratis modo præfato ceſſauit. [Dedit abyſſus vocem ſuam] i. aqua prænominata cū q̄dam fragore & ſonitu locū ſuū reliquit. Vel dedit vocem ſuam materialiter & occasionaliter, q̄a ex eius diuiſione ſumpſerūt alij materiam laudandi diuinam iuſtitiam, prout in Pſal. 64. cantati: Valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnū dicent. Sic namq; inanimata Deū benedicere & laudare ferunt. Porro ſecundū Hieronymū ſenſus eſt, Abyſſus dedit vocē ſuam, id eſt, inferi laudauerūt te, q̄d de ſanctis in limbo detētis forte intelligit. Vel q̄ de Chaldæorū damnatione lætari ſunt dæmones, & quo ad hoc, diuinam iuſtitiam approbarūt. [altitudo manus ſuas leuauit] id eſt, ſuperni atq; angelici ſpūs interioribus manibus de diuinæ iuſtitiz exequutione plaudendo, Deū glorificarūt. Hinc in Apoc. ſpūalis Babylonis deſtructione deſcripta, inducitur: Exultate cæli & ſancti apoſtoli & propheta, q̄niam iudicauit Deus iudicium veſtrum. Vel ſenſus eſt, q̄ Deus altiſſimus, qui eſt ſumma & prima ſublimitas, manus ſuas leuauit, id eſt, poteſtatem ſuam exercuit contra Chaldæos. [Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo.] Conſuetudo ſcripturæ eſt, vt luminaria cæli, quæ in miniſteriū hominum condita ſunt, obſcurari & mœrere dicantur dum hominibus aduerſa magna contingūt, vt patet in Ezechiele, Iohēle, alijsq; prophetis. Cum vero hominibus proſpera accidunt, fulgere & quaſi reſſorere feruntur. Quemadmodum ergo in deuaſtatione Iudæorū diſiſſima à Chaldæis, ſol & luna obſcurata dicūtur per quandam metaphoram, iuxta illud Iohē. 2. Sol & luna obreuebrati ſunt, & ſtellæ retraxerūt ſplendorem ſuum: ſic in liberatione eorū à captiuitate Chaldaica, ſol & luna ad priſtinum ſunt reuerſa vigorem, non q̄ in ſeipſis mutata ſunt quantū ad modū præfati. Sic igitur loco præſenti denunciata Iudæorū liberatione, ſol & luna in habitaculo ſuo ſtetiſſe ſcribuntur, id eſt, in gradu atq; vigore vel ſplendore cōſueti fuerunt: hoc eſt, ſic de eorū fulgore gauiſi ſunt Iudæi, vt olim tempore proſperitatis ac pacis, ita q̄ ſtare non dicit hic ceſſationem à motu, ſed exiſtentiam ſtabilem, ſicut cōmuniter dicim⁹, ille ſtetit Romæ tot annis. Vnde ſeptuaginta tranſtulerūt, Eleuatus eſt ſol, q̄d priſtini vigoris receptiōem modo nūc explanato, & luna ſtetit in ordine ſuo, id eſt, in priſtino gradu ac modo. [in luce ſagittarū tuarū ibunt] id eſt, ſol & luna ſolito curſu mouebunt, quo ad ipſos Iudæos, eorū vtilitati ſuis motibus deſeruiendo, vt olim in luce ſagittarū tuarū, id eſt, mediantibus ſplendoribus Perſarū ac Medorū ſagittis, quas contra Chaldæos miſerūt, atq; per hoc populū Iſrael de illorum manibus redemerūt. Simili ſenſu ſubiūgitur: [In ſplendore fulgurantis hæſtæ tuæ] id eſt, mediantibus fulgidis hæſtibus Perſarū, quorū ſagitte & hæſte dicūtur eſſe Dei, prout præcedēti articulo equi & curruſ eorū, Dei eſſe dicunt. Vel ſenſus eſt, q̄ Chaldæi ibūt, i. peribūt & eſſe ceſſabūt virtute ſagittarū atq; hæſtarū iam præfatarū. [in fremitu] i. in diſtinctione tuę iuſtitiz, vel in ira & animoſitate Perſarū. [cōculcabis terram] i. populū Chaldæorū ſeu Babyloniz regionem. [& in furore] id eſt, in rigore tuę iuſtitiz, [obſtupefacies gentes] Chaldæis auxiliantes. [Egreſſus es] nō locū mutando, q̄ incircūſcripſibilis, inuariabilisq; conſiſtis, ſed tuam potentiā oſtendēdo, & aliquid de nouo manifeſte operando, [in ſalutē populū tui] i. ad ſaluandū Iudæos de captiuitate ſæpe præfata, [in ſalutem cū Chro tuo] id eſt, cū Cyro rege Perſarū, vt q̄dam exponūt, q̄ dicit Chro Dei, i. in regem à Deo elect⁹, iuxta illud in Eſaiā: Hæc dicit dñs Chriſto meo Cyro. Hierony. aut̄ exponit de domino noſtro Ieſu Chriſto, cū q̄ in hunc mundū per incarnationem veniente, venit & pater per gratiz ſuę operationem multiplicē, ſicut & filius iſoquitur: Si quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit,

Iudic. 4.

Apoc. 18

Ezec. 12.
Iohel. 2.

Eſa. 45.

Ioan. 14.

ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eū faciemus. Et ruruſus Pater (inquit) in me manens, ipſe facit opera. Et: Pater non reliquit me ſolum. Venit ergo pater in ſalutē generis humani cū Chriſto ſuo domino ſaluatore: nam & opa ſummæ trinitatis ſunt indiuiſa & filius, Omnia, ait, quæ facit pater, hæc & filius ſimiliter facit. [Percuſiſti caput de domo impij] id eſt, Balthaſar regem Babylonis per Perſas occidiſti, & de palatio ſuo eieciſti. Vel caput iſtud intelligitur diabolus à Chriſto deiectus, ſeu Antichriſtus ab ipſo deſiciendus. [denudaſti fundamentū eius] vſq; ad collū] id eſt, abſcondita & ſecreta capitis huius totaliter confudiſti & reuelatiſti & deſtruxiſti. Machinationes enim diaboli Chriſtus aperuit, ita vt dicat Apoſtolus: Non ignoramus cogitationes diaboli. Et denuo: Añ datur diſcretio ſpirituum. Omnia quoq; abſcondita regis Balthaſar Chaldæi ſcrutati ſunt. [Maledixiſti ſceptis eius] id eſt, regnis ac dominationibus regis Babylonis maledixiſti. [& capiti bellatorū eius] id eſt, principi militiz. [Venientibus vt turbo ad diſpergendū me] id eſt, qui copioſe & impetuoſe venerūt ad deſtrudendum pp̄m Iudæorū. Non eſt aut̄ neceſſe, hic oīa referri præciſe ad eodē numero, qm̄ ſacra ſcriptura ſæpe loquit̄ de diuerſis q̄ſi de eiſdem, q̄a ad vnum populū pertinent. Rex autem Babylonis & eius princeps militiz, qui Hieruſalem deſtruxerunt, fuerunt Nabuchodonosor & Nabuſardan, qui non fuerunt à Perſis & Medis occiſi. [Exultatio eorū ſicut eius q̄ deuorat pauperem in abſcondito] i. præfati principes ſic gloriati ſunt populū Iſrael opprimendo, quæ admodū gloriatur crudelis egenum occulte dilanians & affligens, qm̄ ſine timore hoc fecerunt crudeliter, nec Deū oīa inſpicientem tanq̄ iudicē artenderunt. [Viam feciſti in mari equis tuis] i. equis atq; equitib⁹ Perſarū & Medorū dediſti iter per arenam Euphratis aluēum, aqua eius hinc inde educa. Ideo ſubdiſti [in luto aquarū multarū,] Aqua enim educa, terra aluēi fuit aliquo modo laſoſa. Euphratem autem nominat mare, more loquendi Hebraico, q̄ quilibet grandis aquarum collectio dicitur mare, ſecūdum illud Gene. 1. Congregationes aquarū appellauit De⁹ maria. [Audiui] à te domine per ſp̄m prophetiz cōminationes tuas aduerſus Chaldæos. [& conturbatus eſt venter meus] id eſt, dolor ſeu timor animæ tantus fuit, q̄ redundauit in corpus. Vel per ventrem intelligitur mens, quæ eſt vterus ſpūalis, de quo Salomon ait: Fili accipe doctrinam, quæ tibi pulchra erit, cum in ventre tuo teneris eam. De quo pater teſtatur in pſal. ad filium: Ex vtero ante lucifera genui te. [à voce] id eſt, ab auditu verborū tuorū, [cōtremuerunt labia mea,] in tantū formidauit rigorem iuſtitiz tuę. Quauis autem Abacuc de Chaldæorū deiectione gauiſus ſit, ſecūdum vnā conſiderationē, prout fuit caſſio liberatiōnis Iudæorū, tamen ſecūdum aliquas conſiderationes expauit ac doluit, & ex amore nature, eorū grauiffimæ calamitati compaſſus eſt, ſicut ſuperius ex Eſaiā oſtenſum eſt. Nam & Eſaias, deſcripta Babylonis deſtructione, inter cætera dicit: Elanguit cor meum, tenebræ ſtupēfecerunt me. [Ingredietur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat] id eſt, tribulatio & infirmitas, quantumcunq; grauis me apprehendat, dummodo tibi placuerit, & gratiz tuę ſubventione ſuppoſita, qua patientiam largiaris. [vt requieſcam in die tribulationis] id eſt, tempore deſtructionis Babyloniorū ceſſet captiuitatis meę preſſura, & in ſpe liberationis repauſem. [Vt aſcendam ad populū accinctū noſtrū] i. Babylone deſtructa, de licentia Cyri regis Perſarū pergam à Chaldæa in Iudæam ſimul cū populo Iudæorū in Iudæa reuertente armato atq; ad prælium ſparato, videlicet cū viris præclaris Eſdra, Neemia, Zorobabel, & Ieſu filio Iofedech, qui propter inſidias hoſtiū erant ad pugnandum diſpoſiti, vt patet in Eſdra. Hæc dicit Abacuc non in ſua, ſed in Iudæorū perſona. Ipſe enim in captiuitate prædicta non fuit, ſed in Iudæa remanſit, vt legitur in Danie. Conſequenter propheta cauſam aſſignat, cur in die tribulationis Babyloniorū tam vehementer requieſcere & conſolari rogauerit. [Ficus enim non florebit, & non erit germē in vineis] i. arbores ſici & vites ſeriles erunt. [Mentietur opus oliuæ] i. ſperatus oliuarum fructus præſolantes decipiet, & per modum mentientis ſe habebit, non oriendo, vt aliquando prætendebat. [& arua nō afferent cibum.] Pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt: Campi non facient eſcas, per quæ omnia inſinuatur ſterilitas territorij Chaldæorum, cuius campos & arbores Perſæ & Medi vaſtabant. Et alij aſſerunt, q̄ ſterilitas iſta fuit plaga à Deo inſiſta ante Perſarū aduētum. Certū eſt autem, q̄ talis ſterilitas expugnationem vaſtitarēq; terræ ſoleat concomitari. [Abſcindetur de ouili pecus] i. à ſtabulis Chaldæorū auferent iumenta eorū, vel per hoſtes vel alimentorū penurias. ideo ſubditur: [& non erit armentū] i. pecorū multitudō [in præſepibus] in quibus cibos accipere ſolent, ſicq; Chaldæis adhuc manentibus, vel in terra illorum exiſtentibus, deſerit carniū vſus. Poſtremo, qm̄ ex conſideratione punitiōnis præuorum, ſolent electi cautiōres melioresq; fieri, atq; ad gratiarū actionem & laudē diuinā puocari, (quemadmodū in Prou. Salomon aſtruit, Peſtilente flagellato, homo ſapientior erit. Etenim felix, quem faciūt aliena damna peritū) propheta Deum laudans, eiusq; æquitati applaudens, ſubiūgit: [Ego autem] illis ſic pereuntibus, [in domino gaudebo,] in contēplatione & dilectione eius & be-

Ibidem:

Ioan. 3.
Lani. 5.

Matt. 4.

1. Cor. 13.
1. Cor. 13.

Prou. 22.
Pſal. 109.

Eſai. 21.

Dan. 14.

Prou. 26.

neficioꝝ & apromiffioꝝ ipsius, in actibus quoq; virtuosis ei placētibus, sicut & virgo Marias
 Exultauit, in q̄t, spiritus meus in Deo salutari meo. Et Anna in libro primo Regū; Exulta-
 uit cor meū in dño. [& exultabo] i. signa interioris lætitię exterius demonstrabo [in Deo Ie-
 su] i. saluatore [meo.] Vnde Septuaginta transtulerūt, gaudebo sup Deo saluatore meo. Po-
 testq; nomen Iesu hoc loco sumi proprie atq; communiter, intentio namq; prophetę finalis
 ac principalis est, loqui vel de ipso saluatore filio Dei, & eius, quam nobis impendit, salute,
 vel de Cyro rege Persarū, & Iudæoꝝ per eū liberatione, inquantū fuerūt figura Christi regis
 & suę saluatiōis. [Deus dñs fortitudo mea,] non formalis, sed effectiua, confirmator meus,
 & totius roboris mei causa præcipua, cuius virtute liberatus est populus Israel de Babylone,
 de quo ait Psal. Diligam te dñe fortitudo mea. Qui & testat Ioan. 15. Sine me nihil potestis
 facere. [& ponit pedes meos quasi ceruicę.] i. agilitatē bene agendi mihi præstabit, & populū
 Israel in terram Iudæę expedite reducet. Loquit autē propheta in persona populi sui. [& super
 excelsa mea] i. ad loca Iudæę, [sublimia] & montosa [deducet me victor] Deus omnipo-
 tens, de quo in Numeris Balaam contestat: Dñe Deus Israel cū eo est, & clangor victorię re-
 gis in illo est, de quo loquit Iephte: Quæ dñs Deus noster victor obtinuit, in nostram cedet
 partem. Ipse est rex ille omnipotēs, cuius volūtati nedū non præualere, sed nec resistere q̄spi
 am potest. Vel super excelsa mea, i. ad virtutū præclarissima opera, siue ad pristinam dignita-
 tem, honorem & gloriam, puta ad sacerdotiū, sacrificia, templi reparationem, principatum
 ac potestatem deducet me victor, hæc enim post reditū de Babylone recuperauerūt Iudęi, vt
 patet in Esdra & libro Machabæoꝝ ac alijs locis. Vel ad regna cælestia deducet me victor
 Christus, de quo legit Apocalyp. 5. Vicit leo de tribu Iuda, sicq; verba ista accipi possunt in
 persona eoz, quę Christus de limbo perduxit ad patriam. Sic ergo deducet me [in psalmis
 canentem] id est, ei gratias referentem, eumq; laudantem, sicut Ecclesiast. 51. scribit: Lauda-
 bit vsq; ad mortem anima mea dominū, quoniam eruis sustinentes te domine, & liberas eos
 de omni angustia.

Psal. 17.

Nūc. 23.

Judic. 10.

Hester 10.

1. Esd. 6.

1. Mac. 4.

2. Ma. 10.

Expositio eiusdē cantici tropologica seu moralis, de expositiōe exordij cantici
 huius secundū translationē Septuaginta interpretum. Art. VII.

Quoniam tractatus Missalis officij in die Parasceues, ex hoc cantico sumptus est secun-
 dū translationem Septuaginta, quæ etiam translatio à translatione Hieronymi, in hoc
 passu satis distat, congruit principiū cantici huius secundum illorū translationem per-
 transeūdo exponere. Titulus autē, quē Septuaginta capitulo huic præmittūt, est hic: Oratio
 Abacuc prophetę cū cantico.] q̄a in isto capitulo agitur de Christi aduentu & saluatione,
 pro qua Deum cum hymnis, psalmis & canticis spūalibus orare debemus. Itaq; Septuaginta
 transtulerūt Domine, audiui auditū tuum, & timui, quod supra satis expositum est. Do-
 mine, cōsideraui opera tua, i. mirabilia tua iudicia, effectus tuę iustitię, ordinem creaturarum,
 gubernationem vniuersi, miracula quæ à principio mundi fecisti, dona gratię, hominum
 dispositionem, & qualiter genus humanū liberare decreueris. [& obstupui] vel expaui, id est,
 ad mentis excessum perductus sum, & præ admiratione defeci, clamans cū diuino Aposto-
 lo: O altitudo diuitię sapientię & scientię Dei, q̄ incompræhensibilia sunt iudicia eius, &
 inuestigabiles vię eius. Porro secundum Hieronymū, quod Septuaginta dixerūt, considera-
 ui & obstupui, in Hebraico non habet. Verum secundum Augustinū, qui in lib. de ciuitate
 Dei in pluribus locis valde commendat translationem Septuaginta, asserens eos propheta-
 li spiritu transtulisse, & ex diuino instinctu addidisse quæ addiderūt, tenendum est, q̄ ista &
 reliqua quæ addiderunt, Deo inspirante loquuti sunt. [In medio duoz animalium cogno-
 sceris] vel innotesces, id est, inter duos populos, ex qbus collecta est sancta Ecclesia, vt pote
 in medio conuersorum ex Iudaismo & paganismo. De quibus loquit Zacharias 6. Consili-
 um pacis erit inter duos illos. Et Apostolus Ephesio. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque
 vnum. Quemadmodū enim duo parietes in lapide angulari concurrūt & copulantur, ita in
 Christo summo lapide angulari duo populi isti facti sunt vnū mysticū corpus, vnumq; tem-
 plum, de quo dicit Zacharias: Ipse ædificabit templū domino. Vel duo animalia, intelligun-
 tur duo testamenta, vere viuifica, gratię vitam spirantia. Quidam per duo animalia intelli-
 gunt duos latrones, inter quos suspensus est Christus atq; innotuit, Centurione dicēte: Vere
 filius Dei erat iste. Quando & omnis turba eorū qui aderant, & videbant quæ tempore pas-
 sionis fiebant, percutiētes pectora sua reuertebant. Postremo, non desunt, q̄ per duo anima-
 lia intelligunt bouem & asinū, quos Ioseph secū dixit in Bethlehem, Christi natiuitate instā-
 te, inter quos infantulus Iesus in præsepio positus, agnitus fuit à matre & Ioseph, vel ab istis
 iumentis, secundū similitudinem quandā. Ad qd referūt illud Esai. 1. Cognouit bos possesso-
 rem suū, & asinus præsepē dñi sui. Expositio autē eorum, q̄ per duo animalia intelligūt filium
 & spm̄ sanctū, eo q̄ pater per filiū & spm̄ sanctū cognoscat (q̄ etiam Esa. 6. per duo Seraphim
 filium & spm̄ sanctum accipiunt) est suspecta, nec placet, præsertim cum cāticum istud spe-
 cia

Rom. 11.

Zacha. 1.

Lucę 23.

Lucę 20.

cialiter de p̄sona filij tractet. [Cum appropinquauerint anni, cognosceris] i. tēpore gr̄a seu
 euāgelicę legis clarius te agnoscat fideles, q̄a vt ait Apostolus Galat. 4. Vbi venit plenitudo
 tēporis, misit Deus filiū suū. Et in prima sua canonica ait Ioannes: Scimus, qm̄ filius Dei ve-
 nit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deū verę. Ante eū notus erat in Iudæa Deus, sed
 adueniēte tpe gr̄a, ad vniuersi veri Dei cultū atq; notitiā totus cōuersus est mūdus. Cū aduene-
 rit tēpus præordinatū à Deo, [ostenderis] i. fidelibus innotesces, hoc est tēpus incarnationis
 & cōuersatiōis Ch̄i in mūdo, itēq; euāgelicę p̄dicatiōis. De q̄ loquit Paulus 2. Cor. 6. Ecce nūc
 tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Et Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cū hoibus
 cōuersatus est. Vñ & Ch̄s ait ad patrē: Ego te clarificauī sup terrā, manifestauī nomē tuum
 hoibus, q̄s dedisti mihi. [Deus à Themā veniet] i. ab austro, secundū Hieron. qd̄ iā satis expo-
 sitū reor. [& sanctus de mōte vmbroso & cōdeaso] i. Ch̄s sanctus sanctoꝝ in mundum hūc
 venit de paradiso cælesti ac summo, pleno viuīs vberimisq; arboribus, puta angelicis atq;
 supernis virtutibus. Vel mons iste vmbrosus, est Deus pater incōpræhensibilis & p̄fectus, q̄
 maiestate sua oīa tegit & operit, de cuius sinu filius descendit in mūdū, non locū transmu-
 tans, sed naturam humanā assumens. Quidā dicunt: Deus à Libano veniet, & redit in idem.
 Per Libanum nempe, qui candidatio interpretatur, splendidissimus iste paradiso, vel su-
 perpulcherrimus Deus pater, seu lux diuina inaccessibilis, congrue designatur. Quod vero
 nunc dictum est, [cum aduenerit tēpus, ostenderis] secundum Hieronymum in Hebræo
 non ponitur, sed à LXX. est additum. Cum ergo ex his pateat, in cantico isto tam manifeste
 tractari prophetatumq; esse de Christo, ac eius mysterijs, præsertim secundum LXX. trans-
 lationem, certum est quosdam in huius cantici explanatione nimis superficiales & literales
 consistere, qui omnia ista, & pene omnia quæ sequuntur, ad literam referunt ad Babylonię
 destructionem. ¶ Nunc ad moralitatem eundem est, vnde quilibet contemplatiuus fidelis,
 diuinorum operum considerator industrius, dicere potest: Domine audiui] auri bus men-
 tis & corporis [auditionem tuam] i. sacre scripturę sermones, & verba diuinitus reuelata,
 de quibus loquitur Esaias 55. Dñe, quis credidit auditū nostrorū [& timui] filiali & casto ti-
 more, qui est fuga mali culpę, ne Deus offenderit, sicut timuit Psalmita, qui ait: A verbis
 tuis formidauit cor meum. Itaq; cum reuerentia & timore audienda sunt verba Dei. Vnde
 Iosue 4. Regum 22. promittitur: Quia timuisti à facie verborum quæ audisti, & perterritum
 est cor tuum, in pace colligeris. Et Hieremias: Factus sum, inquit, velut vir ebrius à facie
 verborum sanctorum Dei. Quis enim non timeat, audiens illud: De omni verbo ocioſo
 reddent homines rationem? Et illud: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis? Et:
 Nescit homo, an sit dignus amore, vel odio: sed omnia in futurum referuantur incerta? Il-
 lud etiam: Ite maledicti in ignem æternum? Ideo sanctus Iob 25. profitetur: Considerans
 Deum, timore sollicitor. Alibi quoq; dicit scriptura Prou. 28. Beatus homo qui semper est
 pauidus. [Dñe opus tuum] est nostra redemptio, & omne bonum quod agimus. non enim
 sumus sufficiens cogitare aliquid ex nobis, sed Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere.
 [in medio annorum] videlicet anno gratię ac euāgelicę legis, qui inter annum le-
 gis Mosaię annūq; glorię mediū est. [viuifica illud,] animas nostras actualiter redi-
 mendo, nosq; in iuuentute nostra in bonis operibus inflammando, & omne quod agimus,
 per charitatem infusam spiritualiter viuificando. [In medio annorum] iam dicto, [notum facies]
 nostrę redemptionis vel iustificationis opus, dando gratiam magnam ac euidentem,
 ita vt electi tui inter ceteros quasi sidera verbo & exemplo resplendant. [Quum iratus
 fueris] tuos electos nunc castigando, atque pro suis peccatis multipliciter corripiendo,
 hostibusq; tradendo. [misericordię recordaberis] peccata dimittendo, gratiam refun-
 dendo, consolationem præstando, citra condignum vlciscendo, & cum tribulatione pro-
 uentum faciendo. Ideo cantamus in Psalmo 84. Nunquid in æternum irasceris nobis? De-
 us tu conuersus viuificabis nos. Et item 129. Si iniquitates obseruaueris domine, domine
 quis sustinebit? Hinc in Threnis Hieremias testatur: Misericordię domini, quia non su-
 mus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Denique in libro Tobię scriptum
 est: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, quia quum iratus fueris, miseri-
 cordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Et rur-
 sum: Non delectaris domine in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum
 facis, & post sletum exultationem infundis. [Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pha-
 ran.] Deum semper precemur, vt iuxta sensum præhabitu ad nos venire, iugiterq; nobis-
 cum manere dignetur. Per austrum quoq; intelliguntur homines lumine gratię radiossi,
 & à Deo sublimiter docti. De illis igitur venit Deus ad alios, dum gratiam sibi cōcessam, alijs
 cōmunicare, eosq; ad Deū reducere enitunt. [Operuit cælos] i. cōtemplatiuos, quoz cōuer-
 satio est in cælis. [gloria eius] dicente in eoz persona Apostolo 2. Cor. 3. Nos autē reuelata fa-
 cie, gloriā Dei specularantes. [& laudis eius plena est terra] i. actū qui circa terrena versantur.

1. Ioan. 5

Ioan. 17.

Psal. 119

Hier. 23.

Matt. 12

Hebr. 12

Ecces 9.

Matt. 25

2. Cor. 3.

1. Cor. 10

Thren. 3

Tobi. 3.

Ibidem.

Terra quoque, i. terreni, carnales & reprobi, frequenter in ore pleni sunt laudibus Dei, sed mente & opere non cessant inhonorare Deum atque offendere, de quibus dominus protestatur Esai. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. [splendor eius] i. fulgor gratiae Dei, [ut lux erit] i. clarus & candidus, sicut lumen solare, cui in multis assimilatur, tenebras mentis fugando, aiam fecundando, torporem accedens auferendo, intima cordis ornando. Insuper splendor gratiae assimilatur lumini gloriae, cuius est inchoatio quaedam. [Cornua in manibus eius.] Cornua ista possunt accipi in bono, pro eleuatis & sanctis virtutibus animarum, quae sunt in manibus Dei, quia in eius potestate est eas dare, conseruare, auferre, & consummare. Itemque in malo, pro nostris superbis, ac ceteris, quibus contra Deum & proximum intumescimus, vitijs. Iuxta illud Iob 15. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? quid tunc contra Deum spiritus tuus? Istis comminatur sermo diuinus in Amos: Vt qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Haec quoque cornua nostra sunt in manibus Dei, qui superbos ad nutum deicere potest, quemadmodum scriptum est: Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantiu in delictis suis. [Ibi abscondita est fortitudo eius:] quia in bonis cornibus electorum, virtus diuina frequenter agit occulte, sed & superbiorum deiectionem saepe diutius differendo, videtur Deus quasi non attendere, aut non omnipotens esse. [Ante faciem eius ibit mors] quia quum Deus per gratiae suae aspirationem intrauerit mentem, mors fugit peccati, tunc & [diabolus egredietur.] Christus enim fortem armatum, puta diabolum, alligauit, & vasa eius quotidie diripit, faciens eos templum spiritus sancti, qui erant vasa diaboli. [stetit & mensus est terram] Christus in mundo hoc cum discipulis viuens, mensus est terram, in qua praedicarent Apostoli, mittendo eos ad solos Iudaeos. Porro post passionem & spiritus sancti missionem, mensus est terram gentiliu, ad diuersas nationes mittendo Apostolos. [Aspexit] misericorditer, [et contriti sunt montes seculi ab itineribus aeternitatis eius] quia exemplis & documentis Saluatoris, quibus humilitatem praecipue commendauit, humiliati sunt multi magnatum, Christum humiliter imitati. [Nunquid in fluminibus iratus es dominus? aut in fluminibus furor tuus?] In scripturis crebro per flumina designantur peruersi ac turbulenti, eorumque vitia iuxta fluminum redundantia. Sic enim habetur in Psalmo 92. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Et Hieremias regem atque exercitum Chaldaeorum nomine fluuij exprimit, dicens: Istis fluminibus irascitur dominus. Interdum autem per flumina designantur electi ac docti, aqua sapientiae pleni, & gratia copiosi, qui flueta doctrinae transfundunt in alios, & riuus salutaris scientiae rigant corda eorum, Tales etiam dicuntur fontes Psal. 17. Istis non irascitur Deus. Flumina quoque vocantur diuina charismata, iuxta illud: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vitae. Et alibi: Fluminis impetus laetificat conuersionem Dei. [aut in mari indignatio tua] i. secularis vitae hominibus, amaritudine & fluctibus vitiorum repletis, iuste indignaris. De quibus Esai. 57. legitur: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. [Qui ascendis super equos tuos] i. aias sanctas secundum Hieronymum, vel praedicatores nomine domini vndique circumferentes ac praedicantes super quos Deus ascendit per virtutis & gratiae suae effectum. [et quadrigae tuae] sunt, [saluatio] i. euangelista, vel etiam angeli sancti, Deum in se recipientes, portantes, atque ad homines deferentes, de quibus cantatur in Psal. 47. Currus Dei decem millibus multiplex millia laetantium, dominus in eis. De his equis & curribus dominus loquitur Esai. 66. Adducet omnes fratres vestros in equis & quadrigis, & in lecticis & mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem. Per hos ergo currus operatur dominus aliorum salutem, sicut ait Apostolus: Dei cooperatores sumus. [suscitans suscitabis arcum tuum] i. verbum tuum seu sacram scripturam, cuius ignita eloquentia, te agente, audientium penetrant corda, & charitatis vulnere sauciant, ita ut dicant: Charitate vulneratus sum. Et, amore languo. Vnde & Christus de seipso loquitur per Esaiam: Posuit me dominus quasi sagittam electam. Hunc arcum suscitatur Deus, dum praedicatoribus & seruis suis electis infundit gratiam loquendi alijs fructuose ac feruente, secundum quod orat Apostolus Ephesio. 6. Vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Et Esai. 50. legitur: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo. Hoc autem a domine faciendum, suscitabis iuramenta tribuibus, quae locutus es] i. bona gratiae, quae gentibus promissisti, eorum conuersionem per prophetas praenunciando, donabis deinde haereditatem caelestem conferes eis, ut promissisti. [fluuios scindes terrae] i. de ipsa ecclesia quosdam separabis & mittes ad illorum informationem per omnes terminos terrae. Sic enim misit Apostolos, aliosque discipulos, praedicatores, doctores. Hinc in Actis legitur spiritus sanctus dixisset: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsisti eos. Et per Esaiam dominus ait 43. Ponam in deserto (id est, in gentilitate) flumina. Et iterum 55. Omnes sitientes, venite ad aquas. Isti sunt fluuij boni, de quibus cantamus: In Ecclesijs benedicite DEO, domino de fontibus Israel. [Viderunt te, & doluerunt montes] Hoc dupliciter accipi potest. Primo,

Primo, de superbis atque potentibus seculi ad fidem conuersis, quia per fidem Deum viderunt, atque de suis excessibus poenitentiam dignam fecerunt. Secundo, de infidelibus tyrannis, qui mirabilia Dei videntes, doluerunt de promulgatione fidei Christianae. [gurges aquarum transijt] i. isto riuu persequutio contra fideles cessauit, vel si est, cito finiet, videlicet simul cum vita praesenti, quae breuis est, vel ante. Velsensus est, quod documentorum riuuli ad alios deueniunt. [Dedit abyssus vocem suam] i. corda quorundam instar pelagi inscrutabilia, fide Christi recepta, Deum super eius misericordia laudauerunt. [Altitudo manus suas leuauit] quia & seculares principes ad fidem conuersi, manibus in caelum eleuatis, Deum precati sunt, sicut Thren. 3. Hieremias hortatur: Leuemus corda nostra cum manibus in caelos ad dominum. Itemque Apostolus 1. Timo. 2. Volo, inquit, viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Porro seculares principes perfidi manus suas contra ecclesiam extenderunt. [sol] i. Christus sol sapientiae atque iustitiae, de quo impij asserunt Sapient. 5. Sol intelligentiae non est exortus nobis. [et luna] i. virgo Christifera, vel ipsa ecclesia, [steterunt in habitaculo suo.] i. in ecclesiastica unitate, vel in ipso omnium rerum vltimo fine, in quo omnis sanctorum quiescit intentio atque affectio, quasi in tabernaculo firmo, secundum quod Salomon dicit: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Vnde orat vir sanctus: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum. Vel habitaculum istud est regnum caelorum, in quo stat ecclesia militans, per spem & cordis amorem. Vbi namque thesaurus, ibi & cor. Et non minus (ut dicitur) est anima ubi amat, quam ubi animat. Vel sol & luna sunt religiosi & seculares fideles, in ecclesia militante, fide & opere concorditer permanentes. [Secundum translationem Septuaginta ita habetur] Eleuatus est sol, scilicet Christus in sua ascensione, & luna stetit in ordine suo, id est, ecclesia, praecipue primitiua, ordinate vixit, & stabilis fuit, secundum Christi doctrinam, consilia & praecipua, malens occidi quam ab ordine aequalitatis recedere. [in luce sagittarum tuarum] id est, in veritate eloquiorum diuinorum vel praedicatorum fidelium. De quibus iam dictum est, de quibus & apud Esaiam 66. dominus ait: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Graeciam, ad insulas longae & annuntiabunt gloriam meam gentibus. [Ibunt] fideles de virtute in virtutem, de bono in melius, de via ad patriam. [in splendore fulgurantis hastae tuae] id est, spiritualium armorum vel diuinarum comminationum. Vnde de Septuaginta transfulerunt: In splendore coruscationis armorum tuorum. Propter quod ad Ephesios sexto hortatur Apostolus: Induite armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. [In fremitu] id est, districtissimo iudicio, [conculcabis terram] damnando terrenos, praesertim in die nouissimo. [Egressus in salutem populi tui] dominus enim fortitudo plebis suae, & ipse dux noster est & propugnator, iuxta illud: In circuitu nostro Deus dux est. Et in Psalmo 60. Deduxisti me, quia factus es spes mea. [in salutem cum Christo tuo] id est, quolibet Christiano electo spiritualiter vncto. [Percussisti caput] id est, principem prauum [de domo impij] id est, de grege impiorum subditorum ipsius, priuando eum principatu, potestate seu vita, iuxta illud Ecclesiastici 10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Et apud Lucam: Dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Ipse quippe transfert regna atque constituit, sicut Danielis 2. asseritur. [Denudasti fundamentum usque ad collum] id est, funditus destrues illos, secundum quod in libro Sapientiae scribitur: Dirumpet inflatos, & eos a fundamentis suis commouebit, & usque ad supremum desolabitur. [Maledixisti sceptris eius] id est, regno & potestatibus impiorum. Oculi enim domini super regnum peccatis, ut conterat illud. Quibus & dicit Ose. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me. Vel intelligendum est de aereis potestatibus, & inuisibilibus hostibus, [uenientibus ut turbo ad dispergendum nos.] Secundum quod ait Apostolus Ephesio. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiarum in caelestibus. [Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito] Inuisibiles etenim hostes de animarum nostrarum ruina maxime gaudent, quemadmodum scriptum est in libro Psalmorum: Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Ideo orat vir sanctus: Neque irrideant me inimici mei. In Ecclesiastico quoque scriptum est: Domine pater, ne derelinquas me, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Nonne ergo miserimi sunt, stulti & caeci, qui demonum inspirationi consentiunt vitijs inharendo, qui aliud nihil nisi aeternam eorum damnationem ac irrisionem exquirant? [Viam fecisti in mari equis tuis] id est, electis, de quibus iam dictum est. [Qui ascendes super equos tuos] Istis praeparat Deus viam in hoc seculo nequam, dando eis gratiam ambulandi per arctam viam, quae ducit ad vitam. Haec via, est diuinorum custodia mandatorum, & eorum quae iubet ecclesia. [in luto aquarum multarum] i. in carnali, mortali, immunda concupiscentiarum piscina, vel infra spurcitas vitiorum, ne in illis ambularet electi. Iustum enim deduxit dominus

Esai. 55.

Prou. 18
Psal. 30.

Luca. 11.

Sapient. 4.

Amos 9.

Psal. 124
& 24.
Ecclesi. 23.

Pfal. 39. dñs per vias rectas. Et Esaiæ 8. In manu, in qt, forti erudiuit me dñs, ne irē in via populi, sed vt Hiere. 25. legitur: Via impiorū erit quasi lubricū in tenebris, impellent & corrurent in ea. Ideo gloriatur sanctus in dño, & ait: Eduxit me de lacu miseræ, & de luto facis. [Audiui, & conturbatus est venter meus.] Hoc iam suprā satis expositum est etiam in principio cantici huius. [Ingrediat̄ putredo in ossibus meis, & subter me scateat.] i. nunc oro a te pro peccatis meis paternaliter castigari, & Christo pro me passo conformari, quemadmodum Hiere. 10. deposcit: Corripe me dñe, veruntamen non in furore tuo. [vt requiescam] i. a cunctis miseris liberer, [in die tribulationis] i. hora mortis atq; iudicij, [vt ascendam ad populum accinctum nostrum] i. de peregrinatione pertingam ad patriam, ad triumphantē ecclesiam, ad milites illos victoriosissimos & beatos. Non em̄ sunt condignæ passiones huius temporis ad gloriam illam futuram. Hoc precor, quoniā inter homines viuere, periculosum mihi est. [sicus em̄ non florebit] i. ecclesia quantum ad plurimos, sine virtutum decore manebit. Etiam quidam, qui ex naturali dispositione mites & dulces sunt, qui bonitate suæ indolis abutentes, vitijs implicantur, vanitatibusq; falluntur. [et non erit germen] i. fructus operæ bonorū, [in vineis] i. particularibus quibusdā ecclesijs. [Menties opus oliuæ] i. operatio eorū qui misericordes vident̄, non erit vere meritoria, quia non ex charitate, sed vanitate procedens. Hoc accidit multis. Propter quod ait Saluator in Euangelio: Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito. Vel menties opus oliuæ, qm̄ multi volunt alijs misereri atq; succurrere, & proprijs non miserent̄ neq; subueniunt animabus, quas quotidie vitijs vulnerare non cessant, nec pœnitent, neq; emēdant. Ideo Ecclesiast. 30. dicitur: Miserere aīæ tuæ placens Deo. Et Christus Matt. 16. Quid pdest hoī, si vniuersum mundū lucrē, aīæ vero suæ detrimentū patiatur? Caritas ergo & pietas a seipsis incipiāt, & sic deriuent ad alios. Deniq; sicut in prophetis per ficum, vineā, & oliuā designat̄ multoties synagoga, ita in nouo testamēto per eadē significat̄ ecclesia. Vnde & ista de synagoga possunt intelligi, quæ p̄sertim post Christi aduentum cessauit florere ac fructificare, cœpitq; tunc cōtra Chr̄m mentiri, blasphemare, & fallere. Nā & per ficū, cui Chr̄s ante maledixit, ita q; aruit, figurabatur tunc synagoga infertilis. [Abcidetur de ouili pecus.] O uile est ecclesia, de qua pecus abciditur, qm̄ per negligentiam propriam vel pastoris subditus peccat atq; dānatur. Vnde om̄i prælato præcipit Salomon Prou. 27. Diligenter agnosce vultū pecoris tui, tuosq; greges cōsidera. [et non erit armentū in præsepibus] i. multitudo credentiū Christi pascuis nō vescetur, spūalia alimēta & ecclesiæ sacramenta debite exquirendos sed spiritalibus præponet tēporalia atq; carnalia, sicut (proh dolor) iam videmus. His itaq; sic pereūtibus, quilibet electus dicere potest: [Ego aut̄ in dño gaudebo] eius bonitatem & beneficia contemplando, eumq; in omnibus diligendo ac venerando, & [ponet pedes meos quasi ceruorum] i. expeditos charitatis affectus, ac feruida sancti amoris desideria mihi præstabit, quibus non solum ambulem, sed insuper curram viam mandatorum cælestium, hostibusq; salutis meæ præualeam. Hoc conuenit cuilibet idoneo pugnatore ac militi Christi, qui cū Psalmista dicere potest de Deo: Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum. Cæterorum moralitas seu mysticus intellectus, euident̄ est ex præinductis. In solo igitur domino sit amor, fortitudo, spes, & gaudium nostrum, qui est sup̄ om̄ia Deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Enarrationum in Abacuc prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHYSIANI IN SOPHONIAM PROPHE TAM ENARRATIO.

¶ Elucidatio literalis I. cap. Verbum dñi quod factum est &c. Artic. I.



Ophonias S. Dei propheta, cuius nunc elucidanda est prophetia, de prophetali genere ortus est, & non solum habuit patrē prophetam, sed & auus, proauus, atauusq; ipsius, prophetae fuerunt, siquidem omnes isti in serie tituli libri sui ponuntur. Et dicunt (vt Hieronymus refert) Hebræi, q; cuiuscunq; prophetae pater vel auus collocatur in titulo, ipsos quoq; fuisse prophetas. Itaque Sophonias gloriosa maiorum suorum stirpe progenitus est. Loquens ergo propheta de seipso quasi de alio, ita exorsus est: [Verbum domini] id est, prophetica reuelatio seu visio prophetalis, [quod factum est] a Deo mediante angelico ministerio, vel locutione

etone interiori duntaxat, vel etiā exteriori. [ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliz, filij Amariæ, filij Ezechiaz] prophetarum, vt dictum est, quorum non sunt prophetiæ descriptæ. [In diebus Iosiaz] sancti ac religiosissimi regis [filij Amon regis Iuda] i. duarum tribuum, s. Iuda & Benjamin, quæ nomine Iudæ communiter exprimuntur. Porro, sub hoc rege Iuda orsus est etiam Hieremias propheta. Fuit quoque sub eodem rege prophetissa *Oldam in Hierusalem prophetans ac habitans, quemadmodum 4. Reg. 22. & 2. libro Paral. 34. conscribitur. Consequenter verbum prophetiæ denunciationis narratur. [Congregans congregabo] id est, simul auferam [omnia a facie] id est, superficie [terræ] regni Iuda. [dicit dominus] Quæ autem sint omnia ista sic auferenda, subiungitur: [congregans hominem & pecus] id est, homines & iumenta. Ponit enim singulare pro plurali. [congregans volatilia cæli] i. aerei, vt pote aues, [et pisces maris] id est, aquarum regni Iudæ. Propter hominum em̄ peccata, etiam bruta nonnunquam caduntur in maiorem hominum pœnam, quorum erant possessio: nam propter hominem facta sunt bruta. Hinc Deus interdum iussit & bruta cum hominibus periri. Septuaginta clarius transtulerunt, dicendo: Defecione deficiat a facie terræ, dicit dominus, deficiat homo & iumentum. Congregatio insuper hæc facta est post mortem Iosiaz sub filijs eius, egredientibus atq; vastantibus terram Iuda Aegyptijs & Chaldæis, vt legitur in libris Regum ac Paralipomenon. a Chaldæis tamen præcipue facta est, qui templum & Hierusalem subuertentes, homines partim occiderunt, partim in Babyloniā transtulerunt. Nec dubium, quin & iumenta ad libitum tractauerunt. Porro, quod dominus ait omnia auferenda, non est intelligendum, quod penitus nemo in Iudæa mansit de populo Iudæ, saltem vsq; ad illud tempus, quo cum Ioanna principe & Hieremia propheta Aegyptum ingressi sunt: Veruntamen ille eorum a Iudæa recessus, non fuit a Deo, nisi permissiue, quoniam Hieremias, Deo inspirante, recessum illum disuasit, prout in Hieremia plenius continetur: Sed quia a Chaldæis pauci, comparatiue loquendo, relictī sint in Iudæa. Quod autem modicum est, pro nihilo reputatur, sicut de aliquo paupere dicitur: Nihil habet, quum vestem habeat, cibum & aliquem nummum. Postremo pensandum, quod non eodem modo a terra Iuda defecerunt hæc omnia, homines namque & iumenta, præsertim domestica, ceperunt Chaldæi, & ad placitum de ipsis disposuerunt: aues vero & pisces vel omnino, vel pro maxima parte sublatis sunt, eo modo, quo vrbibus, villis, hominibusq; vastatis, raritas horum concomitari est solita. [et ruinae impiorum erunt] id est, iniustus populus Iudæ diuersis pestibus cadet, scilicet gladio, fame &c. quemadmodum Hieremias testatur: Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladiis & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. [et disperdam homines] regni Iudæ, [a facie terræ, dicit dominus] per Aegyptios & Chaldæos modo prætracto, iuxta illud 4. Regum 25. Translatus est Iuda de terra sua. Sic ergo congregatio præinducta in malo accipitur, eo modo, quo spoliator intra marsupia sua congregat hostium spolia, sicut & Abacuc primo præhabuit est: Totum congregauit in rete suam. [Et extendam manum meam] nō ad protegendum, sed percutiendum, id est, potestatem meam exercebo. [super Iudam & super omnes habitantes Hierusalem.] omnes (vel pene omnes) tradendo manibus aduersariorum suorum. quidam enim euaserunt, sicut ex libro Hieremiæ probatur. [et disperdam de loco hoc] regni Iudæ, [reliquias Baal] i. populum residuum Baal colētem, vel idololatriæ cultum. Veruntamen sub Iosia rege cessauerūt Iudæi ab idololatriæ cultura, sicut 2. Paral. & 4. Regum lib. copiose describitur, quanq̄ aliqui videant̄ oppositum dicere. Vnde 2. Paralip. 34. inter cætera dicit: Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorū Israel, & fecit oēs qui residui erant in Israel, seruire dño Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius nō recesserūt a dño Deo patrū suorū. [et nomina ædituorū cum sacerdotibus] i. ipsos ædituos, puta custodes locorum idololatriæ, qui dicunt̄ æditui, quasi ædem tuētes, quorū quidam forte sacerdotes idolorum fuerunt. Vnde LXX. transtulerunt: Auferam nomina sacerdotum cum sacerdotibus, s. tam eos qui loca custodiebant, q̄ eos qui hoc non facientes sacrificabant. [et eos qui adorāt super tecta militiam cæli] i. sidera & planetas. Ascenderunt em̄ Iudæi super tecta domorū, qm̄ plana erāt, vt illic clarius contemplarent, colerentq; deuotius luminaria cæli, sicut in Hieremia & Ezechiele plenius recitat̄. [et adorant, & iurant in dño, & iurant in Melchom] idolo Ammonitarū, vt dicit 4. Reg. 23. Simul em̄ colebant Deum verum & idola, & per vtraq; iurauerunt, sicut de Samaritanis scriptum est 4. Reg. 17. [et qui auertuntur de post tergū dñi] i. qui legē Dei transgressi sunt, & spreto summo atq; incōmutabili Deo, falsis dijs ac vanitatibus adhæserunt. [et qui nō quæsierunt dñm, nec inuestigauerūt eum] a prophetis, & in sacris scripturis, vel p̄ orationes deuotas, & cum diligentia cordis. Non est hoc accipiendū q̄si in diuinitatis natura sit tergū, vel corporale quod membrum vere, sed tātum metaphorice. Quemadmodum & Ezechias: Proiecisti, inquit, post tergum tuum omnia peccata mea. Et Mosi loquitur dñs Exo. 33. Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre nō poteris. Vnde

Hier. 43.

Esaiæ 38

Vnde per tergū & posteriora Dei intelligitur ipse Deus, vt cognoscibilis à viatoribus in vita præfenti, in qua non nisi per speculum in ænigmate, i. obscure & imperfecte cognoscitur. [Silete à facie dñi Dei] i. o peruersi Iudæi, præ cōfusione obmutescite, nec cōtra diuinam iustitiam murmuretis. [q̄a iuxta est dies dñi] i. tēpus iustæ vitioris, quam Deus per Chaldæos vobis inducet. Quauis autē omne tempus sit Dei, qui solus est tēporum dñs, illud tamē specialiter dicitur tempus eius, quo aliquid speciale atq; notabile fecit. Vnde Ioan. 7. de Christo habetur: Nondū venit hora eius, cum tamen eius sit ois hora. [quia præparauit dñs hostiam] i. populum Iudææ decreuit offerre Chaldæis ad occidendum. Vnde Ezech. 39. aubus clamat: Venite ad hostiam, quam ego immolo vobis. [sanctificauit electos suos] i. Chaldæos deputauit ad executionē suæ iustitiæ contra Iudæos. Vnde Hieremias locutus est 12. Cōgrega eos, sicut gregem ad victimam, sanctifica eos in die interfectionis eorum. Simili modo de Perlis ac Medis contra Chaldæos, Deo disponente, venientibus, dñs ait Esai. 13. Ego mandauit sanctificatis meis. [Et erit] i. fiet quod subditur, [in die hostiæ dñi] i. tempore occisionis iam dictæ, quando Iudæi hostibus ad occidendum à Deo tradentur. [visitabo super principes, & super filios regis] i. iustam pœnam eis infligam. Filij enim Iosæ regis vel capri vel occisi fuerunt, rex quoq; Babylonis occidit filios Sedechiæ regis in oculis eius, & principes regum istorum simul cum ipsis vastati fuerunt, sicut 4. Regum libro narratur. [Et super oēs, qui induti sunt veste peregrina] i. vestibus vanis, irreligijs, atq; insolitis, vel idolorum cultui dedicatis. Vnde LXX. transtulerunt: Vestibus alienis. Et Iohel. 2. habetur: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. [Et visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa] i. superbos, qui cum tumore animi & animoso incessu introeūt in templum vel domum, de quibus dictum est ab Amos: Væ qui opulenti estis in Sion, ingredienti-tes pompaticè domum Israël, [qui complent domum dñi Dei sui] i. templum Hierusalem à Salomone constructum. [iniquitate & dolo] loquendo ibidem fallaciter, & secularia tractantes negocia, atq; ibidem corde superbo, auaro, & libidinoso coram Deo iudice stantes. Sic enim in templo secundo, de quo Christus eiecit ementes atq; vendentes, ita in templo primo Deum multipliciter offenderunt. [Et erit in die illa, dicit dominus] Vox clamoris] i. lamentatio magna [à porta piscium, & vlulatus à Secunda] i. à porta sic dicta, quæ erat in secundo muro Hierusalem, quam Salomon clausit triplici clausura. Porro de porta piscium habetur in libro Esdræ, quis ædificauerit eam. De Secunda autem scriptum est 4. Regum, & 2. Paralip. q̄ in ea habitauit Oida prophetissa. [Et conritio magna à collibus] id est, eminentioribus locis Hierusalem, scilicet à templo & arce. Per ista insinuat, q̄ tota ciuitas replenda esset calamitate, occisione, atq; doloribus. [Vlulate habitatores pilæ.] Secundum Hieronymum, pila hic sumitur pro vase concauo, in quo frumenta tunduntur, quo significatur habitatores vallis Siloe, quæ nomine pilæ signatur, quoniam sicut frumeta tunduntur feriente desuper veste, ita à locis eminentioribus Hierusalem nunc prædictis descendit aduersariorum exercitus in habitatores vallis huius Hierusalem, eosq; velut frumenta percussit. [Conticuit omnis populus Chanaan] i. populus Iudæorum, sequens mores, peccata & idololatriam Chanæorum, Chaldæorum timore prostratus, reclamare ausus non fuit, sicut Hieremias ait Thren. 2. Conticuerunt senes Hierusalem, proiecerunt in terram capita sua. Hinc Ezechiel. 16. huic populo dicitur: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cerhæa. In Daniele quoq; impio Iudæo improperatur: Semen Chanaan, & non Iuda. [disperierūt oēs inuoluti argento] i. diuites vestimenta, utensilia, & cætera argento ornantes. [Et erit, in tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis] i. habitatores Hierusalem faciam à Chaldæis inquiri, cum candelis & luminaribus in locis absconditis. Sic enim & Iosephus refert, q̄ aduersarij extraxerunt Iudæos de cloacis, spelūcis, antris atq; sepulchris, in quibus se absconderunt etiam maiores de populo. Vnde & Esaias 42. prædixit: In domib⁹ carceris absconditi sunt. [Et visitabo super viros defixos in fœcibus suis] i. carnalibus concupiscentijs ceterisq; turpissimis vitijs. [Qui dicunt in cordibus suis: Non faciet dominus bene, & non faciet male] i. qui diuinam prouidentiam negauerunt, asserentes omnia fortuito euenire, & nec pœnas pro peccatis, nec præmia pro virtuosius operibus à Deo rependi. De quibus & Ezechiel. 9. legitur: Dixerunt: Dereliquit dominus terram, & dominus nos non videt. Itēq; in Psalmo 72. Dixerunt, Quomodo scit Deus? & si est scientia in excelsis? [Et erit fortitudo eorum in direptionem] i. à Chaldæis superabuntur, [et domus eorum in desertum] i. in solitudinem redigentur ciuitates & domus Iudæorum. [Et ædificabunt domos] ante captiuitatem præfatam. [et non inhabitabunt] eas diu, quia Chaldæi superuenient eis. Simili modo [et plantabunt vineas, & non bibent vinum earum,] cuius ratio subditur, [iuxta est dies domini magnus] i. tempus grauissimæ vitioris. [iuxta est & velox nimis] id est, de proximo imminet, statim em̄ post mortem Iosæ regis, cœpit tribulatio filioꝝ eius ac populi. [Vox diei dñi amara] i. voces quas prædicto tempore dabunt vlulantes Iudæi, erunt lachrymosæ atq; acerbæ

Amos 6.

Ioan. 2.

Dani. 13.

acerbæ, [tribulabitur ibi fortis] i. quilibet quantūcūq; robustus, à Chaldæis deprehensus. [dies iræ] i. diuinæ, rigorosæ, ac iustæ vindictæ, [dies illa dies tribulationis] corporalis, [et angustia] interioris, [dies calamitatis & miseræ, dies tenebrarum & caliginis] i. maximarum aduersitatum, [dies nebulae & turbinis, dies tubæ & clangoris,] quantum ad Chaldæos, qui cū tubis aggrediebantur & deterrebant Iudæos, [super ciuitates munitas] regni Iudææ, [et super angulos excelsos,] videlicet fortalitia & turres eiusdē. Hoc est, dies ista tam dira pœnosaq; erit habitatoribus vrbiū munitæ ac turrium nunc prædictæ, vt verbis explicari non queat, sicut de hoc Hieremias multa scribit in Threnis seu lamentationibus suis, inter cætera dicens: O vos oēs qui trāsitis per viā, attēdite si est dolor similis, sicut dolor meus. [Et tribulabo hoies,] de quibus nunc dictū est, [et ambulabunt vt cæci] præ desperatione & multitudine afflictionū, quid agere debeant ignorantes. [quia dño peccauerūt.] Frequēter in prophetis ponit tēpus præteritū pro præfenti vel futuro, & mutatur persona loquentis, ita q̄ sæpius dñs loquit de seipso quasi de alio: sicut & nūc, cum dixisset, tribulabo hoies, adiunxit, quasi de alio loquēs, quia dño peccauerūt. [Et effundet sanguis eorū sicut humus] i. copiose omnino & quasi pro nihilo reputabit eorū occiso, sicut electio terræ. [et corpora eorū sicut stercora] i. sepultura reputabunt indigna, præsertim cum de Ioachim rege prædixerit Hieremias: Sepultura asini sepelietur. [sed & argentū eorū & aurum eorū non poterit liberare eos in die iræ dñi,] q̄a Chaldæi pro nullo precio voluerunt eos dimittere, p̄sertim in sine vastitatis sub Sedechia. [In igne zeli eius] i. vehemēti zelo iustitiæ Dei, vel in furore zeli Chaldæorum, eis diuinitus inspirato contra Iudæos. [deuorabit ois terrā] i. habitatores Iudææ tollentur ab ea. [quia consummationem] i. maximam oppressionem, [cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram] Iudææ, de qua nunc sermo. Qm̄ litera plana & facilis est, immorandum non æstimauit, sed ad moralitatem pergendum. Quidam autem exponunt prædicta saltem pro parte de captiuitate & oppressionē Iudæorum à Romanis. Et quauis textus ad hoc valeat applicari, præhabita tamen expositio literalior reputatur.

¶ Mystica expositio eiusdem capituli I. Artic. II.
Verbum dñi, quod factū est ad Sophoniā. Per Sophoniā, qui interpretatur specula vel arcanū, intelligit homo cōtemporaneus, vel quicūq; dignus idoneusq; prælatus, qui in contēplationis seu prælationis sublimitate cōsistens, vita atq; scientia alijs tanq̄ speculum lucet, & subditis inspiciendus ac imitandus proponitur, qui etiam est tanq̄ arcanum quoddam vas sapientiæ & illustrationis diuinæ, ingressus in sanctuarium Dei & in potētias eius, ita vt dicere possit ad dñm: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Vnde au dire merei à Chrō, quod audierunt eius discipuli Vobis datū est nosse mysteriū regni Dei. Talis debet esse prælatus & pastor, immo & quilibet religiosus, vt impleat illud Apostolici Eō exemplū fidelium in verbo, in cōuersatione, in charitate. Deniq; ad talē sit verbū dñi, qm̄ dono gratiæ dignus effectus est, vt vnctio spūs sancti doceat & dirigat eum in omnibus, sicut ait Apostolus: Dabit tibi dñs de omnibus intellectum. Eteñ habenti dabit, & abundabit, vt dicat cum S. David: Benedicā dñm, q̄ tribuit mihi intellectu. Et denuo: Deus docuisti me à iuuetute mea & vsq; nunc. [Congregans congregabo oia à facie terræ, dicit dñs, cōgregans hoīem & pecus, volatile cæli & pisces maris,] quis hoc possit referri ad diem iudicij, qm̄ vniuersa animantia, rationalia & irrationalia in terra, aere, mariq; viuētia, morientur, & congregatim tollent de locis suis, iuxta illud Esaiæ 24. Ecce dñs iudicabit terrā & dissipabit eam, & affliget faciem eius, & disperdet habitatores eius. Tunc insuper omnes terreni & reprobi & pecora, i. bestialē vitam ducentes, vt luxuriosi, & volatilia cæli, puta vani, superbi, curiosi atq; instabiles, & pisces maris, videlicet cupidi in seculo isto tanq̄ in mari magno discurrentes, vt temporalia colligant, congregabunt congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur in carcere, haud dubium, quin infernali. Vnde & Christus in Euangelio: Alligante ea in fasciculos, & mittite in ignem æternum. Nihilominus istud accipi potest de quolibet huius mundi vitioso ac misero amatore, qui nomine terrę exprimitur, à quo dñs auferet ea quæ ei concessit, & pro negligentia, abusione, & ingratitude damnabit eundē. [Et ruina impiorum erunt.] Impius enim quotiescūq; peccat, cadit, cum peccatum sit defectus & casus à summo bono, immo & nihil. Propter quod Salomon dicit: In impietate sua corruet impius. Itaq; quo peccator se amplius erigit contra iustitiam, contra veritatem, contra Deum, eo miserabilius atq; profundius cadit, & coram Deo quasi nihil efficitur, oīēq; spiritali esse & sensu priuatur, ita vt lapsum calamitatemq; animæ suæ non sentiat, nec perpendat, donec de ruina culpæ damnatus incidat iustam voraginem pœnæ, corruens in infernum. [Et disperdet dominus homines de terra.] Oēs enim morimur, & quasi aqua dilabimur. Specialiter autē iniquos & impenitentes dñs disperdet de terra, quia frequenter in hac vita ante tempus, & ante naturalis periodi terminū Deus, exigentibus eorum peccatis, punit & perimit eos atq; condemnat, iuxta illud Iob: Semitam seculorum calcauerunt viri ini-

Thren. 13.

Hier. 22.

2. Par. 30.

Psal. 7.

& 50.

Matt. 13.

Lucæ 8.

1. Tim. 4.

2. Tim. 2.

Mat. 18.

Psal. 15.

& 70.

Matt. 13.

Prou. 1.

2. Re. 14.

Iob 22.

V qui,

qui, qui ante tēpus suum sublaci sunt. [Et extendā manū meā super Iudāji, etiam eos, qui ore confitent, & credunt fide saltē informi, iuste redarguam & plagabo, Iudas nempe interpretatur confessio, quo designantur hic hi, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant, quales præcipue sunt clerici vani, atq; inanes ministri ecclesiæ. Vnde Petrus in prima sua scribit epistolâ Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. De quibus loquitur Deus: Populus iste labijs me honorat, cor aut̄ eorum longe est à me. Ideo subditur, [et super oēs habitatores Hierusalē]i, prælatos ecclesiæ, speciales ecclesię incolas, qui quotidie ingrediuntur limen ecclesiæ anima vitiosa, & non se in ipsa ecclesia ad Deum & orationem extendunt, sed confabulationibus vacant, facientes de domo orationis domum confabulationis. [Et disperdam de loco hoc]i, de ipsa ecclesia, [reliquias Baal]i, mundanæ gloriæ & temporalis excellentiæ, vel ecclesiasticæ dignitatis appetitores. Baal quippe, superior vel in sublimioribus interpretatur. Hi sunt qui laudem humanam & gloriam suam magis quærunt q̄ Dei, hominibus plus q̄ Deo optantes placere, qui ista terrena vanissima super gloriosissimo Deo mente excæcata præponunt. [Et nomina ædituorum cum sacerdotibus]i, sacrorū locorum custodes, & sacerdotes sacerdotiliter non viuentes, quorum vita à seculariū vita non discrepat, iuxta quod Osee prædixit: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Vnde Hierem. 11. loquit̄ dñs: Quid est, q̄ dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Et Ezechiel. 9. A sanctuarii, inquit, meo incipite percutere. [Et qui super tecta adorant militiam celi]i, qui altitudini sui ingenij innitentes, & in propria sapientia se quasi in alto figentes, inuestigationi celestium creaturarum magis q̄ salubri noticię creatoris insudant, ita vt creata potius q̄ creatorem colere videantur. Contra quod dicitur Eccle. 5. Altiora te ne quæseris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. [Et adorant & iurant in dño, & iurant in Melchon]i, qui non toto & integro corde Deo adhærent, volentes simul placere Deo & seculo, non pensantes quod scriptum est: Nemo potest duobus dominis seruire. Melchon nempe interpretatur rex eorum, sicq; per iurates in dño & in Melchon, intelligunt̄ fideles, qui principibus terræ contra ordinē æquiritatis expetūt cōplacere, de quibus Osee testat̄: In malitia sua lætificauerunt regem. Et denuo: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Tota itaq; mente Deum verū colamus, vt ipse sit nobis causa & ratio amandi, timendi, & honorandi, quicquid præter eum amamus, timemus, & honoramus. Sic nanq; implebimus illud Deuter. 6. Dñm Deum tuum timebis, & ipsi soli seruias, ac per nomen eius iurabis. [Et q̄ auertunt de post tergū dñi, & qui non exquisierunt eum.] Isti sunt qui mentē suā à Deo auertūt, & voluntati diuinæ ppriam præferunt, & vniuersis creatoris sui beneficijs ingrati esse non erubescūt, qui Deo tanto maiorem irreuerentiā iniuriarūq; impendunt, quāto ipse rebus creatis, carnalibus & terrenis, quæ sibi peccator prælegit, extat præstantior, & quanto plura ab ipso bona recepimus, & quanto iustius est eum cunctis præferri. Ideo scriptū est: Maledicti qui declinant à mādatis tuis. Et rursus: Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis. De talibus loquitur dñs Hierem. 2. Verterunt ad me dorsum, & non faciem. Isti æquissimo Dei iudicio merentur damnationem æternam. [Silete à facie dñi]i, ex consideratione diuinæ præsentia omnia intuentis ac iudicantis metuite, atq; à verbis præsumptuosis & incautis cessate, [quia iuxta est dies dñi]i, tempus, quo nos visitabit & iudicabit, s. hora mortis & particularis iudicij, vel etiam iudicij finalis ac generalis, quod cōparatione durationis futuri seculi, propinquū est valde. [quia præparauit dñs hostiam]i, reprobos dānationi & spiritali æternæ occisioni dare disposuit, [sanctificauit vocatos suos,] i. reprobos, quem admodum ad Romanos scribit Apostolus: Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Potest quoq; per diem dñi, tempus gratiæ, & per hostiam à Deo paratam, sacramentum altaris intelligi, cui cum omni reuerentia, seruiore & quiete mentali obuiare debemus. [Et erit in die hostiæ domini]i, i. in extremo iudicio seu omni tempore vltionis diuinæ, vel quotidie, quando hostia sacra altaris Deo offertur. [visitabo super principes & super filios regis]i, elatos seculi dominatores eorumq; posteros, magnates & nobiles, qui de sua nobilitate, potentia, opulencia, fama & gloria iactant seipfos & inaniter gaudent, & subditos opprimunt, non iuste gubernant, alios quoq; contemunt, isti in die iudicij simul peribunt, immo quotidie grauissime (quod ipsi non sentiunt) visitantur, dum à Deo iuste relinquuntur. Itaq; q̄ indefinenter peccatis peccata adiiciunt, animas suas dilaniant, dæmonibus obsequuntur, & iram Dei sibi miserabiliter thesaurizant, Deniq; cōmuniter in scripturis cōminatur dominus principib⁹ ac prælati. Vnde Esaias asserit: Visitabit dominus sup militiā celi, & sup principes terræ. Propterea in lib. Sapientię ait scriptura: Præbete aures vos, qui continetis multitudines, qm̄ data est vobis à Deo potestas, q̄ interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur qm̄ iudiciū durissimum in his, qui præ sunt, fiet. Hinc in Hieremia dominus loquitur: Non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis. [Et super omnes qui induti sunt veste peregrina,] Hoc verbo reprobantur à Deo, qui in vestibus superstitio-

Tici 1.
1. Petr. 4.
Esai. 29.

Phili. 3.

Osee 4.

Matt. 6.
Lucæ 6.

Osee 7.
& 10.

Psal. 112.
Ibidem.

Roma. 8.

Roma. 2.
Esaiæ 42.

Sapient. 6.

Hier. 9.

si sunt, & varias nouitates vanosq; ornatus confingunt. Item, qui animæ indumenta negligētes (de quib⁹ dicit Apostolus: Induite viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam) induunt vestimēta diaboli, passionēs & vitia. [et super oēm qui arroganter ingreditur.] Quid em̄ superbit terra & cinis? Immo odibilis Deo & hominibus est superbia, Ideo in Prouerb. libro legitur: Abominatio est dño omnis arrogans. [qui complet domū Dei sui iniquitate & dolo.] Hi sunt sacerdotes & clerici, qui in ecclesia opus Dei faciunt fraudulentē, & horas imperfecte curiosēq; persoluunt, qui oculis vagi & sensibus incustoditi, menteq; vani ac garruli, alijs malū præbent exemplum. Quod & de vulgo accipi potest, s. his, qui diuino officio indeuote & irreuerenter assistunt, & præsertim de his, qui in templo Dei sacrisve locis secularia atq; illicita tractant, emunt, vendunt, vel mulieres aspicunt. Horū damnatio iusta est. [Et erit in die illa, dicit dñs,] puta in die iudicij, [vox clamoris à porta piscium]i, afflictiō sensuum exteriorūq; qui curiositati frequenter deseruiunt, & in scripturis nomine piscium quosdam aliquando designantur, [et vlulatus à Secunda]i, tribulatio quantum ad sensus interiores. [et contritio magna à collibus]i, grandis calamitas superiorum virium animæ, intellectus & voluntatis. Tunc enim damnandi in omnibus corporis membris & animæ viribus punientur, tribulabuntur, & vlulabunt, iuxta illud Sapient. 5. Videntes, turbabuntur timore horribili, præ angustia spiritus gementes. [Vlulate habitatores pilæ.] Per pilam (quæ, sicut prædictum est, vas quoddam est, quo grana tundunt) hoc loco intelligi potest caro nostra mortalis, de qua dicit Apostolus 1. Theſ. 4. Sciat vnusquisq; possidere vas suū in sanctificatione, quæ nūc diuersis tribulationibus est subiecta. Huius pilæ habitatores proprie appellant, qui carnē suā non spūaliter, sed carnaliter diligūt, curam carnis in desiderijs persequentes, atq; in carne carnaliter conuersantes. Istis nunc fledum est poenitentia: lachrymis. Quod nisi peregerint, in die iudicij sui vlulabūt. Qui aut̄ carnem spiritui subdunt, dicuntur non esse in carne. Vnde Roma. 8. dicit Apostolus: Qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Vos aut̄, inquit, in carne nō estis, sed in spiritu. Insuper omnibus nobis in hac lachrymarū valle mortalit̄ carne (quæ per pilam intelligi potest) morantibus fledum est atq; gemendū pro proprijs ac aliorum peccatis, pro patriæ dilatione ex fame & siti iustitiæ, ex Christi compassione. [Conticuit]i, Deo in die iudicij respondere non poterit, & in vita præsentī à laudibus Dei obmutuit, [omnis populus Chanaan]i, i. plebs omnis instabilis, quæ omni vento doctrinæ & impetu passionum circumfertur, varijsq; cogitationibus atq; affectibus contra iustitiam agitatur. Propter quod 1. Regum 2. habetur: Impij in tenebris conticescent. Chanaan equidē interpretatur cōmotio. Ideo 1. Corin. 15. hortatur Apostolus: Fratres mei, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere dñi semper, scientes q̄ labor vester non est inanis in dño. Hinc Christus hoīem verbis Dei non obediētē, comparat viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, cuius ruina facta est magna. [Disperierunt omnes inuoluti argento,] videlicet diuites seculi huius & cupidi. Omnium quippe malorum radix est cupiditas, teste Apostolo: qui auaritiā quoq; idololatriam vocat Col. 3. Et 1. Timoth. 6. contestatur: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Eapropter scriptum est Baruch 5. Vbi sunt qui thesaurizant argentum & aurum, & non est finis possessionis eorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, viam autem disciplinæ ignorauerunt. [Et erit in tempore illo] iudicij generalis & etiam particularis, [scrutabor] i. ego vnigenitus Dei Iesus Christus, qui sum iudex & testis, cui pater dedit omne iudicium, [Hierusalem]i, ecclesiam animarūq; credentem [in lucernis]i, in libris conscientia, de quibus in Daniele & Apoca. scriptum est: Aperti sunt libri. Vel in lucernis, i. lumine veritatis & sacra scripturæ sermonibus examinabo opera eius. Nihil em̄ opertū, quod non reuelabitur: & cum venerit dñs, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Potest quoq; interpretari in bono, vt in præsentī Deus electorum suorum vitam dicatur in lucernis scrutari, qm̄ per prælatos ac iudices, sapientes ac virtuosos (qui sunt lucernæ lucentes & ardentes) examinat, castigat, atq; emēdat subiectos: vel certe dum vni cuiq; dat gratiam illustrationis supernæ, qua seipsum digne examinat, iudicat, corrigit & gubernat. [et visitabo super viros defixos in facibus suis,] qm̄ mentē suam ad superna non eleuant, sed concupiscentijs turpissimis obtenebrati, indurantur in vitijs. [qui dicunt: Non faciet dñs bene, & non faciet male]i, diuinam providentiam negant, vel formaliter & directe, vel æquiualeter & indirecte quia sic viuunt, quasi non esset Deus humanorū ætium iudex, dū sine timore perpetrant mala, nec metuendū Dei pensant iudiciū. Propter qd̄ fides eorum mortua perhibet, non em̄ habet huiusmodi fidē, de qua scribit Apostolus Ioan. Hæc est vis fides quæ vincit mundū, fides nostra. Et Marci 16. dicitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. [Et erit fortitudo eorum in direptionem]i, i. hostibus suis tradentur torquendi, & nunc dæmonum prædæ sunt, & ab inferno deglutientur. [et domus eorum in desertum,] quia corda eorum deserentur à Deo, atq; æternæ obliuioni tradentur. Hæc enim sunt

Colo. 3.

Ecc. 10.
Prou. 16.

Hier. 48

Roma. 3.

Matt. 7.

Ephes. 5.

Ioann. 5.

Dani. 7.

Apo. 20.

Lucæ 12

1. Cor. 4

Ecc. 8.

1. Ioan. 5

domus siue cubilia, de quibus catur: In cubilibus vestris cōpungimini. Vel per domus cor
 pora designantur, quæ post mortē in puluere redigantur. [Et edificabūt domus, & non inha
 bitabunt; & plantabunt vineas, & nō bibent vinū earū.] Reprobi quippe & sapientes huius
 mūdi, in quib⁹ dominat prudētia carnis, q̄ mors animæ est secundū Apostolū, nūc colligūt
 sibi terrena & cōstruunt, quasi diu victuri, & frequēter dū nō suspiciant, tollunt de medio,
 nec vti suis diuitijs permittunt. Secundū qd̄ diuiti, qui dicebat: Aīa habes reposita multa bo
 na in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, diuinit⁹ respondei. Luca 12. Stulte,
 hac nocte aiā tuā repetunt à te: quæ aut̄ parasti, cuius erunt? Hinc ait Psal. 38. Veruntamen
 in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur: Theaurizat, & ignorat cui congrega
 bit ea. [Iuxta est dies dñi magnus & velox nimis.] non mirum est hoc de die nouissimo
 dici, cum Ioan. in prima sua ferat canonicat Nouissima hora est. Et Paulus: Nos, inquit, su
 mus, in quos fines seculorum deuenerunt. Item q̄: Adhuc modicum, & qui venturus est, ve
 niet. [Vox diei dñi amara.] Nōne dānandis amarissima erit vox illa? Surgite mortui, venite
 ad iudiciū? Et iste maledicti in ignem æternū: [Tribulabitur ibi fortis] i. potentes sua po
 tentia abutentes, qui vere infirmi sunt, qm̄ diabolo, mundo, & suæ carni succumbunt atque
 deseruiunt. Veruntamen potentes Deus non abiicit, cum ipse sit potens, dummodo viribus
 sibi concessis iuste vtantur. [Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamita
 tis & miseria, dies tenebrarum & caliginis,] de quo ait Psal. Nubes & caligo in circuitu eius,
 [dies nebula & turbis,] secundum illud in Psalmo 49. Ignis in conspectu eius exardescet,
 & in circuitu eius tempestas valida. [dies tubæ & clangoris.] dicit em̄ Apostolus 1. Theſ. 4.
 Qm̄ ipse dñs in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de celo. Et iterum: In
 momento, in ictu oculi, in nouissima tuba resurgemus. Canet enim tuba. [Super ciuitates
 munitas] i. congregationes bonis huius mundi vallatas. [& angulos excelsos] i. superiores,
 ad quos velut ad angulos confugiunt alij. Hæc omnia de die iudicij conuenientissime intel
 liguntur, cuius tribulatio tanto maior erit super iniquos præ omnibus tribulationibus vi
 tæ præsentis, quāto veritas præcedit figurā & claritas vmbra, ita vt S. Iob orei: Quis mihi
 tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertransseat furor tuus, & consti
 tuas mihi in quo recorderis mei? Veruntamen dies illa erit electis iucunda, quemad
 modum in euāgelio ait saluator: His autem fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia ap
 propinquabit redemptio vestra. [Et tribulabo homines,] qui sensualitatem sectati sunt, sic
 ut illi, quibus 1. ad Corinth. 3. ait Apostolus: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne car
 nales estis, & secundum hominem ambulatis? [& ambulabūt vt cæci] i. gratiæ claritate pri
 uati, sicq̄ peruersi in infernum descendunt. [& effundetur sanguis eorum] i. vita ipsorū da
 mnabitur. Solet enim per sanguinem in scripturis vita designari, iuxta illud Ezechielis: Si
 non annunciaueris impio, vt reuertatur à via sua mala, sanguinem eius de manu tua requi
 ram. [& corpora eorum sicut sterora] in tartarum [diffundentur. Sed & argentum eorum
 & aurum eorum non poterit liberare eos.] Per argentum intelligi potest secularis vel philo
 sophica scientia, per aurum sapientia theologialis. Et certum est, q̄ in die iudicij vanis &
 tumidis ista non proderunt, sed oberunt magis. Scienti enim bonum & non facienti, pecca
 tum est illi. Vnde & Esaiæ 47. scriptum est: Sapientia & scientia tua decepta te. Et ibidem 5.
 Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Similiter exteriores diuitiæ tunc iuuare non pote
 runt, iuxta illud Iob: Diues cum dormierit, nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi
 aqua in opia. [In igne enim zeli domini deuorabit omnis terra] id est, omnis terrenus atque
 carnalis in feruore diuinæ iustitiæ tunc peribit, [quia consummationem] id est, omnimo
 dam & finalem damnationem, [cum festinatione faciet cunctis habitātibus terram,] quo
 rum conuersatio non est in cælis, sed temporalibus magis q̄ æternis inhærent. De quibus lo
 quitur Hieremias: Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedētes à te, in ter
 ra scribentur. Ecce quā fructuosus & pulcher est mysticus huius capituli intellectus. ¶ Po
 stremo circa illud quod dictum est, Disperierunt omnes inuoluti argento, ait beatus Hie
 ronymus: Neq̄ putandum est, eos solos periisse qui argento erecti sunt, sed iuxta hanc defi
 nitionem peribit & ille, qui generis nobilitate se iactat, peribit qui inflatur dignitatibus,
 peribit qui corporis fortitudine gloriatur, peribit qui fœmineo languore mollitus comam
 nutrit, vellit pilos, cutem polit, & ad speculum comitur, quæ proprie passio & insania fœ
 minarum est.

¶ Explanatio literalis Cap. II. Conuenite, congregamini gens &c. Artic. III.

Ræcedenti capitulo denunciavit propheta Iudæorum punitionem: nunc, ne eis quod
 cōminatam est, accidat, inuitat eos ad pœnitentiam. [Conuenite] spiritualiter mente
 concordī & pari proposito, charitatis vinculo adunati. [congregamini] corporaliter in
 templo ad implorandum misericordiam Dei. [gens non amabilis] i. vos Iudæi propter pec
 cata vestra odibiles Deo, qui omnia diligit quo ad id, quod ab ipso habent & sunt per natu
 ram

ram vel gratiam, sed peruersos odit, quantū ad culpam. Vnde per Hier. ait ad populū istum
 Si Moses & Samuel steterint coram me, nō est anima mea ad populū istum. Videtur q̄q̄
 istud potius referendum ad Iudæos, qui erant post mortē Iosæ regis, q̄ ad eos qui sub Iosia
 vixerunt, quia hi dño seruierunt, & erant per actus virtutū amabiles. Itaq̄ conuenite velo
 citer, [priusq̄ pariat iussio quasi puluere pertransueat diem] i. anteq̄ ista cōmissio mi
 hi facta, qua vobis pœnas futuras prænucciāui, inducat super vos diem afflictionis præfa
 tæ, tam cito & copiose, vt puluis volans per ventum adducitur: hoc est, anteq̄ Deus, qui ius
 sit mihi hæc prophetare, ad effectum perducatur quæ dixi. Quidam asserunt hanc literam de
 curratam, & supplere aliquid oportere, sed hoc non apparet, cum expositio ista, qua nihil
 subintelligitur, plana sit, & integrum pariat sensum. [anteq̄ veniat super vos ira furoris
 domini, antequam veniat super vos ira indignationis eius] i. anteq̄ præscriptam dirissi
 mam tribulationem realiter incurrat. Qualiter autem inuariabili & supertranquillissimo
 Deo ira, furor & indignatio ascribantur, videlicet per similitudinem effectus, non per ve
 ritatem affectus seu passionis, dictum est sæpe. [Quærite dominum] per eleemosynas, ora
 tiones, pœnitentiam atq̄ ieiunia. [omnes mansueti terræ] i. qui motum iræ & impatiētiam
 refrenatis. Tales enim Deus singularius & promptius exaudire consuevit, iuxta illud in
 Psalmo 149. Exaltabit mansuetos in salutem. Et Iudith 9. Mansuetorum & humilium tibi
 semper placuit deprecatio. [qui iudicium eius estis operati] id est, recte iudicatis, & recte iu
 dicata seruastis, ac diuina præcepta implestis. [Quærite iustum] i. Deum totius iustitiæ fon
 tem, de quo legitur: Quom̄ sis iustus, omnia iuste disponis. Virtus enim tua, iustitiæ initium
 est. Itemq̄ in Psalmo 118. Iustus es dñe, & rectum iudicium tuum. Iob quoq̄ 34. Absit à Deo
 impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singu
 lorum restituet. [quærite mansuetum] i. Deum, qui longanimis est & præstabilis super ma
 litia, vt habetur Iohel. 2. Porro si mansuetudo proprie accipitur, vt est virtus moralis, pas
 sionem iræ refrenans, non conuenit Deo proprie, sed nec passio iræ, cæteraq̄ virtutes mo
 rales circa passionem versantes, sed per similitudinē actionis: quia frequēter vindictam non
 statim per modum irati infligit, sed per modum mansueti longanimiter differt. Propter
 quod ait vir sanctus: Quoniam tu domine suavis & mitis. [si quo modo abscondamini in
 die furoris domini] i. aliquo modo euadere valeatis præinducta diuinæ æquitatis flagella
 à Chaldæis infligenda. Aliqui enim iusti tempore Babylonicæ captiuitatis euaserūt, vt Hie
 remias, Baruch, Abdemelech Aethiops, de quo in Hieremia habetur, & alij quidā. Sed quia
 frequenter contingit in hac vita cum impijs simul inuolui & iustos, quod Deus propter
 eorum peccata purganda, & ampliore gratiam in præsentem eis præstandam, gloriamq̄
 maiorem in patria, nonnunquam permittit, (varie enim sunt causæ tribulationum electo
 rum hominum in hac vita) ideo ait propheta, quasi vt dubitans, si quo modo. Deniq̄ osten
 dit propheta, quasi per locum à maiori, q̄ vtiq̄ Iudæis ista aduersa euenient, quia & vrbi
 bus Philistinorum, qui pro tempore, de quo nunc sermo, fortiores erant Iudæis, Babylonij
 præualebunt, quia Gaza destructa erit, & Acalon in desertum] i. in solitudinem redigetur,
 vrbe & incolis eius defectis. [Azotum] vrbe[m] Philistinū, [in meridie eiciēt] id est, clara luce
 seu media die Babylonij destruent. [& Accaron] ciuitas [eradicabitur] à Chaldæis. Hæc fuerūt
 quatuor principales Philistinorum vrbes, per quarum demolitionē totius illius provincie
 vastitas denotatur, de qua tamen clarius subditur: [Væ] temporalis captiuitatis, immo eti
 am perpetuæ damnationis imminet vobis, [qui habitatis funiculū maris] i. Philistiæ, quo
 rum terra super mare mediterraneum sita asseritur, [gens perditorum] i. de numero repro
 borum, [verbum domini] id est, prophetica denunciatio diuinitus inspirata, venit [super
 vos Chanaan] i. populus de semine Cham filij Noe exortus, vt patet Genes. 10. [terra Philis
 tinorum] i. habitatores terræ istius. Quod autem terra Philistinorum fuerit terra Chan
 an, s. portio eius, habetur in libro Iosue. Erant autē Philistiæ idololatræ pessimi, & filijs Is
 rael vehementer molesti. [Et disperdam te ita, vt non sit inhabitator] id est, tam grauiter
 per Chaldæos vastaberis me volente, q̄ habitatores terræ tuæ deficient, vel simpliciter oēs,
 vel pene omnes, ita vt remanentes præ paucitate non reputentur. [& erit funiculus maris] i.
 i. terra Philistinorum, [requies pastorum & caulæ pecorum,] quia in ea pastores pecora pa
 scunt, & in tugurijs ponent. Destructis enim habitaculis, nascuntur gramina animalium pa
 scuis apta. [Et erit funiculus eius] i. terra ista in eorum vsum deueniet, [qui remanserint de
 domo Iudæ] i. reliquijs Iudæorum de Babylonica captiuitate redeuntium. [Ibi pascentur]
 greges eorum, & ipsi simul vescentur [in domibus Acalonis ad vesperam requiescent] id
 est, vbi aliquando fuerunt habitacula vrbs huius, ibi iam sole occidente remanebunt Iudæ
 orum pecora & pastores propter abundantiam pascuæ. [& visitabit eos dñs Deus eorum] s.
 Iudæos in Babylone. Hæc visitatio in bono accipitur, vt pote pro liberatione à captiuitate.
 Propter quod subditur: [& auerter captiuitatem eorum,] reducendo eos in terram promiss
 sionis

Hier. 15.

Sapi. 12.

Psal. 85.

Hier. 38.

Ios. 13.

tionis cū Esdra, vt legitur in lib. Esdr. Consequenter vaticinat propheta cōtra Moabitas & Ammonitas. Quēadmodū em̄ in maioribus prophetis, Esaiā, Hieremia, Ezech. consuetudinis est, vt post cōminationes propheticas ad populū Israel pertinetes, cōtra gentes ei vicinas prophetet, eo q̄ de aduersitate Israel vitiose lātata sint, vel eorū oppressioni cooperata, ita nūc Sophonias procedit. [Audiui] ego Deus vniuersa cognoscēs, itaq; audiui, i. intra me intellectuāliter, non de nouo, sed ab æterno cognoui, & nunc me id scire per effectum ostendo, propter quod audire me dico, quia per modum aliquid de nouo percipiētis me habeo. Vnde Sapient. i. habetur: Auris cæli audit omnia. [opprobrium Moab] i. derisionem Moabitaram & insultationem eorum contra ludæos, [et blasphemias filiorum Ammon] quia & Deus & populo eius verbis perfidie derogauerūt, quasi Deus eorū non potuisset eis succurrere, [q̄] exprobrauerūt populo meo Israel, quē elegi & meo cultui specialiter deputaui. Hic per Esaiā loquitur Deus: Hæreditas mea Israel. [et magnificati sunt super terminos eorum], vel de vastitate ludææ magnifice gloriando, vel aliquid de terra illa suo territorio adiungendo, quia ex vna parte fuerunt vicini. [Propterea viuo ego, dicit dominus exercituum] i. angelicorum spirituum atq; cælestium agminum. Vnde LXX. translulerunt, Dñs virtutū. Iste est quasi modus iurandi ipsius Dei, qui iurare non habet nisi per seipsum, Deniq; ipse essentialiter viuens est fons vitæ, & actualissima, voluptuosissima, ac superpurissima vita. [Deus Israel, quia Moab & Sodoma erit] i. vrbes ac populus Moab grauius atq; totaliter à Chaldæis vastabuntur. [et filij Ammon] subuertent à Chaldæis [quasi Gomorra] i. sicut vrbs illa à Deo subuersa. Et est similitudo non totalis, sed aliqualis, reādicata sunt em̄ regna Moab & Ammon. [siccitas spinarum] erit ibi, videlicet spinæ & vepres [et acerui salis], p̄ quod terræ sterilitas insinuatur. [et de ferrum] i. inhabitabilis solitudo [vsq; in æternum] Non videtur hoc verum, quia (vt tactum est) prouinciæ istæ ad statum pristinum redierunt. Ad q̄d respondet S. Hieronymus, q̄ dicitio Hebraica loco hoc posita, significat æternitatem & seculum. Si ergo pro æterno sumatur, sensus est, q̄ regna ista post præscriptam pressuram regnum proprium amiserunt, i. reges de genere suo, & ab alienis regibus tenebantur. Si vero accipiat pro seculo, intelligendum est, q̄ delectio illa pro aliquanto vel longo tempore, vel pro vna quadam ætate durauerit. Porro responsio ista magistralior est, q̄ q̄ aliqui asserunt, in Hebræo haberi, vsq; in seculū. [Reliqui] populi mei] i. Iudæi à Babylone reuersi, eorumve posterit; diripient eos] i. sibi eos subijcient, [residui gentis meæ] Israeliticæ, [possidebūt eos] i. Moabitas ac Ammonitas suæ ditioni substernent. Quod tempore Machabæorum fertur impletum, vt in primo libro Machabæorum aliquāliter innotescit. Veruntamen, vt dicit Hieronymus, Iudæi non bene valent ostendere hæc esse impleta post reditū à Babylone ante Christi aduentū. Propter quod aliqui Iudæorum affirmant, hæc in aduentū Messie, quem inaniter præstolantur, esse adimplenda. Contra quod Hieronymus efficaciter disputat. Immo in expositione huius cap. & alibi fortiter probat, literalē Iudæorum expositionem interdum stare non posse, nihilo minus dicit, se, quod ab Hebræis accepit ac didicit, literalē videlicet expositionē, Latinorum auribus tradere. [hoc eis eueniet pro superbia sua] i. calamitas & afflictio ista infligetur Moabitis & Ammonitis propter eorum superbiam, [quia blasphemauerunt & magnificati sunt super populum dñi exercituum], Iudæos spernendo, irridendo ac blasphemando. [Horribilis dñs super eos] i. per Chaldæos terribiliter eos vastabit. [et attenuabit omnes deos terræ] i. deos seu idola Moab & Ammon conteret per Chaldæos. [et adorabunt eum viri de loco suo] i. qui vnius veri Dei notitiam ex suæ omnipotentie effectibus acceperunt. [omnes insulæ gentium] i. quidam de omnibus insulis, inter quos habitauerunt Iudæi, qui quosdā gentilium ad veri Dei cultū conuerterunt, sicut in libro Hester plenus edocetur, que modum multi in regno Assueri religioni Iudæorum se coniunxerūt. Veruntamen ista conueniētius pro tēpore Christi & euangelicæ prædicationis exponuntur, quando in toto orbe terrarum seminata est fides catholica & idololatria demolita. Liberatio quippe Iudæorum à Babylonica captiuitate, fuit figura redemptionis generis humani à diabolica captiuitate per Christum. Idcirco propheta de tempore vno ad aliud sæpe descendunt, sicut in Esaiā & Hieremia euidenter ostēditur. Quæ demum nunc de Moab & Ammon breuiter dicta sunt, in Esaiā & Hieremia diuersis capitulis plenius describuntur, sed propter breuitatem, cui in omnibus studeo, allegationes reliqui. Deinceps profert prophetalis cōminatio contra Aethiopes atq; Assyrios, qui filijs Israel interdum molestias intulerunt, sicut in libris Regum & Paralipomenon elucescit. [Sed & vos Aethiopes interfecisti gladio meo eritis] id est, gladio Chaldæorum, scilicet regis Babylonis & populi eius, interficiemini. Horum gladium nominat Deus gladium suum: quoniam eo disponente ac adiuvante, occiderunt Aethiopes, ita q̄ erāt diuinæ executores iustitiæ. Deus enim frequenter vlciscitur peccata vnius gentis per aliam. [et extendet] exercitus Chaldæorum [manum suam super aquilonem] id est, aduersus regionem Assyriorum in aquilonari plaga locatam. [et

Esa. 19.

Esd. 1.

1. Mac. 5.

Hester 9.

Hier. 48.

[et perdet Assur] id est, regnū Assyriorū vastabit, [et ponet speciosam] id est, Niniuen urbem pulcherrimam in regno Assyriorū: metropolim. Nam & Niniue interpretata est speciosa, [in solitudinem, & in inuētū] ita q̄ per eam non erit consuetus vel publicus transitus. [et q̄si desertum] habitatoribus ab ea deficientibus. [et accubabunt in medio eius greges omnes bestiarū gentium] quoniam vastitate & planitie eius diu durante, orient̄ ibidem gramina bestiarū ei sui apta. Porro distributio illa, omnes bestiarū gentium, non est stricte accipienda pro singulis generum, sed pro multitudine, vel generibus singulorū, vt moris est in prophetis. [et onocrotalus & ericius in liminibus eius morabunt] vel in locis vbi limina stabant, vel in liminū ruinis, [vox cantantis in fenestra.] In fenestra; ruinis aues sedentes, cantabunt, vt fieri soler in ædificijs derelictis. [coruus in superliminari] id est, in superliminariib; corui quiescēt, quia neminem videbunt habitatorem quem metuunt. [quoniam attenuabo robur eius,] potentiam ipsius destruendo. Deinde propheta diuinæ iustitiæ se conformans, & zelo iustitiæ percuncti ciuitati insultans, subiungit: [Hec] scilicet Niniue est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia: quoniam populus in ea habitans, de sua fortitudine & vrbis firmitate multū p̄sumpsit. [quæ dicebat in corde suo] Ego sum, & extra me non est alia amplius] i. in tantū deuenit pompæ tumorem, q̄ alias vrbes comparatione sui, nullius reputauit momenti. Sed de isto supra in expositione Naum propheta dictum est plenius. [Quomodo facta est in desertum] id est, solitudini similis, facta est cubile bestiarū] id est, q̄si stabulū quiddam brutorū: tanq̄ propheta admirans insinuat, hoc diuina virtute mirabiliter factū. [Ois q̄ transiit] i. q̄ transierit, [per eam] i. eius ruinas] sibilabit] elationi eius insultando, [et mouebit manum tuam] id est, monstrando, ad quantam cladem perducta sit.

Elucidatio tropologica eiusdem cap. II. Art. III.

Moraliter autem cuilibet congregationi vel familiæ vitiosa vel malignantium ecclesiæ dicitur: Conuenite, cōgregamini, gens non amabilis, id est, redite ad cor, ad rectæ rationis iudicium, ad diuinorū & ecclesiasticorū obedientiam præceptorū, ab exterioribus ad interiora, à carnalibus ad spiritalia, à temporalibus atq; terrenis ad cælestia & æterna, postremo à bonis creatis, caducis, vanis, fallacibus, ad creatorem omnipotentem, verum Deum, summū, immensū, incommutabile bonum. Et qui per contentiones & lites, auersiones & odia estis dispersi & ab inuicem separati, congregamini in vna indiuidua charitate, vt sit oīm cor vnū & anima vna in dño, quem admodum ad Phil. 2. monet Apostolus: Implete gaudiū meū, vt idē sapiatis, vnanimēs, id ipsum sentientes. Deniq; de hac spiritali congregatione scriptum est Ioan. 11. Iesus moriturus erat pro gente, & non tantū pro gēte, sed vt filios Dei q̄ erant dispersi, congregaret in vnum. Quærit, qualiter impij sint gens nō amabilis, cum eos iubeamur amare? Sed amabiles sunt, quo ad id, q̄d à Deo sortiti sunt: odibiles autem, quo ad id quod ex voluntate propria habent. Vnde in Eccō scriptum est: Tres gentes odiuit aia mea. Itaq; conuenite, & penitentia ex charitate, non ex seruili timore, p̄agite, antequam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, id est, priusquam diuina iussio, qua Deus impios perire præcepit, vobis inducat diem mortis imparatæ, item q̄ damnationis æternæ, q̄si puluerem copiose, antequam veniat super vos ira furoris domini, i. irremediabilis illa vindicta, ac insanabilis plaga mortis q̄ secunda. Propter quod orat Psalmista: Domine ne in furore tuo arguas me. Et Hier. 10. Corripe me dñe, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Hinc ait Saluator Lu. 21. Attendite, ne superueniat in vos repentina dies illa. Quærite dñm. Omnis em̄ q̄ quærit, inuenit. Quærite itaq; Deū, & intra vos quærite eum: hoc est, cor vestrum ad ipsum conuertite, ipsum rogate. Non enim longe est ab vnoquoq; nostrum, q̄ in ipso viuimus, mouemur & sumus, omnes mansueti. Cum mansueti iam habeant Deum cordis sui per gr̄am possessorem, atq; mansueti, qualiter quærent eum, nisi vt copiosius atq; perfectius habeant eum, clarius cognoscendo, ardentius diligendo, inseparabilius coherendo, & non tm̄ pro se, sed pro alijs q̄q; exaudiantur ab ipso: si quo modo abscondamini in die furoris dñi, puta in die iudicij, non quod ambiguum sit, mansuetos Deum q̄ perseueranter quærentes, tunc esse saluandos, sed ad insinuandum q̄ difficile sit saluari, q̄ item horrendum ac rigorosum sit Dei iudiciū. Iuxta quem modum scriptū est 1. Pet. 4. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? q̄ Gaza destructa est. Gaza interpretat fortitudo eius, quo designant in seculari potētia & corporali fortitudine, vel etiam spūali potestate, aut meritoꝝ suorū copia inaniter gloriātes. Hi tales destruuntur à Deo, omne spūale esse gr̄æ & gloriæ amittendo, & mortem tartaream incedendo, quem admodū in Psalmo 51. cantat: Ecce homo q̄ non posuit Deum adiutorem suū, sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū, & præualuit in vanitate sua. Econtrario timorati, atq; veraciter sapiētes & iusti, iugiter psallūt Psal. 58. Fortitudinē meā ad te custodiā, q̄ deus susceptor meus es, De⁹ meus, misericordia ei⁹ p̄ueniet me. [et Ascalon in deserto] i. vitio aggrauati, & igne malignitatis succensi, q̄ multas animas scādalizant, à Deo derelinquent.

4. Reg. 10
2. Par. 20

Iohel. 1.

Ecci. 30.

Psal. 61
& 37.

Acto. 17.

Ascalon quippe, ponderata vel ignis homicida interpretatur. [Azotum in meridie efficit] id est, libidinosi & obsceni in ignem æternū prouident ab angelis in die iudicij, qui separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminū ignis. [in meridie] i. dum electi plenam gloriæ suscipient claritatem. Azotus eadem, ignis generationis interpretatur, quo ardor libidinis designatur. [Et Accaron eradicabit] id est, instructuosi, & aliorum subuerfores, de electorum consortio segregabuntur. Accaron namque, sterilitas vel eradicatio interpretatur. Omnis enim arbor, quæ non facit fructū bonū, excidetur, & in ignē mittetur, & Christus Matth. 18. ait: Væ homini per quem scandalum venit. Quo contra ait vir iustus Psalmo 51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. [Væ vobis quæ habitatis funiculū maris] id est, vitis inquietudinis, turbulentia, & amaritudinis immoramini. Mare enim (ut patuit) sua fluctuatione, cōcussione, & amaritudine inquietos, turbulentos, amaros significat, & qui vitis istis non reluctant, sed immorant, funiculū habitāt maris. Sup hos spūs sanctus non regescit, quæ sup humiles & quætos requiescere perhibet. In Ecclesiastico quoque scriptū est: Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Et Apostolus 1. Thessalo. 4. Operam, inquit, detis, vt quieti sitis. Præterea, quæ possessio iuxta mare sita, magna esse solet, saltem circa litus, potest per maris funiculū possessio parua signari: & idem damnationis iudicij est his, qui circa parua & modica inordinate afficiunt, videlicet contra charitatem diuinam & iustitiæ ordinem, quod illis quæ circa multa & magna vitio sum habent affectū. Non enim res ipsa, sed affectus in culpa est, cū & aliqui multa possideant sine peccato, & alij pauca cū vitio. [verbū domini] id est, diuina cōminatio [super vos Chanaan] id est, popule vitiosæ commotiōis, plebs passionata atque instabilis. Chanaan enim commotio dicitur. [terra Philistinorum] Isti enim sunt terra & populus Philistinorum, id est, potione cadentes, quæ de mundi huius sapore & vanitate atque diuitijs tantū accipiunt, quod præ pessima ebrietate cadunt à summis in ima, non quæ Dei sunt, & quæ sursum, sapiētes, sed quæ super terram. [Et erit funiculus maris] i. vitia iam præfata. [requies pastorum] i. materia gaudij electorum, seipos & sibi commissos spūalibus animæ alimentis pascentiū. Lætabit enim iustus cum viderit vindictam. [Et caulæ pecorum] i. repausatoria subditorum bonorum, quæ in consideratione vanitatis & vltionis prauorum, quasi repaulant, de sibi concessa elementa in domino gloriantur, cautiusque conuersari conant, & in contemplatione æquitatis diuinæ, quasi obdormiunt & repaulant. [Et erit funiculus maris his, quæ remanserint de domo Iudæ] i. peccata eorumque vitia, quæ terrenis insudant, sanctorum & electorum ditioni subdant, qui iudicabunt nationes, dñabunturque populis. [tibi pascent in domibus Ascalonis] i. electi impios possidebunt, & in eorum, si quæ emedauerint vitam, cōuersione spūaliter epulabunt. Nihilominus in vita futura punitio impiorum cedit electis in gloriā & pasua vitæ. [quæ visitabit eos] i. electos, [dñs Deus eorum] per ampliorem gratiæ consolationem & infusionem, vt valeant conuerrere alios, vel de eorum punitione iuste lætari sine offensa, immo & cū complacentia Dei, cuius se voluntati conformant. [Et auertat captiuitatē eorum] liberando electos de potestate diaboli, seruitute peccati, insanis munditaliter digni non essent alios edocere. [Audiui opprobriū Moab & filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt populo meo.] Moab interpretatur ex patre, per quod hoc loco reprobi & superbi designant, quibus loquitur Christus: Vos ex patre diabolo estis, quæ sunt quasi serui diaboli, qui est rex super omnes filios superbiæ. Ammon interpretatur filius patris mei, quo filij, fratres, atque hæretici exprimunt, de quibus Cantic. 1. ait sponsa: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Hi itaque contumeliam faciunt Dei electis, quemadmodum Christus protestatur Ioan. 15. Si me persequuti sunt, & vos persequent. Horum injuriam reputat Deus sibi illatam, sicut ad Paulum effatur Actoꝝ 9. Quid me persequeris? eamque iuste vlciscitur, eo quod [super terminos electorum suorum] magnificati sunt, electorum ecclesiam opprimendo, spoliando, & persequendo. Ideo subditur, quod erit quasi Sodoma & Gomorra, quoniam igne & sulfure infernali cruciabunt, & siccitas spinarum inerit eis, quia vermis eorum non morietur, eruntque acervi salis steriles & perditii in æternum, eo quod nunquam poenitebunt nec redimentur. [Reliquiæ populi mei diripient illos] iam etenim tactum est, quemadmodum sancti iudicabunt nationes, & dominabunt populis, & qui nunc à reprobis opprimunt iniuste, in die iudicij reprobos opprimunt, iuste iudicando eos cum saluatore. Deinde dominus cōminat: [sed & vos Aethiopes interfecit gladio meo eritis.] Aethiopes sunt vitis denigrati in anima, qui gladio Dei, id est, sententia oris Christi spūaliter interficient, dum æternaliter damnabunt. De quo gladio scriptū est Apocal. 1. & 19. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. [Et extendet manum suam super aquilonem] i. contra eos, qui in frigore permanent vitiorum, in quibus charitas Dei refriguit, suntque peccatis quodammodo congelati per duritiā cordis, quo ad ea quæ Dei sunt & suæ salutis, [Et perdet Assur] id est, dirigentes ad mala, qui cæci sunt mente & duces cæcorum. Assur enim dirigens interpretatur, secundum quosdam, vel secundum Hieronymum, coarguens & conuincens, sicque per Assur intelliguntur accusatores fratrum suorum & obseruatores, quos dñs perdet, iuxta illud Prouerbioꝝ 11.

Qui

Qui inuestigator malorum est, opprimeat ab eis. [Et ponet speciosam in solitudine] i. omnem congregationē carnaliū, quæ se foris perornat, & mundi huius honore, gloria, atque diuitijs decorat, Deus omni suo vano priuabit decore, atque ad summam deformitatē pertrahet eam, vt sit inuia & deserta, sicut de impio scriptum est: Quæres locū eius, & non inuenies. Denique ecclesia olim virtutibus pulchra, donis & gratijs spūs sancti polita, circa Antichristi aduentum & ipso regnante, quasi in solitudine rediget, & pristino suo ornatu priuabit, quæ pene omnes fallent. tunc enim iuxta Apostolū 2. Timoth. 3. instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipos amantes, eritque discessio ab vtroque imperio, spūali ac temporali. [Et accubabunt in medio eius greges omnes bestiarum gentium] i. motus sensualitatis, passiones, & concupiscentiæ in corde ipsius per cōsensum manebunt. [Onocrotalus & ericius] i. vitia per bruta hæc significata, per ericiū, qui est animal spinosum ac pungitiuū, impatiētia denotatur per onocrotalū, sceleris impuritatis carnalis. Hæc [in liminibus eius morabuntur] i. inferioribus animæ viribus & sensualitate. [vox cantantis in fenestra] id est, insultatio dæmonis de perditione hominū gloriantis, [coruus in supliminari] i. in superiori animi portione erit sordidatio vitioꝝ, & dilatio omnis boni. Hæc mundanorum hominū collectio [est ciuitas] gloriosa in seculo isto, delictis, diuitijs, atque honoribus vitæ præsentis intenta, quam & homines seculares arbitrantur beatam, cum prorsus miserrima sit. [habitans in confidentia] quia de seipsa presumpsit, & posuit carnem brachiū suū, propriam fragilitatem non pensans. [quæ dicebat, ego sum &c.] i. alijs cunctis se prætulit, vt moris est superborum. [quomodo facta est in deserto] i. quomodo repente deiecta & facta est [cubile bestiarum] i. dæmonū domus, de quibus dicitur: Ne tradas bestiis animam confidentem tibi. Hinc in Psalmo 72. cantatur: Deiecisti eos, dum alleuarent, quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Et Iob 4. Vidi iniquos domino flante perisse. [Omnis qui transit per eam] id est, mente lustrauerit qualitatem eius, atque euentum ipsius perpendit. [Stillabit & mouebit manum suam] secundum sensum in fine præcedentis articuli positum.

¶ Expōitio literalis cap. III. Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba.

Articulus quintus.

Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba. Capitulum præfens intricatum est factis, ideoque à diuersis multiformiter explanatur, quemadmodum dño concedente breuiter tangam, & quid rationabilius magisque catholice dici videatur, aperiam. Denique aliqui afferunt, in isto capitulo consolationem Iudæorum describi, sed in exordio huius capituli, increpatio magis quam consolatio ponitur in prosecutione vero, præsertim circa finem capituli, consolatio magna promittitur. Præterea, sic exponendum est præfens capitulum, vt ad aliorum intentionem faciliter valeat applicari. Væ magnæ afflictionis imminet tibi, o prouocatrix, & redempta ciuitas, id est, o Hierusalem, quæ Deum tuis criminibus ad rigorem iustitiæ prouocasti, non quod eius tranquillitas conturbetur, sed quia ad instar animi concitati subito magnam vltionem inducit, & quoniam Deus à tempore Iudæcum, ciuitatem istam & populum Iudæorum sæpe de hostibus liberauit, vocatur redempta. Nuncupatur quoque columba, propter innocentes & simplices, qui frequenter habitauerunt in ea, vel quia naturæ humanæ innata videtur quædam simplicitas. [non audiuit vocem] id est, diuina eloquia non custodiuit, nec prophetarum sermonibus acqueuit. [Et non suscepit disciplinam] id est, diuinam correctionem, seu instructionem patienter non tulit, neque à vitis desit, iuxta illud Hieremi. Renerunt accipere disciplinam. [in domino non est confisus] quia non habuit spem formatam, & creaturæ potius quam creatori fuit innitens. [ad Deum suum non appropinquauit] per spiritualem accessum, videlicet credendo, sperando, amando, aliarumque virtutum operibus ex charitate insistendo, præsertim patriæ ac poenitentis actibus. Non enim corporaliter atque localiter, sed spiritualiter & interne incircumscriptibili Deo approximamus. Ideo Esa. 29. loquitur Deus: Cor eius longe est à me. [principes eius in medio eius quasi leones rugientes] id est, proterui & immisericordes pauperum oppressores, [iudices eius lupi vespertini] i. similes lupis vespertinis multum voracibus. [non relinquebant in mane] id est, subditorum substantiam immoderatissime deuorauerunt, immo & innocentes occiderunt. Hinc Esa. 1. inducitur: Principes tui infideles. Per eundem quoque prophetam loquitur dominus: Rapina pauperis in domo vestra est, quare arteritis populum meum, & facies pauperum commolitis. [Prophetæ eius vesani, viri infideles] non enim veri, sed pseudo vates fuerunt, de quibus per Hieremiam dominus protestatur: Ego non misi eos, visionem mendacem & seductionem cordis sui prophetant vobis. [Sacerdotes eius polluerunt sanctum] id est, ius diuinum prophanarunt, non quod ipsa diuinæ legis iustitia in seipsa sordiderit, sed quod eius iniustitia misceatur, vel per impietatem peccatus inhonoretur ac relinquatur. Sic enim per Ezechielem dominus vbertim affirmat nomen suum sanctum à Iudæis inter gentes pollutum. [in iuste egerunt contra legem] per Mo

Matt. 3. & 7.

Ecc. 21.

Col. 3.

Sap. 3.

Ioan. 8. Iob 14.

Sap. 3.

Psal. 72.

Hier. 17.

Psal. 73.

Hier. 5.

Esa. 3.

Hier. 27.

Ezec. 39.

CA.III. 238

D. DIONYSII CARTHUSIANI

per Moſen datam, peccando in Deum & proximos, inſuper & in ſeipſos. De quibus Hierem. 2. habet: Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt dominus? [dominus iuſtus in medio eius] Deus enim ubique eſt, quod ait per Hieremiam 23. Caelum & terram ego impleo. Sed cum Salomone teſtante, longe ſit dominus ab impijs, quod nunc in medio horum tam peſſimorum eſſe narratur. Et reſpondendum, quod longe eſt dominus ab iniquis, quantum ad praefentiam charitatis & gratiae. Nihilominus per eſſentiam ſuam ubique eſt, & quantum ad hoc, diuiniſſime Dionyſius ait, quod Deus eſt omnibus aequo propinquus. [non faciet iniquitatem] cum ipſe ſit prima meſura, & regula vniuerſae iuſtitiae: ideo eo ipſo quo ipſe aliquid facit, iuſtum eſt: nec enim poteſt peccare, quia eſſentialiter ſanctus eſt. Idcirco unicuique quod meretur, retribuet. Hinc cantamus in Pſalmo 91. Quoniam reſtus dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. [Mane mane] id eſt, celeriter utique. Repevino enim, certitudinis indicium eſt, & confirmatio dicti. [iudicium ſuum dabit] id eſt, iuſtitiae ſuae effectum oſtendet contra praefatos iniquos. [in luce ſapientiae ſuae,] & ſecundum ſuae veritatis cenſuram. Vel, in luce, id eſt, aperte, ita quod omnibus innotefceret, & non abſconderet. [neſciuit autem iniquus conſuſionem] id eſt, cauſam ſuae conſuſionis & vaſtationis perverſus Iudaeorum populus non aduertit, videlicet propria crimina, nec conſideravit propter quem finem caſtigarentur a Deo, videlicet ut poenitentiam agerent. Vel, neſciuit conſuſionem, id eſt, ſalutarem erubefcentiam non admittit de ſuis iniquitatibus verecundando, iuxta illud Hieremiae 6. Conſuſione non ſunt conſuſi, & erubefcere noluerunt. [diſperdidit gentes] id eſt, Iudaeos per aduerſarios eorum frequenter vaſtaui. Iudaei autem in veteri teſtamento ſaepe gentes vocantur, iuxta illud iudicium 2. Irritum fecit gens iſta pactum meum. Et Moſes loquitur Deo: Reſpice populum ſuum gentem hanc. [& diſſipati ſunt anguli eorum] id eſt, vrbes praecipuae, vel principes populi huius, in quorum protectione alij conſidebant, & in eis quaſi in angulis latere optabant. [Deſertas feci vias] eius gentis iam dictae, [eo quod non ſit qui tranſeat] per eas. via enim, viatoribus deficientibus, terris quoque vaſtatis, conſueuerunt deficere. [deſolatae ſunt ciuitates eorum] videlicet Iudaeorum, [non remanente in eis viro, neque vlllo habitatore] Iudaeo, [dixi] ego dominus veritas ſempiterna, & virtus immenſa, cuius dixiſſe, feciſſe eſt, dum volo. [attamen timebis me] id eſt, caſtigationibus iſtis, quas tibi induxi, non obſtantibus, tandem aliquando conuerteris ad me, & filialem ad me timorem concipies. [conſcipies diſciplinam] id eſt, informationem & correctionem paternam aequanimiter ferens, cum Salomon ſcribat Prouerbio. 15. Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. [& non peribit habitaculum eius in toto] quantum ad iuſtos praecipue. [propter omnia in quibus viſitauit eam] id eſt, propter peccata, ob quae eos affixi, vel propter mala poenalia quae ſuper eos induxi, propter quae quaſi placatus habitaculum aliquod eis conceſſi, videlicet ſynagogam ſive eccleſiam, vel domum ad immorandum, ſive in terra ſua, vel aliena. [Veruntamen diluculo ſurgentes,] id eſt, mane & cito ad illicita properantes, [corruerunt omnes cogitationes ſuas,] prauis cogitationibus adijciendo conſenſum. Iſtud ad alios quam de bonis, de quibus iam dixit, Attamen timebis me: referre oportet, vel ad eodem ſecundum temporum interualla, ut qui ad tempus timuerunt, nec perſeuerauerunt in bono. Praeterea, haec eſt praecipua ratio difficultatis intelligendi prophetas, quod ea quae vno paſſu dicuntur, & ſatis facilliter intelligi poſſe videntur, verba mox ſequentia impedire cernuntur, ſicut & loco praefenti. Nam cum pauloante iam dixerit, Deſolatae ſunt ciuitates nullo remanente habitatore: mox addidit, Non peribit habitaculum eius. Rurſus cum dixiſſet, Attamen timebis me: mox ſubiunxit, Corruerunt omnes cogitationes ſuas. Inſuper quidam omnia iam in iſto capitulo explanata, referunt ad Iudaeos pro tempore Chriſti, cuius vocem & diſciplinam pro maiori parte ſpreuerunt, quorum principes, videlicet ſacerdotes, ſcribae, & phariſaei fuerunt crudeles in Chriſtum, & quaſi lupi rapaces in ſubditos. Prophetae quoque Hieruſalem fuerunt veſani & pseudo, dicentes: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. Similiter Caiphas: Expedi, inquit, ut vnus moriatur pro populo. Sacerdotes eius polluerunt ſanctum, quibus Chriſtus in Euangelio ait: Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Sed & Chriſto ſancto ſanctorum multa crimina impoſuerunt. Dominus iuſtus, videlicet Chriſtus, in medio eius, quia in Hieruſalem ſaepe praedicauit, qui etiam mane iudicium ſuum dedit, ipſos Iudaeos increpando, atque iudicium diſcretionis in eos exercendo, quibus & dixit: Multa habeo iudicare de vobis. Porro quod ſubditur, Diſperdidit gentes, exponunt de oppreſſione Iudaeorum a Romanis. Deinde illud, Attamen timebis me, intelligunt de credentibus in Dominum Ieſum. Id vero, Corruerunt cogitationes ſuas, de his qui fuerunt increduli. Alij praeruducta exponunt pro tempore captiuitatem Babylonicam praecedente, & de Iudaeorum a Babylonijs oppreſſione tempore Sedechia. [Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meae in futurum.] Sicut Beatus Hieronymus refert, Iudaei hunc locum exponunt pro

pro tempore Chriſti, quem putant nondum veniſſe, quo (ut aſſerunt) veniente, & mundi monarchiam tenente, gentes & regna ac principes interficient ab ipſo. Haec autem expoſitio vana eſt, cum Chriſtum iam veniſſe ſciamus. Sed diuerſis expoſitionibus propter prolixitatem vitandam, omiſſis, locus iſte pro tempore Chriſti praeterito exponetur, ut ſit ſenſus, Quapropter, id eſt, quia (ut dictum eſt) quidam Iudaeorum credent in Chriſtum, & iam crediderunt, quidam vero, immo pro maxima parte, in incredulitate manſerunt, praefertim uſque Apoſtolorum praedicationem in Hieruſalem factam poſt Chriſti paſſionem, & ſpiritus ſancti miſſionem, expecta me tu popule Iudaeorum, dicit dominus Ieſus Chriſtus: In die reſurrectionis meae in futuro, id eſt, die qua poſt mortem tertia die reſurgam, iamque ſurrexi, ſicque expecta me in futuro, id eſt, perſeueranter & ſemper uſque ad mortem & finem, [quae erit iudicium meum] ſapientiae meae dictamen, & agendum iudicabo, ut congregem gentes, & colligam regna] ſpualia adunatione, conuertendo gentiles ad vnam fidem & ſpem, atque indiuiduam charitatem, ut omnes ſint vnum myſticum corpus Chriſti in vna eccleſia. Hoc eſt quod per Iſa. 51. loquitur dominus: Attendite ad me populus meus, quia lex a me exiit, & iudicium meum in lucem populorum reſurget. Et Pſal. 71. Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei. Ieſus enim moriturus erat pro gente, ut in Ioanne legimus, & ipſemet proteſtatur Iudaeis: Alias oues habeo, quae non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Vnde & Iſa. 55. Gentem, inquit, quam neſciebas, vocabis: & gentes quae non cognouerunt te, ad te current. Hinc Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam ait Apoſtolis Matth. 28. Euntes docete omnes gentes. Et Marc. 16. Praedicate euangelium omni creaturae. [& effundam ſuper eas indignationem meam, omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabit omnis terra.] Iſtud exponatur in malo, nec ſuperioribus, nec ſubſequentibus conſonare videtur. Nam ſubdit, [quae tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei humero vno.] Poteſt itaque vno modo de populo Iudaeorum intelligi, ſuper quos Chriſtus poſt paſſionem ſua & reſurrectionem, indignationem ſuam effudit, in manus Romanorum eos tradendo, omnem quoque iram furoris ſui, eodem finaliter dereliquendo, gratiam ſubtrahendo, & poenitentiam condemnando, ſicut Iſa. 65. proteſtatur: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Itemque in Pſal. 40. Tu autem domine miſere mei, & reſuscita me, & retribuas eis. Et denuo Pſal. 68. Effunde ſuper eos iram tua, & furor irae tuae comprehendat eos. Propter quod dicit Apoſtolus 1. Theſſa. 2. Peruenit ſuper eos ira dei uſque in finem. Tunc quoque in igne zeli Dei, ſeu in rigore diuinae iuſtitiae deuorata eſt omnis terra Iudaeorum, infidelibus Iudaeis conſumptis, ſeu inde ſublatis, habitaculisque deſtructis. Secundo exponi poteſt de gentibus in incredulitate manentibus, ſuper quos Deus indignationem ſuam effudit, eas iuſte relinquendo, omni gratia ſpoliando, atque aeternam miſeriam infligendo, immo & multos fidelium perſequentores in praefenti ſeculo dire plagando, ſicut in ſanctis Legendis oſtenditur. Tunc demum deuorata eſt omnis terra, id eſt, omnis homo carnalis diuinitus reprobatus. Verſiculus iſte, In igne zeli mei deuorabitur omnis terra, eſt in Iſaia ſcriptus. Porro quod ſubditur, Quia tunc reddam populis labium electum: referendum videtur ad id quod dictum eſt, iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna. Si vero referatur ad id quod dictum eſt, Et effundam ſuper eos indignationem meam: tunc iſta conſunctio, quia, non proprie cauſam directam, ſed concomitantiam quandam inſinuat, ſicut in Pſalmo 50. quo dicitur: Tibi ſoli peccaui, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis. Iuxta quem modum ad Romanos 11. dicit Apoſtolus, quod Iudaeorum delictum ſaluum eſt gentibus, & illorum amiſſio, reconciliatio eſt mundi. Vnde & Paulus & Barnabas incredulis dixerunt Iudaeis Acto. 13. Quia repuliſtis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes. Ita ergo & hoc loco effuſio indignationis & irae Dei ſuper induratos Iudaeos assignatur, velut cauſa illuminationis gentilium, ſecundum quod ſubditur: Quia tunc, dum gentes congregabo ad fidem, & Iudaeos deſtruxero per Romanos, reddam populis labium electum, id eſt, ſalutarem loquelam atque ſalubrem confessionem, ita ut omnis lingua conſiteatur, quia dominus Ieſus in gloria eſt Dei patris, ut inuocent omnes nomen domini, id eſt, verum Deum, vnum ac trinum, vel per nomen domini ſpecialiter intelligendus eſt hoc loco dominus Ieſus Chriſtus, ſecundum quod Lyra quaedam allegat in Gloſſa Hebraeorum ſuper Geneſim, taliter dictum: Tunc conuertam ad populos labium electum ad inuocandum nomen domini, & ad colendum eum humero vno. Et ſubditur: Non eſt autem dictum hic nomen domini, niſi rex Meſſias. Et ſeruiant ei humero vno, id eſt, mente concordia, iugum legis euangelicae ſuper ſe intus deferendo & obſeruando, quemadmodum ſuper humerum corporalem onus portatur. Vnde Daniel. 7. dictum eſt: Omnes populi, tribus, & linguae ſeruient ei. Item in Pſalmo 71. Benedicentur in ipſo omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabunt eum. Sic namque Chriſto ſeruire oportet, qui habitare facit vnus moris in domo. Propter quod hortatur Apoſtolus Romanorum 15. Vnanimus vno ore honorificetis Deum. [ultra flumina Aethiopiae inde ſupplentes mei] id eſt, non ſolum in vna terra veros habeo adoratores, in ſpiritu & veritate ſer-

Ioan. 11. & 10.

Phil. 2.

Ioan. 4.

bus erunt me inuocantes, sicut in psalmo 67. prae dictum est: Venient legati ex Aegypto, Aethiopia praeueniet manus eius Deo, regna terrae cantate Deo. Nempe in regionibus his praedica uerunt beati apostoli, sicut apud Esa. 66. Christus praedixit: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Africam & Lydiam, in Italiam & Graeciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me. Psalmista quoque: Reminiscetur, inquit, & conuertentur ad dñm vniuersi fines terrae, & adorabunt in conspectu eius vniuersae familiae gentium. [filij disperforum meorum] i. filij iudeos per mundum, hinc inde habitantium ad fidem conuersi, [deserent munus mihi] i. spirituales hostias vel alia quaelibet dona mihi deuotionaliter immolabunt. Vel filij disperforum istorum, sunt spirituales filij apostolorum, per totum mundum disperforum, secundum quod Paulus ait i. Corinth. 4. Per Euangelium in Christo Iesu ego vos genui. Et rursus Gal. 4. Filioli (ait) mei, quos iterum parturio, donec formerur Christus in vobis. Hoc est quod ab Esaia 27. fuerat prophetatum: Florebit & germinabit Israel, & implebit faciem orbis semine. [In die illa] i. in exordio praedicationis euangelicae, & tempore primitiae ecclesiae. [non confunderis] o iudaea vel synagoga, [super cunctis aduersionibus tuis, quibus praeuaricata es in me] i. propter tuos excessus non te confundam, nec derelinquam, sed poenitentiae gratiam condonabo. Hoc dicit quo ad electos iudeos, de quibus ait Apostolus Rom. 11. Non repulit Deus plebem suam. Et ibidem: Reliquiae per electionem saluae factae sunt. Potestque specialiter referri ad iudeos, qui morti Christi consenserunt, & postea poenituerunt, quibus apud Ioan. nem praedixit Saluator, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. De quibus per Hieremi. 5. Dñs loquitur: Praeuaricata est in me domus Israel, & domus iuda negauit dominum, & dixerunt: Non est ipse. Cum enim Pilatus dixisset Ioan. 19. Ecce rex vestri: & Regem vestrum crucifigat. Responderunt: Non habemus regem nisi Caesarem. Quidam ea, quae dicta sunt ab illo loco, Expecta me in die resurrectionis meae, usque ad verbum istud: In die illa non confunderis, exponunt de resurrectione uertura in fine mundi, & pro tempore Antichristi: quod uero nunc dicit, In die illa non confunderis, exponunt pro tempore primi aduentus Christi, passionis, resurrectionisque eius. Quod rationale non apparet, quum sub eodem contextu ad praecedentia iam dicat, In die illa non confunderis. [Quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiam tuam] i. sacerdotes, scribas, pharisaeos, ceterosque impoenitentes iudeos, Christum & eius discipulos superbissime blasphemantes, auferam a Hierusalem & iudaea per Romanorum exercitum, a quo occisi fuerunt, sicut & Christus ante passionem praedixisse legitur. Luce. 19. Circumdabunt te inimici tui undique, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae, & non adhaerens exaltari i. te ipsam inaniter eleuare. [amplius in monte sancto meo] Nam iudaei tunc conuersi, de quibus in Actibus Apostolicis habet, deuotissime atque humilissime coluerunt Deum in monte Sion, & in templo ibidem constructo, erant enim pariter in porticu Salomonis. Multa quoque turba sacerdotum obediens fidei, ut Lucas commemorat. Denique iudaei impoenitentes post Christi passionem etiam non diu poterant se iactare in templo, quum cito a Romanis fuit destructum. [Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum] uidelicet Apostolos, aliosque ex iudaismo conuersos, temporalium diuitiarum integerrimos contemptores, quibus erant omnia communia, quorum etiam post modicum tempus obstinati iudaei bona rapuerunt. Septuaginta transtulerunt: Relinquam in te populum mansuerum & humilem. Didicerunt enim a Christo, quia mitis est & humilis corde. [Et sperabunt in nomine Domini] sicut & Christus ante passionem praecipit Ioan. 15. Manete, inquit, in me. Et rursus Ioan. 16. Confidite, inquit, ego uici mundum. Unde 4. in Actibus Apostolorum orasse legitur: Da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. Et Lucas ibidem Repleti, inquit, spiritu sancto, loquebantur uerbum Dei cum fiducia. Non itaque in generis nobilitate, seculari scientia uel eloquentia, diuitiis, potentia, uel aliquo humano praesidio, sed in dño sunt confisi, cuius solo auxilio praualuerunt, atque ad tam supernaturalem fidem, ac arduam legem mundum conuerterunt. Non enim obliti fuerunt uerbi dñi Iesu Christi Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. [Reliquiae Israel] i. praefati electi iudaei aliorum respectu ppauca, de quibus & Christus praedixit Ioan. 15. Ego scio quos elegerim. [Non faciet iniquitatem, nec loquetur mendacium] Non tamen uenialibus caruerunt, cum dicat Ioannes: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Apostoli uero spū sancto recepto, in tantum confirmati fuerunt, quod postmodum nunquam mortaliter peccauerunt. [et non inueniet in ore eorum lingua dolosa.] Erant quippe sanctissimae ac innocentissimae uitae, secundum illud Act. 2. Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, sumebantque cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. [quoniam ipsi pascentur] utique delicatissime nutriebant a spiritu sancto internis deliciis, spiritualibus alimentis, pane uitae & intellectu, super dignissimo sacramento altaris, bonis operibus. Postremo, ut Lucas Act. 2. conseribit, Diuidebatur singulis, prout cuique opus erat, & uere dicere poterant, Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

Psal. 21.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Psal. 22.

hi deerit, in loco pascae ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me. [et accubabunt] in uirtute ecclesiae. Hinc Act. 2. habet: Oes qui credebant, erant pariter. Unde & Hier. 23. loquutus est: In diebus illis saluabit iuda, & israel habitabit confidenter. [et non erit qui exterreat eos.] parati enim erant pati & mori pro Christo. Apostoli quoque ibat gaudentes, quod digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Impleuerunt eodem quod docuit Christus: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quanta autem fuerit discipulorum ante Christi resurrectionem, ascensionem, & spūs sancti infusionem formidolositas, inconstantia atque fragilitas, quanta uero post spūs sancti infusionem fuerit eorum constantia, imperterritio, siue securitas, delectabile est pensare in lib. Act. Ap. 13. Postremo, totum istud dñs apud Esaia praedixit: Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis indutiae, & in requie opulenta. Praeterea sequunt, in tantum de Christi ecclesia sunt intelligenda, ut S. Hiero. asserat, aliter sentientem, non esse Christianum. [Latare] spirituallatitia in domino, in quo solo debet esse ois gloriatio nostra, dicente Ap. 1. Qui gloriatur, in dño gloriatur. [filia Sion] i. ecclesia militans, in diuinorum speculatione consistens, quae a Deo filia appellatur, propter paternam eius dilectionem ad te. Sion quippe speculatio dicitur. [Iubila Israel] id est, plebs Christiana, quae uere digna es Israel appellari, i. Deum uide contemplans. Israel namque Deus uidens interpretatur. [Latare] in mente, [et exulta] signa interioris latitiae exterior ostendendo, [in omni corde] id est, totis praecordijs, intusque medullis, intellectu, uoluntate, memoria, [filia Hierusalem] i. ecclesia in Christi pace per contemplationem diuinorum quiescens. Denique sancti prophetae frequenter nominibus Sion, Israel & Hierusalem etiam ad literam, populum Christianum seu Christi ecclesiam, praesertim primitiuam designant, quum nouerant illam re & nomine istis appellationibus dignam. Infideles enim iudaei istis nominibus indigni censentur. Et Esaia 1. dicitur eis: Audite uerbum dñi principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorrhae. Alibi quoque semen & terra Chanaan nuncupant, immo non filia, sed meretrix atque adultera ab Esaia, Hiero. & Ezech. dicuntur. Itaque praeductis uerbis ecclesia Christi, praecipue primitiua, immo & quaelibet anima Christiana (quae specialiter dicitur Sion propter speculationem, Israel propter Dei uisionem, Hierusalem propter internam pacem) imitatur ad singularem ac maximam in Deo oblectationem, laudem, & gratiarum actionem, propter ineffabilia beneficia sibi a Christo collata, de quibus subiungit. Quod autem ad ecclesiam primitiuam praecipue, immo & totam Christi ecclesiam referenda sunt haec, patet ex eo, quod in praecedentibus uerbis de ipsa loquutus est sermo diuinus. Sed & eadem, ad quae nunc Sophonias hortatur, Zacharie 9. scribuntur, ubi dicitur, Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem &c. quae ad primum Christi aduentum esse referenda, sacratissimus euang. Mattheus testatur. Itaque subditur, [abstulit dñs] Iesus Christus, uel Deus pater, seu tota super beatissima trinitas, uetus, uerus, ac simplicissimus Deus per ipsum ut mediator. [iudicium tuum] id est, iudicium condemnationis, de quo ait saluator Ioan. 5. Qui credit in me, habet uitam aeternam, & in iudicium non ueniet, sed transiet a morte ad uitam. Et Psalmista: Non intres in iudicium cum seruo tuo. Ab hoc namque iudicio, & a poena originalis peccati, quantum ad descensum ad inferos, Christus liberauit ecclesiam, iuxta illud Esaia 25. Praecipitabit dñs mortem in sempiternum, & opprobrium populi sui auferet. [Auertit inimicos tuos] quia ab hostibus uisibilibus & inuisibilibus redemit electos. Propter quod dixit saluator discipulis Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Et ite. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. [Rex Israel] i. iuste est rex Messias, de quo scriptum est Ezech. 34. Ego dñs saluabo gregem meum, & seruus meus Dauid princeps eorum. [dñs in medio tui] hoc est quod Christus in euangelio ait Luc. 22. Ego in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Et Ioan. 14. Non relinqua uos orphanos. Et: Ego uobiscum sum cunctis diebus usque ad consummationem saeculi. Et Mat. 18. Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. [non timebis malum ultra] i. malum poenae & temporalem afflictionem. Perfectorum enim est in aduersis gaudere, & praesentis uitae persecutiones ac tribulationes quasi animarum medicinam suscipere. Propterea Iacob. 1. habet: Omne gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Et Salomon ait Pro. 28. Iustus quasi leo confidens, absque timore erit. Sed & timorem seruilem ac inordinatum non admittit huiusmodi, dicente Ioane: Perfecta charitas foras mittit timorem. Et ibidem: Qui timet, non est perfectus in charitate. [in die illa] tempore primitiuae ecclesiae, [dixerit Hierusalem] i. congregationi fidelium, quae in Hierusalem spiritu sanctum recepit, & suae perfectionis initium sumpsit. [Noli timere Sion] carnali & inordinato timore praesentis uitae aduersa, & persequentium tela. Hoc enim docuerunt apostoli. Unde ait saluator Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uostro dare uobis regnum. Esaie quoque 31. habetur: Quis tu ut timeas ab homine mortali, & a filio hois, qui quasi scenum arescit? Sit ergo cor nostrum in Deo semper confidens, atque in eius pietate sperantes, eiusque dispositioni nos humiliter committentes, parati sumus ad omne agendum ac patiendum.

Acto. 13. Mat. 10.

Esaie. 22.

2. Cor. 10

Dani. 13.

Mat. 21.

Psal. 142.

Mat. 28.

1. Ioan. 4

quod ei placuerit, ut cum iusto dicamus: Dñs illuminatio mea & salus mea, quem timebo? domini protector vitæ meæ, à q̄ trepidabo? Et rursus Psal. 5. Non timebo milia populi circumstantis me. Item q̄ 56. & 107. Paratū cor meū Deus, paratū cor meū. [non dissoluantur manus tuæ]. à bono inchoaro non cesses neq̄ tepescas. [Dominus Deus tuus in medio tui fortis.] Christus em̄ Deus & homo, vere fortis atq̄ omnipotens, in medio est suorum, & ipse cū patre ac spiritu sancto ad electos corda venit, ac ea inhabitat, ita q̄ templum Dei dicunt. Propter quod Apoca. 21. habetur: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. [ipse saluabit vos] de morte æterna, immo tandem ab omni pœna atq̄ miseria. Hoc totum Esa. 37. sic legitur: Confortate manus dissolutas, & nolite timere, ecce Deus vester veniet & saluabit vos. Hinc demum hortatur Apostolus Heb. 12. Manus dissolutas erigite, & rectos facite gressus pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem saluetur. Hinc quoq̄ 2. Paralip. 15. legitur: Vos autem confortamini, & non dissoluantur manus vestrae, erit enim merces operi vestro. [gaudebit super te in lætitia] id est, de tua stabilitate & gratia ac salute lætabitur in seipso, lætitia increata non aliunde causata, quemadmodū scriptum est Psal. 149. Beneplacitū est dño in populo suo. Et Lætabitur Deus in operibus suis. Hinc in Hiero. fatetur: Lætabor super eis cū eis benefecero. Et Esdr. inducit: Gaudium domini est fortitudo vestra. [silebit] super te [in dilectione tua] id est, peccata tua tacebit, eo q̄ diligit te, & propter charitatem q̄ eum amasti, q̄niam charitas operit multitudinē peccatorum. Vnde per Esaiā 54. loquutus est: Iuravi, ut non irascar tibi, & nō increpē te. [et exultabit super te in laude] i. p̄conijs quibus eū colaudas, cōplacenciam piam habebit, & laus tua ei placebit. Vel exultabit sup te in laude, ita q̄ laudabilē te esse testabit, secundū q̄d Chrs in euang. dicit Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hoībus, confitebor & ego eū coram patre meo. Porro in his verbis demōstrat paternā dilectio, ineffabilisq̄ benignitas Dei ad nos. [nugas] id est, mendaces & vanos, Christum negantes, [qui à lege] diuina [recesserant] per inobedientiam & peccata. [congregabo] collegio fidelium, conuertendo eos ad fidem, quemadmodum in Actis apostolorum leguntur multa millia Iudæorum ad sancti Petri p̄dicationem conuersa. [quia ex te erant] id est, de numero saluandorum seu electorum. Vnde & Lucas 15. Act. apostolorum: Crediderūt, inq̄, quotquot p̄ordinati erāt ad vitam æternam. Et de reprobis in prima sua canonica ait Ioan. In nobis erant, sed non erant ex nobis. Nam si ex nobis fuissent, mansissent vtiq̄ nobiscum. Ete non vitā habeas super eis opprobrium, de eorum infidelitate & obstinatione erubescendo. Si enim nullus ex Iudæis conuersus fuisset, potuissent gentiles & infideles Iudæi insultare apostolis, primisq̄ credentibus, q̄ nullus de plebe eorum fidei consensisset. [Ecce ego interficiam omnes, qui affixerunt te in tempore illo.] Iudæos enim incredulos, qui primitiuam ecclesiam grauitè afflixerunt, Deus omnipotens per manus Romanorum occidit, & qui corporaliter occisi non fuerūt, spiritualiter perierūt, atq̄ æternam mortem in inferno adepti sunt. Hinc dictū est à Michæ ca. 5. Exultabit manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. [et saluabo claudicantem] i. virtutibus imperfectam, & fide nutantem, augendo in talibus gratiæ lucem. Christus enim, sicut Esaias 42. p̄dixit, calumiam quassatam non contriuit, & linum fumigans non extinxit. Certū est autem, discipulos Christi ante spūs sancti susceptionem sapius claudicasse. [et eam q̄ eiecta fuerat, congregabo] i. plebem credentem in Iesum Christū, quam Iudæi extra synagogam esse censebant, ut legit in Ioan. per charitatem & dona spūs sancti spiritualiter adunabo. Hoc est q̄d Psalmista p̄dixit: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. [et ponam eos in laudem & in nomē] i. gloriosos atq̄ famosos, siue laudabiles faciam eos [in omni terra confusionis eorum,] videlicet in tota Iudæa, Galilæa, Samaria, regnis & provincijs paganorum, in quibus apostoli & ceteri Christiani primo valde contempti fuerunt, sed virtute diuina tot fecerunt miracula, & tam innumerabiles conuerterunt ad fidem, q̄ vbiq̄ à credentibus in summo honore, fama, & gloria habiti sunt, sicut in Psal. 44. legitur prophetatum: Constitues eos principes super omnem terram. & 48. Principes populorum congregati sunt cū Deo Abraham, q̄niam dñi fortes terrę vehemēter eleuati sunt. Vnde Esa. 60. de eis habet: Qui sunt isti, q̄ ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Et iterū ibidē: Pro eo q̄ fuisti derelicta & odio habita, ponā te in superbiam seculorum, gaudiū in generationem & generationem. [in tēpore illo, quo adducam vos] o apostoli atq̄ credētes ad aliorum instructionem & conuersionē. [et in tēpore quo congregabo vos,] secundū modum nūc dictum, vel quando congregabo vos gentibus, quas cōuertetis. [Dabo em̄ vos in laudem, & in nomē omnibus populis terræ,] quos conuertetis. [cum conuerterō captiuitatē vestrā coram oculis vestris] id est, euidenter quero vos de aduersariis vestris infidelium persecutiōe & potestate, quod fuit impletum, quando Romani deleuerunt Iudæos incredulos, & etiā ante ac postea. Frequenter etenim Deus de carceribus & vinculis miraculose redemit fideles, & tyrannos

Nehe. 8.

1. Ioā. 2.

Psal. 67.

nos dira morte peremit. [dicit dñs] qui solus est per essentiam verus ac veritas. [Præterea q̄d in principio huius cap. de Hierusalem & synagoga ad literā expositū est, facile est iuxta spiritalem intelligentiā de ecclesia explanare. Itaq̄ cōgregationi Christianorum impoenitēti & Christo inobedienti, merito dicit: [Væ prouocatrix, & redempta] sanguine Christi, [cuius columba] propter q̄sdam innocentes & simplices impijs iunctos. Vel columba, eo modo, quo ait Osee propheta: Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. Ista malignantiū ecclesia non audit vocē Christi, nec suscipit disciplinā, neq̄ in Deo confidit veraciter, nec Deo appropinquat, se ad grām disponendo. [Principes eius quasi leones rugientes] quia cū auiditate atq̄ superbia p̄sident, subiectosq̄ opprimūt. [iudices eius lupi] Hoc de iudicibus iniustis & cupidis, munera recipientibus, innocentes inopesq̄ damnantibus, vey est. [Propheta eius vesani] i. p̄dicantes & docentes populū, allegantes & exponētes scripturā, & propria verba & documenta non obseruantes, caput habēt insanū, & stultis ac furentibus pares sunt. [Sacerdotes eius polluerunt sanctū] sacramenta irreuerēter tractādo, & sacerdotales sanctiones transgrediendo. Contra hos dabit dñs iudicium suū mane in luce] i. velociter, euidēter, atq̄ dirissime eos damnabit. Deniq̄ p̄pter Christianorum peccata tradit Deus frequenter terras eorum hostibus suis. [desertas fecit vias eorum] gratiam & virtutes, quibus ad Deum transitur, subtrahendo. [desolatae sunt ciuitates eorum] q̄niam ipsi damnati sunt, & bonis spūalibus destituti. [Et dixi, attamē timebis me, suscipies disciplinam.] Hoc dominus ait propter electos. [et non peribit habitaculū tuum] quoniam ecclesia Christi vsq̄ in finem seculi stabit, ad gloriam Dei sublimis & benedicti. Amen.

Osee. 7.

Enarrationum in Sophoniam prophetam, finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN AGGAEVM PROPHE TAM ENARRATIO.

Elucidatio literalis primi cap. In anno secundo Darij regis. Art. I.



Aggæus propheta postreditū à Babylonica captiuitate in Hierusalem, p̄phetauit ad eos, q̄ de Babylonia redierūt, sicut ex litera mox exponenda ostendit. Ait em̄ sanctus propheta: [In anno secundo] regni [Darij regis Persarum] qui secundū Hieronymū & Iosephum fuit filius Hytaspis, secundū alios vero, fuit filius Assueri regis & Hester reginæ. Vnde Darius iste non fuit Darius ille, q̄ cū Cyro rege demolitus est Babylonem, sed longe posterior eodem mox posterior Cyro & Artaxerxe regibus Persarum. [in mense sexto] huius anni secundi, [in die vna] i. prima, vel alia quadā die mēsis [isti] factum est verbum domini in manu Aggæi prophete. Ipsi Aggæo, atq̄ in libero vsu & actu ipsius. Per quod excluditur error dicentium, prophetas esse loquutos, sicut loquūtur arreptitij & amentes, contra quos dicit Apostolus: Spūs prophetarum prophetis subiecti sunt. [et Zorobabel filium Salatiel] qui Salatiel natus est in Babylone, eratq̄ filius Ieconias, iuxta illud Matthæ: Et post transmirationem Babylonis Ieconias genuit Salatiel. [ducē Iudæ] erat namq̄ Zorobabel de tribu Iudæ & semine Dauid, ac principalis & dux inter Iudæos, secum de Chaldæa regressos. [et ad Iesum filium Ioseph] sacerdotem magnum, dicens] i. inter sacerdotes temporis sui p̄cipuū, puta pontificem. Istis duobus tanq̄ capitibus populi, loquebat Aggæus, deinde & alijs. [Hæc ait dñs exercituum, dicens] Populus iste] de Babylone reuerfus [dicit] Nondū venit tempus domus dñi ædificandæ] i. à constructione templi ignauiter se excusat. Porro, ut legit 2. Paralip. 36. & 1. Esdræ 1. Cyrus rex Persarum concessit Iudæis licentiam reparandi templum Dei in Hierusalē à Chaldæis destructū sicq̄ Iudæi à Chaldæis reuersi, cœperūt cū Esdra ædificare: cumq̄ altare construxissent, & fundamēta templi locassent, scripta est à Samaritanis epistola Artaxerxi regi contra eos, q̄ opus inceptū prohibuit exequi. Itaq̄ ex tunc impeditum fuit vsq̄ ad annū secundum Darij regis, ut legit 1. Esdræ lib. Cumq̄ Darius iste dedisset Zorobabel licentiam consummandi templum inceptū, populus Iudæorum adhuc tardus fuit ad prosequendū ideo à propheta redarguunt, quemadmodum subdit: [Et factū est verbum domini in manu Aggæi prophete, dicens.] Secundū Hieron. reuelatio ista prophetica eodem die est facta Aggæo, q̄ verbū p̄cedens. [Nuncq̄ tempus vobis est] Iudæi, [ut habitetis in domibus] laqueatis] i. ornatis & curiosis, [et domus ista deserta] i. templū adhuc permanet desolatū & irreparatū: q̄si dicat: Quā diu domus Dei manet deserta, non decet vt vobis spūs cōstruat edificia amœna & pulchra. [Et nūc hæc dicit dominus exercituum] Ponite corda vestra super vias vestras] i. opa vestra sapienter pensare, & scietis, q̄

1. Co. 14. 1. Esd. 1.

4. Re. 25.

1. Esd. 4.

ris, q̄ male successerit vobis, eo q̄ operi Dei, videlicet templi ædificationi, prætulertis propriū opus. Nā [seminatis multū, & intulistis paḡr] ita q̄ seminationē paucus securus est fructus, & terra q̄dāmodo sterilis fuit. [comeditis, & nō estis satiatibibitis, & nō estis inebriati] i. sufficientiā cibi & potus nō habuistis p̄pter paruitatē fructuū terræ segetū & vuarū. Itaq; inebriatio nō capit hic, vt sonat vitiosam supfluitatē: sic em̄ nō est tantū p̄na peccati, neq; nociuū naturæ, non esse inebriatū sed vt sufficientiam vel exhilarationem quandā cordis ex potu designat. [operuistis vos, & non estis calefacti] sicq; indumentorū inopiā habuistis. [Et q̄ mercedes] i. pecuniam vel alia q̄libet [congregauit,] vt thesaurizando vel negociando lucraretur. [misit eas in sacculū pertusum] i. inutiliter eas amisit, sicut pecunia in sacculū contracta missa, elabatur atq; deperdit. Hæc omnia contigerūt vobis propter acediam vestrā circa templi inaugurationē. [Hæc dicit dominus exercitū: Ponite corda vestra super vias vestras: Ascendite in montē] i. ad loca syluestria & montana, in q̄bus sunt ligna pro tēpli ædificio apta, sicut in monte Libani, [portate] inde [ligna] Vel ascendite in montem Sion, in q̄ construendū fuerat templū: portate ligna illuc, & ædificate domū [videlicet tēplum,] & acceptabilis mihi erit, & cōglorificabor, dicit d̄s] i. gloriosus in ea apparebo, & mirabilia operabor, sicut infra patebit. [Respexitis ad amplius] i. multū de fructibus terræ habere putastis. [et ecce factū est minus] i. modicum & minus quā sperastis, fuit de ipsis bladis in culmis seu spicis. Et intulistis in domum] i. in horrea terræ ascensia collegistis, & exussit illud] frumentum q̄d fuit in spicis, & mea virtute dispersum est, excidit, atq; disperit. [Quam ob causam, dicit d̄s exercitū: Quia domus mea deserta est] i. templum reparare neglexistis. [et vos * festinastis vnusquisq; in domum suam] i. de proprio commodo & temporalibus bonis solliciti fuistis. [Propter hoc super vos prohibiti sunt celi] ærei [ne darent rorem] i. me ordinante atq; iubente, nubes, rores & pluuia, in aere more solito generatæ non sunt, nec terram fecundauerunt. [et terra prohibita est, ne daret germen suum] q̄niam ad prædictam siccitatem sterilitas est secuta, terra q̄ppe Iuda de cælo pluuiam præstolatur, & inde fecundatur, quemadmodū in Deuterono. Moses loquitur: Terra ad quā ingredieris, non est sicut terra Aegypti, vbi iacto semine aqua ducunt irriguæ, sed mōtosa est & campestris, de cælo expectans pluuiam. [Et vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum] i. semen triticum in terram proiectū, vel super culmum exortum, ita q̄ fructus paucus securus est. [et super vinū & super oleum] i. super vites & vvas atq; oliuas, [et quæcunque profert humus] i. super vniuersa terræ ascensia, [et super homines & super iumenta] i. ad vestram afflictionem & iumentorū famem ac sitim, quorū afflictio in vestra redūdauit calamitatis augmentū. [et super omnem laborem manū] vestrarū, i. super possessiones vestras labore manuum acquisitas, ita q̄ siccitas illa aliquo modo nociua fuit omib; quæ habetis, vel potius vobis per relationē ad illa. [Et audiuit Zorobabel filius Salatiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnes reliq; populi] i. Iudæi de captiuitate reuersi, & pauci de multis relictis, [vocem Dei sui &] pro. i. [verba Aggæi prophetæ] i. diuinæ iussioni per prophetā ad eos factæ obediuerunt. [sicut misit eum dominus Deus eorū ad eos, & timuit omnis populus a facie domini] id est, aspectum diuinæ maiestatis verebantur, & ex hoc processerūt in opus. [Et dixit Aggæus nuncius domini de nūcijs domini] id est, propheta Dei de numero verorum prophetarum existens, [populo dicens: Ego vobiscum sum, dicit dominus] i. auxilium vobis præbebo, vosq; tuebor, ita q̄ ædificatio vestra consummationem habebit. Vel sensus est, q̄ Aggæus nuncius domini, dixit populo Iudæorum præfato, de nūcijs domini, id est, de alijs prophetis, vel ex parte seu persona eorum: Ego vobiscum sum, dicit dominus, quasi dicat: Non ego solus, sed alijs quoq; prophetæ id ipsum testantur & spondēt, dicentes quod dixi, videlicet: Ego vobiscum sum, dicit dominus, quia per Hieremiam & Zachariam & Ezechielem Deus Iudæis prædixit, q̄ post reditum de Babylone assisteret eis in omnibus. [Et suscitauit dominus spiritum Zorobabel filij Salatiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo] id est, omnium horū animos inflammavit ac roborauit ad faciendum beneplacitum eius. [et ingressi sunt] locum templi, [et faciebant opus in domo domini exercituum Dei sui] id est, ad templi constructiōnem quilibet, vt potuit, cooperabatur: non q̄ simpliciter omnes simul ingressi sint, sed q̄dam de omnibus, vt sit distributiō accommoda, vel pro generibus singulorū. Ingressi sunt autem & ædificare exorti sunt [in die vicesima & quarta mensis] De quo in proemio libri istius iam dictum est, vt pote sexti mensis, sicut subiungitur, [in sexto mense, in anno secundo Darij regis] ita quōd inter primum diem huius mensis, quo die ad Aggæum loquutus est dominus, & diem istum eiusdem mensis vicesimum quartum, fluxerunt medijs fuerunt dies vigintiduo.

De spiritali & mystico sensu eiusdem cap. primi.

Art. II.

Aggæus

Aggæus interpretatur solēnitas. Qui ergo a peccatis seculiq; tumultibus & passionum strepitibus cessat, & in mētis quiete sabbatū delicatū dño celebrat, solis diuinis cōtemplando ac diligendo intendēs, capax est reuelationū celestiu, & dignus aptusq; vt verbum Dei fiat ad ipsum, ita q̄ vnctio spūs sancti docet eum de oibus. Deniq; per huiusmodi vi-
rum loquitur Deus ad Zorobabel qui interpretat magister in Babylone. Hoc est, ad principes seculares, qui temporali præsumt regimini, in q̄ variæ cōfusiones vitiorū occurrūt. Baby-
lonis autē nomine mūdus exprimit. [et ad Iesum sacerdotē magnū] i. ad prælatos ecclesiæ, qui aliorū salutē pcurare, quantum in ipsis est, debēt. Iesus autē salus vel salutaris interpretat. Porro
secūdū Hieronymū, vterq; istorū Christi fuit figura. Christus em̄ rex & dux noster est: sicq; Zorobabel typus fuit ipsius. Ipse q̄q; magnus & summus sacerdos est, iuxta illud in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternū. De q̄ scriptū est in prima canonica Petri: Conuersi estis ad pastore & episcopū animarū vestrarū, sicq; p Iesum filiū Iosedech figurabat. Quemadmodū enim isti
populū suū de Babylone in terrā pmissionis reduxerūt, sic Christus Iesus suos electos de diabolica captiuitate secularisq; vitæ cōfusione eripuit, & de mūdo isto cōfusionibus pleno, ad
regionē celestē euexit, iuxta illud ad Heb. 2. Multos filios adduxit in gloriā. Insuper quid d̄s per spiritalē Aggæū ad principes seculares fideles, ecclesiasticosq; prælatos, dicat, aduertētia dignū est. [Hæc dicit d̄s: Populus iste dicit, Nondū venit tēpus domus Dei ædificandæ] i. plebs vobis subdita & cōmissa, verbis vel rebus affirmat, nondū adesse horā reformādī ecclesiæ, corrigēdi mores, emendādi vitā. Domus equidē Dei, est cōgregatio fidelium, vel vnusquisq; deuotus, seu anima iusti. Deus nanq; habitat in cordibus nostris per fidē, & corpora nostra
templū sunt spūs sancti, secūdū Apollolū. Qui ergo seipsum vel proximū noscīt gratiā Dei amisisse, & domū diaboli factū peccādo, si iste emendationē sui vel pximi protrahit, differt, procrastinat, nec statim p̄nitentiā agit condignā, et si non verbis, tñ rebus asserit: Nondum venit tēpus domus Dei ædificandæ. Præcipue quoq; circa hoc dānabiles approbabunt principes & prælati, qui gregē sibi cōmissum verbo & opere ædificare non satagūt, sed malū paulatim inescere sinūt. Quibus Salomon ait: Vt que quo piger dormis? Quibus & in Esa. d̄s loquitur: Speculatores cæci &c. canes muti, nō valentes latrare, vidētes vana, & dormiētes. Præ-
terea vniuersis carnalibus, temporalia & terrena magis q̄ celestia & æterna querētibus, magisq; hoibus q̄ Deo placere optantibus, rectissime dicit: [Hæc dicit d̄s: Nunquid tēpus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis] i. corporibus vestris curiose atq; pompe ornatis, [et domus ista deserta] i. ipsa vestra cōscientia, mens seu anima, quæ Dei domus esse deberet, a vobis negligit & gratia spoliat, spiritaliterq; destruit. Sicut enim docet Apostolus, virtuosus habitāt & sunt in spū, vitiosi autē in carne. Itaq; qui corporibus suis de oibus cōmodis
carneis diligenter abundatēq; prouidēt, animā vero virtutibus vacuā, a charitate frigentē, vitijs saucia, non reformāt nec ornāt, isti diuinitus increpant, carnales vocant, & omni dānatione digni cēsentur. Præterea p̄i ductis vtiq; verbis redarguūtur carnales Christiani, qui Dei zelo non feruēt, sed priuato pleni amore sunt, ideoq; materialia Christi tēpla, & domus diuino cultui deputatas, inueterata, ruinosā, & q̄tidie deficiētia vel destructa reparare, ædificāre, cōstabilire nō enitūtur, sed sibimetipsis habitacula construūt curiosa, voluptuosa, super-
suauin istis amor Christi non viget, quibus Esaias mināt: Væ q̄ cōiungitis domū ad domū, & agrū &c. & opus Dei nō respicitis. [Hæc dicit d̄s: Ponite corda vestra] i. mētis vestre cōsiderationē [super vias vestras] i. affectiones, cogitatus & opera, vt sitis in oibus circumspecti, quemadmodū ait Apostolus ad Timotheū: Sine p̄iudicio, i. præiudicio rationis iudicio, nihil faci-
as. Salomon q̄q; Pro. 4. Oculi tui videāt recta, & palpebræ tue p̄cedant gressus tuos. Hoc est q̄d Ecclesiast. 32. legitur: Fili, sine cōsilio nihil facias, & post factū non p̄nitēbis. Hoc modo posuit sanctus Iob cor suū super vias suas, qui dixit: Verebar oīa opera mea, sciēs q̄ nō parceres dñe delinquētī. Cū em̄ secūdū positionē probabile, in actibus humanis non sit indifferens, i. aliquid q̄d nec meritoriū nec demeritoriū sit, q̄ modo p̄fato corda sua super vias suas non ponūt, nōne quotidie quasi innumerabilia peccata incurrūt, cogitādo, loquēdo, appetēdo & operādo, immo & debita omittēdo? Tales sunt oēs intemorati, qui implere non curāt quod scriptū est: Omni custodia custodi cor tuū. [Ascēdite in montē] i. ad Ch̄m, eius documenta atq; exēpla p̄fando & imitādo, vel ad spūalem & altā sacræ scripturæ intelligentiam, vel ad verā mentis perfectionē. [afferte ligna] i. dona sancti spiritus obtinere conemini. Vnde de sapiētia quæ est primū inter dona, Salomon profitetur Pro. 3. Lignū vitæ est oibus apprehendētib; eā. His quippe donis tanq; fortissimis lignis machina virtutum cōfurgit & stabilitur in anima. [et ædificate domum] cōscientiā, aliosq; in virtutibus reformate, [et acceptabilis mihi erit] spūalis hæc domus, & deliciae meæ esse cum filijs hoīm. [et glorificabor in ea, dicit d̄s] i. a fidelibus honorabor, gloriosus agnoscar, & maiestatis ac gratiæ meæ potentia ipsis mōstrabo. [Respexitis ad amplius] i. grandē in virtutibus p̄fectionē obtinere putastis. [et factū est minus] i. paḡ vel nihil profecistis, [et intulistis in domū] i. aliquid gr̄æ im-

1. Ioan. 2

Esa. 55.

1. Pet. 2.

Ephe. 3.

Pro. 6.

Esa. 56.

Roma. 8.

Esa. 5.

1. Tim. 5.

Iob. 9.

Pro. 4.

Pro. 8.

petraſtis, & mentis aræ induxiſtis, & exuffiaui illud Ji. perire permiſi, nec mea cuſtodia dignum putau. Hoc illis cōtingit, q̄ diuino honori cōmoda ſua præponūt, & priuatū atq̄ carnalē amorē funditus non extirpāt, q̄rum pœnitētia & deuotio inſtabiles offendunt, q̄a dum tētatio parua occurrit, mox ſuperant. Tales ſunt audaces, ſibi placentes, ſapiētes & magni in oculis ſuis, qui conuerſationē ſuā in vera ac ſtabili humilitate non fundāt. [ſeminatiſtis multum, & intuliſtis pagæ.] Hoc accidit illis, qui in exterioribus obſeruatijs corporalibusq̄ exercitationibus multū ſe occupāt, & circa interiorē animæ reformationē atq̄ internam in Deo charitatis affectionē pagæ proficiunt. Propter q̄d dicit Apoſtolus: Corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt, pietas autē ad oia valet. [Comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati.] Hoc de his accipi poteſt, qui corpus & ſanguinē Chriſti vel indigne, vel minus digne ſuſcipiunt, q̄m ſacramenti virtutē & efficaciam nō ſortiunt ppter vitæ ſuæ negligentiam & torporē. Item de his, qui aqua ſapientię & pane vitæ operibusq̄ virtutum, & pane potuq̄ la chrymæ veſcunt, aliquidq̄ ſpūalis cōſolationis experiunt, ſed non ſatis cōdigne ſecundū vocationis ſuæ exigentiā creſcūt in iſtis, q̄bus aduertendū eſt illud apoſtoli Pauli: Reſuscites gratiā Dei in te. Et ruruſ: Digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. Illud q̄q̄ Ioan. Memor eſto vnde excideris, & operuiſtis vos pallio charitatis & indumētis iuſtitię. [& nō eſtis calefacti] ſeruore diuini timoris. Hoc dicitur his, q̄ cum ſpū coeperint, carne conſumant, q̄ a priſtino cadūt ſeruore, atq̄ in via Dei regrediunt magis q̄ progrediunt. [Et q̄ mercedes cōgregauit] Ji. bene agendo aliqua ſibi merita & p̄mia accumulauit, miſit eas in ſacculū perſulū Ji. fructū laborū ſuorū amiſit, non perſeuerando uſq̄ in finē, vel laudes humanas q̄rendo, vel intra ſe inaniter gloriando, nec intra humilitatis cuſtodiam ſpirituales diuitias cōſeruādo. Tales ſunt vani atq̄ inutiles hoīes. De q̄bus ait ſaluator Mat. 6. Amē dico vobis, receperunt mercedē ſuā. Theſaurizemus ergo in cælo, omneq̄ bonū Deo humiliter aſcribamus. [Quā ob cauſam, dicit dñs, q̄a domus mea deſerta eſt Ji. thalamus conſciētie non purgatus, p̄ximus ad pœnitentiā non cōuerſus, & plebs a dæmonū iugo non reuocata, & vos feſtinatiſtis vnusq̄q̄ in domū ſuā] propria cōmoda exgrendo, atq̄ in carnis vitijs p̄ſiſtēdo, [propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli] Ji. ſpūs angelici, [ne darēt rorē] Ji. ne corda veſtra græ influentia inſtrumetaliter fecundarēt, conſolationēq̄ cæleſtis dulcedinis ad vos deferret. Vel c̄ Ji iſti ſunt viri deuoti & p̄dicatores verbi Dei, in terra cæliſormiter cōuerſantes, a q̄bus Deus ſæpe ſubtrahit efficaciam exhortādi propter negligentiam populi, quē admodū ad Ezech. 5. loquitur Deus: Fili hoīs, linguā tuā adharere faciā palato tuo, & eris mutus, nec quali vir oburgās, q̄a domus exaſperās eſt. De hoc rorē loquit Eſa. 26. ad dñm: Ros tuus ros lucis. Iſaac q̄q̄ ad Iacob: Det tibi Deus de rorē cæli. [& terra cōtinuit germē ſuū] i. habitantes in terra, fructū virtutū non protulerūt. Non em̄ ſine græ influxu aliquid meritorie agere queūt. Ideo profiteſt Pſalm. Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. [Et vocauit ſiccitatē ſup terrā] Ji. virtuoſorū opeꝝ ſterilitatē ſue carentiā ſup eos, q̄ dediti ſunt peccatis carnalib⁹. Vnde homini in vitij gulæ plapſo, dictū eſt a Deo: Terra eſt & in terrā ibis. Sed & in Geneſi p̄teſtatus eſt dñs: Non p̄manebit ſpūs meus in hoīe in ceterū, q̄a caro eſt. [& ſup montes] Ji. eos, q̄ ſpūalib⁹ vitijs, p̄fertim ſuperbię, ſeruūt. Deus q̄ppe ſuperbis reſiſtit. [& ſup triticū, & ſup vinū & oleū, & q̄cunq̄ p̄fert humus] Ji. ſup vniuerſa q̄ agūt, q̄a etſi qd de ḡne bonorū agere videant, Deo t̄ absolute non placet, nec quippiā promerent, eo q̄ charitatē Dei inſuſam ſortiſti nō ſunt, [& ſup hoīes & iumētā] Ji. doctos in ſua ſciētia tumidos, & indoctos, vel ſuper credentes fide inſormi atq̄ incredulos. [Et audiuit Zorobabel & Ieſus filius Iofedech & reliquiæ populi vocem Dei & verba Aggæi prophete.] Electi em̄ & timorati ac dociles, diuinis eloquijs & deuotorum exhortationibus acquieſcūt. [& timuit populus a facie domini.] vultus enim domini ſuper faciētes mala, vt perdat de terra memoriā eorum, & certe diuinæ maięſtatis præſentia cum ingenti reuerentia eſt timēda. [Et ſuſcitauit dñs ſp̄m Zorobabel, & ſp̄m Ieſu filij Iofedech, & ſp̄m reliquorū de populo. & ingreſſi, faciebant opus in domo dñi.] Simili modo dum ſpūſ ſanctus excitat corda prælatorū ac principū & ſubditorum, ingrediuntur eccleſiam, propriamq̄ conſcientiam & diuina exequuntur mandata.

[Explanatio literalis Cap. II. In ſeptimo meſe. Arr. III.]

In ſeptimo meſe Ieuiſdē anni, de q̄ in p̄cedēti cap. dictū eſt, [viceſima & prima die meſis] huius ſeptimi, ſcrib⁹ hebdomadib⁹ euolutis, [factū eſt verbū dñi in manu Aggæi p̄phete] ſecundū intellectū ſuperius introductū. [dicēs: Loquere ad Zorobabel filiū Salatiel ducem Iuda, & ad Ieſum filiū Iofedech ſacerdotē magnū, & ad reliq̄s* populos, dicēs: Quis in vobis eſt derelictus] i. quis veſtrū adhuc vidit & ſuper eſt, [qui vidit domū iſtā] i. deſolutā, atq̄ ad intellectū potius q̄ ad ſenſum monſtrabile, [in gloria ſua prima] Ji. in decore & excellētia, quā ante ſuā a Chaldæis deſtructionē habebat, tēpore Sedechiæ regis & ante. [& *qd̄ vos videtis hanc nunc?] Ji. qui etiam videt hanc domum, ſecundū quod iam in oculis veſtris apparet. [Nunquid non ita eſt, quali non ſit in oculis veſtris?] i. domus iſta nullius videtur eſſe

1. Tim. 4

Ecc̄i. 15. Pſal. 76.

2. Ti. 1. Ephe. 4. Apoc. 2.

Iacob. 1.

Gene. 27

Pſal. 142

Gene. 3. Gene. 6.

Pſalm. 33

4. Reg. 25. *quid.

eſſe reputatiōis reſpectu tēpli prioris a Salomone cōſtructi. Hoc dicit p̄pheta, vel q̄a dū iſta loquebatur, ſecundæ domus fundamēta ſolum iacta fuerunt, & pagæ aut nihil ſuperædificatū, quia a rege Artaxerxe opus fuit phibitū, nec fiebat uſq̄ annū ſecundū (de q̄ nūc ſermo) ſub Dario rege, vt legitur in Eſdra. Vel quia ex cōſideratiōe eius q̄d iam ſuit inceptū, patere potuit q̄ etiā domus iſta cū ad cōplemētū veniret, primo tēplo nullatenus equaret, quantū ad precioſitatē materiæ ac decorē ſtructuræ. Deniq̄ qd̄a eorū q̄ primū tēplum viderunt, iſtis adhuc diebus vixerūt. Siquidē primo lib. Eſdræ habetur, q̄ plures de ſacerdotibus ac Leuitis & principes patrū, q̄ viderunt tēplum primum, ſteuerunt, viſis fundamentis tēpli ſecundū. [Et nunc cōfortare Zorobabel, dicit dñs, & cōfortare Ieſu fili Iofedech ſacerdos magne, & confortare oīs popul⁹ terræ, dicit dñs exercitū] Iudææ i. fiducia audacię bonā ex diuina promiſſione aſſumite, [& facite] op⁹ in domo dñi, ſcdm qd̄ hortor: [qm̄ ego vobiſcū ſum, dicit dñs exercitū] p̄ ſpeciale auxiliū & gratiā ſingularē, tã gratū facientē q̄ gratis datā. [Verbum qd̄ pepigi vobiſcū] i. adimpletio ſermonis ac pacti, a me ad vos plati & initi, [cum egredere mini de terra Aegypti] loquitur Deus hoc loco de toto populo quaſi de eiſdē, ſed non eſt totū qd̄ dicitur, ad eoſdē referendū. Hi nēpe q̄bus loquebat Aggæus, nondum nati fuerūt tēpore egreſſiōis ex Aegypto ſub Moſe, nec ad iſtos fiebat tunc ſermo diuinus, ſed totus populus quaſi vnū aliqd̄ reputatur. [& ſpūs meus] i. ſpūs ſancti directio, auxiliū, & inſiſtus erit in medio veſtrū] i. in vobis & inter vos. Hoc em̄ frequēter Deus p̄ Moſen repromiſit, q̄ filios Iſrael clemēter aſpiceret, quā docunq̄ ei fideliter deſerirent. Ego (ingens) ſum q̄ habitū oīm medio filiorū Iſrael. Nolite timere, dicit dñs exercitū] in ordinato timore. [Adhuc vnū modicū eſt] i. breue reſtat tēpus cōparatione prioris durationis & p̄peruitatis ſequētis. Vel propter magnitudinē rei p̄miſſæ, dicitur tēpus hoc modicū. Quo em̄ maius bonum promittitur vel expectatur, eo mora dilationis æquanimius eſt ferēda & minor putanda. [& ego comonebo cælum & terram & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gētibus.] Omnia iſta ſecundū doctores catholicos ad primū Chriſti referūt aduentum, & pro tunc impleta credūt. Mouit itaq̄ Deus cælum, quādo Chriſto iā nato ciues cæleſtes apparuerunt hoīb⁹, cōcinentes: Gloria in excelsis Deo. Secundum Hieronymū vero Deus cælum mouit in paſſione, dū ſol ſcribitur obſcuratus, [& terrā] i. habitātes in terra. Hoc fuit impletū, dum ex his quæ in Chriſti natiuitate diuinitus calitusq̄ fiebat, in admirationē ducti ſunt multi p̄fecti & cōturbati, iuxta illud Luc. 2. Omnes q̄ audierunt, mirati ſunt. Sed & magi incolæ terræ, viſa ſtella, nōne mox mori ſunt p̄perantes videre puerū Ieſum? & mare, i. nauigantes & operātes in aquis, ſicut per Eſa. prælocutus eſt dñs: Me etenim in ſulæ expectāt, & naues maris in principio, vt adducant filios tuos de longe. Multi ergo & penē innumeri per maria propter catholicā fidem prædicandā vel audiendā iter fecerunt, & aridā, i. terras omnino arentes, earumq̄ incolæ, in quibus Deus mirabilia operabatur. Et mouebo omnes gentes. Hoc ſecundum Hieronymum, eſt impletum quando in omnem terrā exiuit prædicatio apoſtolorū, ad quorū verba atq̄ prodigia quidā de omni genere hominum ſunt cōuerſi. Quidā interea ſuperſicialius percurrēt, aſſerūt cælum motū, quādo Chriſto nato noua ſtella apparuit Magiſt: & terrā, quādo Romani diuina virtute omnia regna mūdi ſuo ſubiderūt imperio: mare quoq̄, dū & inſulas maris ſubiugauerunt. Deniq̄ oēs gentes aſſerunt motas, dum ad Cæſaris Auguſti edictū ſinguli ibāt, vt in loco cōgruō ſe Romano imperio ſubditos profiterentur. Et veniet deſideratus cunctis gentibus, i. Chriſtus vnigenitus Dei, omniū hominum ſalus, deſiderabilis vniuerſis, cuius aduentum oēs (vel quidā de omnibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorū) deſiderauerunt, per incarnationis myſterium, per humanæ naturæ aſſumptionē, p̄ tēporalē ex virgine glorioſa natiuitatē, veniet in hūc mundū, q̄ ſecundū diuinitatis ſuę naturā incircūſcriptus exiſtēs, nec loco, nec tēpore, nec actione, nec aliquo modo in ſeipſo mouet. Vnde de ipſo ſcriptū eſt: Qui fecit ſtellas, hic eſt Deus noſter, & poſt hæc ſup terrā viſus eſt, & cū hominib⁹ cōuerſatus eſt. De ipſo quoq̄ patriarcha Iacob p̄dixit: Non auferet ſcepterū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat q̄ mittēdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiū. De quo vaticinatus eſt Eſaias: Legē eius in ſulæ expectabūt, & in ipſo gentes ſperabūt. [Et implebo domum iſtā] videlicet tēplū a Zorobabel, cæterisq̄ Iudæis inceptum, [gloria] i. excellentia magna, decore & fama. [dicit dñs exercitū.] Meū eſt argētum, & meū eſt aurū, dicit dñs exercitū: quaſi dicat: Diues & potens ſum implere, quæ ſpondeo, & varijs rebus domū hanc decorare ad placitum valeo. [Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus q̄ primæ dicit dñs exercitū.] Ecce his verbis dñs phibuit ampliorē eſſe debere eminentiā & decorē, ſublimitationē & dignificationē tēpli poſt reditū a Babylone conſtructi, q̄ eius qd̄ Salomon eſt molitus. Porro ſi ea quæ de gloria primi tēpli in libris Paral. ac Regū ſcribūt, p̄ſemus: certiffimū eſt, ſecundum hoc tēplū quaſi paruę reputationis fuiſſe, precioſitatis & glorię, reſpectu tēpli prioris, quantū ad ſtructurā, precioſitatem, ornatum, & ſemper contenta in tēplo. Nam licet de tēpli ſecundū gloria ſcriptū ſit ſecūdo lib. Macha

1. Eſdr. 4.

1. Eſdr. 11.

1. Eſdr. 3.

Num. 33

Lucae 2.

Matt. 27.

Matt. 2. Eſai 51.

Matt. 2.

Lucae 2.

Baru. 2. Gene. 49

Eſai 43

3. Reg. 16

3. Reg. 5.

baorū, q̄ reges & principes locum summo honore dignū ducerent, & templū maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus rex Asiæ, de redditibus suis præfaret oēs sumptus ad ministeriū sacrificiorū pertinētes nihilominus templū Salomonis multo famosius ac honoratius fuit in omni terra, q̄ secundū hoc templū. Propter quod Salomō ait: Domus quā ædificare cupio, talis esse debet, vt in omni terra nominetur. Præterea quædā præclarissima erāt in tēplo primo, q̄ defuerūt secūdo, videlicet arca testamēti, tabulæ Moſis, vna aurea habēs mānā, ignis iugiter ardēs, & diuina respōsa: sed & cultus diuinus plus viguit in templo primo. Itaq; gloria ista tēpli secūdi & excellētia gloriæ eius supra primū, verificari nō potest, nisi per Christi aduentū, durāte hoc tēplo secundo, & præsentationē, visitationē, prædicationē, miraculosamq; operationē eius in ipſo. Si quidē in tēplo isto secūdo Christus in die purificationis fuerat præsentatus, & ipse illud frequenter visitauit, atq; 12. facius annorū, in eo scribas interrogauit. Postremo factus annorū triginta, sæpe in eo prædicauit, atq; miracula (vt in Euāgelio legitur) fecit, secūdu qd Malachias propheta prædixit: Statim veniet ad tēplum suū dominator, quē vos quæritis. Ex hac itaq; Christi & virginis gloriōsæ apostolorūq; in tēplo p̄sentia, virtute & gloria, gloriōsius fuit tēplū istud nouissimū primo. Nepe q̄ iste sit propheticus intellectus, inde patet, q̄ cū dixisset propheta: Adhuc vnū modicū est, & post pauca: Veniet desideratus cūctis gētibus, moxq; adiecit: Et implebo domū istā gloria, magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quā primæ. Ex quibus euidenter probatur, ante secūdi tēpli demotionē regē venisse Mesſiā, neq; post tēplum istud secūdu expectare debent Iudæi à Deo tertium templum, cum templum istud diuinitus appelletur nouissimum. [& in loco isto dabo pacē, dicit dominus exercitūū] quia post reditū à Chaldæis, habuerunt Iudæi interdum pacē in Iudæa, scilicet tēpore Iudith, & postea, vt patet vltimo Iudith, & secundo Machabæorū. Spirituale insuper pacē Deus dedit ibidē suis electis, de qua angeli cecinerūt: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. De qua Christus toties dixit discipulis: Pax vobis. Nā & Christus est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, & reconciliauit nos Deo in sanguine suo. Cōsequēter describitur alia visio. [In vicesima quarta die noni mēsis, in anno secūdo Darij regis, factum est verbū domini ad Aggæū prophetā, dicēs: Hæc dicit dominus exercitūū: Interroga sacerdotes legē] i. quæstionē ad legis determinationē pertinētē. [Si tulerit homo] Iudæus durāte veteris legis statu, [carnē sanctificatā] i. Deo in altari oblatā, [in ora vestimēti sui, & tetigerit de summitate eius] videlicet vestimēti seu panni, [panē aut pulmētum, aut vinum, aut oleū, aut oēm cibum, nunqd sanctificabitur] aliqd horum seu quodcunq; istorum ex panni contactu: [Respōdētēs autē sacerdotes, dixerunt Non] i. nihil istorū ex cōtactu præfato sanctificationē recipiet, sed quale fuit, manebit. Deinde pponitur alia quæstio: [Et dixit Aggæus ad sacerdotē: Si tetigerit pollutus in anima] i. is qui corpus mortui tetigit contra legē in Leuitico datā [ex oibus his] i. aliqd horum, videlicet panē, pulmētum, vinum, &c. [nunqd cōtaminabit] res ista cōtacta? [Et respōderunt sacerdotes, cōtaminabit.] In his sacerdotes, quorū princeps extitit Iesus filius Iosedech in lege instructus, recte secundum legē respōderunt. Nā & Moſes ait: Quicqd tetigerit immundus, immundum erit. Facilius quippe est deficere q̄ p̄ficere, corrumpere q̄ cōstruere, polluere q̄ sanctificare: cum bonū sit ex integra causa, malū vero ex singulis omissionibus & cuiuslibet circumstātiæ negligētia, secundū diuinum Dionysiu. Homo q̄q; fortius potest pollui, q̄ res inanimata sanctificari: ideo ipse citius polluit aliud, q̄ illa sanctificat aliud. Cōsequēter ppheta quæstioes suas ad ppositum applicat. [Et respōdit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gēs ista ante faciē meā, dicit dñs] i. quædam odum pollutum, qd ab immundo homine tangitur: sic isti Iudæi corā me reputātur & sunt maculati, q̄ diu offerunt hostias tēplo nōdum cōstructo, & negligētēs sunt circa reparationē illius, diuino operi propria cōmoda præferētēs, [& sic omne opus manū eorū, & oia quæ obrulerunt ibi, cōtaminata erunt] i. quicqd fecerint siue obtulerint super altare templi reparatione neglecta, mihi displicebit. Ingratū em̄ est Deo, quicqd ei obruleris, neglecto eo ad qd teneris. Qd aut hoc verū sit, subdit: [Et nunc ponite corda vestra] i. cōsiderationē mētis figite in ea, quæ dicā, [à die hac & supra] i. circa p̄terita tpa, & quæ in illis vobis euenerūt, [anteq̄ ponere lapis super lapidē in tēplo dñi] i. priusq̄ inciperetis tēplū ædificare, [cū accederetis ad acerū viginti modiorū] i. ad tā gradē segetum molē, q̄ æstimastis viginti modios fructuum exinde suscipere, [& fierēt decē] modij tantum, ita q̄ propter vestrā negligētia circa tēpli structurā, mediā fructuum portionem diuina iustitia abstulit. Insuper [& intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas] i. tantum vuarum cumulum habuistis, quod sperastis quinquaginta lagenas vini acquirere, [& fiebāt viginti] ita, q̄ peccatis vestris exigētibus, plus q̄ mediā partem abstuli de fructu vuarum. [Percussi vos vento & aurugine & gradine omnia opera manuum vestrarum] i. vento calido ac nociuo, cæterisq; plagis & iris diuinæ iustitiæ iā præfatis terræ nascentia vestra vastauit, quod faciēdo, etiā vos percussi, q̄ de rerum vestrarū dāno estis afflicti potius, quā de negligētia ædificij templi, & non fuit in vobis, qui reuertetur ad me, di-

me, dicit dñs] i. qui diuinæ iustitiæ castigationē paternā aduerteret, atq; condignā penitentia ageret. Præterea, q̄ ista dāna eis cōtigerint eo q̄ in tēpli ædificatione fuerāt negligētēs, dñs probat ex euentu contrario, sc̄p iam in postea habituri sint fructus q̄ plurimos ob id, q̄ domū Dei reparare exorsū sint. [Ponite corda vestra ex die ista & in futuro] i. ex hoc die pensate, q̄ iam in futuro mox tēpore accidet vobis, videlicet à die vicesima & quarta noni mēsis, à die qua fundamēta iacta sunt templi dñi] quis (vt in fine præcedētis capituli dictū est) ingressi fuerint Iudæi ad faciendū opus in domo dñi die 24. sexti mēsis, quia tūc cœperūt aptare materiā inchoareq; fundamenta, quæ die nunc scripto plenius iacta sunt & eleuata. [Ponite super cor vestrum quod dicitur: Nunquid iam semen in germine est?] i. semina missa in terrā, necdū egressa sunt, nec pullulare cœperūt, vt ex hoc conijci queat, an sterilitas an fecunditas terræ imminet, secundū qd subdit: [Et adhuc vinea & ficus & malogranatum & lignum oliuæ non floruit] nihil minus certitudinaliter vobis prædico. [Ex die ista benedicam] seminibus atq; arboribus, & cūctis terræ nascētibus, ita q̄ supernaturaliter fructibus abundabunt, quæadmodū ante supernaturaliter sterilitatē perpeſsi sunt. [Et factū est verbū dñi secūdo ad Aggæū in vicesima & quarta] die [mēsis] noni, videlicet eodē die quo supra, ita q̄ eodē die factū est bis ad eum verbū dñi. [dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iudæ,] istud secūdu doctores catholicos, ad literam de Ch̄o exponit: & q̄ hoc rationaliter fiat, statim ex ipſo textu p̄babitur. Ch̄s ergo hoc loco ad literam appellatur Zorobabel, quia de semine eius natus est, & Zorobabel fuit euidenter Christi figura in multis, quæadmodum in Hieremia, Ezech. Osee, alijsq; scripturis ad literā Ch̄s vocat & dicit David. Scriptum est em̄ in Ezechiele: Ego dñs ero eis in Deū, & seruus meus David princeps eorū. Osee q̄q; 3. legitur: Post hæc reuertent filij Israel, & quæret dñm Deū suū, & David regē suum. Quod autem Christus verissime dicat dux Iudæ, ignotū non est. Ipse em̄ per antonomasiā nūcupatur rex, dominator & dux Israel. Vex tunc quæstio oritur: Quō Aggæus iubetur loqui q̄ subsequuntur, ad Christi, qui secūdu vtranq; naturā oia innotescūt, & qui diebus Aggæi nondū fuerat incarnatus, Et respōdendū q̄ nō ad Christi, sed nostrā informationē hoc fit. Sed & propheta de futuro frequēter tanq̄ de præterito siue præsentī loquunt & vaticinant. [dicens: Ego mouebo cælū pariter & terrā.] Hoc paulo ante in isto articulo expositū est, [& subuertā solium regnorū] i. regias potestates, seu sedes regales cū regibus, [& conterā fortitudinē regni gentiū] i. regnorū gentiliū. Ponitur nanq; singulare pro plurali. [& subuertā quadrigam & ascensorē eius] i. currus & q̄ vehunt in eis, [& descendēt equi & ascēsores eorū] i. occident & cadēt, [vir in gladio fratris sui] ita q̄ proximus proximū suū extinguet, & vnus ab alio occidetur. Istud quidā affirmant impletū, q̄ Deo auxiliāte Romani oia sibi regna & populos subicerūt. [In die illa] i. tēpore quo fiet prædicta, [dicit dñs exercitūū, assumā te Zorobabel] i. Iesu Christe. Quod dicit, vel quia humanitas Ch̄i fuit à verbo assumpta in vnitate sp̄s, vel q̄m Ch̄s Deo patri in oibus placuit, acceptus exauditusq; fuit, & ad patris dexteram in ascensione est collocatus, sicq; à patre assumptus, prout ipsemet Ch̄s prædixit apostolis: Si abiero & præparauero vobis locū, iteq; veniā & assumā vos ad meipsum. Deniq; Esai. 42. patet ait de Ch̄o: Ecce seruus meus, suscipiā eū: electus meus, cōplacuit sibi in illo anima mea. In Ioanne q̄q; ait Ch̄s ad patrē: Ego sciebā q̄m semper me audis. [filij Salatiel] Ch̄s vocatur filius Salatiel, q̄ de eius semine natus, sicut Abrahæ, Iacob, & David ac cæterorum in eius genealogia descriptorū: vel dicitur filius Salatiel propter nois interpretationē, & rei p̄prietate, quæadmodum Zacharias filius Ioiadæ, in euangelio filius dictus est Barachia. Raphael q̄q; se dixit Azariam Ananiæ magni filium, Salatiel equidē interpretatur petitio Dei, & per sanctorum obsecrationem misit pater filium suum in mundum per incarnationis mysterium. [serue meus, dicit dñs] secundum naturam assumptam, secundum quam ipsemet Christus testatur Ioan. 14. Pater maior me est. Et iuxta Apostolum: Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Et per Esaiam 49. loquitur Christus: Hæc dicit dñs, formans me ex vtero seruum sibi. [& ponam te quasi signaculū] i. mihi similitudinem, immo secundū naturam assumptam, præ oibus creaturis plus diuinæ perfectionis participantem. Christus aut secundum diuinā naturam est splendor gloriæ, & character substantiæ eius, atq; imago Dei inuisibilis, qui de se testatur Ioan. 6. Hunc pater signauit Deus. [quia te elegi] secundum naturam assumptam ad gratiā vnionis personalis, atq; ad opus humanæ redemptionis. [dicit dñs exercitūū] Nūc declarādū q̄ ista literaliter de Christo sunt exponēda, innotescitq; id ex eo, qd postq̄ dñs dixit, Ego mouebo cælū & terrā, & subuertā solium regnorū, & conterā fortitudinē gentiū, protinus sub eodē contextu, adiecit: In die illo assumam te Zorobabel. Sed siue subuersio ista regnorū ac gentium exponatur de terminatione regni Græcorum siue regnorū à Romanis superatorum, palam q̄ Zorobabel, ad quem loquebatur Aggæus virum mortale præsentē, longo defunctus est tēpore ante subuersionē p̄fatā. Postremo nōnulli præinducta exponūt p̄secūdo Ch̄i aduentū ad finale iudiciū, ante qd virtutes celoꝝ mouebūtur, & tel-

Lucæ 2.
Ephes. 2.
2. Cor. 5.

Leuit. 5.

Ezech. 34.

Ioan. 14.
& 11.

Matt. 23.

Philip. 2.

Hebr. 10.

Lucæ 21.
& tel.

& tellus sudore madescer, conflagrationisq; igne cremabitur, habitantes vero in ea, p̄ timore arcescent. Tunc oia mūdi regna & quęcunq; terrena peribūt, q̄a & tūc Christus euacuabit oēm potestātē sibi contrariā. Tēpus etiā illud praelia multa præcedēt, tuncq; pater suscipiet Christum, cum omni sua ecclesia, qua tanq̄ sponsa ornabitur, & in seipso atq; in ea glorio sus, cādidus, rubicundus, electus ex millibus, immo præ vniuersis æternaliter ostendetur.

¶ De spiritali & mystico intellectu eiusdem II. capituli. Artic. III.

Spiritaliter [in septimo mēse] i. in requie mētis sit[verbū dñi in manu Aggæi] videlicet ad eum, qui intra se Deo agit solēnia, cuius cogitatio consistit ei, & reliquiaz cogitationis eius diē festū exhibent ipsi, ita q̄ Deo in mētali quiete solēniter vacat, & dicere potest: In pace in idipsum dormiā & requiescam. Et rursus: Adhæsit anima mea post te. [Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, & Iesum filiū Iosedech sacerdotem magnū, i. ad principes & prælatos fidelium consentiū Deo. [et ad reliquos populi] i. electos, q̄ respectu reprobōꝝ per pauci sunt. [Quis in vobis derelictus est, q̄ vidit domū istā in gloria sua prima] i. q̄ confiderauit statū ecclesię pro tēpore illo, quo fuit in maxima sanctitate & gratia, dū fulsit miraculis atq; innumeris donis spūs sancti, præsertim tēpore apostoloꝝ. [et quod videtis hāc nūc] quā vehemētē eam nunc lapsam conspicitis, qm̄ oēs quę sua sunt quærūt. [Nunquid nō ita est, quasi non sit] i. nullius perfectionis & decoris esse videt̄ per cōparationem ad perfectionem, quā habuit olim. Nihilominus dñs erigit corda eorū, q̄ ecclesię desinent ruinā, dicēs se esse cū eis. [verbū qd̄ pepigi vobiscū] puta promissio gratiæ atq; diuini auxilij in præsentia. Vel sermo noui testamēti & euāgelicę legis impletio ac doctrina, [cum egredere mini de terra Aegypti] i. de hoc seculo nequā, seu conuersione carnali, tenebrosa & seculari, vel qm̄ in baptismo abrenunciastis diabolo. [et spiritus meus erit in medio vestri] Nam spūs sanctus & noui testamēti pactum, gratia atq; subsidij, manent in mentibus electoꝝ, sicut ait Apostolus: Misit Deus spiritū suū in corda nostra. Et Christus in euangelio: Paracletus, inquit, spūs sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille docebit vos oia. [Mouebo cælum & terram] imminente finali iudicio, sicut expositū est, [et mouebo oēs gentes] Maxima nepe erit motio atq; turbatio hoim̄ tēpore Antichristi & in cōsummatione mūdi, iuxta illud Danielis: Veniet tēpus, quale non fuit ex eo, ex quo gētes esse cœperūt, vsq; ad tēpus illud. [Et veniet] ad finale iudiciū cum maiestate & gloria [desideratus cūctis gentibus] videlicet Chr̄s, cuius aduētus erit electis desiderabilis ac iucundus, quē ad modū ipse hortat̄ Lucę 21. His, inquit, fieri incipiētibus, leuate capita v̄ra, qm̄ appropinquat redēptio vestra. [et implebo domum istam gloria] tunc em̄ implebitur beatitudine sempiterna. [Meū est aurū, & meū est argentum] i. omne spūale ornamentum, quo decoret̄ ecclesia, s. diuitiæ salutis, sapientia & sciētia, dotes animę & corporū. [Magna erit gloria domus huius nouissimę plus q̄ primę] i. ecclesię triūphantis q̄ militantis. Fideles quoq; q̄ sub Antichristi persecutione cōstantes permanserint, maximi meriti erūt, sed maior est gratia Dei in ecclesia tēpore euāgelicę legis, q̄ fuerat sub veteri testamēto, [et in loco isto dabo pacē] tūc em̄ pax Christi, quę oēm sensum exuperat, implebit ecclesiā, cuius fines Deus posuit pacē, secundū qd̄ per Esaiam testati Ponam visitationem tuā pacem. In patria nancq; erit perfecta trāquillitas optimę ordinatiōis, & plena quies beatoꝝ in Deo, eritq; ois potentialitas redacta in actum. Præterea iuxta propheticam interrogationē, quē admodum cōtactus vestimēti, in quo sunt carnes sanctificate, non sanctificat alia: sic quidam qui se exteriorū rerum sacrarū aut vasorum cōtactu purgari confidunt, manent polluti, nec interiores suos affectus habuerunt secundum diuinam legem reformatos ac ordinatos. Itē: sicut pollutus suo tactu maculat aliū, sic qui proximum scādalizat, inficit ipsum. [Et nūc ponite corda v̄stra a die hac & supra, anteq̄ ponere lapis super lapidē in domo dñi,] i. pensate, quales dudū fuistis, anteq̄ ædificaretis Deo intra vos conscientię domū, & anteq̄ in domo hac poneretis lapidē super lapidē, i. vnam virtutem, eiusq; operationem super altam in bonis ordinate crescendo. Tunc utiq; labores vestri inanes fuerunt, & vix pro media parte tam fructuosi fuerunt, sicut nunc sunt. Et si fructuosi fuerunt, hoc erat ex sola superabundanti bonitate diuinę clementię de congruo, non de condigno, eo q̄ Deus ob suā prorsus immensam pietatem nullum bonum deferat irremuneratum. Insuper percutit nos Deus [vento vr̄te] tentationum, & opera nostra percuti sinit ac destrui [aurigine & grandine] aduersitatū & persecutionum: nec tamen ad ipsum reuertimur, gratiæ opem humiliter implorando. Porro cum nos ipsos cœperimus diuino cultui mancipare, & Deo intra nos tēplum construere, promittit nobis magna meritorum fecunditas copiosusq; spūalis profectus, secundū qd̄ subditur: [Nunquid semē iam in germine est?] Semē est verbū Dei, seu grā spūs sancti, qd̄ tunc in germine est, dum pcedit in opus. Sed anteq̄ sic procedat in actū, Deus prædicat se excitaturum illud in opus, quia ad meritorie operandum non solum gratia habituali, sed etiam actuali motione spiritus sancti egeamus. [et adhuc vinea] id est, fides quę potus est animę. [et ficus] id est, charitas sancta, infusa, vere sua-

Psal. 4. & 62.

Roma. 8. 10. 14.

Dani. 11.

Esaię 33.

suavis, & malograna tū. sacra doctrina vario modo distincta, fortiter odoris optimi diffusa, [et lignum oliuę] i. virtus misericordię [non floruit] i. virtutes istę & dona spūs sancti, necdum in pulcherrimos operationum ornatus prodierunt. [Ex die ista] qua bonum propositum concepit̄ me inspirate, [benedicam] i. grām multiplicabo in vobis, efficaciamq; procedendi in actus virtuosos ac splendidos condonabo. [In die illa assumam te Zorobabel serue meus, & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dñs.] Quotidie Deus impijs & præcitijs iuste relictis, electos assumit clemētē ad grām, ornatq; eos varijs donis atq; virtutibus: electos quoq; aliorum rectores vicissim tanto gratiarum splendore venustat, vt tanq̄ signacula subditis merito obijciantur aspiciendi ac imitandi. Totumq; hoc efficit dominus, quia elegit hos quibus hoc præstat. ipse equidem sine omni merito nostro prior dilexit nos, elegit & prædestinavit, quos voluit, secundum quod in Exodo loquitur: Miserebor cui voluero, & clemens ero, in quē mihi placuerit.

¶ Enarrationum in Aggæum prophetam Finis.

1. Ioan. 4. Ephes. 1. Exod. 33

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN ZACHARIAM PROPHE TAM ENARRATIO.

¶ Elucidatio literalis cap. I. In mense octauo, secundo anno Darij regis.

¶ Articulus I.



Sicut sanctus ait Hieronymus inter duodecim prophetas obscurissimus est Zacharias, cuius nunc Deo illustrante elucidandus est liber. In proœmio autem suo propheta iste aperuit, quo tēpore cœperit prophetare: [In mense octauo in anno secūdo] i. octauo mense anni secūdi Imperij [Darij] regis Persarum, de quo in exordio expositionis Aggæi prophetę iam dictum est, [factum est verbum dñi] angelo mediante, & intus loquentē ad Zachariam filium Barachię filij Addo prophetam] erantq; Barachias & Addo prophetę, secundū dictum Hebręorum, asserentiū illos oēs fuisse prophetas, qui in titulo prophetarū exprimentur. Hieronymus quoq; affirmat, hunc Addo fuisse prophetam, quem misit Deus ad Hieroboam stantem super altare, & thus idolo iacentē, prout 3. Regum libro legitur. Quod si verum est, constat, q̄ Addo iste non fuit proximus pater Barachię istius, nec auus Zacharię, sed pater eius remotus, sicut & Christus dicitur filius David. Siquidem Addo ille fuit in diebus Hieroboam regis Israel, qui annis centenis Babylonicam captiuitatem præcessit. Verum (vt alij asserunt) dictum istud Hieronymi de scripturis auctoritatem non habet. Videtur tamen Hieronymus ex libro Paralipomenon asseritionis huius occasionē sumpsisse. Etenim 2. Paralipomenon libro scribitur: Opera Roboā prima & nouissima scripta sunt in libro Semei prophete & Addo videntis. Sed ibi nō fertur, q̄ Addo fuerit ad Hieroboam missus. Quod quauis ibi vel alibi scriberetur, consequens tamen non esset, q̄ fuisset iste Addo, quum diversi prophete eidem frequenter nominibus vocati noscantur. Nec est consuetudo scripturę, genealogiam prophetarum per patrem & progenitorem ita remotum, intermedijs patribus omisis, describere. Nihilominus verbis Hieronymi apparentiam facit, q̄ in aliorum titulis prophetarum, dum proximi progenitores narrantur, pater dicitur filius aui, & auus proau, ita quod in eodem casu scribuntur: sicut in principio Sophonię prophetę quo legitur: Verbum quod factum est ad Sophoniam, filium Chusi, filij Godolię, filij Amarię, filij Ezechię. Sed in titulo Zacharię ita non agitur, quoniam Barachias qui scribitur pater Zacharię, non dicitur filius Addo, sed dicitur: Factum est verbum domini ad Zachariam, filium Barachię, filium Addo. Sicq; verisimiliter dici potest, quod ob commendationem sanctitatis, & gratię suę præfatus Addo pater huius Zacharię vocetur, ceteris intermedijs, qui gratiam prophetalem sortiti non sunt, non expressis. Porro Zacharias duobus post Aggæum mensibus orsus est prophetare, quemadmodum ex eorum proœmijs innotescit. Vnde & Aggæus in ordine duodecim prophetarum huic præponitur, deinceps pariter prophetauerunt ad Iudęos de Babylone reuerfos. Iuxta illud primi Esdrę, Prophetauerunt autem Aggæus propheta & Zacharias filius Addo ad Iudęos, qui erant in Hierusalem & cetera. Itaque factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens per eum ad populum, vel ad eum sub persona populi, [dicens: Iratus est Dominus] In quem nec mutatio, nec perturbatio, nec passio cadit. Propter quod irasci non dicitur secundum passionis affectum, sed operis parilitatem, iustitięq; rigorem, prout in Hieremia ait: Nunquid

Aggæi 1

3. Re. 13.

2. Pa. 12.

Sopho. 1

Zach. 2. Aggæi 1

Nunquid me ad iracundiā prouocāt, dicit dñs: nonne semetipfos in cōfusione vultus sui? [su per patres vestros] quos tradidit in manibus Chaldæorū, à quib⁹ grauissime oppressi fuerūt, iuxta illud Hieremiæ 50. Nabuchodonosor rex Babylonis exossauit eos. [iracundiā] i. iuxta & rigorosa punitione, qua eos puniuit. [Et dices] tu Zacharia [ad eos]: Hac dicit dñs exercituum: Conuertimini ad me [corda vestra ad gratiam disponendo, actibusq; pœnitentię insi stendo,] ait dñs exercituum, & conuertar ad vos [peccata delendo, & gratiam infundendo, augendo, & conseruando,] dicit dñs exercituum, agminum supernorum seu angelicorum spirituum. In Hebræo habetur, dñs Sabaoth. Pro quo LXX. interpretes aliquando Deus seu dñs omnipotens, aliquando dñs virtutum transfulerunt. Deniq; secundum Hieronymum, Aggæus & Zacharias in paucis versiculis breuib⁹ sententijs semper adijciunt, dicit dñs exercituum, vt hi quibus loquebantur, scirent dñm esse qui præcipit, ac per hoc aduersus regis imperium circumfrementesq; hostes ad templi ædificationem fiducialiter concitarētur. Hoc tamen de Dario rege accipiendum non puto, cum iuxta præhabita dederit copiosam ad templi reparationem licentiam, sed forte de Artaxerxe. Quæritur, cū nemo queat con uerti ad Deum, nisi Deus primo per gratiæ infusionē conuertatur ad ipsum, iuxta illud Hie remiæ in Threnis seu lamentationibus: Conuerte nos dñe ad te, & conuertemur. Vnde & rursus Hieremias 31. inducit: Conuerte me dñe, & conuertar: postq; enim conuertisti me, egi pœnitentiam. Quomodo nunc loquitur dñs, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos? Et respondendum, qd dñs non præcipit hoc de conuersione virtuosa ac meritoria per charita tem & gratiam, sed de conuersione inchoatiua, qua quis ad Dei gratiam seipsum habilitat, faciendo quod in se est. Iuxta quod scriptum est: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et in Psalmo 35. Accedite ad eum, & illuminamini. Paulus quoq; Surge, inquit, qui dormis, & illuminabit te Christus. Si vero verbū illud dirigatur ad eos qui iam sunt in gra tia Dei, intelligendum est de spiritali profectu & actuali tendentia mentis in Deum, quod tamen nō fit sine præuia motione spūs sancti. Insuper iuxta mysticā rationē, per hoc, quod Deus toties in scripturis dñm exercituum appellari se voluit, insinuat, qd pertinentes ad se, vult esse armatos fortesq; milites, & stare in acie contra aduersarias potestates, vt virtutib⁹ cum eis muniti, victorialiter dimicent contra mundum, carnem, atq; diabolum. [Ne sitis sicut patres vestri] indurati & impœnitenes [ad quos clamabāt] magno charitatis seruore & vo ce sonora, sicut Esaias horcatur: Quasi tuba exalta vocem tuam. [propheta priores] qui an te me fuerunt siue in Babylone, vt Daniel & Ezechiel, siue in Hierusalem & Iudæa ante Ba bylonicam captiuitatē, vt Hieremias, Sophonias &c. [dicentes] Hac dicit dñs exercituum: Conuertimini ad Deum [de vjs] i. operibus atq; affectibus [vestris malis, & cogitationibus vestris pessimis] Hoc omnes clamauerunt propheta. Vnde & per Esaiam 1. dñs ait: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. [et non audierunt] auribus mētis, de quibus loquitur in Euangelio Christus: Qui habet aures audiendi, audiat. [neq; attenderūt ad me] verba mea considerando, diuinam iustitiam intuendo, diuinis præceptis obtemperan do. [dicit dominus: Patres vestri] qui non attenderunt ad me, [vbi sunt?] quasi dicat, in suis vanitatibus defecerunt, & de hac temporali, breui ac labili vita, ad æternam damnationem perducti sunt. [et propheta] eorum fallaces. Loquitur enim de falsis, nam subditur: [Nun quid in sempiternum viuent?] quasi diceret, nequaquam, immo æternam mortem illapsi sunt. Quo contrā scriptum est: Iusti in perpetuum viuent. Et rursus: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electorum immortalitate plena est. De his falsis prophetis multa loquitur Hieremias: Mendacium, inquiens, & seductionem cordis sui loquuntur vobis. Et denuo 25. Propheta nanq; & sacerdos abierunt in viam quam ignorauerunt. Loquitur itaq; nunc dominus de prophetis iniquis, qui Iudæis promiserunt, Hierusalem capiendam non esse à Chaldæis, qui simul cum alijs perierunt. [Veruntamen verba mea] quibus patrum ve strorum captiuitatem prædixi, [et legitima mea] id est, præcepta de illorum punitione, nisi se emendarent. [quæ mandauit seruis meis prophetis] vt proponerent ea ipsis. [Nunquid non compræhenderunt patres vestros?] id est, immo super eos venerunt, & in ipsis verifi cata consistunt. Hinc in persona istorum scriptum est Daniel, 5. Peccauimus, & inique egi mus, recedentes à te, & præcepta tua non obseruauimus, & tradidisti nos in manibus ini quorum. [Et conuersi sunt] id est, quidam eorum considerando plagas sibi à Deo illatas, pœnituerunt, secundum illud Esaiæ: Tantummodo sola vexatio dabit intellectum audi tu. Itemq; in Psalmo: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. [et dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinventiones nostras] id est, quemadmodum decreuit atq; prædixit reddere no bis secundum exigentiam iniquitatum nostrarum. [sic fecit nobis] derelinquendo nos in captiuitate Babylonica septuaginta annis. Consequenter consolatur propheta populum Iudæorum, à captiuitate reuersum. [In die vicesima & quarta vndecimi mensis] nomines Sa bath]

bath] secundū linguā Hebræā, [in anno secundo Darij,] vtpote tertio mense post primā visi onem, quæ facta est mense octauo anni secundi Darij regis. [factū est verbū dñi ad Zachariā, filiū Barachiz, filij Addo, prophetam, dicēti] i. ad loquendū inducens ac instruens Zachariā, qui ex verbo Dei in anima sua angelica reuelatione formato, motus est ad dicendum, quæ subsequuntur. [Vidi per noctem] i. tempore nocturno, quod diuinis reuelationibus suscipiendis propter silentium sensuumq; & phantasie quietem aptius fertur. Propter quod in lib. Iob scribitur: Per somnū in visione nocturna, qñ sopor irruit super hoīes, aperit Deus aures viroz. Vnde visio ista imaginaria fuit, & forte in somno. [et ecce] apparuit mihi in visione hac [vir ascendēs super equum rufum,] Per virum intelligitur angelus Dei in forma viri ap parens, secundū quod Daniel ait: Vir Gabriel stetit corā me. Et Actū 1. de angelis legitur: Ecce duo viri astiterūt iuxta illos. Porro per equum rufum, propter rubeum colorem, signifi cata est vltio Dei, aduersarijs Iudæorū infligenda, propter peccata in Iudæos commissa. Et vt refert Hieron. per angelum istum Hebræi intelligunt Michaelē, qui vitor fuit iniquita tum in Iudæos factæ, & præfuit synagogæ. [et ipse stabat inter myrteta] i. in locis vbi cre scunt myrti, qui sunt arbores elegantes, poma odorifera atq; pulcherrima profertēs, pro pter quod dicit Hieron. qd per myrtum significabatur lætitia Iudæis affutura de templi & ter ræ recuperatione. Iudæi quoq; secundū Hieron. per myrtos intelligūt prophetas & sanctos, qui in medio populi Iudæorū in Chaldæa captorū versabātur, inter quos sanctos angelus li benter tunc stetit. [quæ erant in profundo,] quia in conualle nascuntur, vel apparebant, & qñ propheta & sancti in profundo humilitatis, atq; in alto contemplationis existerāt. Vn de Septuaginta transfulerūt, Ipse stabat inter montes vmbrosos. [et post eum equi rufi, varij & albi.] Per equos rufos propter rubeum colorem intelliguntur illi, qui populum Iudæorū gra uiter affixerunt, eozq; sanguinem effuderunt, puta Chaldæi, vel (vt Iudæi exponunt) Romani. Per equos albos intelliguntur, qui Iudæis clemētes fuerunt, videlicet Persæ & Me di, quoz reges remiserūt Iudæos de Chaldæa in propriam terram, & licentiam reædifican di Hierusalem templumq; in ea, largiti sunt, s. Cyrus ac Darius. Per varios equos intelligen tur Græci siue Macedones, quorum quidam fuerunt Iudæis amici, alij persecutores, vt pat et in lib. Machabæorum, & in vltima visione Danielis propheta. Quidam nomine equoz dicunt etiam ascensores equoz insinuari, atq; per ascensores equoz intelligunt angelos præfatis regnis prælatos. Quidam aut per equos intelligunt angelos, diuini imperij prom ptissimos atq; fortissimos exequutores, qui propter ordinum distinctionē albi, rufi, varijq; dicuntur. [Et dixi] ego Zacharias ad angelum, per quem siebant mihi reuelationes prophe ticæ. [Quid sunt isti] i. quid equi isti designant, [dñe mi] angele Dei? Dicuntq; aliqui, qd iste fuit angelus Zachariæ ad custodiam deputatus, quod certum non reor, cum cōstet prophe ticas reuelationes non semper exhibitas per angelos prophetarum custodijs deputatos. Vn de Gabriel qui Danieli loquebatur, legitur in euangelio Zachariæ sacerdoti & virgini be nedictæ futura prædicere. [Et dixit ad me] angelus, qui loquebatur in me,] cuius ministerio Deus mihi futura ostendit, ita qd angelus iste formauit in spiritu & imaginatiua virtute Za chariæ formas, phantasmata, siue imagines rerum quæ sibi præmonstrabantur, deditq; ei in telligere quid imagines istæ significarent. Intelligentia enim est opus in visione. Ideo subdi tur: [Ego ostēdam tibi,] per meipsum vel angelum superiorem, [quid sint hæc] i. quid equi isti significant. [Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit] i. angelo qui in me loque batur, per seipsum non respondente, sed paulisper tacente, angelus stans inter myrteta, an gelo in me loquēte id impetrante, mihi respondit: [Isti sunt, quos misit dñs vt perambulēt terram] i. equi præscripti significant populos memoratos seu regna præfata, quæ nutu diui no diuersas regiones peragrauerunt, easq; suo dominio subiecerunt. Vel, isti sunt, &c. i. an gelos diuinæ voluntatis exequutores, & terram celeriter perambulantes, significant. [Et re sponderunt] angeli regnis ac nationibus præidentes, [angelo domini, qui stabat inter myr teta] i. superiori angelo qui præfuit synagogæ, & erat de ordine principatū, s. Michael prin cept magnus, qui stetit pro filijs Israel, vt dicit Daniel. [Et dixerunt: Perambulauimus ter ram] i. statum regnorum pensauimus, & per diuersa loca processimus, nobis commissos cu stodiendo. Nec oportet perambulationem istam humano more intelligi, quanq̄ angeli in terdum more hominum cum hominibus ambulasse legantur, vt Raphael cum Tobia, & an geli cum Abraham & Loth. [et ecce omnis terra habitatur & quiescit] i. omnia regna sub nostra custodia tuta sunt atq; pacata, nec prælia notabilia iam exurgunt. [Et respondit an gelus domini, & dixit,] ille qui stetit inter myrteta, interpellans pro Iudæis, & ex verbis an gelorum prædictorum occasionē accipiens orandi pro eis, vtpote prædens synagogæ. Hic ergo respondit, i. ad præducta verba conuenienter loquutus est: [Domine exercituum, vlt quequo tu non misereberis Hierusalem & urbium Iudæ, quibus iratus es] i. cum cætera rea gna idobolatriæ dedita prosperentur, quandiu differes reædificationē Hierusalem & urbium regni

Iob. 33.

Dan. 8.

1. Mac. 6

Dan. 11.

Luc. 1.

Dan. 10.

Dan. 12.

Luc. 11.

Dan. 10.

et igni Iudæ, quorum peccata hucusque castigasti, & oppida reliquisti destructa. [iste septuaginta si mus annus est] si. septuaginta anni fluxerunt, quibus euolutis, dixisti te miseraturum urbibus istis & populo Iudæorum per Hieremiam prophetam, iuxta illud: Cum ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos & fuscitabo super vos verbum meum bonum. Sed cum anni isti fuerint tempore Cyri regis impleti, quando relaxauit captiuitatem Iudæorum in Babylone, qualiter Zacharias ait, quod tempore huius prophetiæ, videlicet secundo anno Darii, septuagesimus fuerit annus, præsertim cum (teste Hieron.) inter primum annum Cyri & annum secundum Darii fluxerint anni quadraginta. Et respondendum, quod numerus maior non excludit minorem. [Et respondit dominus angelo, qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria] si. quod Hierusalem, vrbesque Iudæ repararentur, & populus Iudæorum prosperaretur. [Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama ad Iudæos, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno] si. magno ac speciali amore dilexi populum Iudæorum, & quæ pertinebant ad eos, atque ex isto amore tam diligenter & asperè correxi eius excessus, ut in posterum cautior sit, quemadmodum vir uxorem charissimam, si infidelis sibi fuerit, asperè corripit. Hoc quantum ad electos verificatur, quantum vero ad reprobos populi huius, dominus ait per Ezech. Zelus meus recessit à te. [Et ira magna ego irascor super gentes opulentas] si. regnis & gentibus, quæ Iudæorum populum affligerunt. His iratus est dominus ira magna, quia non tantum in seculo isto, sed & æternaliter eos perire præcepit. Vnde secundo Machab. lib. habetur: Non enim, sicut in alijs nationibus Deus patienter expectat, ut eas cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet, propter quod nunquam à nobis misericordiam suam amouet, corripens vero in aduersis populum suum non derelinquit. [quia ego iratus sum parum,] si. vos Iudæos citra condignum puniui, & pro damnatione æterna quam meruistis, temporali poena vos castigavi intentione emendandi, non conterendi. [ipsi vero adiuuerunt] si. executioni iustitiæ meæ cooperati sunt circa vos, [in malum] si. crudeliter atque peruersa intentione. Quauis enim Assyrii & Chaldæi, Deo ordinante, Iudæicam plebem vastauerint, in quantum Deus per illos voluit populi sui peccata in præsentem punire, ipsi tamen intuitu Dei & zelo iustitiæ id non fecerunt, sed ex superbia, cupiditate, & pessimo fine. Hinc per Esaiam dominus ait: Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est: ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendum erit cor eius, & ad perdendas gentes. [Propterea hæc dicit dominus,] qui cum iratus fuerit, misericordiam recordatur. [Reuertar] non locum mutando, qui incircumscriptus illocalis est, [ad Hierusalem in misericordijs] si. ad populum Iudæ & urbem per varios pietatis meæ effectus multipliciter eis benefaciendo, [et domus mea] si. templum [ædificabitur in ea, ait dominus exercituum,] quod sub Zorobabel factum est, [et perpendiculum] si. huiusmodi instrumentum cæmentariorum, quo perpenditur an murus vel paries conuenienter & recte ædificentur, [extendetur super Hierusalem,] quod factum est, quando muri & domus ciuitatis edificabantur sub Esdra & Neemia, sicut in lib. Esdræ describitur. Insuper angelus præcipit Zachariæ: [Adhuc clama, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc affluet ciuitates meæ bonis] si. post reditum de Babylone habitatores urbium Iudæ diuitijs abundabant, immo & spiritualibus gratiæ donis quantum ad virtuosos, quod tempore Zorobabel, Esdræ & postea tertio sub Simone sacerdote ac principe magno, quando vnusquisque sedit sub ficu & ficulnea sua, & de bonis terræ tractabant, quemadmodum primo lib. Machab. circa finem plenius scriptum est. Porro in aduentu Christi, quando per seipsum atque apostolos prædicauit, miracula fecit, & spiritum sanctum misit, copiosius adimpleta sunt hæc, [et consolabitur adhuc dominus Sion] si. synagogam & templi ministros. In monte etenim Sion reparatum est templum, & consolati sunt sacerdotes, [et eliget adhuc Hierusalem] si. præ cæteris urbibus eam suo cultui dedicabit, quod factum est templo constructo, ad quod Iudæi certis temporibus anni tenebantur venire, hostiasque offerre & dominum inuocare. Præterea introducitur alia reuelatio prophetalis de regnorum Iudæi aduersantium repressio. [Et leuauit] ego Zacharias [oculos meos] interiores, [et vidi] visione imaginaria, [et ecce quatuor cornua] vidi in spiritu, [et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc?] si. quid significant? [et dixit ad me: Hæc sunt cornua] si. per cornua ista significantur quatuor regna, [quæ ventilauerunt Iudam] si. regnum ac populum Iudæorum, [et Israel & Hierusalem,] tribus Israel de propria terra expellendo, ipsamque Hierusalem deuastando. Prædicta autem regna intelliguntur Chaldæi & Persæ, quantum ad reges Persarum aduersantes Iudæis. Græci quoque, præsertim tempore Antiochi, & Romani. Veruntamen cum tempore Romanorum post Christi passionem fuerint Iudæi finaliter à Deo relictæ, nec populus eius propter Christi occisionem & abnegationem, nec regnum Romanum destructum fuerit, eo quod Iudæos vastauit, arbitror loco

loco Romanorum Assyrios, vel alios quosdam aptius posse intelligi. [Et ostendit mihi dominus quatuor fabros] si. similitudines eorum, sicut ostendit regi Aegypti boues & spicas, regique Babylonis auream statuum, illis tamen non dedit intelligentiam visionis, quemadmodum Zachariæ, ut subditur. [et dixi] ad angelum in me loquentem, qui in persona Dei loquebatur ad me, [quid isti] quatuor fabri, [veniunt facere?] qui ait, dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam. Hic repetit quod iam dixit de cornibus, ut clarius ostendat, quod de fabris propheta quæsiuit. [per singulos viros] vnusquisque Iudæorum in manus eorum venientium affligendo, [et nemo eorum] si. Iudæorum [leuauit caput suum] i. resistere potuit aduersarijs suis. [et venerunt isti,] utpote quatuor fabri, [deterere ea] si. regna præfata reprimere, [ut deiciant cornua gentium] si. regna ista gentilium deprimant. Assyriorum enim & Chaldæorum regnum ante prophetiam istam defecit. Postea quoque regnum Persarum atque Græcorum, sed regnum Romanum non est propter Iudæorum vastitatem deiectum, immo in Christo felicitè exaltatum. Vel si deiectum dicitur, quoniam Christo subiectum, hæc est bona deiectio, nec pro peccato inflicta. [quæ leuauerunt cornu] i. potestatem suam [super terram Iudæ] si. contra Iudæos, [ut dispergerent eam] si. habitantes in ea. Itaque per fabros significabantur angelicæ potestates, diuinæ iussionis exequutores, qui venerunt superbiorum regna destruere, & populum Dei recuperare. [Postremo, per quatuor cornua memorata intelligi possunt persequutores populi Israel, qui eum à quatuor partibus mundi inuasurunt.]

Gene. 41
Dan. 2.

De spirituali eiusdem Cap. I. intelligentia. Art. II.

Factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachias, filium Addo. Zacharias interpretatur memoria domini. Itaque ad eum, qui memor est domini Dei sui, qui mediator in lege domini die ac nocte, qui ponit Deum sicut signaculum super cor suum, & reuelata facie gloriam domini speculatur, cum Psalmista decantans: Memor fui Dei, & delectatus sum. Ad istum, inquam, sit verbum Dei, quia talis illuminatur à Deo, & vinctio docet eum, ita ut dicere possit: Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. Et rursus: Dominus illuminatio mea & salus mea. Is demum Barachias, i. diuinæ benedictionis est filius, quoniam Barachias benedictio domini interpretatur. Recordatio etenim Dei, ex gratia celestis benedictionis emanat, quoniam actualis memoria Dei ex spiritu sancti motione procedit, sicut & quælibet actio meritoria. Insuper Zacharias iste est filius Addo, qui interpretatur testimonium eius, quatenus Christus testimonium bonum perhibeat ei, confitendo eum coram patre caelesti & angelis eius, ipse quoque diuinæ virtuti in omnibus attestetur, & Deum in cunctis zelo veritatis honoret, sitque de eorum catalogo, quibus per Esaiam dominus dicit: Vos testes mei eritis. Itaque per huiusmodi Zachariam ait Deus ecclesiæ: [iratus est dominus] si. ego Deus, [super patres vestros] si. præcedentes Christianos, qui fidem suam vita ac moribus non approbarunt. Hoc dominus ait, ut posteriores sint cautiore, ne eis contingat quod patribus suis euenit. Nempe felix, quem faciunt aliena damna peritum, & pestilente flagellato, sapiens, immo & stultus, sapiens erit, ut Salomon docet Pro. 19. Nam & ideo Deus in presentia vita quosdam grauius manifesteque punit, ut illorum exemplo alij terreatur, corrigatur, saluentur. [et dices ad eos,] qui enim modo præfatus memor est Dei, apertus est mitti à Deo, ad insinuandum proximis verbum Dei, ut de plenitudine eius accipiant alij, & memoriam abundantiam suauitatis diuinæ, quam in secreto ex Dei contemplatione sortitus est, eruclat & alijs, secundum quod Petrus in prima sua ait canonica: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. [Hæc dicit dominus, conuertimini ad me,] incessabiliter per sacræ scripturæ lectionem, prædicationem, & recordationem hortatur nos Deus, ut conuertamur ad ipsum, omnia ista carnalia, terrena, vilissima contemnendo, ipsique summo, superessentiali, immenso, & perfecto bono integerrima mente fortiter adherendo, in quo utique est omnium diuitiarum, deliciarum, & honestatis superinfinite plenitudo. Cum enim Deus sit primum & summum appetibile, honorabile, ac formidabile, ipsum primo & summe desiderare, honorare, ac formidare debemus: ipse quoque esse debet nobis causa & ratio amandi seu apperendi, venerandi ac metuendi, quicquid citra eum desideramus, amamus, honoramus, aut formidamus, quatenus omnes nostri cordis affectus sint ordinati, reducti, ac adunati in ipsum, quo factio, veraciter dicere possumus: Confitebor tibi domine in toto corde meo. [et conuertar ad vos,] tanta equidem est munificentia atque benignitas bonitatis diuinæ, ut quacumque hora peccator ex animo ingemuerit, vel homo quod in se fecerit, Deus gratiam mox infundat: idcirco de nullo viatore est desperandum. Præterea verbum istud Dei nostri dulcissimum, Conuertar ad vos, & tanta Dei pronitas ad ignoscendum, ad succurrendum atque saluandum nos, quantumcumque inique egerimus, dummodo modo prædicto conuertamur ad ipsum, merito inflamare nos debet ad admirandum ac diligendum & imitandum viscera charitatis & misericordiæ Dei nostri, ut simus imitatores Dei, sicut filij

Psal. 76.
Psal. 114.
Cant. 2.
2. Cor. 13.
1. Ican. 9.
Psal. 119.
& 26.

Luc. 12.

Ioan. 1.
Psal. 14.

1. Pet. 4.

Psal. 91.

charissimi, & ambulemus in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, nec aliquā à proximo auersionem admittamus. Deniq; viatoribus dominus ait: Patres vestri vbi sunt & prophetae? Hoc nobis incessanter pensandum est, quatenus patrum & praedecessorum nostrorum obitum considerantes, & quo venerint ignorantes, q; item in aeternum mansuri sint vel in summa gloria, vel in summa miseria, discamus vitæ praesentis vanitatem, fallaciam, breuitatem, periculositatem, incertitudinemq; pensare ac spernere, & Deo cum omni reuerentia & timore seruire, dicendo: Vbi iam patres nostri, & ceteri qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Ecce in momento sublatis sunt, aeternaliterq; manebunt vel in tormentis inferni, vel in iucunditate caelesti, prout in hac vita breuissima meruerunt. Prophetæ autem, de quibus iam sermo, sunt qui, quod scribunt, docent seu praedicant, non obseruant, quorum damnatio iusta est. ¶ Præterea ait spiritalis hic Zacharias, Dei iugiter reminiscens: [Vidi per noctem] i. cognitione obscura, nunc enim videmus per speculam in ænigmate eum, qui posuit tenebras latibulum suum. [Et ecce vir ascendens super equum rufum] i. Christus Deus & homo, corpus humanum tēpore passionis sanguine rubricatū, suę diuinitati adiungens, ipsoq; ad nostram recuperadā salutem ministerialiter vtens. De quo in Esa. 19. habetur: Ecce dominus ascendens super nubem leuem. Et rursus: Quare rubrum est indumentū tuum? [Et ipse stabat super myrteta] i. inter vetus ac nouum testamentū, quæ tanquam duo Cherubim veris vultibus respiciunt in ipsum, tanquam in propiciatorium, quoniā ipse veraciter est propiciatio pro peccatis nostris. Hæc autē testamenta cooperta sunt difficultatibus multis, tanq; densissimis folijs. Vel myrteta sunt oēs viri perfecti, in quorū medio dñs commoratur, q; sunt bonus odor Dei, & fructus operum meritoriorū copiose producti. [Et post eum equi rufi, & varij, & albi] Equi rufi sunt martyres sancti, q; lauerunt stolas suas in sanguine agni. Equi varij, sunt confessores diuersis gratiæ charismatibus adornati. Equi albi, sunt virgines puritatis candore splendentes. Istitis p̄sertim apostolis, q; & martyres extiterunt, iussit dñs vt perambularent terram, verbum Dei p̄dicando vbiq; iuxta illud Marc. 16. Euntes in mundū vniuersum, p̄dicare euangelij omni creatura. Et Act. 1. Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad fines terræ. In omnē quippe terrā exiuit sonus eorum. Deniq; sancti hi, iniuncto sibi p̄dicationis officio digne completo, reuertunt ad Christum, dicentes: [Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit] i. vbiq; terrarum fides catholica disseminata est, & hoies ad Deum conuersi, inhabitant a sp̄sancto, atq; in spe bona quiescunt. [Tunc vir qui stabat inter myrteta, videlicet Christus magni consilij angelus, orat Deum patrem, secundum qd homo & mediator, pro militanti ecclesia dicens: Vique quo non miseris Hierusalem & vrbium Iudæ?] i. vniuersali ecclesiæ, & particularibus congregationib; electorum confitentium tibi, perducendo eos ad beatitudinem consummatam, [quibus iratus es,] p̄mittēdo eos in seculo isto multipliciter tribulari, ita vt quasi iratus appareas. Ad hanc precem respondit Deus verba bona ac consolatoria, scilicet q; cito liberabuntur, & ista tribulatio atq; dilatio gloriæ, ipsis perutilis est. [Hæc dicit dominus: Zelatus sum Hierusalem] i. ecclesiam diuinæ pacis visione aequaliter nunc gaudentem, [et Sion] i. animas diuinorum specularices. Hierusalē enim visio pacis, & Sion speculatio interpretatur, [zelo magno,] sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, ideo quos amat zelo paterno, arguit & castigat. [et ira magna irascor super gentes opulentas] i. electorum & infidelium persecutores, ac diuites qui consolationem suam iam habent, & bonos impia intentione angustiant, & tamen per eos Deus nunc purgat, corrigitq; electos, quibus purgatis, illi proijciuntur in tartarum, quemadmodum filio emēdato, virga proijcitur mox in ignem. [sicq; dominus reuertitur ad Hierusalem in misericordijs,] dando electis p̄ssima gratiæ dona pro tribulationibus, quas tulerunt, & domus sua, videlicet cubiculum conscientiæ, ædificatur in eis, ita q; Deus clementissime & libenter corda eorum inhabitat. Tunc demum p̄pendiculum, i. recta consideratio atq; discussio iusta conuersationis, extenditur sup Hierusalem] i. ecclesiam, ira q; sp̄sanctus illustrat fideles ad cōsiderandū, dirigendū, & iudicandū seipso, & oia opera vitæ suæ, secundū rectitudinē æquitatis, diuinæq; legis rectitudinē. [Adhuc clama dicens: Hæc dicit dominus, adhuc affluent ciuitates meę bonis] i. ecclesiæ particulares seu religiones, claustra siue collegia, donis & gratijs sp̄ualibus, magna deuotione & regularibus obseruantijs exuberabunt. Hoc Deus frequenter tempore euangelicæ legis impleuit, reformando per quosdam sanctissimos patres statum ecclesiæ, saltem in parte. [et consolabitur dñs adhuc Sion] i. animas fidelium in diuinorū speculatione cōsistentes, quæ lapsa a ecclesiæ vel propria mala deplorant, quas Deus nonnunq; dulciter visitat, afficit, recreat, earumq; preces exaudit, & quosdam meritis earum conuertit. Hinc 2. Corint. 1. dicit Apostolus: Benedictus Deus pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita p̄ Christum abundat consolatio nostra: & sicut socij passionum sumus, sic erimus & socij con-

solationis. Non enim permittit misericors Deus sibi deuotos immoderanter & supra vires affligi, virtuosam quoq; tristitiam sp̄ualis delectatio concomitatur, p̄sertim cum omni aduirtutis annexa dicatur delectatio bona, connaturalis, & propria. [et elegit adhuc Hierusalē] i. præ ceteris vniuersis salutem gratiamq; impendit ecclesiæ Christi, extra quam nemo saluatur. Hoc ab ecclesiā referri potest pro tempore Antichristi, quando Helias adueniens restituet omnia, & Iudæi conuertentur ad fidem, magnaq; valde erit Christianorum deuotio Antichristo occiso, [et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua,] sic dum spiritaliter oculos mentis erigimus, statum & tentationes fidelium considerantes, aspiciamus quatuor cornua, [quæ ventilauerunt] & ventilant iugiter [Iudam] i. domino confitentes, [et Israēl] i. contemplatiuos, [et Hierusalem] i. ecclesiam. Cornua ista sunt contrariæ potestates, hostes nostræ salutis, de quibus ait Apostolus, q; sit nobis colluctatio aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. Vel cornua ista, sunt mūdus, diabolus, caro, & propria volūtas, vel quatuor animæ passiones inuidiæ, quibus homines præcipue tentantur, pulsantur, & impelluntur, ita [vt nemo leuet caput] i. proprijs viribus eis præualeat. Vel cornua ista, sunt hæretici, schismatici, tyranni, & generaliter omnes iustorum persecutores. [et ostendit mihi dominus quatuor fabros.] Isti quatuor fabri, qui venerunt deterrere atq; deijcere cornua iam prædicta, sunt quatuor euangelistæ, quorum doctrina omnis aduersariorum perversitas superatur, & quod in anima peccata destructum est, reparatur sed & quatuor doctores ecclesiæ, & quatuor virtutes cardinales, aliquo modo per fabros istos intelligi possunt.

¶ Expositio literalis Cap. II. Et leuaui oculos meos, & vidi. Art. III.

R Vrlus dominus præostendit prophetæ reedificationem vrbium Iudæ. [Et leuaui oculos meos] mentales per aduertentiam diligentem, [et vidi] visione imaginaria simul & intellectuali, [et ecce vir] i. angelus in specie viri mihi apparuit. Dicuntq; aliqui, q; fuit angelus qui in præcedēti cap. fertur stetit inter myrteta, videlicet Michael, præsertim cum angelus iste totius terræ ac populi curam gerere videatur, quasi præsidens synagogæ. [et in manu eius funiculus mensurorum] i. talis qualem mensuratores locorum ac ædificiorum solēt habere. [et dixi,] cupiens informari de ignotis, [quo tu vadis?] Et dixit ad me, vt metiar Hierusalem quanta sit longitudo eius, & quanta latitudo eius. Per hanc mensurationem Hierusalem metropolis in Iudæa & aliorum locorum eius, significabatur recuperatio ciuitatum istarum, atq; reductio populi ad pristinum statum, etsi non per omnia partem. Metiebatur quoq; angelus loca hæc, non q; eorum quantitatem ignorauit, sed ad instructionem prophetae humano more se habuit, quo solent mensurari ædificia secundum longum & latum, & loca eorum antequam cōstruantur. Simile huic in Ezech. legitur. [Et ecce angelus qui loquebatur in me,] p̄ quem mihi familiariter dicebatur futura, meq; immediate instruxit, [tegre diebatur,] vt extra me aliquid operaretur: angeli enim sunt in loco diffinitiuam vbi operantur, ibi sunt. Deniq; aliqui asserunt, q; egrediebatur, vt ab angelo superioris ordinis aliquam nouam de futuris reuelationem acciperet. Quibus obuiare videtur, q; secundū doctores localis distantia mutuam angelorum loquutionem & illuminationem non impedit, q; vt ait Augustinus: Quod in corporalibus facit situs, hoc in spiritualibus efficit ordo. [et alius angelus egrediebatur,] forte de caelo descendens, vel aliunde de aliquo exiens. [in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum] Zachariam, [dicens:] Septuaginta transfulerūt, Loquere adolescētulo illi, quia (vt ait Hieron.) comparatione angelicæ dignitatis, omnis humana conditio & natura, quasi pueritia est. Vel puerum dicit propter puritatem eius & innocentiam. Ex quo constat, q; angeli superiores mittunt & illuminant inferiores, quemadmodum S. Dionysius scribit. [Absq; muro habitabit Hierusalem] præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius existentium. Istud (vt refert Hieron.) p̄rolantur Iudæi corporaliter in aduentu sui Messiae implendum. Quibus obijci potest illud Esaiæ, quod etiam ipsi corporaliter putant in Messiae aduētū futurum, Occupabit salus muros tuos. Et alia multa quæ Esaias atq; Ezechiel de muris ciuitatis conscribunt, non q; ista corporaliter sint intelligenda, sed q; literales atq; carnales Iudæi signa sua saluare non queunt. Est igitur sensus, q; Hierusalem habitanda esset in magna securitate & abundantia, quasi si muris non indigeret. Et ita est loquutio figuratiua ac hyperbolica, ad insinuandum inopinatam prosperitatem ac multiplicationem Hierusalem in ædificijs, hominibus ac iumentis, [et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu] i. fidelis protector ex omni parte, quando mihi obediunt. [et in gloria ero in medio eius] i. glorificabor per patriæ cultum ab inhabitantibus eam, eroq; eis in gloriam, corda ipsorum lætificando, & ipsos magnifice exaltando. Consequenter dirigitor sermo domini ad Iudæos, qui sponte in Chaldæa remanserant post reditum aliorum de Babylone sub Cyro. [O, o, o, fugite de terra aquilonis] i. a Chaldæa,

1. Cor. 10

Matt. 17

Ephē. 6

Eze. 40

Esa. 49
Eze. 27

[dicit dominus, quoniam in quatuor vientos celi dispersi vos] i. per quatuor plagas terrae, ex quibus principales venti erumpunt, qui dicuntur venti celi, quia in aere flant. Deusem per Assyrios & Chaldaeos dispersit populum Iudaeorum per diuersas mundi prouincias. [& ex quatuor ventis colligam vos] i. de predictis locis vos congregabo, atque in terram Iudaeae reducam, iuxta illud Ezech. 36. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de nationibus, & adducam vos in terram vestram. [O Sion] i. plebs Iudaeorum, [fuge qui habitas apud filiam Babylonis] i. ad propriam terram reuertere, quae in regione Babylonis demoraris. Dicitur autem gens illa, quae fuerint infideles, filia Dei propter paternum amorem, quo Deus amat humanam naturam, & item ratione creationis. Vnde & in Esa. 47. dñs ait: Descende, sede in puluere filia Babylon. [quia haec dicit dñs exercituum, Post gloriam misit me ad gentes, quae spoliauerunt vos.] Ecce hic ait dñs exercituum, se missum a dño, scilicet a patre. Nam secundum feriè literam, quod dictum est, post gloriam misit me, non est verbum in persona Zachariae prolatum, sed Dei prohibentis se mitti post gloriam, quod multipliciter explanat. Hieron. em exponit, post gloriam maiestatis diuinæ, non quod filius illam amiserit, sed quod forma serui accepta, in humilitate apparuit: sed tunc videtur ad tempus incarnationis haec missio referenda. Quod aliqui concedentes, per gloriam hoc loco intelligunt excellentiam monarchiae à Romanis adeptae, praesertim à Caesare Augusto, sub quo descriptus est orbis, & tunc natus est Christus, sed verba sequentia non satis consonare videntur. Quidam vero per gloriam istam intelligunt dñationem Chaldaeorum, post quam à rege Babylonis adeptam, missus est spiritali missione filius à patre ad gentes, quae spoliauerunt Iudaeos, videlicet ad Chaldaeos, quos Persae ac Medi virtute filij Dei destruxerunt, iuxta quem modum de filio Dei scriptum est Sap. 18. Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus dñe de caelo exiliens, à regalibus sedibus venit. Et loquitur ibi ad literam de punitione Aegyptiorum. Porro quod filio conueniat spiritaliter mitti, non solum per incarnationem & naturam assumptam, primo Senectiarum satis edocetur. [qui enim tetigerit] i. vexauerit [vos] Iudaeos, qui estis populus meus, [tanget pupillam oculi eius] i. seipsum laedet, hoc est, tam diligenter vos custodiam, & iniurias vobis illatas vlciscar, quod persequens vos sibiipsum nocebit, ut is, qui oculi sui pupillam molestat. [quia ecce ego leuo manum meam super eos] i. potestate mea aduersarios vestros deiciam, [& erunt praedae his, qui seruebant sibi.] Hoc fuit impletum, quoniam Chaldaei victi fuerunt à Persis, & Persae à Graecis, quia & aliqui reges Persarum aduersabantur Iudaeis, & scietis per experientiam ultionis diuinæ contra æmulos vestros, & per auxilium liberationis vestrae. [quia dñs exercituum misit me,] modo iam declarato. Itaque propterea beneficij inuitatur populus Dei ad spiritualem lætitiā & gratiarum actionem: [Lauda Deum, & lætare] in eo [filia Sion] i. plebs synagogae, [quia ecce ego] dominus Deus tuus [venio] per misericordiae meae effectum, & habitabo in medio tui per gratiae infusionem, & beneficiorum largitionem, [ait dominus.] Vnde per Moysen loquitur: Ego sum qui habito in medio filiorum Israel. [& applicabuntur gentes multae ad dominum in die illa] i. tempore illo multi conuertentur ad dominum, adhæretes ei fideliter. Nam & Iudaei post reditum à Chaldaea, multos gentilium fecerunt profelytos, [& erunt mihi in populum] i. de numero electorum meorum. [& scietis quia dominus exercituum misit me ad te,] o popule meus, quia ex effectibus istis pensabitis assistentiam praesentiae meae, [& possidebit dominus Iudam] i. populum Iudaeorum, [partem suam] i. plebem praeter ceteris gentibus diuino cultui deputatam, atque ab alijs separatam & praelectam, propter quod in Deum habetur: Pars autem domini populus eius. Et in lib. Hebr. Ne despicias partem tuam. [in terra sanctificata,] videlicet in terra promissionis, quae terra sancta vocatur, quia ad Dei obsequium ab antiquo deputata, & propter sanctos qui in ea fuerunt. [& eliget adhuc Hierusalem,] sicut expositum est paulo ante. [Sileat à facie domini omnis caro] i. diuinam iustitiam metuat omnis homo, nec impie aliquid proferat contra Deum. [quia consurrexit de habitaculo sancto suo] i. hostes populi sui deicere est paratus, ita quod quasi de caelo consurgere videtur, quando in terra aliquid noui terribiliter operatur. Vnde oramus Psalm. 45. Exurge domine, adiuua nos. De quo Deut. 35. scribitur: Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna. Hanc literalem expositionem inferui, sequendo S. Hieron. qui etiam hic alibi frequenter huiusmodi expositiones inducit, potius Iudaeorum dicta recitando, quam aliquid de proprio asserendo. Praeterea quibusdam expositio ista non placet, sed totum cap. istud ab illo loco, Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, &c. exponunt ad literam de Christo & ecclesia pro tempore gratiae. Itaque quod dicitur, [Absque muro habitabitur Hierusalem,] exponunt sic, i. ecclesia in diuina protectione confidet, non in muris & fortalitijs. Sed huic sensui non concordat quod subditur, [Prae multitudine hominum & iumentorum] i. ex quo insinuat, quod multitudo hominum & iumentorum, sit causa habitandi sine muris, per homines autem intelligunt sapientes ac literatos, per iumenta, idiotas & simplices. Dicunt insuper, quod Hierusalē per Efdram & Neemiam reaedificata, semp fuit in timore inimicorum, & subiecti one extraneorum usque ad eius destructionem.

1. Ecd. 1.

Luc. 2.

Deut. 32. Hebr. 13.

1. Ecd. 6.

tionem per Romanos, cui repugnat illud libri primi Machabaeorum: Et siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, & dilatauit fines gentis suae, & obtinuit regionem, & vnusquisque colebat terram suam cum pace, seniores in plateis sedebant oēs, & de bonis terrae tractabant, & iuuenes induebant se gloriam. Ciuitatibus tribuebat alimonias, quoad usque nominatum est nomen gloriae eius usque ad extremum terrae, fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna, & sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, nec erat qui eos terret, defecit impugnans eos super terram, reges contriti sunt in illis diebus. Praeterea in libro Iudith legitur: In omni spatio vitæ eius non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. Quae autem sequuntur, ita exponunt: [O, o, o, fuge de terra aquilonis] O homines vniuersi, & Christi fideles, recedite de potestate diaboli, qui dixit: Sedebo in lateribus aquilonis. [quoniam in quatuor ventos celi dispersi vos] id est, per varios errores vbiq; dispersi permisi ante Christi aduentum [& ex quatuor ventis colligam vos] sub ecclesiastica vnitatem per fidem & spem. [O Sion fuge] id est, ecclesia de potestate diaboli te abstrahere, quae habitas apud filiam Babylonis id est, cultum idololatriæ, & in victorum confusione. Non enim (vt dicunt) per filiam Babylonis potest hoc loco intelligi terra vel ciuitas Babylonis, quoniam ante huius prophetiae impletionem, fuit per Cyrum destructa, Iudaei quoque fuerunt remissi. Rursus terra quae hic dicitur Babylonis, immediate iam dicta est terra aquilonis. Babylonia autem non est ad aquilonem respectu Iudaeae, sed magis ad orientem. Verum haec faciliter soluerentur. Quauis enim ciuitas nomine Babylon, fuit destructa, non tamen omnia loca habitabilia Babyloniae, Iudaeorum quoque quamplurimi, praecipue indeuoti, in Babylonia post Cyri licentiam remanserunt amore rerum, quas ibi possidebant, itemque vxorum quas illic acceperant. Postremo, Hierony. hic dicit, quod Assyrii & Babylonii habitabant in terra aquilonis, probatque hoc ex Hieremia. [Haec dicit dominus: Post gloriam] monarchiae à Romanis adeptae, [misit me] vnicum filium suum Deus pater per incarnationis mysterium, [ad gentes quae spoliauerunt vos] id est, ad infideles Iudaeos, qui primitiuam ecclesiam grauius afflixerunt, quibus tamen Christus praedicauit. [Ecce ego leuo manus meas super eos] scilicet ecclesiae persequutores, & erunt praedae his qui seruebant sibi. Hoc dicitur, quia Romani & alij multi ecclesiam persequentes, tandem ad fidem conuersi sunt, & seruiertur ecclesiae. [& cognoscetis] o Christi fideles, [quia dominus exercituum] scilicet Deus pater [misit me ad te] o ecclesia per incarnationem pro tua salute. [Lauda & lætare filia Sion, quia ecce venio] humanam naturam hypostatice assumendo. [& habitabo in medio tui, ait dominus] Christus enim homo factus, in terris est visus, & cum hominibus conuersatus, iuxta illud Ioannis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. [& applicabuntur gentes multae ad dominum in die illa] id est, tempore gratiae multi gentilium, immo & Iudaicae gentis, conuertentur ad Christum. Quod constat impletum à tempore praedicationis Apostolorum, sicut praedixit Psalmista: Remiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae.

¶ Denique ex praehabitis faciliter elucescit spiritualis huius capituli intellectus, quem breuiter tangam, ne nimia prolixitas fastidium pariat. Itaque per virum habentem in manu funiculum mensurandi, intelligitur Christus omnium iudex, in cuius potestate est aequitas atque scientia discernendi, mensurandi, & iudicandi virtutes & merita singulorum, ita quod iudicandi authoritas, scientia, seu aequitas est iste funiculus. Hunc autem virum eleuatis oculis mentis spiritualiter contemplatur Zacharias, id est, quicumque fidelis domini Dei iugiter reminiscens. Denique Christus vadit per prouidentiae suae extensionem, [vt metiatur Hierusalem & Iudaeam] i. merita Christianorum, quatenus qua mensura mens fuerimus, remetiatur nobis. [quanta sit latitudo eius] in charitate, an scilicet diligat etiam inimicos, [& longitudo eius] in perseverantia. Altitudo autem est in contemplatione, & profunditas in humilitate. Quod insuper Christus sit ecclesiae murus, testatur Esaias, dicens: Vrbs fortitudinis nostrae Sion, saluator ponetur in ea murus & antemurale. Item Psalm. 124. Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum. [fuge de terra aquilonis] i. frigore secularis conuersationis, & hominibus in quibus amor Christi refriguit. Nominem quippe aquilonis, vnde frigidissimus oritur ventus, isti signantur. [quoniam in quatuor ventos celi dispersi vos] Vbiq; enim boni & impij sunt commixti. Vnde mente fugiendum est, si corporaliter fugere non superet: hoc est, non communicare, nec conformari affectibus atque operibus amatorum seculi huius. [O Sion] i. anima fidelis, [fuge] à malo, iuxta quod scriptum est Ecclesi. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. [quae habitas apud filiam Babylonis] i. eam quae vitiolorum inordinatione confusa est & distorta, non quaerens nisi quae mundi sunt, & commoda carnis, ne cum peruersa peruertaris. Qui enim tetigerit picem, inquinatur: & mala societas summe vitanda est, cum sit vtiq; summe nociua. Ideo dicit Apосто. 2. Cor. 6. Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis. Moses quoque: Recedite, inquit, à tabernaculis hominum impiorum. [Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei] In hoc manifestatur, qualiter Deus

1. Mac. 14

Iud. 16.

Esa. 14.

1. Ecd. 1.

Hier. 46.

Baru. 3. Ioan. 12.

Psalm. 22

March. 7

Esa. 26.

Eccle. 19.

Num. 16

CA. III.

Matt. 25.

Leuit. 6.

Christus suos amet & protegat, eorumque uiscatur iniurias. Propter quod Act. 9. ait ad Paulum: Quid me persequeris? Et rursus in Euangelio: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Insuper persequutores bonorum diuinitus opprimuntur, electorumque pedibus saltem in die iudicii subiciuntur. [Lauda & latere filia Sion] i. ecclesia seu anima speculatiua. [quia venio & habitabo in medio tui] In cordibus enim deuotis gratiose moratur, & in ecclesia per sacramentalem presentiam manere inestimabili charitate dignatur. Hinc in Leuitico dominus loquitur: Ponam tabernaculum meum in medio vestrum, & non abiciet vos anima mea, & ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis mihi populus. Ecce quam incoprahensibilis est dignatio Dei super altissimi ad nos miseros pauperimosque vermiculos. Simus igitur grati charitati, pietati, & beneficijs eius ad nos, ipsum delectabiliter collaudando, laudabiliterque in ipso semper gaudento, nec boaitatis ac gratiae eius vllatenus obliuiscendo.

¶ Elucidatio cap. III. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum.

¶ Articulus quartus.

ET ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo domini] Sicut refert Hieron. Iudaei hunc locum ad literam exponunt de Iesu filio Iosedech sacerdotem magno, & litera ad hoc satis aptatur. Sed quia superius, quando de Iesu isto loquutus est Zacharias, semper adiecit nomen patris eius, hic autem simpliciter exprimit nomen eius, idcirco quidam catholici putant haec ad literam de Iesu Christo domino nostro prolata, quod difficile est tenere, sicut patebit. Ostendente igitur Deo, vidit in spiritu Zacharias Iesum filium Iosedech pontificem, qui cum Zorobabel praefuit populo, stantem coram angelo Dei, illo videlicet qui stetit inter myrrera, & praefuit synagogae, utpote Michaelis, sicut communiter dicitur. [& satan] i. aduersarius nostrae salutis diabolus. [stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei] i. eum accusaret, praesertim de acceptione vxorum alienigenarum siue gentilium. Quia ut Esdras narrat, Iudaei & sacerdotes atque Leuitae de Babylone reuersi, grauiter peccauerunt alienigenas contra legem ducendo vxores, fuitque in hoc etiam Iesus iste culpabilis, vel quia & ipse talem accepit vxorem, ut affirmat Hieronymus, vel quoniam subditos suos, & proprios filios in hoc reos, non satis redarguit, sicut primo Regum Heli sacerdos diuinitus increpatur, quod filios suos condigne non arguit. Porro dictum Hieronymi ex hoc possit fulciri, quod in Esdra habetur, quemadmodum manus principum & magistratum fuit in transgressione hac prima. In eodem libro legitur Inuenti sunt de filijs sacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas de filijs Iosue, filij Iosedech, & fratres eius &c. Vnde secundum Hieronymum diabolus stat a dextris Iesu istius, quoniam vera fuit accusatio eius. [Et dixit dominus ad satan: Increpet dominus in te satan] i. accusatio tua redarguatur, & tu reprobis conuincaris qui insidiosae accusas. [& increpet dominus in te] i. increpationem suam contra te dirigat, [qui elegit Hierusalem] ut cultus Dei in ea recuperetur. Denique in modo huius locutionis designatur implicite trinitas personarum in simplici Deo. Ter enim ponitur dominus, & in Hebraeo exprimitur nomen tetragrammaton, quod soli vero conuenit Deo. Loquitur namque dominus de domino, quasi vna persona de alia, seu pater de filio. Huic etiam modo loquendi consonat illud Genes. 19. Pluit dominus super Sodomam & Gomorrhham ignem & sulfur a domino. Causa insuper increpationis satan a domino, subditur: [Nunquid non iste] videlicet Iesus, quem accusas, [torris est erutus de igne] i. similis titioni semiuusto, quia de Babylonica captiuitate, quasi de igne tribulationis euasit, & tu ultra hoc quaris eum obruere, & quasi totum comburere. [& Iesus erat indutus vestibus sordidis] id est, anima eius vitio negligentiae & peccati praefati fuit operata & maculata, & ipse squalore captiuitatis erat confectus. Sicut enim virtutes & opera bona sunt splendida animae vestimenta, sic passiones & vitia vestes sunt sordidae. Vnde in Psalmo 108. cantatur: Induantur, qui detrahunt mihi, pudore. [& stabat ante faciem angeli] principis synagogae. [Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se,] id est, ad angelos inferiores praesentes, [dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo] id est, a peccatis eum purgate instrumentaliter, disponendo eum ad poenitentiam veram seu plenioram. Deus enim solus remittit & aufert peccata principaliter, angeli vero purgando, hortando, illuminando disponunt ad hoc. [& dixit ad eum] id est, angelus superior ad Iesum: [Ecce abstuli a te iniquitatem tuam] quia & angelis id commissi, & principaliter eis hoc feci. [& indui te mutatoris] id est, ornari gratiae ac virtutum, vel secundum Hebraeos, Israelitem tibi coniugem copulanti. [Et dixit] angelus iste superior inferioribus angelis: [Ponite cidarim mundam] id est, mitram episcopalem [super caput eius.] Et posuerunt cidarim mundam super caput eius] id est, pontificali honore atque officio dignum eum fecerunt, vel ostenderunt. [& induerunt eum vestibus] ad summum sacerdotem spectantibus. Tectum istud fiebat coram Zacharia propheta spiritali representatione, non vana, sed aliquid veraciter significante.

[Et ange-

[Et angelus domini] iste superior [stabat, & contestabatur angelus domini Iesum, dicens: Haec dicit dominus exercituum Si in vijs meis ambulaueris] legis praeccepta implendo, [& custodiam meam custodieris] id est, cultum & caeremonias templi, tuumque officium reuerenter ac diligenter impleueris, tu quoque iudicabis domum meam] id est, populum synagogae, praesertim in spiritualibus causis. [& custodies atria mea] id est, pontifex perseuerabis, [& dabo tibi ambulantes] i. tecum manentes teque custodientes, [de his qui nunc hic assistunt] i. de numero angelorum istorum quosdam ad tui & tuorum custodiam deputabo, ne a satana conuincaris. Consequenter dominus populum synagogae consolatur, pronuntiando Christi aduentum. [Audi Iesu] filij Iosedech, [sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te] i. qui tibi in cultu diuino concordēs sunt, tibi que subditi & circa te commorantes, [quia viri] i. praedicti tui amici, [portendentes sunt] i. visum spiritualem procul in posterum extendentes, de Christi aduentu vaticinando, vel eum praesolando. Isti viri fuerunt prophetae tempore Iesu huius prophetantes, scilicet Aggaeus, Zacharias, Malachias, ac ceteri iusti Christum cordialiter aduenire optantes. Vel, viri portendentes sunt, i. portentum dantes, sicut ad Ezechielem dominus ait: Portentum te dedi domui Israel, vel quia in signum sunt positi futurorum. [Ecce enim ego adducam seruum meum orientem] id est, Christum, qui est splendor gloriae, & candor lucis aeternae, de quo in Euangelio dicitur: Visitauit nos oriens ex alto. Ipse nanque est oriens ille fons vniuersae lucis, nascens ex aeterno supersplendidissimo patre, quemadmodum in Ecclesiastico fatetur: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in caelis ut oriretur lumen indeficiens. [quia ecce lapis quem dedi coram Iesu] id est, Christus seu oriens, quem per fidem & prophetarum oracula manifestauit huic Iesu Iosedech esse venturum, qui est lapis angularis, faciens vtraque vnum, lapis fortissimus qui omnia regna terrae contriuit, & apud Daniele de monte sine manibus abscessus describitur, de quo 28. Esaias loquitur Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, preciosum, in fundamento fundatum. Quem vidit filius Iosedech, sicut de Abraham ait Saluator Iudaeis: Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. [super lapidem vnum] id est, in Christo, in quo sunt duae naturae, sed vna hypostasis. [septem oculi sunt] id est, septem dona spiritus sancti, quibus anima lymptide videt, quid scire & agere debeat. Et quauis tria istorum donorum, videlicet fortitudo, pietas, timor, ad voluntatem subiectiue pertineant, oculi tamen dicuntur, quia clarificant animam. Fueruntque dona ista in anima Christi perfectissime atque plenissime, praesertim quantum ad actus, quos habent in patria. Propter quod Esaias: Requiescet, inquit, super eum spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

¶ Praeterea, quod loco praesenti per orientem Christus, non Zorobabel, vel alius intelligatur, (secundum Lyram) ex translatione Chaldaica authentica apud Iudaeos ostenditur, ubi sic legitur: Ecce ego adducam seruum meum Messiam, & reuelabitur. Praeterea, quidam per septem oculos intelligunt vniuersitatem angelicorum spirituum, qui sunt oculi intellectuales, ad Christi cultum obsequiumque parati. Nempe quod septenario vniuersitas designetur, innuitur in Tobiae libro, ubi Raphael ait: Ego sum vnus ex septem, qui assistimus ante Deum. Et Apocalypsa. inducitur: A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. [Ecce ego caelabo sculpturam eius, ait dominus exercituum.] id est, corpus Christi in vtero virginis supernaturaliter formabo, & subito organizabo. Vel secundum Hieronymum, corpus eius in passione flagellis, clauis, spinis ac lancea vulnerariac perforari permittam. Vnde Septuaginta transtulerunt: Ego fodiam foueam, & Christus ait psalmo 21. Foderunt manus meas & pedes meos. [& auferam iniquitatem terrae illius] id est, totius mundi, vel synagogae, siue ecclesiae. [in die vna] pura in die dominica passionis. Christus nanque quantum in se est, pro omnibus satisfecit, de quo dictum est: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. [In illa die] De qua fertur in Psalmo 117. Haec est dies, quam fecit dominus, exultemus & laetemur in ea: hoc est, statim post Christi passionem missio desuper spiritu sancto. [dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum suum] id est, vnus alium inuitabit venire, [subter vineam & subter ficum,] id est, ad Christi ouile & pascea eius, ad dona & vnitatem ecclesiae, ad spirituales consolationes atque diuitias. Hoc maxime impleuerunt Apostoli, alijque viri perfecti, dona gratiae sibi collata in alios administrare feruide cupientes. Vel certe per istum modum loquendi in scripturis veteris testamenti frequenter insinuat abundancia diuitiarum & pacis in populo Iudaeorum. Et sic fuit in Christi aduentu. Iudaei enim tunc in temporalium affluentia ac pace fuerunt, omnibus regnis Imperatori Romano subiectis. ¶ Iam intuendum, qualiter omnia ista possint de Christo intelligi. Itaque quidam catholici ita exponunt: [Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum] i. Christum saluatore, de quo legitur psal. 109. Tu es sacerdos in aeternum.

Et ad

Et ad Hebræos 4. Habentes pontificem magnum, qui penetravit caelum, Iesum filium Dei. [stantem coram angelo dñi] i. coram seipso magni consilij angelo, quia inquantū homo mortalitatis, propter nos infirmatus apparuit coram seipso, ut Dei & hominū summo mediatore, immo & vero Deo. [et satā stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei.] De hoc in Euāgelio legitur, quemadmodum ductus est à spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo. Passione quoque instante dixit, Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ideo ad Hebræos 4. dicit Apostolus: Tentatus est per omnia absque peccato. [et dixit dñs] Iesus ad satanā: Increpet dominus in te. Hoc Christus dixit & fecit, dū tertia tentatione cōpleta, respondit: Vade satana! Scriptum est: Non tentabis dominū Deum tuum. Christus enim seipsum dominū dixit, & ipse seipsum ad increpationē satanæ excitauit. [Nunquid non iste torris est erutus de igne?] Hoc Christo rectissime cōuenit, cuius tota in hoc seculo vita, igne persecutionis, tribulationis, & paupertatis plena fuit, nec tamen vitiorum flamma incensus, & ab omni aduersitate in resurrectione est erutus. [et Iesus erat indutus vestibus sordidis] i. indetrahilibus defecibus, quos pro nobis suscepit, sicut & Esaias testatur 51. Vidimus eum, & non erat aspectus, & reputauimus eum tanquam leprosum, & percussum à Deo. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse denique de suo corpore ait ad patrem psalm. 29. Concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Teste etiam Paulo, ipse pro nobis factus est maledictum. Sed & tempore passionis vestes eius aspersæ sunt sanguine, & ipse Esaias 63. protestatur: Omnia indumenta mea inquinavi. Hæc sordida vestimēta sunt à Christo tempore resurrectionis ablata, quādo in corpore immortalis impassibilisq; surrexit. [et dixit ad eū angelus] i. ipse ad seipsum ratione corporis sui mystici. [Ecce abstuli à te iniquitatē tuā.] i. tuorū, iuxta id in Psal. 68. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Dominus enim posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. [et indui te mutatoris] i. dotibus corporis glorificati in resurrectione, si impassibilitate, agilitate, claritate, ac subtilitate. Christus nempe ut Deus suscitauit seipsum, & corpus suū glorificauit, iuxta quod ait in Euāgelio S. Ioan. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui. [Ponite cidarim] i. diuinæ maiestatis splendorem [super caput eius] Sed quomodo angeli iubentur hoc facere, vel sordida vestimēta à Christo auferre, nisi quantum ad manifestationem cooperati sunt enim glorificationi Christi, in cordibus hominum, eius notitiam hominibus reuelando, & ita induerunt eum vestibus in cognitione credentium. Sic namque & Christus perhibet se patrem clarificasse: Ego, inquit, te clarificauit super terram. Præterea quod subditur, quemadmodum angelus contestatus est Iesum, dicens: Hæc dicit dominus: Si in vijs meis ambulaueris, & c. iudicabis domum meam. Refertur ad mysticam eius corpus. [Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui] id est, Apostoli ac viri perfecti. [Ecce ego adducam seruum meum orientem] id est, teipsum secundum naturam humanam, ad explenda vniuersa humanæ salutis mysteria.

¶ Moraliter autem ostendit dominus Zachariæ, id est, viro perfectio Dei iugiter recordanti Iesum sacerdotem magnum, id est, quemcumque aliorum prælatum siue episcopum, cuius est aliorum cooperari salutis, stantem coram angelo, qui custos est animæ eius. Satan vero non cessat talibus aduersari, sed Deus noster pugnat pro nobis, & per angelicos spiritus dæmonum impugnationem coerct à nobis, conteritq; Satanam sub pedibus nostris velerit. Huiusmodi autem sacerdos propter sollicitudinem & laborem, cæterasque propter iustitiam persecutiones, quas habet in regimine pastoralis, recte assimilatur torri eruto de igne. Ideo dominus non permittit eum supra id quod potest, tentari, sed opem impendit, faciens cum tentatione prouentum. Iste insuper est indutus vestimentis sordidis, iustus enim seipies in die cadit, sed ministerio angelorum, & inspiratione eorum purgatur, ac poenitet, mutatorisq; vestitur, i. donis & gratijs spiritus sancti. Sed & cidaris ponitur super caput eius, id est, dignitas ordinis sacerdotalis dispositiue ab angelis, à quibus electi diriguntur, secundum præordinationem diuinam ad sacerdotij Christi susceptionem, sicq; induitur vestimentis virtutum, & gratia sacramentali, quæ in susceptione ordinis sacerdotalis confertur. Deniq; huiusmodi sacerdotem siue pontificem dominus contestatur: Si in vijs meis ambulaueris, tu quoque iudicabis domum meam, id est, congregationem fidelium tibi commissam sapienter discuties, discernes, ac reges, atque in sacerdotij tui officio salubriter permanebis. Datq; ei Deus omnipotens angelorum subsidium, qui sibi in subditorum custodia & salute fideliter cooperentur. Hinc insuper dominus ait: Ecce adduco seruum meum orientem, id est, Christum tibi adesse faciam in sacramento, & in medio loquentium de ipso ex charitate. Sed & pater & filius ad fideles veniendo, mansionem in ipsis efficiunt gratiosam.

¶ Expositio capituli IIII. Et reuersus est angelus qui loquebatur in me.

Articulus VI.

Capitulo

Capitulo præcedenti facta est ad pontificē Iudæorū diuina promissio, quod in sacerdotij sui ministerio esset diuinitus stabiendus, dum modo diuinis pareret mandatis. Nūc ad ducem seu principem eorundem diuina sit sponsio, consolatiua de templi perfectione. [Et reuersus est angelus, qui loquebatur in me.] i. per quem mihi specialius prophetica reuelationes fiebant, de quo iam supra secundo capitulo dixerat: Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Ad horam namque disparuit. [et suscitauit me] i. ad intellectualem considerationem mētisq; eleuationē excitauit me à stupore animi, quē ex præscriptæ visionis inspectione incurri, [quasi virum qui suscitatur de somno suo.] Vnde ad Ezechielem loquitur angelus: Fili hominis, pone cor tuum in omnia, quæ dicam tibi. [Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixit: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius] i. in summitate candelabri fuit, [et septem lucernæ eius] puta candelabri, [super illud] i. in calamis candelabri pendere videbantur, [et septem infusoria lucernis] i. vasa aurea deseruentia vsui lucernarū, quia ex eis oleum infundebatur lucernis, [quæ erant super caput illius] quia in vertice candelabri apparebant, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius] i. duo rami oliuarum circa candelabrum apparuerunt, formam spicarum habentes, & eminebant candelabra, inter quas media fuit lampas in summitate candelabri lucens. Hæc omnia vidit propheta imaginaria visione, & quid significarent, ignorabat. Ideo subditur: Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc domine mihi? i. quæ similitudines istarū rerum significant? [Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? & dixi, non dñe mi. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum domini ad Zorobabel] i. sermo domini, qui ad Zorobabel factus est, prædictæ visionis interpretatio est. Et quis sit sermo ille, subiungitur, dicens: [Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum] i. non in multitudine pugatorum, nec virtute humana, sed in Dei spiritu, seu inspiratione diuina, ex qua Cyrus ac Darius annuerunt petitionibus Iudæorum, ipsos Iudæos de Babylonica captiuitate esse reductos, pleniusq; reducendos, aduersarios quoque vastandos, & templum in breui perficiendum. Nempe cum candelabrum aureum cum cæteris prænominatis fuerit de specialibus templi ornamentis, nec ponebatur in eo nisi iam consummato, idcirco per visionem candelabri, & cæterorum ad illud pertinentium, significabatur, quod templi ædificiū esset per Zorobabel mox complendum, ob cuius completionem diuina inspiratione atque potentia fuerūt Iudæi reducti. Præterea secundum Hieronymum, Hebræi, à quibus ipse in veteri testamento se asserit eruditum, per candelabrum aureum intelligunt solidam legem per Moysen diuinitus datam per lampadem autem, i. flammam in vertice candelabri lucentem atque fulgentem, Christum, qui caput est legis & omnium hominum illuminator: per septem lucernas, septem dona spiritus sancti: per septem infusoria intelligunt, quod dona ista de cælo ad homines per legem descendunt: per duas vero oliuas, legem & prophetas. [Quis tu mons magne] i. diabole, per superbiam intumescens & sublimis naturæ, quauis vitia, [coram Zorobabel in planum] i. diuina virtute in terram deiectus, atque in planum coram duce Iudæorum iacens prostratus ac victus: Tanquam dicat: Tu dæmon qui stetisti ad dexteram Iesu sacerdotis, ut ei insidiareris, frustra te crexisti contra Zorobabel, ut eum à templi ædificio impedires. [et educet lapidem primarium] i. Deus Christum filium suum mittet in mundum, de quo Christo dictum est præcedenti capitulo: Super lapidem vnum oculi septem sunt, suiq; semper auxilio populo Iudæorum. [et exequabit gratiam gratiæ eius] i. gratiā subventionis, quā fecit Deus patribus Iudæorū ab antiquo, & nunc post reditum de Chaldæa, similis est gratiæ quā faciet Christus cum venerit, quauis non sit omnino æqualis. Vel sic secundū Hieronymum: Gfa eius, vtpote lapidis huius in eos, quos de Babylone reduxit, exequabit gratiam, quam in patres eorum semper exercuit. Quidam exponunt sic: Et educet ipse Zorobabel lapidem primarium, i. super lapidem fundamenti ante iam positum, educet structuram templi in altum. Et exequabit gratiam gratiæ eius, i. Zorobabel impetrabit à Dario rege gratiam consummandi templum, quemadmodum Cyrus rex dedit gratiam ædificandi. Vnde subiungit: [Et factum est verbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domū istam] i. scilicet templum tempore Cyri, [et manus eius perficient eam] Dario regnante, sicut in lib. Esdræ clarius recitatur. Opus quippe ascribitur principi, tanquam principali agenti. [et scietis] templi cōsummatione perfecta, [quia dominus exercituum misit me] Zachariam prophetam ad vos de templo construendo monendos. Impletio enim vaticini, signū est veritatis & destinationis diuinæ, secundū quod in Hieremia habetur: Propheta qui vaticinatus est, cū vernerit verbum eius, scietur propheta quem miserit dominus in veritate. [Quis enim despexit dies paruos?] Hoc dupliciter declaratur: Primo sic: Quis contempsit breuem ac fragilem potestatem eorum, qui nisi sunt templi instaurationem impedire? Quasi dicat: Pauci fuerunt, videlicet constantes, qui non obstante aduersariorum furore, templum cum Zorobabel com-

Ezech. 2,

1. Cor. 3,

Zach. 3,

1. Esdr. 5,

Hiere. 29

struere.

struxerunt. Secundo sic: Quis despexit dies paruos, i. statum Iudæorum à Babylonia reuerforum, qui primo modicus fuit, & ab aduersarijs valde cōtempus, iuxta illud Esdræ: Dixerūt, adificatusi ascēderint vulpes, transiit murum eorū. [Et lætabuntur] Iudæi, qui dies paruos hostium despexerunt, atq; ab aduersarijs Samaritanis ac cæteris despecti fuerunt. [Et videntur lapidem stanneum in manu Zorobabel] i. fortem materiam atq; idoneam facultatem ad templi erectionem. Gaudijs sunt ergo Iudæi, ex diuini subsidij experientia, & templi eminentia. Quidam per lapidem stanneum intelligunt Christum, quem illuminati Iudæi viderunt per fidem de stirpe Zorobabel nasciturum. [Septem isti oculi sunt domini] i. septem oculi, de quibus supra dictum est, quod erant super lapidem vnum, sunt septem gratiæ intellectuales omnium corda illuminantes. Propter quod subditur: [q; discurrunt in vniuersam terram] i. ad oēs habitates in terra fideles, vel per septem oculos, iuxta sensum præhabitu, intelligitur vniuersitas angelorum, qui ad explenda diuinæ maiestatis obsequia emittuntur, præsertim ad homines. Consequenter sciscitatur propheta, quid duæ oliuæ superius positæ ac descriptæ significant. [Et respondi, & dixi ad eum] i. angelum in me loquentem: [Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius?] sic enim in visione imaginaria situatæ videbantur. [Et respondi secundo, & dixi ad eum:] primæ enim interrogati angelus non statim respondit, vt desiderium agnoscendi veritatem accenderetur in corde propheta, sicq; diuinæ illustrationis capax redderetur. [quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro?] Rostra ista fuerunt duæ recurationes in candelabro factæ, in quibus infusoria aurea depēdebāt. Deniq; primo quæsiuit propheta, quid essent duæ oliuæ, nunc quærit quid sint duæ spicæ oliuarum, quasi parcius quærens, sed quia redit in idem, angelus ei respondit, [et ait ad me, dicens: Nunquid nescis, quid sunt hæc?] i. quid designent. [Et dixi, non dñe mi.] Interrogatio angeli ex ignorantia non procedit, sed quærit, vt responsionis dilatio augeat in propheta audiendæ veritatis amorem: desideria siquidem dilatione crescunt. [Et dixit: Isti sunt duo filij olei.] designati per duas oliuas, sunt duo filij olei, s. Iesus pontifex filius Iosedech, atq; Zorobabel dux populi. Primus enim erat de tribu sacerdotali, alter de stirpe regali, quæ vtraq; in veteri testamento vngēbatur, quantum ad regem & pontificem, quauis vnctio illa in transmigrations Babylonijs cessasse, nec post fuisse dicatur. Vel dicuntur filij olei propter gratiam & pietatem, quam circa populi gubernationem habebant. Vnde Aquila transfudit: Filij splendoris, i. diuinæ illustrationis, [qui assistunt dominatori vniuersæ terræ] i. Deo omnipotenti omnibus imperanti, in eius obsequio ac templi instauratione, & populi administratione fideliter efficaciterq; intenti. Sic quippe Helias & Heliseus Deo astantes, dixerunt: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie.

3. Re. 17.
4. Reg. 3.

De spiritali & mystico eiusdem cap. III. intellectu. Art. VII.

Apoc. 1.

Ioan. 8.

Matt. 17.
Marci 9.
Lucæ 9.

reuerfus est angelus, q loquebatur in me] Per Zachariam, q interpretatur memoria dñi, designatur q cunq; fidelis diuinorum speculationi semp intentus. Ad talem ergo angelus eius, qui animæ suæ illuminator & custos est, frequenter reuertit, atq; cum eo liber morat. [suscitauit me, quasi virum q suscitatur de somno] quotiescunq; humana fragilitas suę relinquitur imbecillitati, Dei & angelorum auxilium ab ea recedit. Dum ergo mens contemplatiue incipit euagari, inaniter affici, acedia torpore pulsari, tentatione grauari, aduersitatibus denici, passione aut vitio aliquo obrui, indiget ab angelo visitari, & velut de somno negligentia suscitari, confortari, & consolari. [Vidi candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius &c.] Per candelabrum aureum propheta monstratum, allegorice intelligitur ipsa Ecclesia, quo ad electos præ cunctis mundi hominibus, rutilantissimis gratiarum ornamentis sulcita, quæ in sacra scriptura sensum & mentem magis quam verba attendit. Vnde in Apocalypsi vidit Ioannes similem filio hominis, ambulantem in medio candelabrorum aureorum. In huius ecclesiæ capite est lampas, videlicet Christus, q ait: Ego sum lux mundi, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum. Insup per septē lucernas, vt dictū est, intelliguntur septem dona spiritus sancti, qui descendunt sup electos, [et septem infusoria lucernis, quæ erant sup caput illius.] Ista septem infusoria, quæ sunt super caput ecclesiæ, & in nutrimentum lucernarum præstantur, intelligi possunt septē sacramēta ecclesiæ, quæ sunt vasa medicinalia, gratiæ cōtētiua, significatiua, & effectiua. Efficunt em̄ quod repræsentant, & oleum pietatis in eis est, s. gratia sacramentalis, per quam dona spiritus sancti conseruantur, aluntur, ac pficiuntur: quæ gratiæ & virtutes ac dona, se inuicē muniunt, iuuant, pficiunt. [et duæ oliuæ sup illud, vna à dextris lāpadis, & alia à sinistris eius] per duas istas oliuas super ecclesiam, i. aliorum directioni prælatos ac præidentes, quidam intelligunt Mosen & Heliam, qui cum Christo loquebantur in monte in hora transfigurationis: alij Petrum & Paulum, alij vitam contemplatiuam, quasi à dextris, & actiuam quasi à sinistris. Alij vetus & nouum testamentum, illud à sinistro, istud à dextris. Sed quoniam nomine

nomine oliuæ, pietas compassionis exprimi solet: per illam quæ fuit à dextris, intelligi potest qui opera misericordiæ spiritalia explet: per aliam, qui operibus misericordiæ corporalibus vacat. [Hoc est verbum domini ad Zorobabel] i. Christum populi Christiani ducem ac principē. [Non in exercitu, neq; in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus.] Hoc quippe Christus in euangelio docet, quod salus, virtus, sufficientia, & profectus animæ nostræ non est in multitudine aut robore creaturarum, sed ex spiritu sancto, & hoc Deus trinitas docuit Christum, quantum ad naturam assumptam: nam animæ eius hoc reuelauit. Deniq; & ipse de seipso testatur: Non potest filius à se facere quicquam. Et iterum ait: A meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. [Quis tu mons magne? diabole tumide,] [Co ram Zorobabel] i. Christo, contra quem te erigens, dicere præsumpsisti: Hæc omnia mundi regna tibi dabo, si cadens adoraueris me, sed coram eo ab eo in pianum deiectus & victus es: [Et educet] dominus exercituum [lapidem primarium,] vt ipse Christum, quem secundum carnem eduxit de semine patriarcharum. Deinde eduxit eum de seculo isto ad regnū æternum, & per apostolorum doctrinam eduxit eum de occulto ignorantia ad lucem salutaris notitiæ in cordibus electorum, de quo scriptum est: Ecce ponam in Sion lapidem summum, electum, angularē, preciosum, & omnis qui crediderit in eum, non confundetur. Apud Mattheum quoq; Christus loquitur de seipso: Qui ceciderit super lapidem istum, cōfringetur super quem vero ceciderit, conteret ipsum. [Et exæquabit gratiam gratiæ eius] i. gratiæ euangelicæ legis æquabit Deus gratiæ veteris testamenti, vt non minor sit perfectio patrum noui testamēti q; veteris, immo pphetis ac patriarchis præferuntur apostoli. Propter quod à Ioan. asseritur: De plenitudine eius, videlicet Christi, nos omnes accepimus gratiam pro gratia. [Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficiet eam] i. virtus & gratia Christi inchoauit ecclesiam, & perficiet eam, præsertim in resurrectione futura, & à tempore apostolorum quotidie eam, quantum ad quosdam electos, perfecit, augendo in eis spiritalium profectum. Ipse equidem ait: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Et in psal. cātamus eidem: Infirmata est, tu vero perfecisti eam. [Quis enim despexit dies paruos] i. vt ipse Christus mundi huius statum, vanitatem, dominium, ac breuissimam vitam contempserit, idcirco construxit ecclesiam, instruendo fideles ad terrenorum contemptum, cælestiumq; amorem, sic & ceteri fecerūt electi. Vnde & beatissimus patriarcha Iacob proficitur: Dies peregrinationis vitæ meæ super terram, centum triginta anni sunt, parui & mali. [Et lætabuntur] gaudio spiritali fideles, qui temporalia vilipenderunt. [et videbunt lapidem stanneum] i. virtutem discretiuam, [in manu Zorobabel] in potestate atq; iudicio Christi. Sicut enim (teste Hieron.) stannum alia metalla ab ignis læsione defendit, mixta quoq; & adulterata inter se metalla per ignem dissociat, sic Christus per iudiciariam potestatem triticum à paleis, hoc est, electos à reprobis separabit. Quemadmodum de ipso in euangelio legitur: Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horrem suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. [Duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro.] Nam dictum est, quemadmodum per septem infusoria aurea, intelliguntur septem ecclesiæ sacramenta. Et ista esse dicuntur in aureis rostris, i. in manibus & membris ministrorum ecclesiæ consecratis, per quos conficiuntur, tractantur, ac dispensantur. Cætera ex præinductis clarissime innotescunt.

Ioan. 9.
Ioan. 8.

Mat. 4.

1. Pet. 2.
Esaie 28.
Mat. 21.

Ioan. 1.

Mat. 16.
Psal. 67.

Gen. 47.

Matt. 3.
Lucæ 3.

Expositio literalis Cap. V. Et conuersus sum. Arti. VIII.

Postquam diuinitus ostensa sunt prophetæ iucunda de Iudæorum liberatione à Babylonia, & Iudææ ac templi reparatione, nunc ostenduntur eidem aduersa ac tristia. [Et conuersus sum] ego Zacharias interiori conuersione ab vna visione prophetali ad aliam, [et leuaui oculos meos] præsertim intellectuales, [et vidi] visione imaginaria ac mentali, [et ecce volumen volans] mihi apparuit, [et dixit ad me] angelus qui loquebatur in me, de quo iam dictum est sæpe, [quid tu vides?] & dixit: Ecce ego video volumen volans, cuius quantitas subditur, [longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum,] cuius rationem quidam assignant, quia volumen istud videbatur de ciuitate Hierusalem & templo exire. Ideo sicut longitudo porticus erat viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum ante faciem templi, ita & de mensura voluminis fuit. Porro secundum Hieronymum per numerum vice simum, qui ex duabus decadibus fit, austera ac tristia nunciantur: Per decem, i. vna decade, meliora & prospera. Quoniam ergo flagella & pœnæ præsentis vitæ à deo infliguntur, vt corrigamur & emendemur (pœnæ namq; huiusmodi sunt medicinalia, vt castigari erudiamur) hinc longitudo huius voluminis recte fuisse describitur cubitorum viginti, latitudoq; decem. [Et dixit ad me: Hæc est maledictio] i. in volumine isto scripta sunt, & significata peccata atq; supplicia Iudæorum, [quæ egreditur super faciem omnis terræ] i. simul cum Iudæis de terra promissionis expellitur ad diuersas mundi prouincias, in quibus captiui abducti fuerunt Iudæi tempore Babylonicæ captiuitatis & ante. Nunc enim

Z enim

Dani. 7.

Ezec. 21.

Hic

Job. 31.

4. Re. 25.

Gene. 11.

1. Mac. 7.

enim est sermo de expulsiōe multiplicium iniquitatum à terra populoq; Iudæa, [quia omnis fur, sicut ibi scriptum est,] si, in præfato volumine, [iudicabitur] iudicio condemnatiōis. [Et omnis iurans, ex hoc volumine] similiter iudicabitur, [si vitiose, false, inordinateq; iuret. Simile est quod in Daniele legitur: Iudicium sedit, & throni positi sunt, & libri aperti sunt. Per quæ omnia designatur, quod homines iudicantur à Deo secundum infallibilem sapientiam atq; noticiam eius, itemq; secundum quod in libris consciētiarum contentum est. [Educam illud] volumen egrediens, [dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mēdaciter] i. punitio per istud volumen figurata, inducetur & infligetur furibus ac periuris, quod ad Iudæos præsertim refertur, in quibus vitia ista plurimum abundabant ante Babylonicā captiuitatem. Et ita loquitur propheta de præterito, tanquam futuro, sicut frequenter fit in libris propheticis. [Et commorabitur] i. punitio ista manebit, [in medio domus eius] i. in ipso fure seu periuro & cunctis ad ipsū spectantibus, suæq; prauitatis consortibus. [et consumet eam & ligna eius & lapides eius] i. totā eius congeriem siue familiam peccatricem, vel etiam habitacula eius, dum comburuntur aut destruantur. Deniq; ei quod nunc dictū est hic de volumine volante, simile est, quod Ezechiel scribit de libro in quo continebantur lamentationes & vā. Ex his quoq; secundum Hieron. elucescit, quanta sit grauitas furti atq; periurij. Quod si in his (vt idem ait) quæ minora putantur peccata, videlicet furto ac periurio, tanta pœnarum est comminatio, quid dicemus de fornicatione, adulterio, homicidio, sacrilegio, cunctisq; criminibus, quæ ab Apostolo inter carnis opera numerantur? Consequēter inducitur alia visio, idololatriam præsertim cōcernens. [Et egressus est angelus, qui loquebatur in me] & stetit quasi coram me, [et dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide] visione imaginaria, [quid est hoc quod egreditur] de templo & vrbe Hierusalem & Iudæa? [Et dixi, quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra] i. amphora ista designat multiplicationem & collectionem iniquitatum Iudæorum, per quam multiplicationem ipsi Iudæi manifestati sunt cunctis gentibus, quales inter se fuerūt. Dum enim propter facinora sua hincinde captiui translati sunt, innotuit omnibus qualia in terra propria egerunt peccata, sicq; amphora ista fuit eorum oculus, i. causa præfata manifestationis eorum. [Et ecce talentum plumbi portabatur] id est, plumbea massa ferebatur, vel iussione diuina, vel ab angelo. [Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit] angelus ad me, [hæc est impietas] id est, idololatria, quæ antonomatice impietas nuncupatur, cum sit maxime contra Deū, sicut de ea ait beatus Iob: Quæ est impietas maxima, & negatio contra Deum omnipotentē, [Et projecit eam in medio amphoræ] i. infra amphoram eam depressit, ita quod amplius foras non eminebat, nec apparebat vt ante, nec egredi poterat, i. hanc impietatem alijs suis criminibus superposuerūt Iudæi ante Babylonicam captiuitatem. [et misit massam plumbeam in os eius] i. amphoræ, eam superius claudens ob causas prædictas. Hæc massa significauit enormitatem & grauitatem vitiorum populi huius. [Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egrediētes] de terra Israel, [et spiritus] i. potestas diaboli, [in alis earum] i. in processu & actu, vanitate, flatu atq; impulsu earū fuit. [Et habebant alas quasi alas milui] i. rapacissimæ erant & insidiosæ, quemadmodum miluus auis est rapax, semperq; domesticis auibus insidians. Hæc duæ mulieres significabant, secundum Hieronymum, plebē decem tribuum ab Assyrijs captam, & plebem duarum tribuum, scilicet Iudæ ac Benjamin, à Chaldæis vastatā. Alij p̄ duas mulieres intelligunt duas has tribus. [et leuaerūt amphoram inter cælum & terram] i. peccatorum suorum mensuram secum ferebant, quocunq; ducebantur. [Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo istæ deferent amphoram? Et dixit ad me: Vt edificetur ei domus in terra Sennaar] i. in terra Babyloniæ. Sennaar quippe est campus, in quo filij Adam ædificauerunt turrim, vbi postea constructa est Babylon, sicuti in Genesi scribitur. Vnde Septuaginta transtulerunt: In terra Babyloniæ, [et stabiliatur & ponatur ibi super basim suam.] Per ista insinuatur, quod Iudæi simul cum idololatria sua transferebantur in Babyloniā, & illic domum seu mansionem sumpserunt, ipsaq; idololatria horum taliter ibi super basim suam locata est, quod in terram Iudæa vitrā non redijt, saltem tam copiose & frequenter vt ante. Non enim Iudæi post reuersionem à Babylone idola coluerunt, nisi quidam, comparatiue pauci, sub rege Antiocho, secundum quod in libro Machabæorum describitur. Præterea secundum spiritualem ac mysticum intellectum, non est difficile, ea quæ ad populum Iudæorum relata sunt, generaliter omnibus gentibus applicare, sicq; per volumen volans intelligi potest sacra scriptura, quantum ad comminationes & increpationes, quæ peccatoribus fiunt in ea. Idcirco vocatur maledictio, quia in ipsa omnium reproborum peccata atq; tormenta conscripta sunt, egrediturq; super faciem vniuersę terrę, quia vbiq; scriptura ista vulgata est. Omnis quoque fur & periurus & omnis transgressor, secundum quod ibi scriptum est, iudicabitur atque damnabitur. Insuper per amphoram egredientem, intelligitur totius plebis iniquitas

iniquitas congregata, atque in tanta mensura multiplicata, vt diuina exigente iustitia, oporteat eam mox vindicari, ac per hoc omnibus declarari, quales extiterint, qui tanta commiserunt flagitia, cum tamen vicissim boni fuerint reputati. Frequenter enim contingit, quosdā tanto interius grauioribus criminibus deformari, quanto exterius compositiores ac meliores vidētur. In huius amphoræ medio sedet mulier, quæ appellatur impietas, vt pote suis ipsius amor priuatus ac improbus, vel gloriatio in peccatis, vel propriæ culpæ defensio seu impœnitentia, quæ infra amphoram talento plumbi deprimitur atq; includitur, quoniam vitiositatis suæ grauiissimo pondere amplius ad loca inferni pœnalia mox trahitur. At vero duæ mulieres de electorum ecclesia egredientes, quæ amphoram istam ad terram Sennaar, id est, Babyloniæ portant, sunt collectio hæreticorum & inobedientium Christianorum, qui peccata sua quotidie deferunt ad Babyloniā, id est, ad terram confusionis & totius inordinatiōnis, puta ad sortem & societatem reproborum, ad ecclesiam malignantium, vel certe ad locum tartareum, qui est terra miseræ ac tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Præuaricatores nanque dum in vitia prolabantur, nec pœnitent, à mystico Christi corpore separantur, ac dæmoni incorporantur, eiusq; damnando consortio connectuntur. Vel duæ mulieres amphoram deferentes, sunt amor voluptatis & timor aduersitatis, quia hæc duo sunt omnium pene vitiorum origines. Hæc breuiter tacta sint, vt detur lectori occasio subtilius cogitandi.

¶ Expositio literalis Cap. VI. Et conuersus sum, & leuaui oculos meos.

Articulus nonus.

In presenti capitulo describit propheta quadripartiti regni distinctionē ac successionem, Christi quoq; aduentum, & ecclesiæ ab eo ædificationem. [Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi.] Hoc totum in exordio cap. præcedentis expositum recolo. [et ecce quatuor quadrigæ] i. quatuor regna erant secundum imaginatiā visionem seu propheticam representationem. [egredientes de medio duorum montium] i. secundum oracula prophetarum, quoniam regnauerunt, atq; in regnando sibi inuicem successerunt, secundum modum & ordinem à prophetis descriptum. [et montes, montes ærei] i. propheta isti similes erant montibus æneis, propter stabilitatem mentis in Deo, constantiamq; virtutū & inflexibilitatem animi à via iustitiæ. Dicuntur enim prophetae montes, propter vitæ eminentiam, cōtentionisq; apicem, & gratiarum sublimitatem. Duo quoq; vocātur, vel propter duo regna, de quibus fuerunt. Nam quidam de regno duarum alij tribuum, de regno decem tribuum extiterunt. Vel per duos montes, specialiter intelliguntur propheta hic Zacharias & Daniel, q̄ de præfenti materia euidētius prophetasse vidētur. [In quadriga prima equi rufi] i. in regno atq; exercitu Chaldæorum fuerunt reges sanguinarij & cruenti. Chaldæi nanq; sanguinē plurimum effuderunt, multos Iudæorum occiderunt, & nimia crudelitate omnibus erant terribiles. Porro reges per equos congrue designantur, quoniam post se trahebant exercitum, vt eq̄ quadrigas. [in quadriga secunda equi nigri] i. regno Persarum ac Medorum erant præfidentes, qui populo Iudæorum summum horrorem ac tristitiam incusserunt, præsertim dum ad suggestionem Aman, Assuerus rex iussit vniuersos Iudæos in omni suo imperio simul interfici. Cambyfes quoq; rex filius Cyri contristauit Iudæos, dum templum reædificari prohibuit, [in quadriga tertia equi albi] i. in regno Græcorum fuerunt reges Iudæis valde fauentes, videlicet Alexander rex magnus, & Seleucus Asia rex. Quāuis enim Alexander adueniret Hierusalem vt eam destrueret, tamen obuiante sibi in via summo Iudæorum pontifice in pontificalibus cum cæteris sacerdotibus, magnam ei reuerentiam fecit, asserens quod Deus Iudæorum sibi in tali habitu apparuisset, sicq; pacatus à Iudæa discessit, quemadmodum in ecclesiastica historia plenius continetur. [Et in quadriga quarta equi varij & fortes] i. in imperio Romanorum fuerunt reges diuersi ac præpotentes, quorum nonnulli fuerunt Iudæis clementes, vt Octavianus atq; Tiberius. Alij autem crudeles, vt Nero, Vespasianus & Hadrianus, [Et dixi ad angelū qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine mī?] i. quid currus isti & equi significant? [Et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor venti cælij] i. quatuor plagæ seu plagatores mundi, [qui egrediuntur, vt stent coram dominatore vniuersę terrę] i. diuinæ pareant voluntati, in quantum diuina iustitia puniuit peccatores per eos. Ita exponit Hieronymus. Vel secundum alios, Isti quatuor venti cælij, i. quatuor regna instar ventorum velociter per mundum currentia, atque in quatuor mundi partibus, in quibus oriuntur venti, exorta, qui egrediuntur ad regnandum, vt stent coram dominatore vniuersę terrę, i. in potestate dominioq; perdurent secundum tempus eis à Deo præfixum, de quo scriptum est in Daniele, Ipse mutat tēpora & ætates, transfert regna atq; constituit. Vel dicuntur venti cælij, i. vtilitatores synagogæ, quæ eis successiue seruiuit, & ipsi diuino præsentabūt iudicio. [In qua erant equi nigri] i. Persæ ac Medi egrediebantur de terra sua in terram aquilonis, i. versus Chaldæos ac Babyloniā. Cyrus enim rex Persarum & Darius rex Medorum, regnum

Heller 3.
1. Ed. 40

Dani. 2.

Z. Chaldæorum

Chaldæorum sunt demoliti. [& albi egressi sunt post eos] i. Græci siue Macedones postea eandem terram vastauerunt, scilicet Alexander magnus, qui regnum Persarum ac Medorum in terra Chaldæa sibi subiugata regnatum superauit. [& varij egressi sunt ad terram austrij] id est, Romani imperium suum in plaga australi pugnando auxerunt. [Qui autem erant robustissimi] id est, præfati Romani, qui suprâ designati sunt per equos fortes ac varios, quorum regnum potentissimum fuit. Propter quod à Daniele ferreum nuncupatur. [exierunt] de Italia, [& quærebant ire & discurrere per omnem terram.] quoniam totum sibi mûdum subiecerunt. [Et dixit] eis angelus, vel Deus per angelum: [Ite, perambulate terram.] omnia regna vestro subiugantes imperio. [Et perambulauerunt terram.] Deo enim volente, Romani cætera regna propter eorum peccata impugnaverunt, atque vicerunt: non tamen à peccato excusantur, quia non recta intentione egerunt hoc. [Et vocauit me] angelus, mihi ita demonstrans, atque interpretans. [& loquutus est ad me, dicens:] Ecce qui ingrediuntur in terram aquilonis id est, Persæ ac Medi Babyloniam impugnantes, vel vt alij dicunt, Græci per albos equos designati, qui post Persas introierunt Chaldæam. [requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis] id est, indignationem vel iram seu zelum iustitiæ meæ contra Chaldæos impleuerunt, ipsis Chaldæis oppressis. Deus nanque crudelitatem Chaldæorum per prædictos puniuit. Hoc in persona Dei loquitur angelus. Vel secundum Hieronymum, Græci fecerunt requiescere spiritum prophetalem, quando Alexander rex in terra aquilonis deiecit regnum Persarum atque Medorum propter eorum peccata, sicut prædixit spiritus prophetalem. [Et factum est verbi domini ad me, dicens] per angelum in me loquentem [Sume à transmigratone] id est, Iudæis in Babylonem ductis & inde reuersis, vel quia eisdem numero, vel eidem specie erant, videlicet transmigrantium à Iudæa in Babylonem. Et subduntur nomina eorum, à quibus sumere debeat, [ab Oldai, & à Tobia, & ab Iudaia, & venies tu in die illa, & intrabis in domum Iosæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone,] & sumes argentum & aurum, & facies] ex eis [coronas] auri & argenti varietate distinctas in domo Iosæ, [& pones] vnam in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ecce vir oriens nomen eius.] Hoc Hebræi de isto Iesu Iudæorum summo sacerdote accipiunt, vel de ipso Zorobabel duce ipsorum, quorum vterque dictus sit oriens, quia in similitudine germinis in bonis succreuit, profecit, & sub eis ortum siue constructum est templum, propter quod subditur: [Et subter eum orietur] id est, sub Iesu isto siue Zorobabel crescit ac perficietur ædificium templi. [& ædificabit templum domino,]ambo enim principales fuerunt in templi reparatione. [Et ipse extruet, & ipse portabit gloriam] id est, Zorobabel alteram feret coronam, vel Iesus filius Iosedech portabit pontificatus honorem atq; decorem. [& ipse sedebit & dominabitur super folio suo.] alter quippe præfuit in regimine spirituali, alter in temporalis. [Et erit sacerdos super folio suo] id est, Iesus iste sedebit vt pontifex in pontificali throno. [Et consilium pacis erit inter duos illos] i. Iesus iste & Zorobabel in populi gubernatione vnanimis erunt. [Et coronæ erunt Helem & Tobia & Iudaia & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo domini] i. coronæ prædictæ postquam in capitibus summi sacerdotis principisq; fuerint, tollentur & consecrabuntur in templo ad ornatum ac reuerentiam eius, in memoriam prædictorum virorum, de quorū argento & auro factæ fuerunt. [Et qui procul sunt] à vobis, puta gētilis, vel Iudæi, qui hucusq; in terris gentilium remanserunt, [venient] in Hierusalem, [Et ædificabit in templo domini,] illud ordinando, ditando, seu perficiendo, sicut in libro Machabæorum scriptum est, quod reges & principes locum summo honore dignum duxerunt, & templum maximis muneribus illustrauerunt. [Et scietis] per prophetiæ meæ euidentem impletionem, [quia dominus exercituum misit me ad vos] ad pronuntiandum & faciendum hæc oia. Etenim per impositionem coronæ super caput pontificis, figurabatur prosperatio sacerdotij sui & consummatio templi. Præterea (teste Hierony.) Hebræi affirmant Ananiam, Azariam & Misael de Babylone redisse, & aurum ac argentum in oblationem templi & pro faciendis coronis summi sacerdotis ac ducis, secum tulisse, Danielem quoq; venisse cum donis. [Erit autem hoc] i. prædicta implebuntur, [si auditu audieritis vocem domini Dei vestri] i. auribus mentis verba prophetarum aduerteritis, credendo eis ac obediendo. & bene ait propheta, Erit hoc, si &c. quoniam promissiones diuinæ, similiter comminationes, quæ sunt in sacra scriptura, frequenter intelligendæ sunt sub conditione, videlicet si illi quibus fit promissio, non demereantur, sed in bono persistant, illi quoq; quibus fit comminatio, in vitijs perseverent, propterea per Hieremiam dominus ait: Repente loquar aduersus gentem & regnum, vt eradiceam & destruam illud si penitentiam egerit gens illa, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Et repente loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud si fecerit malum in oculis meis, penitentiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei. Deniq; vt quidam catholice dicunt, vbi nostra translatio continet, Ecce vir oriens nomen

v. Mac. 1.
a. Mac. 2.

Hier. 18.

men eius, translatio Chaldaica, quæ apud Iudæos authentica fertur, sic habet: Ecce vir Messias nomen eius. Sicq; locus iste ad literam intelligendus est de domino Iesu Christo, qui est vir, de q; Hier. 31. habetur: Mulier circumdabit virum. Et oriens appellatur, tanquam splendor lucis æternæ, & quia in diebus eius orta est iustitia & abundantia pacis, sicut Psalmist. prædixit. [& subter eum orietur] i. seipsum exinaniet, formam seruilem assumens, ita quod secundum naturam humanam, qua temporaliter orietur ex virgine, erit seipso inferior quo ad naturam diuinam, qua æternaliter oritur à patre. [Et ædificabit templum domino] i. ecclesiam Deo patri, vel Deo omnipotenti, trino ac simplici, ex electis tanquam ex viuis lapidibus, de qua ædificatione dicit Apostol. ad Ephesios 2. In Christo omnis ædificatio constructa creuit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. Hæc est ædificatio spiritualis, qua corda humana per fidem, charitatē & spem, ceterasq; virtutes iunguntur, & templum diuinitatis efficiuntur, secundum quod Petrus inducit: Ad Christum accedentes lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. [& ipse portabit gloriam] i. principatum vniuersorū, & corporis glorificationē accepit in resurrectione, iuxta illud ad Hebræos 2. Eum, qui modico q̄ angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatū. De quo ait Psalmista: Magna gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum. [& sedebit] ad dexteram patris in die ascensionis. [& dominabitur] in omni creatura assu per folio suo,] de quo ait Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Apostolus quoq; ad Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Assumptus est enim in cælum, & sedet ad dexteram patris, secundum Marcum. Vel solium Christi, est iudiciaria eius potestas, vel ipsa ecclesia. [Et erit sacerdos super folio suo.] Est enim sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedech. Et vt ait Apostolus ad Hebræos, Christus eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Ipse nanq; est princeps pastorū, mediator Dei & hominū, semper viuens ad interpellandum pro nobis. De quo ait princeps apostolorum: Conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. [Et consilium pacis erit inter duos illos] i. populum Iudæorum atq; gentilium in Christū credētū, ex quibus constructa est vna ecclesia, vno Dei spiritu cōgregata. Postremo, cū Iesus filius Iosedech summus sacerdos fuerit Christi figura re & appellatione, cōuenienter propheta cū loquutus fuisset de illo, qui fuit figura, inseruit prophetiā de figurato, quemadmodū alibi sæpius in scripturis de figurato transitur ad figuram sub eodē contextu, propter similitudinē eorū ad inuicē, sicut in Esaia & Ezechiele de rege Babylōis & principe Tyri atq; diabolo fit sermo permixtum. At vero iuxta mysticum intellectum, spiritualis Zacharias, i. contemplatiuus, Dei iugiter remiscens, ait: [Et conuersus sum] à multis ad vnum, vnum enim est necessarium, ab exterioribus & terrenis ad interiora atq; diuina, [& leuaui oculos meos] mētales ab infimis ad superna. Leuantur nempe, dum cōtemplantur cælestia: deprimuntur, dum sensibilibus immerguntur. [& vidi, & ecce quatuor quadrigæ] i. quatuor libri euangelistarū, seu quatuor euangelia, quibus homines vehuntur de terra ad cælū, quæ licet sint vnū ex parte obiecti, videlicet Christi, de quo loquuntur, quatuor tamē sunt ex parte describentū ea. [Egredietes de montium montium] i. à Christo, cuius verba in euangelio principalissime recitantur, & à Mose seu veteri testamento, cuius scripta in libris euangelicis sæpius allegantur. [Hi montes sunt ænei] i. in virtutibus valde robusti. In quadriga prima equi rufi] i. in euangelio sancti Matthæi sunt, qui pro Christo sanguinem fuderunt, sicut ipse Matthæus & similes ei, qui istam quadrigā post se traxerunt, verba euāgelica semper secū ferentes, qui martyrio rufi sunt. [In quadriga secunda equi nigri] i. in euangelio Marci sunt, qui maximis in hoc seculo tribulationibus obscurantur, sicut & Marcus etiam ante suam pro Christo occisionem, eiq; similes, quorū tota vita aduersitatibus singulariter plena est. [In quadriga tertia equi albi] i. in euangelio Lucæ sunt virginæ munditiæ obseruatores, quemadmodum Lucas, qui etiam de beatissima virgine & Christi innocētissima pueritia plenius scripsit, & similes eius, qui huius euāgelij documenta specialiter secum deportant. [Et in quadriga quarta equi varij & fortes] i. in euangelio Ioannis sunt viri perfecti, actiui simul & contemplatiui, varijsq; gratiarum charismatibus singulariter adornati, quales fuerunt præsertim apostoli, deinde apostolicæ perfectionis viri. [Isti] libri] sunt quatuor venti cæli,] quoniam omnium in quatuor mundi partibus demorantium corda dulciter atq; celeriter perflauerūt, quemadmodum scriptum est: Velociter currit sermo eius. [qui egrediuntur] ex ore euāgelistarū,] vt stent corā dominatore vniuersæ terræ] i. à Christo approbentur & cōfirmentur, iuxta illud Marci: Prædicauerūt vbiq; domino cooperante, & sermonē cōfirmante sequētibus signis. [in qua erāt equi nigri,] ingrediebantur in terrā aquilonis] i. ad eos qui in frigore vitiorū morantur, à quibus & aduersa multa perpessi sunt. [& albi egressi sunt post eos,] quia virginalis puritatis candore fulgentes, prædicauerunt eisdem. [Qui autem erant robustissimi, quærebant discurrere per omnem terrā] puta

Psal. 71.
Phil. 2.

1. Petr. 2.

Psal. 20.

Mar. 16.

Psal. 109.

1. Petr. 2.

Lucæ 10.

Psa. 147.

apostoli, qui ceteris latius prædicauerunt, ita quod in omnem terram exiit sonus eorum, quibus & Christus: Eritis, inquit, mihi testes usque ad ultimum terræ. Denique qui egressi sunt in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum Dei in terra aquilonis: qui quos conuerterunt ad fidem, inhabitari fecerunt à spiritu sancto. Porro à transmigracione, hoc est, ab his, qui de vitis redeunt ad virtutes, & de via ad patriam properant, considerantes se hic non habere manentem ciuitatem, sumitur aurum & argentum, i. vita charitate fulcita atque scientia clara, ex quibus fiunt coronæ, quæ ponuntur in capite Iesu, i. animarum varia ornamenta ac diuina præconia, quæ omnia Christo principaliter ascribuntur. Per Iesum quoque intelligi potest quicumque efficax pastor, idoneusque sacerdos, cuius virtutes & merita gregis sibi commissi non immerito, tanquam dispositio principio, attribuuntur, & ipse eisdem ornatur, sicut quosdam discipulorum suorum Paulus apostolus asserit, suam esse coronam in Christi aduentu. Et Ioan. in tertia sua canone. Maiore, inquit, horum gratiam non habeo, quam ut audiam filios meos in veritate ambulantes. Talis quippe audiet à Christo: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisisti fidelis, supra multa te constituam. Insuper talis meretur audire atque laudari his verbis: Ecce vir, in vigore virtutum animique virore ex gratie inuocatione. Oriens nomen eius: cum enim quotidie oriatur in eo Christus per gratiam plenior, & ipse renouetur in spiritu sancto, fiatque fecundus in sanctis operibus, recte oriens nuncupatur, & subter eum oriatur, i. sub ipso prosperatur in spiritualibus plebs siue ecclesia sibi commissæ, & ædificabit templum domino, i. Christo parabit plebem fidelem, & in cordibus gregis sui construere Deo conscientiam domum, facietque congregationem, cui præfides, esse habitaculum spiritus sancti, non demonum, expellendo ab eis dominum vitiorum atque insidias diabolorum. Hoc utique pertinet ad omnem prælatum, & ipse portabit gloriam, quia cooperatur atque vicarius Christi est, & prælationis sacerdotumque honorè digne possidet. Maximè quoque à Deo præmiis sortietur. Vnde ad Timotheum, ait Apostolus: Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Immo secundum diuinum Dionysium, diuinissimum est Deo cooperari in animarum reductione ad Deum, & dominabitur sibi commissis spirituali regimine cum omni humilitate, sollicitudine, ac timore, & erit sacerdos, re & nomine sacra subditis administrando, eorumque preces & vota Deo fideliter offerendo, & consilium pacis erit inter duos illos, i. inter quoscumque subditos suos prius aliquando discordantes. Quoniam quantum in se est, debet omnis prælatus indefinenter conari, ut subditi inter se pacifice conuersentur. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Simili ratione infelices discordes, quoniam filij demonis probabuntur. Ideo ad Hebræos dicitur: Pacem sequimini cum omnibus, sine qua nemo Deum videbit. & qui procul sunt, i. per dissimilitudinem vitiorum longe distant à Deo, & à conuersatione electorum ipsius, venient per penitentiam salutarem, & ædificabunt in templo domini, i. in ecclesia Christi virtuosè operabuntur, & proximos bonis exemplis roborare curabunt. Boni enim prælati tales frequenter conuertunt, ita ut ubi abundauit iniquitas, abundet & gratia. Hinc Eccl. 10. scriptum est: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis, tales & habitates in ea. Postremo coronæ erunt Helim & Tobia & Idida & c. i. quauis ornamenta ista virtutum atque donorum existentium in mentibus subditorum eorum, prælati, & maxime Christo, attribuuntur, nihilominus remanent eis & decorantur eisdem, suntque eis memoriale in templo domini, i. in ecclesia militanti merentur per ea perpetuam, honorabilem, ac felicem habere memoriã. Deus enim glorificantes se glorificat, & Salomon ait Proverb. 10. Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet. Videmus namque ad oculum, quam præclare atque magnifice Deus sanctos suos in tota ecclesia mirificet & exaltet, tanto plane sublimius, quo illi gloriam & honorem Dei syncerius intenderunt & acquisierunt.

¶ Expositio Cap. VII. Et factum est in anno quarto Darij regis. Art. X.

Et factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum domini ad Zachariam in quarta noni mensis, i. die quarto mensis noni, [qui est Casleu] id est, in lingua Hebræa ita vocatur. [miserunt ad domum Dei] quidam adhuc in Babylonia demorantes, videlicet [Sarasar & Rogumelech, & viri qui erant cum eis,] isti miserunt nuncios ad templum. [ad deprecandum faciem domini,] quatenus ministri templi, & prophetae ac ceteri iusti, ac ipsi quoque eorum nuncios, orarent Deum vix pro ipsis, qui in templo illo specialiter se esse, habitare, & exaudire asseruit. Itaque Sarasar iste non fuit vnus de nuncijs, ut quidam affirmant. Multi insuper dicunt, viros prefatos fuisse Iudæos, Hiero. vero refert, quod Hebræi dicunt eos fuisse Persas & duces Darij regis Deum timentes. [vt diceret] nuncios isti ex parte mittentium, [sacerdotibus domus domini exercituum & prophetis: Nuncquid flendum mihi est] populo Dei in Babylonia remanenti, [in quinto mense, vel sanctificare me debeo] i. per ieiunium emundare, [sicut feci multis iam annis] videlicet septuaginta, quibus vastitas templi durauit. Iudæi quippe in Babylone annuatim plaxerunt & ieiunauerunt die, quo vrbs Hierusalém & templum euerfa fuerunt à Chaldæis mense quinto, simili modo fecerunt septimo mense, propter occisionem Godolix, & dispersionem Iudæorum qui erant cum ipso.

Quo

Quoniam ergo nunc isti in Babylone audierunt urbem & templum pene instauratam, dubitabant, an iuxta pristinum morem flere ac ieiunare deberent, an potius inde cessare atque lætari, quia mutata causa, mutatur effectus. & factum est verbum domini ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, i. ad vniuersos qui de Iudæa ad templum concurrunt, & per eos ad alios non presentes, dicens: Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo mense pro causis iam tactis, [per hos septem annos] quibus Babylonica durauit captiuitas, [nuncquid ieiunium ieiunastis mihi] i. abstinentia vestra mihi non placuit, nec erat actus virtutis debito modo exhibitus, quoniam abstinendo à cibis, non abstinuistis à diuinorum præceptorum transgressionibus. [& cum comedistis & bibistis] immoderanter & cum sensuali affectu seu delicate, [nuncquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis] i. ad vestram voluptatem & carnalitatem, non ad meum honorem, illa fecistis. [Nuncquid non hæc sunt verba, quæ loquutus est vobis dominus] i. immo sunt verba Dei, de modo ieiunandi virtuosè, & etiam vitiosè, quæ dixit dominus [in manu prophetarum priorum] i. per ministerium prophetarum, qui ante Babylonicam captiuitatem fuerunt, [cum adhuc habitaretur Hierusalem] à Iudæis, [& esset opulenta, & vrbes eius] quarum ipsa metropolis fuit, [in circuitu eius] habitaretur, [& ad austrum, & in campestribus] i. ad omnem situm differtiam [habitaretur] quantum ad vrbes ad ipsam pertinentes. Denique Esaias alijque prophetae sufficienter instruxerunt Iudæos, quale ieiunium Deo placeret, & quale non. Cum enim interrogarent inordinate ieiunantes: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Respondit dominus: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Deinde de virtute ieiunio subditur: Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi, Dissolue colligationes impietatis, frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum? Hinc quoque Iohel differuit: Sanctificate ieiunium, hoc est, aliarum virtutum actibus ipsum perficite. Idcirco iam subditur: Et factum est verbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, i. ex virtute iustitiæ secundum directionem prudentiæ, sententiam & proprios actus discutite, diiudicate, punite, ne amore vel odio à recto tramite recedatis, nec alicuius personam accipiatis, nec munera diligatis. Hoc demum & Christus in Euangelio ait: Nolite iudicare, ut non iudicemini: iudicium est de iudicio temerario, usurpato, inordinato. Vnde Moses scribit: Iuste iudicabis, nec consideres personam pauperis, nec honores vultum poteris. Et alibi: Sic paruum audietis vt magnum, quia iudicium Dei est. Væ iraque eis, præsertim iudicibus ac prælati, qui secundum affectionem potius iudicant, quam secundum rationem. Propter quod 2. lib. Paral. Iosaphat ait iudicibus suis: Videte quid faciatis, non enim hominum exerceretis iudicium, sed domini: & quicquid iudicaueritis, in vos redudabit. Sit timor domini Dei vestri vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Insuper iudicando non palpemus, nec vane iustificemus nos ipsos, sed fortiter arguamus, quia vt ait Apostolus: Si nos ipsos diiudicauerimus, non utique iudicemur. [& misericordiam,] quantum ad interiorem compassionis affectum, [& miserationes] quantum ad opera pietatis. [facite vnusquisque cum fratre suo] i. proximis, primo cognatis atque fidelibus, si indigeant, secundum ordinem charitatis, spirituali, non carnali, amore. Beati enim misericordes, quoniam misericordiam consequuntur. Et iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. [viduam, pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari] Hæc namque personæ sunt magis destitutæ humano solatio, & magis miserabiles sunt. Ideo maior eis est pietas impendenda, non calumnia inferenda, secundum quod ait Psalmista: Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iudificate. Moses quoque protestatur Deo. 10. Deus facit iudicium pupillo & viduæ, amatque peregrinum. [& malum] i. nocumentum [viri fratri] i. proximo [suo non cogitet in corde suo] cum consensu & mora. Ex quo patet error dicentium cogitationem non esse peccatum, quoad usque procedat in opus, [& noluerunt attendere] verba ista patres vestri ante destructionem Hierusalem, [& auerterunt scapulam recedentes] id est, cor suum ex malitia auerterunt à me, sicut is qui hortantem contemnit, & ex contemptu dorsum sibi in faciem vertit. Vnde Hierem. 18. dominus ait de istis: Verterunt ad me dorsum, & non faciem. [& aures suas aggrauauerunt] id est, aures cordis impleuerunt peccatis, quæ sunt grauissima animæ onera usque in infernum eam prementia, sicut fertur in Psalmo 37. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. [ne audirent] verba salutis, [& cor suum posuerunt vt adamantem] id est, obstinarum atque durissimum exhibuerunt, [ne audirent legem] obseruando diuina præcepta, [& verba] exhortatoria, saluberrima atque prophetica, [quæ misit dominus exercituum in spiritu suo sancto] id est, in spiritu sancto, & ex reuelatione ipsius [per manum] id est, subministrationem [prophetarum priorum] Hieremias, Esaias,

Z

4

Esaias,

Esaia, & aliorum qui Babylonicam captiuitatem præcesserunt. Simile huic est illud Esa. Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauius audierunt. Hinc Hieremias asserit Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Et iterum: Non audierunt (inquit) nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt aures suas, ne audirent, & ne reciperent disciplinam. Porro secundum Hieronymum, Adamas lapis durissimus est, ita vt omnia metalla confringat, & à nullo confringatur. [Et facta est indignatio magna] id est, grandis & rigorosa punitio Iudæis inflicta est à domino exercituum. Et factum est sicut loquutus est quia per Chaldaeos vastati sunt, sicut propheta diuinitus prænuñciauerunt. [Et sicut non audierunt] verba mea, [sic clamabunt, & non exaudiam] eos in tempore necessitatis, vel quia ex timore seruili precati sunt, & necessitate cõpulsis, non charitate inductis: vel quia in præfenti seculo volui eos corrigere, ne in æternum perirent. Vnde per Esaia dominus ait: Cum extederitis manus vestras, auertam oculos meos: & cum multiplicaueritis preces, non exaudiam. [Et dispersi eos per omnia regna quæ nescierunt] id est, per diuersa ac plurima regna, in quæ translati fuerunt, & eis incognita erant, puta per regna Assyriorum, Chaldaeorum, Persarum, Medorum, & regiones illis subiectas. [Et terra desolata est ab eis] eorum incolatu priuata, [eo quod non esset transiens & reuertens] per eam de populo Iudæorum. [Et posuerunt terram desiderabilem] id est, terram promissionis vbertimam, lacte & melle manantem, de qua cantatur in Psalmo 105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Et Moses asserit eam inter omnes terras egregiam. [in desertum] id est, suis peccatis id meruerunt, quod per Chaldaeos in solitudine est redacta, habitatoribus eius sublati. ¶ Denique quod in huius capituli principio dictum est contra Iudæos indiscrete abstinentes, mystice applicandum est omnibus Christianis, non internis, sed rudibus, qui pietatis actus & interiorem profectum, ac virium animæ reformationem non satis curantes, sed negligentes, corporalem exercitationem & exteriores obseruantias habent pro magno, faciuntque scrupulositate non paruam in minus principalibus, & principalia non aduertunt, charitatem, humilitatem, patientiam, mititatem. Istis, si ieiunia sua & cætera exteriora sua exercitia cupiunt Deo placere, inculcandum est, vt iuxta sensum præinductum, verum iudicium iudicent, suisque proximis cõpassiui, benigni, ac liberales existant, mentem suam semper in Deo stabiliant, omnem cordis duritiam prorsus abijciant, sintque molles ac patuli ad suscipiendum in se verbum Dei. Alioquin terra eorum erit desolata, id est, spiritus sancti inhabitatione priuata, & per varia vitia dispergentur.

¶ Expositio literalis octauæ cap. Et factum est verbum domini exercituum ad me. Articulus vndecimus.

Luc. 10. Postquam præcedenti capitulo dominus populum Iudæorum multipliciter increpauit, nunc varijs promissionibus consolatur eundem, more optimi medici, post potionem amarā adhibens remediū dulce ac lenitiuum: sic enim Samaritanus ille piissimus insudat vinum & oleum. [Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno.] Hoc idem scriptum est atque expositum 1. cap. Synagogam quippe siue Israeliticum populum, qui hic nomine Sion designatur, desponsauit sibi Deus, & quasi in coniugē sibi assumpsit, dum ei in deserto tradidit legem, ne de cætero mente fornicaretur cum idolis gentium, sicut in hoc de Ezechiele multa mystice conscribuntur. Propter quod Hieremias 2. dominus loquitur: Recordatus sum tui, miserans adolestentiam tuam & charitatem desponsationis, quando secuta es me in deserto. Itaque singulari quodam amore Deus Sion dilexit, quemadmodum & Deut. 10. Moses contestatur: Patribus tuis conglutinatū est dominus Deus tuus, & elegit eos, amauitque semen eorum post eos. [Et indignatione mea zelatus sum eam] id est, contra transgressiones ipsius ex zelo meo ad eam indignatus sum valde, non motū passionis vel tranquillitatis habedo, sed rigorosam punitiōem infligedo, sicut vir vxorē peccantē dire redarguit. Ista indignatio fuit, quod tradidit eam manibus aduersariorum Assyrijs atque Chaldaeis, vt patet in lib. Regum. [Hæc dicit dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion] ab effectu iustitiæ ad misericordiæ dulcorē, ad populū istum sine mea mutatione conuersus sum, & penitenti indulsi, ac gratiam præstiti. [Et habitabo in medio Hierusalem] id est, in templo ac populo, corda bonorum per charitatem ac gratiam inhabitado. Christus quippe verus Deus & homo, Deus deorum, in Sion visibiliter cõuersatus ac visus est. [Et vocabis Hierusalē ciuitas veritatis] id est, veri Dei, vel veritatis vitæ, doctrinæ atque iustitiæ, eo quod post reditū à Chaldæa, fuerint in Hierusalē viri pfecti ac virtuosos, veritate in omnibus colētes, loquētes, ac diligētes. Istud tamē præcipue verificatū est per Christi aduentū, quod in Hierusalem pluries prædicauit, in quem & vrbs postea credidit. [Et mons dñi exercituum] id est, mons Sion, in quo constructū est templum, vocabitur [mons sanctificatus] id est, ab idololatria expurgatus, diuinoque cultui deputatus, de quo fertur in Psal. 77. Induxit eos in montem sanctificationis suæ. Hinc in Esaia dñs ait: Post vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. [Hæc dicit dominus exercituum] adhuc habitabūt senes & anus in plateis Hierusalē, viri & foemina non interficient nūc, vt ante

ante tempore Babylonicæ vastitatis, sed naturalis periodi cursum implebūt. [Et viri baculus in manu eius præ multitudinem dierum] id est, viri adeo erunt antiqui, quod deficientia atque tremencia membra baculo sustentabunt. [Et plateæ ciuitatis] Hierusalem [complebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius] id est, ingens erit securitas, pax, & propagatio hominum in Hierusalem, ita vt adolescentior ætas, iuxta consuetudinem suam, iussibus vacet. Hinc per Hieremias loquitur dñs 33. Adhuc audietur in loco isto vox gaudij, & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, dicentium: Cõfitemini dño exercituum, quoniam bonus, quoniam in æternū misericordia eius. [Hæc dicit dominus exercituum, si difficile videtur in oculis reliquiarum populi huius] id est, si quis vobis qui de Babylonica captiuitate superstites estis atque reuersi, videatur difficile, vt Hierusalem ad tantam (sicut iam dixi) hominum multitudinem, reparationem & prosperitatē pertingat, [in diebus illis] id est, tempore isto, quo hoc futurum dixi. Istud enim videbat multis incredibile, eo quod tempore prophetiæ huius, adhuc pauci essent ibidem Iudæi. [Nunquid in oculis meis] id est, in luce sapientiæ & virtute omnipotentis meæ, [difficile erit] istud implere, [dicit dominus exercituum?] non vti quod. Ideo in Euangelio ait Saluator: Quæ apud hoies impossibilia sunt, possibilia sunt apud Deū. Hieremias quoque 32. habetur: Dñe Deus, non erit difficile omne verbum. [Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occasus solis] id est, de captiuitate seu dispersione, quæ dispersi ac capti fuerunt in diuersis partibus mundi, sicut in oriente & occidente, eruum eos, [et adducam eos ad Iudæam] & habitabunt in medio Hierusalem, & erunt mihi in populum per specialem gratiam, quam eis præstabo, [et ego ero eis in Deum] per præcipuum deuotionem eorum ad me, [in veritate] id est, vera fide, & sana doctrina, & iustitia, quæ reddent vniciquod quod ei debetur, videlicet Deo & sibi ac proximo. Vt autem refert Hieron. quidam Hebræi asserunt, hæc impleta post ipsum Zorobabel vsque Herodis alienigenæ tempus, quoniam interim templo reparato & vrbe, multi Iudæorum de multis mundi partibus ad Hierusalem habitandi gratia confluxerunt. Verius tamen pleniusque impletum est post Christi aduentum, quando per Apostolorum prædicationem multi vbique Iudæi & gentiles à Deo electi, conuersi sunt: spūaliter quoque per fidem & charitatem adducti, habitauerunt in ipsa ecclesia, de quibus & Christus prædixit: Multi ab oriente & occidente venient &c. Quicquid hic breuiter dicitur, in Hieremia & Ezechiele, immo & in Esaia diffusius scribitur, sed breuitati studens, allegationes dimitto. Hæc dicit dominus exercituum: Confortentur manus vestræ (o Iudæi) & viriliter agite confidentes in domino, qui auditis in his diebus quibus templum quotidie prosperatur, sermones istos per os prophetarum, videlicet Aggæi & Zachariæ, loquentium vobis in die, quæ fundata est domus dñi, de qua die supra dictum est, vt templum edificaretur. Ad hoc enim domus Dei seu templum fuit fundata, vt edificaretur perfecte. Si quidem ante dies illos, id est, antequam templum edificaretur, merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, id est, homines & iumenta, in agricultura, in mercimonijs alijsque diuersis operibus infructuose & frustra laborauerunt, ita vt vix necessaria victui obtinerent. De hac terræ sterilitate propter negligentiam populi circa ædificationem templi inducta, dictum est plenius in Aggæo propheta. neque introeunti, neque exeunti, propria loca, id est, habitatoribus terræ, erat pax præ tribulatione, id est, aduersariorum persecutione atque multiplici aduersitate. Hoc clarius patet in lib. Esdræ, vbi inter cætera dicitur in principio libri Neemiæ: Qui remanserunt in prouincia, in tribulatione magna sunt & in opprobrio. Et murus Hierusalē dissipatus est, & portæ eius cõbustæ sunt igne. [Et dimisi omnes homines,] puta Iudæos à captiuitate reuersos, [vnumquenque contra proximum suum] id est, domesticas insidias inter se, permittente me, habuerunt. Ista tamē distributio est accommodata. De hoc quoque in Esdra habetur, quemadmodum quidam Iudæorum fratres suos vendebant, superiores quoque grauabant populum, & subditos oppræsserunt. [Nunc autem] dum ædificationi templi fortiter insudaritis, [non iuxta dies priores faciam reliquijs populi huius, dicit dominus exercituum] id est, populum istum, qui de multis paucos remansit, non ita affligam, sicut prædictis affligi diebus. [sed semen pacis erit] id est, filij pacis erunt, me eis pacem donante. Vel semen pacis erit, id est, semen eorum in terram proiectū, pacifice excoleretur & germinabit. Ideo subditur: Vineæ dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cæli rorabit. [Et dabunt rorem suum] quia ex nubibus in aere motis, humor ad terræ fecundationē descendit. [Et possidere faciam reliquias populi huius vnuerfa hæc] terræ nascencia, ita quod hostes terram non occupabūt. [Et erit] id est, fiet quod dicam, [sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Israel] id est, quemadmodū vos, o duæ tribus, per domū Iudæ significatæ, & vos decem tribus per domū Israel designatæ, & gentibus maledicebamini tanquam infelices, egeni & miseri, iuxta illud Hieremias. Dabo eos in vexationē & maledictionē & in stuporē & sibi gentibus. [sic saluabo vos] de tribulationibus præinductis. [Et eritis benedictio] id est, felices vos reputabūt. Nolite timere] carnali seu mūdano timore. [confortentur manus vestræ, quia hæc dicit dominus exercituum: Sicut cogitavi vt affligerē vos, cum ad iracundiā me prouocassent patres vestri]

Marc. 10.

Matth. 8.

Neem. 5.

Hierem. 29.

Ba-

Babylonica captiuitate instante, quando patres vestri idololatriæ dediti erant, & etiã postea, [sic conuersus, cogitavi in diebus istis] quibus circa templum efficaciter laboratis, [vt be nefaciam Hierusalem & domui Iudæ] id est, duarum tribuum populo à Chaldæa reuerso. Loquitur autem Deus affectu & more humano, vt melius capiatur, quamquam in ipso imperturbabili atque inuariabili Deo, nulla prouocatio sit ad iram, neque conuersio mutationem ponens in ipso. Qualiter vero ista sibi conueniant, dictum est saepe. Hinc demum Hieremie 29, habetur: Ego scio cogitationes, quas cogito sup vos, ait dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. [Nolite timere. Hæc sunt ergo verba quæ faciatis] id est, subscripta præcepta seruabitis, vt mereamini beneficia repromissa semper tenere. [Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo] id est, nullus alteri mentiatur, sed veritatem simplici proferat corde, secundum exigentiam causæ, loci, ac temporis, obseruando circumstantias ad operationem virtutum requisitas. [Veritatem & iudicium pacis] id est, quo pax reparatur ac conseruetur. [iudicate] id est, iudicando perfecte, [in portis nostris] id est, iudices populi, siquidẽ olim apud Iudæos iudices residebant in portis, sicut & Moses iussit iudices constituis in portis tuis, vt ab omnibus facilius inueniretur, & ne rusticani atque agricolæ compellerentur ingredi vrbes, & rerum suarum pati dispendiũ. [& vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitatis in cordibus vestris, & verbum mendax ne diligatis.] Immo vt colubrum incessabiliter abhorreatis. [omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit dominus] qui detestatur, odit & reprobatur omne peccatum. De quo scriptum est in libro Iudith: Deus odit iniquitatem. Et Moses ait: Auerfatur dominus omnem impietatem. [Et factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Ieiunium quarti] mensis quo dirupta & capta est Hierusalem à Chaldæis, vt patet quarto Regum, quo etiam mense secundum Hebræos, Moses tabulas testamenti confregit, [& ieiunium quinti] mensis, quo incensum est templũ vrbsq; Hierusalem à Chaldæis, quo & Iudæi in deserto iussi sunt in eremum regredi, eo q; propter verba exploratorum contra dominum grauiter murmurassent, [& ieiunium septimi] mensis, quo occisus est Godolias, & qui secum erant Iudæi, dispersi sunt. [& ieiunium decimi] mensis, quo propheta Ezechiel, & secum consistentes in Babylone Iudæi, primo audierunt templum esse combustum, Hierusalemq; destructam, [erit domui Iudæ] id est, populo synagogæ, [in gaudium & lætitiã] mentis & corporis, iuxta illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Delectatio siquidem cordis redundat in corpus, atque in facie lucet, iuxta illud Proverborum decimo septimo: Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. [& in solennitates præclaras] id est, sicut hucusque habuerunt ista ieiunia in iuctu & gemitu propter aduersa, quæ temporibus prænominatis cõtigerunt, ita deinceps habebit ea cum gaudio & festiuitatibus magnis, propter bona eis à me nunc promissa. His verbis soluitur quæstio, quæ præcedenti mouebatur capitulo, de obseruatione ieiunij quinti ac septimi mensis. [Veritatem tantum & pacem diligite] veritatem videlicet triplicem, & triplicem pacem, videlicet veritatem doctrinæ, vitæ, iustitiæ, pacem pectoris, temporis, æternitatis. Hæc igitur tantũ amanda sunt, non vt alia non amentur, sed vt ista principalius, quàm corporalia exercitia diligantur, nec aliquid his contrarium admittatur. Ecce his verbis iubemur vere, iuste, atque pacifice inuicem conuersari. Vnde & Christus ait: Pacem habete inter vos. Et Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, Apud Iohannem quoque: Si manseritis, inquit, in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. [Hæc dicit dominus exercituum: Vsq; quo veniant populi] prædicta ieiunia erunt Iudæis in gaudium & solennitates præclaras. Veritatem etiam & pacem diligenda eis præcipio, quousque veniant populi, [& habitent in ciuitatibus multis] id est, Iudæi in vrbus suis hucusque destructis multiplicentur, [& vadant habitatores] vrbum harum, [vnus ad alterum, dicentes: Eamus] Hierusalem, [& deprecemur faciem domini] in templo iam reparato, [& quæramus dominum exercituum] id est, ei placere, vniri, obedire, eumq; perfectius noscere studeamus per opera bona, Iudæi etenim certis temporibus anni tenebantur venire ad templum. [Vadam etiam ego] istud, si ordinem literæ rite pensemus, est verbum in persona domini exercituum, & de ipso dictum, vt sit sensus: Vadam etiam ego dominus exercituum cum alijs ad templum, quod vtique in domino nostro Iesu Christo, vero Deo & homine, impletũ esse euangelici testantur. Vnde his verbis implicite insinuat incarnatio vnigeniti filij Dei. Hinc alij præcedentia verba p tempore Christi exponunt, vt sit sensus: Vsq; quo veniant populi ad fidẽ Christi, nempe vsq; ad id temporis cæremonialia legis durauerunt, & habitent in ciuitatibus multis, non in Iudæa duntaxat, sed in omni orbe terrarum, & vadant habitatores, dicentes: Eamus, & precemur faciem domini, in ecclesia Christi orãtes patrem in spiritu & veritate, in omni loco puras manus ad Deum leuantes. [Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærẽdum dominum exercituum in Hierusalem, & deprecandã faciem domini] quia ad templum illud nõ solum Iudæi,

Deut. 16.
Iudit. 5.
Deut. 25.
4. Reg. 25.
Exod. 32.
2. Par. 23.
Num. 13.
4. Reg. 25.
Psalm. 83.
Marc. 9.
Marth. 5.
Ioan. 8.
Luc. 1.
Ioan. 4.
1. Tim. 2.

Iudæi, sed multi quoq; gentilium orandi gratia confluxerunt, quemadmodum ex Euangelio Ioan. 12. comprobatur. Huic insuper expositioni sequentia amplius consonant. [Hæc dicit dominus exercituum] In diebus illis] videlicet tempore promulgationis euangelicæ legis, seu apostolicæ prædicationis, [in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent simbriam viri Iudæi] i. vestimentum Christianorum ex Iudæismo in Christo credentium, præsertim Apostolorum, [dicentes] Ibi vobiscum, [i. Deum colemus, & in ecclesiam colligemur, sicut & vos credendo in Christum. [Audiuimus enim] ex fama miraculorum & documentorum vestrorum ex lege & prophetis] quoniam Deus] verus, vnus ac trinus, seu Christus] vobiscum est] per gratiam præminentem & singularem. Porro per decem, qui est numerorum terminus, numerusq; perfectus, multitudo seu vniuersitas gentilium Apostolis coherentium, atq; in Christum credentium, designatur. Innumera biles enim adhaerent eidem. [Postremo quod ait, Decem homines ex omnibus linguis, dupliciter accipi potest. Primo, quod ex qualibet lingua decem homines istud acturi sint. Secundo, q; ex omnibus simul, sed vtroq; modo tempore Apostolorum extat impletum.

De spiritali eiusdem VIII. capituli intellectu. Art. XII.

Quod in præsentis capituli exordio ad literam dictum est de synagoga, spiritaliter de Christi ecclesia & qualibet anima Christiana accipi potest. Itaq; dominus ait: [Zelatus sum Sion] i. ecclesiam, seu animã Christianã, [zelo magno] ipsa enim est sponsa Christi, qui ex amore suo ad eam factus est homo pro ea, & proprio ipsam sanguine liberavit, ad quam ait in Cant. Vulnerasti cor meum foror mea spõsa. propter quod ad Ephe. 5. dicit Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Sed & ipsemet Christus in Ioanne protestatur: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Et indignatione magna zelatus sum eam, quoniam quo eam plus diligo, eo peccata illius amplius odio, & statim castigationẽ adhibeo, iuxta illud Apocalypsis: Ego quos amo, arguo & castigo. Reuersus sum ad Sion, quoniam pœnitentẽ clementer recipio, gratiamq; refundo: immo nondum pœnitentem Christus frequenter piissime præuenit, ad bona instigat, ad gratiam aprat, spiritaliter visitat, & operi manuum suarum in vitiorum ceno iacenti, adiutricem porrigit manum, de lacu miseræ & de luto facis ipsam educens, & habitabo in medio Hierusalem, i. in pectore animæ seu ecclesiæ, diuinæ pacis visioni fideliter inhiantis. Ideo orat Apostolus: Det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari in interiori homine per spiritum sanctum, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, & vocabitur Hierusalem, i. ecclesia, ciuitas veritatis, videlicet Christi, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. De qua fertur in Psalmo: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In ecclesia nempe est vnio ciuium, quibus scribit Apostolus: lam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Anima quoque iusti, ciuitas Christi censetur: quia in ea est cogitationum & affectionum, tanquam aurum, sub rationis imperio ordinata consensus, & mons sanctificatus, propter contemplationis sublimitatem, vitæ eminentiam, gratiæ apicem. De quibus ciuitate ac monte ad Hebræos legitur: Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem cælestem. Hæc dicit dominus: Adhuc habitabunt senes & anus, i. in virtutum perfectione maturi, animo graues, in virtutibus exercitati, quibus lacte opus non est, sed solidum queunt capere cibum, qui tentationibus probati sunt atq; experti. Vnde Sapientiæ quarto habetur: Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata. Verum vt Esaias ait sexagesimo quinto, Puer centum annorum morietur. De huiuscemodi senibus scriptum est Ecclesiastic. decimo octauo: Non te prætereant narratio seniorum. Hi moriuntur in senectute bona, senes & pleni dierum. Anus quoque sunt simili modo accipiendæ, quæ & aliorum matres digne possunt vocari. De quibus dicit Apostolus 1. Tim. 5. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Hi itaq; habitabunt, id est, stabiliter viuunt ac permanent, in plateis Hierusalem, in diuinis præceptis atq; consilijs, in virtutibus cunctis, præsertim in charitate Dei ac proximi, per has plateas ad æternam illam supercælestem Hierusalem itur & peruenitur. Vnde & scriptum est Psal. 30. Statuisti in loco spatiofo pedes meos. Et 118. Latum mandatũ tuum nimis. Spõsa q; in Canticis p vicos & plateas qrit, quæ diligit, Nec obstat, q; arcta est via, q; ducit ad vitã arcta est equidẽ, q; difficulter in ea pfititur, & lata, quia vt regia via oës capere potest, & per charitatẽ ad vniuersos, etiam ad aduersarios, se extēdit. Et viri baculus in manu eius, i. in horum seniorum manu seu potestate erit virga directionis, paterna correptio, autoritas prædicationis, consolatio & sustentatio infirmorum, idq; conueniet eis præ multitudine dierum, i. merito sanctæ conuersationis, quam tempore longo duxerunt. Vnde Apostolus non vult neophytum ordinari episcopi. Propter qd Moses Deut. 1. dixit: Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum cõuersatio sit pbata in tribubus vestris, & ponã eos vobis principes. Et de reprobo populo dominus Esa. 5. loquitur: Dabo

Cant. 4.
Ephe. 5.
Ioan. 15.
Apoc. 3.
Psalm. 39.
Ephe. 3.
Ioan. 14.
Psalm. 86.
Ephe. 2.
Heb. 12.
Cant. 3.
1. Tim. 5.

Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Et plateæ ciuitatis, i. m. data ecclesiæ, cõplebuntur infantibus & puellis, i. innocentibus simplicibus, qui iuxta Christi doctrinam conuersi sunt, & facti vt paruuli, quibus dicit & Paulus 1. Cor. 14. Nolite paruuli effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Et Petrus in prima sua Canonica Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes & inuidias, quasi modo geniti infantes rationabiles, lac concupiscite. Iudentibus in plateis eius, i. in diuinorum præceptorum obseruantijs cordialiter gloriantibus, atq; internam lætitiã gestu corporali monstrantibus, sicut & David testatur: Ludam & ero humilis in oculis meis. Deniq; & Sapientia ait Prouerborum octauo: Delectabar per singulos dies, ludens coram domino omni tempore, ludens in orbe terrarum. Insuper spiritualis recreatio & ludus ad eutrapeliam pertinens, competit istis pro causa, loco, & tempore. Hæc dicit dominus: Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius, licet reformatio ecclesiæ, & multiplicatio fidelium videatur impossibilis, aut multum difficilis bonis Christianis per paucis, propter nimium lapsum fidelium. Nunquid in oculis meis difficile erit non plane, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Non ergo de reformatione ecclesiæ desperemus, sed quo maior est eius indigentia ac ruina, eo instantius atq; feruētius diuinę pietatis imploremus suffragia. Hæc dicit dominus: Ecce ego saluabo populum meum de terra occasus solis. Vbiq; nouit dominus, qui sunt eius, & saluantur quicumq; præordinati sunt ad vitam æternam. Confortetur manus vestra, & indefessi in operibus bonis estote, qui auditis in diebus his sermones istos, de reformatione ecclesiæ promissionibusq; diuinis, & animarum profectu, per os prophetarum, à prædicatoribus atq; doctoribus, cæterisq; deuotis futurum Dei iudicium, ac omnium veterum finalem remunerationem iugiter vobis narrantibus, de quibus ad Corinthios scribit Apostolus: Propheta duo vel tres dicant, & ceteri taceant. [in die qua fundata est domus domini] i. animæ vestrae esse ceperunt domus, templum, ac thalamus sponsi cælestis, per fidem formatam & gratiæ infusionem, [vt edificaretur templum] i. per opera virtuosa continuata vospis consecrarentur in templum spiritus sancti, sicut ait Apostolus: Templum Dei sanctum est, quod estis vos. [si quidem ante dies illos] i. antequam domus Dei modo præfata initiaretur in vobis. [merces hominum non erat, nec merces iumentorum] i. nec literati, nec idioræ aliquid meritorie operabantur, quoniam charitate infusa (quæ est animæ vita) carebant, & sine gratia nihil futuræ beatitudinis promeretur natura. [neq; introeunti & exeunti erat pax] i. vera mentis tranquillitas in Deo. [præ tribulatione] i. vitiorum inordinatione & confusione, animus quippe inordinatus, sibi ipsi pœnosus est: sicut & vir eruditus, in Deo tranquillus, suauis est animæ suæ. [et dimisi omnes homines, vnumquēq; cõtra proximum suum.] Cum enim charitas & gratia deest, mox oriuntur ex amore priuato lites, contentiones, discordiæ, & cætera opera carnis. [Nunc autem] cum domum consciētiae mihi præparauerunt, [non iuxta dies priores] quibus sine gratia existentes, sine mercede fuerunt, [ego faciam reliquijs populi huius] i. residuis Christianis, [sed semen pacis erit] i. filij pacis atq; pacifice mutuo conuersantes. [Vinea] i. ecclesiã, de qua ait in Euangelio Christus: Homo quidam plãtauit vineam. De qua scriptum est in Canticis: Vinea fuit pacifico. [dabit fructum suum] i. in bonis operibus fructuosa erit, vt dicitur: Ego autem sicut oliua fructifera. Vel vinea ista est Christus, qui ait Ioan. 16. Ego sum vitis vera, qui dedit & dat fructum, spirituales filios generando, & de plenitudine suæ gratiæ cæteris influendo, suumq; meritum nobis per sacramenta applicando & communicando. [et terra dabit germen suum] Terra ista sunt, de quibus ait Saluator: Quod autem in terram bonam cecidit, hi sunt, qui audientes verbum Dei, corde bono & optimo retinent, & afferunt fructum in paciētia. Cum ergo dominus benignitatem dat gratiæ suæ, terra nostra dat fructum suum. [et cali dabunt rorem suum] i. viri spirituales, & contemplatiui prædicatores verbi Dei, verba eruditionis & consolationis auditoribus suis infundent, & corda eorum irrigabunt, ac fecundabunt. [Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio.] Frequenter contingit, vt aliqui Christiani, siue seculares, siue religiosi, & præsertim religiosi & clerici, qui ad perfectiorem vitam tenentur, suis exigentibus vitijs, gratia Dei priuentur, & deinceps valde reprehensibiliter conuersentur, atque ob id ab alijs contemnantur & maledicantur. Cumq; clementia Dei ad virtuosam vitam reduxerit eos, eatenus se emendant, vt alij ædificantur, & benedicant eisdem. Ideo Petrus inducit: Abstinetes à carnalibus desiderijs, quæ militent aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum. Et rursus: Hæc est, inquit, voluntas Dei, vt obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Cætera ex præcedenti articulo adeo lucide patent, vt hic nihil reiterare oporteat. Veruntamen huic quod nunc ait propheta: Ieiunium quartum, & ieiunium quintum, & ceterum domui Iuda in gaudium, consonat, quod in Mattheo loquitur

1. Pet. 2.
2. Reg. 6.
Luc. 1.
1. Cor. 14.
1. Cor. 3.
Ecc. 37.
Luc. 20.
Cant. 8.
Psal. 51.
Luc. 8.
Psal. 84.
1. Pet. 2.
Ibidem

tur Christus: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito. Docemur quoq; ex his ieiunia tēporalia, & alia ab ecclesiã instituta atq; præcepta diligenter seruare. Nō em̄ sine mortali peccato mittuntur, nisi adsit vere rationalis causa. Si quidem Deo & ecclesiæ rectaq; rationi pariformiter obedire debemus. Postremo, sic ieiunare debet Christianus, vt vitia vniuersa pro viribus vitet. Scriptum est enim: Homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum facit ea, quid proficit humiliando se? Iterum cum aliquem iustum sensatum & laudabiliter in omnibus se habentem conspiciamus, apprehendamus vestem ipsius, dicentes: Ibi mus tecum, audiui mus enim quoniam dominus tecum est. Hocq; dicēdo, sequamur vestigia eius, seu virtutum exempla. Ideo enim in Ecclesiastico dicitur: Cum videris sensatum, statim euigila ad illum, & cum viro sancto assiduus esto.

¶ Explanatio literalis Cap. IX. Onus verbi domini. Articulus XIII.
Capitulum nunc elucidandum, obscuritatibus plenum est, atq; ob id à diuersis diuersimode explanatur. Porro diuus Hieronymus in exordio expositionis eius affirmat: Ois hæc visio, ad vocationem gentium & extructionem ecclesiæ pertinet. Veruntamen expositio ista sancti Hieronymi, videtur alijs potius spiritualis & mystica, quàm literalis: idcirco quidam exponunt ad literam de triumphis Iudæorum tempore Machabæorum, alij de victorijs Alexandri Magni. Iudæi vero putant hæc corporaliter adimplenda in aduentu regis Messiæ, quem inaniter præsolantur venturum, & in hoc mundo temporaliter regnaturum. Ciuitates quoq; & regna hic expressa, immo totum orbem Iudæis subiecturum, nō obstante quod in hoc ipso cap. primus Christi aduentus in omnimoda paupertate describitur. Primo igitur breuiter introducenda est expositio beati Hieron. [Onus verbi domini] i. afflictio prophetico Dei eloquio designata, [in terra Adrach.] Adrach secundum Hieron. est dictio ex duobus integris composita, scilicet Ad, quod est acutum, & drach, quod est molle. Itaq; onus verbi domini Adrach, i. acutum in peccatores, & molle in iustos, in terra, i. hominibus imminet, istudq; onus verbi domini. [et Damasci requie eius] i. super Damascum quæ est requies eius, scilicet oneris huius, vel requies domini, cuius onus super eam incubuit. Vnde Adrach quidam referunt ad populum Iudæorum, in quos dominus austeritatem clemētiãq; suam exercuit. In eos quidem qui crediderunt, clemētiã, in alios æquitatis rigorem. Damascum autē ad vocationem gentium. [quia domini est oculus hominis] i. oculus cuiuscunq; de gentibus in Deum fide respiciens, ad dominum pertinet. [et omnium tribuum Israel] i. oculus omnium Israelitarum in Deum respicientium, similiter Dei est. [Emath quoq;] i. vrbs illa, quæ alio nomine Antiochia appellatur, [in terminis eius, & Tyri & Sidon] i. ciuitates istæ erunt in terminis Damasci vel terræ Adrach, credendo in dominum saluatorem, cui pater ait in psalm. Postula à me, & dabo tibi gētes hereditatē tuam. Et rursus de Tyro cantat Psalmista: Audi filia & vide, & concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eum, & filia Tyri in muneribus &c. [Assumpserunt sibi quippe sapientiã valde.] Nam ante conuersionem ad fidem, in sapientiã seculi abundare conata sunt. Deinceps fide suscepta, in sapientiã Christiana. [Et edificauit Tyrus munitiõem suam] i. sophismata sua & dialecticæ retia contra fidei veritatem, antequam fidei obediret. [et coaceruauit argentum] i. eloquētiã nitorem, [quasi humum] i. copiose, [et aurum] i. sensuum calliditatem, [quasi lutum platearum.] sed istę munitiões, per spiritualia arma sapientiæ atq; virtutum apostolorum, delectæ sunt, quemadmodum ad Corinthios dicit Apostolus: Arma militiæ nostræ nō carnalia, sed potētia Deo, ad destructionē munitiõnũ, consilia destruentes, & oēm altitudinē extollem rem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. [Ecce dominus possidebit eam] conuertendo eam ad fidem. [et percutiet in mari fortitudinem eius] i. in mundo isto, qui est mare magnum amaritudine vitiorum, inquietudine negotiorum, multitudine periclitantium, conteret per apostolicam prædicationē præfatas Tyri munitiões, ne quid pristinæ sapientiæ in ea permaneat, sed eloquentiam suam atque scientiam in Dei conuertat honorem. [et hæc igne deuorabitur] id est, quicquid vitiorum in ea est, igne illo purgabitur & tolletur, de quo saluator: Ignem, inquit, veni mittere in terrā: De quo in Mattheo loquitur Ioan. Baptistas: Ipse baptizabit vos spiritu sancto & igni. [Vnde debet Ascalon] i. vrbs illa Palestinæ considerabit conuersionem Emath, Sidonis & Tyri. [et timebit] diuinum iudicium. [et Gaza, & dolebit nimis] i. etiam ciuitas illa, visis prædictis, sua vehementer lugebit peccata. [Et Accaron] simili modo dolebit, [quoniam confusa est spes eius] id est, spes eius pristina vana fuit, reprobataq; est. [Et peribit rex de Gaza] id est, princeps mundi huius amplius in ea dominium non habebit, sed Christus. [et Ascalon non habitabitur] à talibus, quales ante demorabantur in ea, sed à fidelibus. nam & conuersi non fuerunt *quod* ante, eo sensu quo Salomon ait in Prouerbijs: Verte impios, & non erunt. [et sedebit separator in Azoto] id est, Christus, qui triticum à palea, id est, electos à reprobis se-

Matt. 6.
Ecc. 34.
1. Pet. 2.
Ecc. 6.
* dñs.
Psal. 2.
Psal. 44.
2. Co. 10.
Luce. 12.
Matth. 3.
Prou. 17.
Mat. 25.
AA gregat,

gregat, in populo urbis istius conuerso regnabit. [Et disperdam superbiam Philistinorum] i. elationem eorum tollam ab ipsis, vt discat à saluatore, quoniam mitis est & humilis corde. [Et auferam sanguinem eius] id est, verba crudelitaris atque blasphemiae, [de ore eius, & abominationes eius] i. idololatriam & esum idolothytorum, [de medio dentium eius,] ita quod vltra idola non colet, nec idolis immolata manducabit. [Et relinquetur etiam ipse Deo nostro] i. populus urbium harum Deo Israel adhærebit & artinebit. [Et erit quasi dux in Iuda] i. ductor aliorum virtuosus in populo Christum confitente. Vnde Septuaginta translulerunt, Relinquentur & ipsi Deo nostro. [Et Accaron] i. huius ciuitatis plebs conuersa, [qua si Iehusæus] i. similis erit Hierosolymitanis credentibus. Hierusalem quippe alio nomine dicta est Iehus. [Et circumdabo domum meam] i. ecclesiam militantem, [ex his qui militant mihi] i. prædictis ad fidem conuersis, vel prædicatoribus sanctis, qui muniunt alios, circumdant ac protegunt. Ideo subditur: [euntes & reuertentes] i. hinc inde ad imperium Dei discurrentes, ad confirmandum credentes vel militantes. Isti sunt angeli sancti de caelo ad terram euntes ac reuertentes, quorum præsidio circumdat Deus ecclesiam. [& non transibit super eos vltra exactor] i. diabolus pro culpa pœnam infligere exigens, insatiabilis homicida, persequutorq; pessimus. Is namq; Christifidelibus p̄destinatis præualere in finē nequaquam permittitur. [quia nunc vidi in oculis meis] id est, ista omnia implebuntur, quoniam ego dominus nunc & in momento æternitatis vidi ista futura, & ea facere decreui in oculo pietatis ac sapientiæ meæ. Hæc est Hieronymi super hunc passum expositio, quæ si literalis censenda sit, diligentis iudicio derelinquo. Alij demum exponunt pro tempore Alexandri Magni, eritq; sensus [Onus verbi domini] id est, punitio prophetice prænunciata & superuentura, [in terra Adrach] id est, Syria, [& Damasci requiei eius] id est, in terra Damasci, quæ fuit ciuitas metropolitana in Syria, ita quod Syria in ea tanquã in capitanea vrbe quieuit, iuxta illud Esaiæ: Caput Syriæ Damascus. [quia domini est oculus] id est, inspectio [hominis & omnium tribuum Israel] id est, Deus inspicit & disponit actus humanos, præsertim populi Israel, quem peculiariter prælegit, & de q̄ incarnari decreuit. Quoniã ergo Deus omnia regit, eius est mala punire, & bona remunerare. Vnde Septuaginta translulerunt, Quia dominus respicit homines, & omnes tribus Israel. [Emath quoque & Tyrus & Sidon in terminis eius] id est, ad Syriam pertinent, sicut tertio Regum innuitur. [Assumpserunt sibi quippe sapientiam valde] id est, terrenam illam prudentiam per quam temporalia colliguntur, vt vita præfens in delicijs, diuitijs atque honoribus deducatur. De qua testatur Apostolus: Prudentia carnis mors est. De qua item apud Iacobum fertur: Non est sapientia ista de caelo descendens, sed terrena, animalis, & diabolica. Et Baruch: Filij Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, viam sapientiæ nescierunt. [& ædificauit Tyrus munitiorem] contra hostes, [& coaceruauit argentum & aurum, &c.] erat nempe opulentissima ciuitas, & sita in corde maris, sicut in Ezechiele plenissime legitur. [Ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & igni deuorabitur.] Hoc dicitur, quoniam Alexander rex diuina virtute istam urbem deuicit atque combussit: nam terra, lignis, & saxis aquam maris à litore vsque ad moenia Tyri impleuit, sicq; eam accessit. [& videbit Ascalon & cæ.] id est, præscriptæ vrbes Philistinorum, cognita Tyri destructione, quæ erat fortissima ciuitas, vnde Nabuchodonosor eam obtinere non potuit modo præfato, vehementer timebunt, ne & ipsis similiter accidat. Timebit & ciuitas Accaron, quoniam confusa est spes eius] id est, fiducia, qua in auxilio Tyri confisa est, euacuata consistit. [Et peribit rex] de Gaza,] regulos enim Philistinij Alexander deiecit. [& sedebit separator] id est, Alexander, qui terras separauit, & suis diuisit, vt dicitur primo libro Machabæorum. [in Azoto,] secundum Hieronymum in Hebræo dicitur, Sedebit manser. & alius quidam affirmat, quod in Hebræo dicatur, Sedebit spurius, idq; huic expositioni alludit, quoniam Alexander de adulterio natus fuit ex Olympiade vxore Philippi, de Nectabano profugo rege Aegypti. [& auferam sanguinem de ore eius] id est, non permittam Alexandrum effundere sanguinem Iudæorum, quorum se sanguinem dixit futurum. Quia (vt dictum est sexto capite) cum contra Iudæam veniret, Deo disponente, in mansuetudinem versus fuit. [& abominationes eius] id est, blasphemias eius contra Deum Israel auferam. [Et relinquetur etiam ipse Deo nostro] nam Alexander tandem Deum verum Iudæorum cognouit, & ei in templo sacrificauit, secundum Iosephum. [Et erit quasi dux in Iuda,] quia Iudæis fauorabilis fuit, præsertim quia ex Daniele ostenderant sibi, quod Deus prænucciasset, ei subiicienda esse plurima regna mundi, immo Medorum atq; Persarum, sicut in scholastica habetur historia. [Et Accaron quasi Iehusæus] id est, urbem Accaron nomine subiugabit Iudæis, quemadmodum per manum David fuerat Iehusæus Iudæorum plebi subiectus, vt legitur secund. lib. Regum. Præterea quæ sequuntur, de Machabæis exponunt. [& circumdabo domum meam] id est, synagogam & templum [ex his qui militant mihi] i. Iuda Machabæo, fratribus & adiutoribus eius, qui præliabantur

prælia Israel cum Iudæis, templumq; domini recuperauerunt ac mundauerunt, vt scribitur primo & secundo libro Machabæorum. [Et non transibit vltra super eos exactor] id est, tributarius. Vnde primo libro Machabæorum legitur: Defecit impugnans eos super terram: Reges contriti sunt in illis diebus. Postremo, si innumerabiles atq; magnificæ illę victoriæ, quas primo Machabæorum in diuersis capitulis leguntur Iudas Machabæus & fratres eius habuisse contra gentes vicinas, & præcipue contra Philistæos ac Syros, arbitror literam istam satis congruenter posse applicari ad Machabæorum triumphos, cuius persecutionem breuitati studens pertranseo, quia & vniciq; diligenter legenti innotescere potest. Et quoniam sanctus Dei propheta hic Zacharias spiritu sancto reuelante agnouit, statim post eorū quæ dicta sunt, expletionem esse venturam regem Messiam, mox gratulandus adiungit: [Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem] id est, plebs Iudæ in Hierusalem habitans, in qua fuit mons Sion, vbi fuerat templum, ita quod idem populus designatur per filiam Sion, filiamq; Hierusalem, qui populus dicitur filia Sion, iuxta modum loquendi propheticū sæpe iam explanatū. [Ecce rex tuus] Christus dñs, de quo in Hierem. inducitur: Regnabit rex & sapiens erit. Et in Luc. Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. [Veniet tibi] i. ad tuam operandam salutem [iustus] quia secundum diuinam naturam, totius sanctitatis atq; iustitiæ fons est, de qua in Sapien. lib. legitur: Cum sis iustus, omnia iuste disponis. Virtus enim tua, iustitiæ initium est. Secundum naturam quoq; assumptam iustissimus vnq; fuit, qm̄ patris gloriã semper quæsiuit, & peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. ¶ Per viam quoq; iustitiæ pro hominibus satisfecit, pro illorū culpa seipsum tradēs charitatis in pœnã acerbissimæ mortis, vt diuinæ maiestatis honori satisfaceret, nec peccatū remaneret inultū. Hinc de seipso loquitur in Ioan. Qui quærit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. De quo & Stephanus ait: Iudæi: Patres vestri occiderunt eos qui annunciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. [& saluator] de quo angelus dixit ad Ioseph: Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis eorū. Nempe vt Deus est saluator creaturæ, efficienter & principaliter, peccata authoritatiue dimittendo, gratiam per creationem infundendo, gloriam tribuēdos: sed vt homo, Dei & hominum mediator, ipse quoq; saluator est vt causa instrumentalis, dispositiua ac meritoria, qm̄ sua sanctissima conuersatioe ac morte omnibus meruit indulgentiã, gratiã & gloriam. De quo ait Apostolus: Apparuit gratia saluatoris nostri, in cuius typo Ioseph appellatus est saluator mundi. [ipse pauper] secundum humanitatē quantū ad vsum. siquidem etiam vt homo, fuit dominus vniuersæ creaturæ, secundum quod dicitur in Ioan. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Sed nil in hoc seculo voluit possidere per vsum, vt perfectissimæ paupertatis & contemptus omnium terrenorum temporaliumq; bonorum nobis exhiberet exemplum. Vnde de seipso in euangelio contestatur: Volucres cæli nidus habent, & vulpes terræ foueas: filius autem hominis nō habet vbi caput reclinet. Cum em̄ diues esset, ppter nos egenus factus est, vt inopia eius diuites essemus. Hanc regis Messie paupertatem in primo suo aduentu Hierem. admirans, ait: Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? [& ascendens super asinam & super pullū filiū asinæ:] Hoc in Christo domino nostro fuisse impletum in die palmarum, sacrosancti euangelistæ cōcorditer profitentur. Scriptū est enim in Luca: Cum aut̄ appropinquaret iã ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendantium gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini, pax in caelo & gloria in excelsis. Credendum est quoq; quod Christus successiue secundum Hierem. per asinam designabatur populus Iudæorū, qui iugū legis diu portauit p̄ pullam gentiles, qui populus frenorū legis diuinæ ignarus, lasciuus fuit atq; indomitus. Christus ergo vtriq; animali insedit, ad figurandū quod in militati ecclesia electis ex vtroq; populo p̄sederet. [& disperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Hierusalem] i. equi & currus non erunt causa pugnandi in tribubus Israel, sed pax atq; concordia, ideo subditur: [& dissipabit arcus belli:] Vnde in Esaiã habetur: Non leuabit gens contra gentem gladium. Et Hierem. In diebus illis Israel habitabit confidenter. In Christi enim aduentu fuit pax inaudita, longa & magna, toto orbe Romano subiecto. Ex his confunditur Iudæorum figmentum, dicentium quod Christus in primo suo aduentu omnibus mundi regnis temporaliter præsidebit, multosq; gentilium occidet. Vnde iam subditur: Et loquetur pacē gentibus] quia apostolis iussit prædicare gentibus euāgeliū pacis, immo p̄ seipsum aliquibus gentilibus in Euangelio legitur prædicasse. Hinc de Christo loquitur pater in Esaiã: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorē gentibus. Et item: Dedit e, inquit, in lucem gentiū, vt sis salus mea vsq; ad extremū terrę. Ch̄s namq; pacē docuit & præcepit, suisq; apostolis dixit Mat. 10. In quantum domū intraueritis, primū dicite: Pax huic domui. [& potestas eius à mari vsq; ad mare] i. per oēm terrā

1. Ma. 6.
2. Ma. 2.
3. Ma. 14.Lucæ 1.
Hier. 23.

Sapi. 12.

Ioan. 7.
Acto. 6.

Ioan. 3.

Matt. 8.

Hier. 14.

Lucæ 19.

Esaiã.
Hierem.

Esaiã 55.

terram à brachijs maris magni, inter se vehementer distantibus. [& à flumine] Jordanis seu alio quolibet, [vsq; ad fines terræ] quia ubiq; diffusa fuit prædicatio nouæ legis. Propter quod prædixit Psalmista: Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terræ. Consequenter propheta vel Deus pater omnipotens per prophetam alloquitur Christum. [tu quoq; in sanguine testamenti tui] i. merito tuæ benedictæ passionis & sanguinis tui effusione, qua confirmatum est nouum testamentum, secundum quod Christus hora cene dixit apostolis: Hic est calix noui testamēti in meo sanguine. [emisti uinctos tuos] i. sanctos patres, & eos qui solo originalis peccati reatu differebantur à gloria. [de lacu in quo non est aqua] i. de limbo inferni, in quo consolatio defuit seu refrigerium vitæ æternæ. Christus equidem in die resurrectionis hoc fecit, illos de inferno secum ducendo, sicut per Osee loquitur: Ero morsus tuus inferne. Vnde & hoc loco nomine lacu intelligit Hieronymus infernū, in quo nulla est refrigeratio. Verum de hoc inferno quantum ad partem eius, in qua nulla est spes futuræ liberationis, sancti patres nō fuerunt. Deniq; quæ sequuntur, intricata sunt valde, & à diuersis multis fortiter intelliguntur. Itaq; ait: [Conuertimini ad munitionem] i. ad tutum locum redite, [uincti spei] i. qui captiui fuistis cū spe euadendi. Hoc sanctus Hieron. bene atq; catholice refert ad præfatos electos, qui cū Christo ascenderūt paradysum cælestem, qui est munitissimus locus. Quidam exponūt de uocatione gentiū ad euangelicam legem, quæ est firma munitio. Alij de reditu Iudæorū à Babylone ad Hierusalem reedificatam. Alij de reuersione Iudæorū à facie Antiochi regis fugientiū, qui auditis uictorijs Iudæ Machabæi fratruū eius contra duces Antiochi, ad Iudam de diuersis locis reuersi sunt. Sed quoniam rædiosum atq; prolixū esset, omnes expositiones has prosequi, vnā quæ rationabilior apparet, deducam. Sequitur ergo: [Hodie quoq; annūcians] i. iam nūc per Zachariam prophetam ista prædicans atq; insinuans. [duplicia reddam tibi] i. præmium copiosum ac superabundans pro labore temporali & persecutione terrena, scilicet duplicem stolam, quæ est gloria corporis & animæ. Propter quod ait Apostolus 2. ad Corin. 4. Id quod est in præfati modicū & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Christus quoq; in euangelio: Mensuram, inquit, bonam & cōfertam & coagitatā & supereffluentem dabūt in sinus uestrōs. [Quoniam extēdi mihi Iudæ, quasi arcū] i. electos Iudæos in Christum credentes mihi assumpti, ut sicut per arcū aduersarij compelluntur & sagittantur sic per eos gentes, qui fuerant Deo inimici, conuertantur & Christo subdantur. De his em̄ in Esaiā dominus loquitur: Mittā ex eis qui saluati fuerint, ad gentes longe tenentes sagittā, de quorū sagittis ait Psalmista: Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corde inimicorū regis. [impleui Ephraim] i. filios Israel ex decem tribuū plebe in Christū credentes, spiritu sancto. Nōmine equidē Ephraim, regnū ac populus decē tribuū in scripturis sepius designatur. Apostoli autē pro maiori parte, multiq; credentiū ex Iudaismo in primitiua ecclesia, ex decē tribubus erant, de quibus cantamus in Psal. 67. Principes Iudæ duces eorū, principes Zabulon & principes Neptalim. [Et suscitabo filios tuos Sion] i. apostolos atq; ex synagoga Christiani fideles, [super filios tuos Græcia] i. super plebem Græcorū, cui multi apostolorū prædicasse noscuntur. [& ponam te quasi gladiū fortissimū] i. mea uirtute infidelibus, o fidelis synagoga, seu primitiua ecclesia, præualebis conuertendo eos ad fidem per hoc, quod efficaciter ingeres eis uerbū Dei, quod est gladius spiritus, sicut ad Ephel. 6. dicit Apostolus. Vnde & Esa. 49. habetur: Dñs posuit os meū, quasi gladiū acutū, [& dominus Deus super eos uidebitur] i. gratia atq; potentia eius in illorū conuersione splendebit ac innotescet. [& exibat ut fulgur iaculū eius] i. sermo diuinus (qui est sagitta spiritualis, de qua Esa. 49. asseritur: Posuit me dñs quasi sagittam electam) splendide atq; uelociter ab apostolorū ore ad corda illorū procedet. [Et dñs meus in tuba canet] i. per euangelicam apostolorū prædicationem tubalem illis, quæ salutaria sunt, insonabit. Vnde & Esaiā: Quasi tuba, ait, exalta uocem tuam. Hinc Christus in Euangelio Ioannem & Iacobū appellat filios tonitruū. [& uadet in turbine austrij] i. per apostolos, aliosq; credentes, etiam australibus uitiōe turbine inquietis uerbū Dei inferet gratiose. [Dñs exercituum proteget eos] uidelicet prædicatores & milites suos præfatos, ne frangantur aduersis. [& deuorabūt & subijcient lapidibus fundæ] i. prædicationibus & comminationibus scripturarū infideles totaliter superabūt, eorūq; uitia consument, & ipsos euāgelicæ legi prorsus subijcient. Propheta autē frequenter metaphorice & obscure loquuntur. Et iam mox in fine huius cap. elucefcet, quod Zacharias metaphorice nunc loquitur. [& bibētes] i. prædicatores prædicti de aliorū conuersione seipsos spiritualiter reficientes, [inebriabūtur quasi à uino] i. exuberanter omnino delectabūtur in domino, sicut & Paulus scribit discipulis suis: Nunc uinum si uos statis in domino, [replebūtur ut phialæ] i. charismatibus spiritus sancti mirabiliter redundabūt. Vnde Paulus profatur 2. Cor. 7. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. [& quasi cornua altaris] quæ sacrificiorū sanguine replebantur in lege, iuxta hunc modum fertur in Psalmo 35. Inebriabuntur ab uertate domus tuæ. Et 67. Iusti

Osee. 13.

Lucæ 6.

Esa. 66. Psal. 44.

Esa. 58. Marci 3.

1. Thef. 3.

epulentur & exultent in conspectu Dei. Atq; in Canticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. [& saluabit eos dominus Deus eorū in die illa] i. in euangelicæ legis prædicatione sanctos suos prædicatores de omniū persecutorū manu eripiet, æternaliterq; saluabit. [ut gregem populi sui] i. sicut oues suas electas, quibus ait: Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri dare uobis regnū. Vnde & Paulus 2. ad Timo. 4. scribit: Dñs mihi assistit & cōfortauit me, ut p me prædicatio impleatur: liberauit me autē dñs ab omni opere malo, & saluū faciet in regnū suū cæleste. [quia lapides sancti] i. præfati apostoli & uiri pfecti à Deo electi. [eleuabuntur super terrā] i. per dona gratiæ meritaq; præclara magni erunt in ecclesia militati. Deinde per dona gloriæ & præmium cōsummatū in ecclesia triumphanti & regione uiuorū, quæ est terra ac patria beatorū. De eis nanq; fertur in Psalmo 44. Constitues eos principes super oēm terrā. Ecce ex isto ostenditur, quod propheta hic metaphorice loquitur, præsertim cū subdat: [Quid em̄ bonū eius est, & qd pulchrū eius?] i. quid Deo omnipotēti de corū, gratiæ & placitū est, [nisi frumentū electorū] i. corpus Christi, ex pane frumenti cōsecratū, seu ipsemet Christus q ait: Nisi granū frumēti cadens in terrā, mortuū fuerit, ipsum solū manet. Et alibi: Ego sum panis uiuus. Et: Caro mea uere est cibus. De quo & in Psal. 71. cātamus: Erit firmamētū in terra in summis montiū. Vbi pro firmamēto alia translatio continet, frumētum; & alia memoriale triticū. [& uinū germinans uirgines?] i. sanguis Christi sub uini specie, ad uirginē uita sua gratia conferens ac perducēs. Certum est autē, hæc de cōsueto materiali frumēto & uino non posse intelligi: corporalia nāq; nō sunt Dei præcipua bona. Quidā uero p frumētū electorū intelligunt legem diuinā, quæ est spiritualis fidelium cibus: per uinum uero, eruditionem sacre scripturæ, quæ gignit credentes.

Expositio literalis Cap. X. Petite à domino pluuiam. Art. XIII.

Vemadmodū præcedēs cap. præsertim ab illo loco, Exulta satis filia Sio, à quibusdā ad literam exponitur pro tempore Christi, ita & præfens capitulū. Veruntamē aliq; ipsum exponūt de multiplicatione fructuū terræ, & magnitudine uictoriæ tempore Machabæorū. Tanta demū est capituli huius difficultas, ut sanctus Hieron. dicat: Omnis hic locus obscurus & dubius est. Itaq; primā expositionē, quæ spiritualior est atq; utilior, diffusius prosequar, deinde aliā tangā. Quoniā ergo in præcedēti capitulo annūciauit propheta de Christi aduentu & gentiū conuersione ad ipsum, nūc admonet: [Petite] oēs, qui Christi optatis aduentū, [pluuiā] i. cælestis gratiæ & euangelicæ prædicationis irrigationē, [à domino,] ut De⁹ pater filiū suum mittat in mundū. De quo canit Psal. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā. Doctrina quippe pluuiæ comparatur, iuxta illud Deutero. 32. Concrefcet ut pluuia doctrina mea. [in tēpore ferotino] i. in ultima mundi ætate & noui tempore testamēti, de quo ait in prima sua epistol. Ioan. Nouissima hora est. [& dominus faciet niues] i. documenta & gratiæ dona, uitiōe ardorē & concupiscentiæ æstus extinguentia. [& pluuiā imbris] de q; iā dictū est, quæ animæ infœcūditatē, siccitatēq; tollit. [& dabit eis singulis herbā] i. incrementū spūalis fœcūditatis, [in agro] cordis uel in ipsa ecclesia, quæ est ager dominicus. Hæc ergo ad ueri Dei cultū pertinentia, sunt petenda. [Quia simulacra locuta sunt inuile] i. idola, quæ gentiles & aliquando Iudæi coluerunt, inutiliter suis cultoribus sunt locuta, immo demones per illas imagines: non enim statuæ illæ, sed demones per eas, responsa dederunt. [& diuini] i. futuroꝝ coniectores, [uiderunt mendacium] i. falsum prædixerunt, [& somnatores] i. qui ex somnijs suis phantasticis de rebus ferre sententiam præsumpserūt. [frustra locuti sunt] alijs, & uane consolabantur desolatos, idololatriæ nanq; diuinationibus, somnijs, atq; augurijs intendebant gentiles, & frequenter Iudæi. Quo contra scriptū est in Leuitico: Nō augurabimini, nec obseruabitis somnia. In Ecclesiastico quoq;: Somnia extollunt imprudentes: quasi qui apprehendit umbrā & persequitur uentū, secundū hoc uisio somniorum. Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Diuinatio erroris & auguria uanitas est: ne dederis cor tuū in illis. [Idcirco abducti sunt quasi grex] i. prædictis uanitatibus intenti, per errores à uia ueritatis atq; iustitiæ errauerunt. Vel in captiuitatem translati sunt. Propter qd in Esaiā legitur: Oēs nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uia suā declinauit. [& affligētur] aduersis & debitis pœnis, nisi pœniteant, [quia nō est eis pastor] i. fidelis atq; idoneus doctor, p̄latus seu princeps. Ideo Moses orauit ad dñm Num. 27. Ne sit populus tuus sicut oues absq; pastore, & in prouerb. Salomō scribit: Vbi nō est gubernator, populus corruet. [Super pastores itatus est furor meus] istud de indignis & falsis pastoribus tā Iudæorū q; aliorū intelligi potest, qui sua negligentia atq; malitia seipsos & alios perdiderūt. Hinc per Ezechielē dñs protestatur: Vt pastoribus q; pascebant semetipsos. His nō tantū ira, sed & furor imminet Dei, quia iudicium durissimū in his qui præsumunt, fiet. Et Hieron. ait: Ululate pastores, & clamate, & aspergite uos cinere optimates gregis, quia impleti sunt dies uestri, ut interficiamini, & cadetis quasi uasa preciosa. [& super hircos uisitabo] i. pastorū illorū discipulos, in uitijs consentientes suis pastoribus, puniā. Huius autē causam uel signum subiūgit propheta

Canti. 9.

Lucæ 12.

Ioan. 12. & 6.

Psal. 71.

1. Ioā. 2.

Leui. 19. Eccl. 34.

Esa. 53.

Prou. 11.

Ezec. 34. Hier. 24.

pheta: Quia visitabit dominus exercituum gregem suum, i. oues, electos videlicet domum Iuda p[ro]p[ri]a ta Iudaeos in Ch[ri]sm credentes, & ceteros ei fideliter cōfidentes cōfessione laudis diuinæ ac pro priæ culpæ. Hæc visitatio in bono accipitur. [Et posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello] i. in bonis fecit eos fortes, victoriosos ac agiles cōtra humanæ hostes salutis, instar equorum p[ro] ualidoꝝ, [ex ipso angulus] i. ex p[re]fato Dei grege p[ro]cessit regia dignitas, quæ continet popu los, & copulat eos. [Et ex ipso paxillus] i. potestas seu ordo sacerdotalis, in quo alij pendent, quemadmodum in paxillo alia suspenduntur. Propterea in Esaiâ dñs ait: Figâ illū, puta Elia chim sacerdotē, quasi paxillū. Et Petrus: Vos, inq[ui]t, genus electū, regale sacerdotiū. Deniq[ue] in dño Papa vtriusq[ue] potestatis residet plenitudo. Et sicut p[er] angulū Impator, ita p[er] paxillū sum mus posset accipi pontifex, immo p[er] vtrūq[ue] illoꝝ intelligi potest Ch[ri]s rex & pontifex noster, qui secundū naturā assumptā est de grege ecclesiæ, sic em̄ caput Ch[ri]i Deus. Et ipsemet: Nar rabo, inquit, nomē tuū fratribus meis. [Et ex ipso arcus p[re]lij] i. efficacia impugnandi aduer sarios veritatis, videlicet sapientia, virtus & eloquentia. De quibus testatus est Ch[ri]s Luca 21. Ego dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterūt resistere & contradicere oēs aduersarij vestri. [Ex ipso egrediet omnis exactor simul] i. a grege Dei electo separabit & recedet omnis in dignus ac rebus, dominator siue oppressor, iuxta illud in prima Ioannis Canonica: Ex no bis prodierunt, sed nō erant ex nobis: nā si fuissent ex nobis, permāsisset vtiq[ue] nobiscū. [Et erunt quasi fortes conculcantes lutū viarū in p[re]lio] i. omnibus aduersarijs suis, mundo, car ni, diabolo, victoriosissime Deo auxiliante p[re]ualuerūt, quæadmodū ait Apost. Rom. 8. Certū sum, quia neq[ue] angeli, neq[ue] principatus, nec vita, nec mors, neq[ue] creatura alia poterit nos sepa rare a charitate Dei. [Et bellabūt, q[ui]a dñs cū eis est] nōne sancti in primitiua ecclesia fortissime contra hoc seculū nequā, cōtra diabolū & p[ro]p[ri]ū corp[us] pugnaverunt, cū dicat Apost. 2. Ti. 2. Nō coronabis, nisi q[ui] legitime certauerit: Et itē 1. Co. 15. Si secundū hoīem ad bestias pugnaui Ephesi: Fuit autē Ch[ri]s cum eis per gratiā singularē, q[ui]a ait Ioan. 15. Sine me nihil potestis fa cere. Vnde hac Dei grā Petrus destitutus, mox ad vocē ancille succubuit, q[ui] postea in verbo oris sui contra principes sacerdotū triūphāter pugnavit. [Et cōfundent ascēsores equoꝝ] i. si lii huius seculi in p[ro]p[ri]a fortitudine confidentes. Quidā em̄ eoꝝ bene cōfusi sunt, ad peniten tiam redeuntes: alij in malitia p[er]sistentes, æternā confusionē illapsi sunt. Est nempe duplex con fusio, scilicet bona & mala, secundum illud Ecclesiast. 4. Est confusio adducēs peccatū, & est confusio adducēs gloriā & gratiā. [Et confortabo] per dona spiritus sancti, p[er] virtutes & gra tiam multiformē [domum Iuda] i. ex Iudaismo credentes in Ch[ri]m de regno duarū tribuū. [Et domum Ioseph saluabo] eos videlicet, qui ex decē tribubus crediderunt, q[ui] noīe Ioseph designantur, eo quod primus eoꝝ rex fuit Hieroboā de tribu Ephraim filij Ioseph. [Et cōuer tam eos] ad fidē catholicā, [quia miserebor eoꝝ] bonitas enim & pietas Dei, nō meritum no strum, est totius salutis & gratiæ nostræ prima principalisq[ue] causa. ideo ait Psal. 43. Brachiū eoꝝ non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiisti in eis. [Et erunt sicut fuerunt, quando nō p[er]icerā eos] i. donis gratiæ abundabūt, quæadmodum ipsi seu patres eoꝝ, quādo peccatis a me auerū nō fuerāt. Sicut autē tēpore Da uid fuit magna valde in Synagoga deuotio, sic multoq[ue] plus, quādo post resurrectionē Ch[ri]i missus est filijs p[re]electis Israel spiritus sanctus. [Ego em̄ dñs Deus eoꝝ, & exaudiā eos] Ideo Ioan. in prima fatetur sua Canonica: Fidutiā habemus ad Deum, & quicquid petierimus, ac cipiemus. Christus quoq[ue] in euangelio: Si quid petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam. [Porro in quā supernaturalibus & miraculosis operibus Deus exaudierit eos, in Actib[us] Apostolorū, Legendis Chronicisq[ue] sanctoꝝ relucet. [Et erunt quasi fortes Ephraim] i. sicut Iosue ac ceteri iusti de tribu Ephraim nati, qui ab æquitatis semita non discesserunt, put de ipso in Iosue legitur, q[ui] nō p[er]terit de vniuersis mādatis domini, ne vnum qdē verbum. [Et lætabit cor eoꝝ] q[ui] a vino] i. spiritualib[us] delectationib[us] exuberabunt in Deo, q[ui]bus & Ch[ri]s lo quut[ur] est Luc. x. Gaudete, q[ui]a noīa v[est]ra scripta sunt in cælis. Et rursus 6. Gaudete in illa hora & exultate, q[ui]a videlicet oēm aduersitatē & p[er]secutionē patimini. [Et filij eoꝝ] i. discipuli p[er] eos in Ch[ri]o renati p[er] p[re]dicationē atq[ue] baptismum. [videbunt] i. gratiā patrū suorū cognoscēt, [et læta bunt] cōsiderādo beneficia Dei. [Et exultabit cor eoꝝ in dño] sicut in principali obiecto, oīs boni datore primo, summo, dignissimo, ad quē referēda est oīs lætitia, ex creatis bonis cōce pra, vt oīno q[ui] gloriā in dño gloriē, in quo solo delectari debet rationalis creatura. [Sibila bo eis] i. verbum euangelicū legis eis annuntiabo. [Et congregabo illos] i. congregabo illos p[er] sp[iritu]alem fidē, sp[iritu] & charitatē. [q[ui]a redemi eos] Ch[ri]s em̄ quātum in se est, vniuersos redemit. [Et multi plicabo eos, sicut ante fuerāt multiplicati.] apostoli em̄, alijq[ue] ex Iudaismo cōuersi, plures spi rituales filios habuerunt, videlicet vniuersos quos genuerunt in Christo, quā vnquam car nales filios habuit synagoga. [Et seminabo eos in populis] i. per diuersas gentium nationes & terras dispergā, & mittam apostolos & primos ex Iudæis credentes, de quibus scriptū est in Esaiâ: Ponent domino gloriā, & laudem eius in insulis nunciabūt. Quibus & Ch[ri]s ait: Euntes

Euntes in mundum vniuersum, p[re]dicare euangeliū oīni creaturæ. [Et de lōge recordabunt] noīs mei] i. de oībus finibus mundi me collaudabūt p[er] seip[s]os, & eos q[ui]s cōuerterint. Propter qd cecinit Esa. 24. A finibus terræ audiimus laudes, gloriā iusti. [Et viuēt] vita grā in via, & vita gloriæ in patria. [cum filijs suis] sp[iritu]alibus ac deuotis, [Et reuertent] p[er] mentis recollecti onem atq[ue] affectuum adunationē ac simplicationē in Deum, vt vnum illud qd solū necessā rium, vitimate intendāt. [Et reducā eos de terra Aegypti, & de Assyrijs congregabo eos] i. de terris dispersiōis eoꝝ eripiā eos. [Et ad terrā Galaad & Libani adducā eos] Plurimi q[ui]ppe lu dai in mundi partib[us] cōuersi, ad terrā p[ro]missionis rediisse ex deuotiōe legunt. [Et nō inueniet eis locus] Hoc accipi potest, quia tot cōuerterunt, q[ui] solita locoꝝ angustia cōtineri non po terāt, iuxta illud in Esaiâ: Angustus est mihi locus: fac sp[atiu]m, vt habitē. [Et trāsibūt in maris fretis] p[er] loca aquosa redeūdo ad terrā optatā nauigio aut pari adminiculo, [Et p[er]cutiet in ma ri fluctus] i. fluctus marinos cessare dñs faciet, vt secure p[re]cedant. Vnde p[er] Esaiā dñs ait 60. Me insulæ expectāt, & naues maris in principio, vt adducā filios tuos de lōge. [Et cōfundent oīa p[ro]funda fluminis] i. p[er] modū erubescētis se habebūt, dum iussioe diuina a naturali desinūt flu ctuatione turbulēta. [Et humiliabit superbia Assur] i. Assyrioꝝ elatio deiciet, quia cōuersi ex eis, facti sunt humiles, increduli vero in tartare sunt p[re]iecti. [Et sceptrū Aegypti recedet] a pristina idoloꝝ cultura, vel in parte magna deficiet, q[ui]a Octavianus, sub q[ui] natus est Ch[ri]s, regnum Aegypti sibi subiecit, atq[ue] in diuersas partes diuisit, vt esset de cetero regnū humile & non rebelle. [Cofortabo eos] videlicet primitiua ecclesiæ filios in dño, & in noīe eius am bulabunt] i. in ipso, & secundū voluntatē ipsius, atq[ue] in gratia eius ac spe diuina in oībus con uersari, p[re]dicare, & facere satagēt. [dicit dñs] Ecce in isto versiculo rursus loquit[ur] Deus dñs de Deo dño, q[ui] de alio, p[er] qd in diuinis pluralitas p[er]sonarum innuit. [Nunc breuiter rāgam quō p[re]sens cap. p[er] tēpore Machaboꝝ possit exponi. Itaq[ue] qd in eius exordio dicit, [Peti te pluuia a dño, &c.] accipiendū est de pluujs, q[ui]bus terra Israel fœcundabat, & ad fructifican dum necessariæ erāt. [Visitauit dñs exercitū gregē suū, domū Iuda] i. fideles atq[ue] constantes illos, q[ui] sub p[er]secutione Antiochi p[er]manserūt in lege, q[ui]bus p[re]fecit Iudā Mach. & fratres ipsū, ex q[ui] grege fuit angulus, s[eu] regia dignitas, & paxillus, i. sacerdotiū & arcus p[re]lij, i. viri for tissimi ad pugnandū. Vnde ait Hieron. Iudas Mach. & q[ui] quot de g[en]te eius principes fuerunt in populo, & angulus erāt, quia regia potestate populū continebat & paxillus, quia fuerāt sa cerdotes & arcus p[re]lij, quia viri fortissimi, vt non solū aciē exercitūm q[ui] disponerēt, sed p[ri] mi ad p[re]liū p[er]sisterent. [Et erunt q[ui] fortes cōculcantes lutum viarū in p[re]lio] lōgo siquidē tēpore oppreiserūt Macedones. [Et confundent ascēsores equoꝝ] videlicet duces regū Græ ciæ, contra quos Mach. cum suis pugnavit atq[ue] p[re]liauit, sicut 1. Mach. copiose describitur. [Et confortabo domum Iuda] i. eos qui de genere Iudæ Machabæi fuerunt vel ex duarū tri buum populo Machabæum iuuerunt. [Et domum Ioseph saluabo] i. illos qui ex decem tri buibus sibi assistebant, de manu aduersarioꝝ eripiā. [Et conuertam eos de locis] ad q[ui] con uergerunt, in quibus & latuerunt ad tempus, s[eu] in deserto, iuxta illud secundi lib. Mach. Iudas Machabæus recesserat in desertum locum, ibiq[ue] inter feras vitam in montibus cum suis age bat, & fœni cibo vescens demorabantur. [Ego dñs Deus exaudiā eos.] q[ui] mirabiliter De us exaudierit Iudā & commilitones eius, 1. & 2. Mach. lib. satis describitur. [Et lætabitur cor eorum quasi a vino.] p[re]liabantur enim p[re]lia Israel cum lætitia, & post victorias quasdam valde supernaturales, maximas Deo gratias referebant, iuxta illud 2. Mach. 10. In hymnis & confessionibus benedicebāt dño, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit eis. [Et filij eo rum videbunt patrum suorum triumphos, & lætabunt.] Sibilabo eis] i. sono aliquo, vt reuer rantur, eis insinuabo. [Et congregabo illos, quia redemi eos] de aduersantiū manibus. [Et mul tiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati] anteq[ui] s. Babylonica fuit captiuitas, [Et semina bo eos in populis] Iudas namq[ue] cum suis diuersas gentiliū terras intrauit atq[ue] vastauit, videli cet terram Philistiim, Idumææ, filiorum Ammon & Syriæ. [Et de longe recordabūtur mei] in omni enim loco Deo gratias referebant. [Et reducā eos de terra Aegypti & de Assyrijs] Iudæi namq[ue] hincinde dispersi, audita eorum, qui in terra Israel habitabant, prosperatione, redierunt illuc quāplurimi. [Et non inuenietur eis locus] i. terra Israel capere eos non po terit. Hoc per hyperbolen dictum esse intelligi potest, eo q[ui] vitra spem plures valde reuersi sunt. Cætera ex p[re]iuducta expositione vtcunq[ue] clarescunt.

De sp[iritu]ali & mystica eiusdem cap. X. elucidatione. Art. XV.

Vniuersis autem fidelibus, id quod ait scriptura ista, implendum est: [Petite pluuiam] i. diuinorum stillicidiorum instillationem a Deo in mentem, vberriam quoq[ue] a sp[iritu] san cto fœcundationem, refrigerationem, & salutaris sapientiæ aquam. Vnde apud Ioan nem dicitur: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, nō sitiet in æternū. [Et dñs faciet niues] i. dona gratiæ, desiderioꝝ malorū ardorē delētia, [Et pluuia] optatā iam dictā infundet, secun dum illud Apoc. 21. Qui sitit, veniat: & qui vult, bibat aquā vitæ gratis. Hinc Ioan. 7. legitur: Clama

Mar. vi.

Esa. 49.

Mat. 26. Acto. 4.

1. Ioan. 3. Ioan. 14.

Iosue 11.

Esaie 42.

2. Mac. 3.

Ioan. 4.

Clamabat Iesus Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. [Et dabit eis singulis herbam] i. bonae fame odorem, virtutum virorem, spirituale germen. [in agro] cordis atque ecclesiae. Omnis enim qui petit, accipit & qui quaerit, inuenit. [quia simulacra] i. vana phantasmata, sceminae imagines cordi impressae, peccata, praesertim auaritia, quae idolos est seruitus, haereticorum & schismaticorum signa & dogmata, hypocrisis, & caetera vitia specie virtutum velata. [locuta sunt inutiles] quia ad inanissima verba faciunt hominem prostrare. [Et diuini] qui sibi quod Dei est usurpantes, de futuris praesentant inordinate, & longam sibi vitam permittunt. [viderunt mendacium] quia decepti, & somniantes frustra locuti sunt. [ecce his verbis docemur] somnia vana contemnere, nec somniantes verbis intendere. Circa quod multi imprudenter se habent, & tales saepe a daemonibus ad magnas illusiones trahunt. Angelus quippe satanae se transfiguravit in angelum lucis. Vnde subiungitur: [Abducti sunt] a Deo & veritate doctrinae per vitia & errores. [affligent] ultione diuina, [quia non est eis pastor] Christum enim, qui ait Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, non imitant, ideo deuorant ab infernalibus lupis, de quibus cantamus Psal. 73. Ne tradas bestiis animam contentam tibi. [Super pastores iratus est furor meus] sicut dicit S. Bernardus: A nullis sustinet Christus tantam iacturam atque iniuriam, ut a sacerdotibus, pastoralis, pastoribusque indignis, qui gregem sibi creditum negligunt, & animas pro quibus sanguinem suum Christus effudit, perire permittunt, immo saepe & faciunt, subditos scandalizantem, insufficientes vicarios substituendo, seculariter carnaliterque viuendo. His ergo iustissime iratus est furor impassibilis Dei. Quo contra beatissimus archiepiscopus Petrus in prima sua hortat canonice: Seniores obsecro, pascite qui in vobis est gregem, prouidentes secundum Deum, non turpis lucri gratia, neque ut desistantes in cleris, sed forma gregis effecti, & ex animo. [Et super hircos visitabo] i. carnales & reprobos, de quibus Matt. 25. ser. quod Christus statuerit oues a dextris, haedos autem a sinistris. [Vistabit dominus exercituum gregem suum domum Iudae] i. veros Christi confessores, & electos ecclesiam. Tales enim dominus Deus per gratiam spiritus sancti, angelorum praesidia, & alia media dirigit, custodit & saluat, quos pastores negligenter & vitiose se habeant, quemadmodum apud Ezech. 34. testatur: Ecce ego ipse requiram gregem meum, & pascam oues meas, saluabo gregem meum. [ex ipso angelus] i. Deus ex grege suo praeficit principem virtuosum, qui contineat alios & conseruet. [Et ex ipso paxillus] i. praelatus idoneus, propter quod in Hier. Dabo, inquit, vobis pastores iuxta cor meum, & pascunt vos scientia & doctrina. [Et ex ipso arcus praehis] i. arma spiritualis militiae, virtutes & dona spiritus sancti, quibus victorialiter contra omnia tentamenta pugnantur. [Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in praelio] i. electi nempe ac virtuosus, diuino suffulti auxilio, miserabilem istam ac lutosam carnem castigant, refrenant, sicque satanam cum mundo suppeditant, cum Paulo dicentes Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Et cum Psal. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. [Et bellabunt contra concupiscentias] i. passiones & vitia, quibus impij vincunt & obsequuntur. [quia dominus cum eis est] i. per gratiam adiuuantem. aliter enim & ipsi secedunt inirent cum morte, & aduersariis suae salutis manum porrigerent. Ideo illud Hier. 20. dicere cum gratia rum actione humilitateque possunt: Dominus mecum est quasi bellator fortissimus: circo qui me persequuntur, cadent, infirmi erunt. [Et confundent ascensores equorum] i. inaniter gloriosi in seculo isto, de quibus cantat Psal. 75. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. [Et confortabo domum Iudae] i. eos videlicet, qui in verbis & actibus dominum laudant. [Et domum Ioseph] i. eos qui in virtutibus crescant, [saluabo] Ioseph autem incrementum vel crescentes interpretatur: qui vero in virtutibus non crescit, decrescit. Ideo dicit Apostolus ad Colo. 1. Ambuletis digne Deo, pro omnia crescentes in scientia Dei. [Et erunt quasi fortes Ephraim] i. spirituali vbertate implebunt: Habenti enim dabit, & abundabit. Merita quippe de meritis oriuntur, atque ad maiora merita pertrahunt, sicut mala de malis, & mala minora ad grauiora disponunt: idcirco qui modica negligit, cito deficiet. Ephraim autem interpretatur vbertas. [Sibilabo eis] i. per instinctum angelicum ac diuinum. Spiritus enim ubi vult spirat, & vocem eius audis: sed nescis unde veniat aut quae vadat. [Et congregabo illos] ut vinculo charitatis maneant iugiter adunati, vniuersaque meris habitent simul in domo. [Et multiplicabo eos] numero & merito, quemadmodum 1. ad The. 3. orat Apostolus: Vos autem Deo multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem & in omnes. [Reducam eos de terra Aegypti, & de Assyriis] i. de tenebris huius mundi & potestate diaboli. Aegyptus namque (quae interpretatur caligo) figura est mundi. Assyrius vero (quae secundum Hieron. interpretatur arguens vel conuincens) est diabolus, fratrum infatigabilis accusator. [Et ad terram Galaad & Libani] i. ad societatem ad vitam spiritualem virtute splendentium. [adducam eos] ut de vitijs ad virtutes transmigrarent, virtutibusque dealbati nirescant. Galaad enim, transmigrationis testimonium: Libanus vero, dealbatio interpretatur. [Et transibunt in maris fretum] i. seculum istud mari comparatum, sine submersione peccati perambulabunt. [Et percutient in mari fluctus] i. inquietudines mundi eis sedabit: post tempestatem enim dat Deus tranquillitatem, qui non sinit nos tentari supra possibilitatem, & tribulationis tempore specialius adest. [Et humiliabitur superbia Assur] i. demonum

monum tentatorum nostrorum praesumptio deicietur, dum Christi virtute ab electis vincuntur, atque sub pedibus fortium conteruntur. [Et sceptrum Aegypti recedet] id est, mundana conuersationis imperium cadet, nec electis fidelibus praualebit. Caetera ex praedictis patet.

Expofitio cap. XI. Aperi Libane portas tuas. Art. XVI.

Postquam de prosperatione Iudaeorum post reditum de Babylone, multa praedixit propheta, iam de eorum calamitate non parua pronunciat, ne prosperis extollant, sed in die bonorum memores sint malorum. [Aperi Libane portas tuas] Secundum Hieron. & vniuersos expofitores, hic pronunciat destructio templi, ciuitatum & populi Iudaeorum a Romanis, ita quod nomine Libani, templum tempore Zachariae aedificatum notatur, ob suam altitudinem & decorem. Nihil enim monte Libano in terra promissionis excelsius est, nemorosus, siue cedenus, secundum Hieron. Libanus ergo portas suas aperuit permiffus, quoniam per eas ingressi sunt templum Romani sub Tito ac Vespasiano. [Et comedet ignis cedros tuas] Romani enim templum incenderunt, & omnia ligna ex quibus fuit constructum. [Vlula abies, quia cecidit cedrus.] Per abietem principes, per cedrum sacerdotes Iudaeorum signantur. Monet igitur eos propheta, ut mutuo se deplorent: quod enim per abietem cedrumque significauerit, subdit quoniam magnifici] i. superiores in synagoga, [vastati sunt] a Romanis. [Vlulate quercus Basan, quoniam succifus est saltem munitus.] Si per quercus Basan & saltum munitum seu nemorosum, intelligunt ligna illa & arbores in regione Basan trans Iordanem, ubi olim tribus Ruben & Gad, ac media tribus Manasses habitauerunt: tunc quercus iubentur vlulare materialiter & metaphorice, propter succifionem saltus illius: Romani enim ligna succiderunt. Si vero per quercus Basan intelligantur Iudaei ibidem manentes, tunc per saltum succifum accipit ipsa Hierusalem vrbs Iudaeae fortissima, vel templum eius firmissimum, cuius destructio fuit oibus Iudaeis ratio vlulandi. [Vox vlulatus pastorum] i. sonus & clamor maximi fletus sacerdotum atque doctorum Iudaeae plebis, dire insonuit. quoniam vastata est magnificentia eorum] i. famosum illud ac praenominatum templum ipsorum. [Vox rugitus leonum] i. principum populi huius, quoniam vastata est superbia Iordanis] i. terra seu populi Iudaeorum circa Iordanem, qui est maximus fluuius in Iudaea, secundum Hieron. unde & de fluuiio illo tremebat. [Hac dicit dominus Deus meus] Pasce pecora occisionis] Tu Zacharia propheta populum istum instar brutorum occidendum tempore Titi, nunc instrue, praedicando iam eorum calamitatem futuram, quatenus ipsi tempore suo, illam ex tuo vaticinio perpendentes sibi mox imminere, conuertantur, spiritualiterque saluentur. [Quae] pecora] quae possederant] i. ea, puta Romani, [occidebant] i. ea, [Et non dolebant] i. eis compatiendo. [Et venundabant ea, dicentes] Benedictus dominus, diuites facti sumus. Romani quippe innumerabiles Iudaeos vendiderunt, & de eorum precio gloriantes, benedicebant domino, cuius nutu & potestate putabant se praeraluisse. Et forte quemadmodum Nabuchodonosor ad Sedechiam, ac Nabufardan ad Hieremiam dixerunt ac fassi sunt, quod Iudaei propter peccata in Deum ipsorum commissa, traditi essent in manus hostiles, ita Romani saltem nonnulli iudicabant Iudaeos propter iniquitates suas traditos sibi. [Et pastores eorum] i. sacerdotes & maiores Iudaeorum, [non parcebant eis.] nam ante aduentum Romanorum subditos aggrauauerat, suaque infidelitate ac vitijs ad tantam vastitatem eos duxerunt. [Et ego non parcam vltra super habitantes terram] i. Iudaeorum terrae ac plebi non parcam diutius. [Dicit dominus] de hac siquidem terra Iudaeae fit sermo. [Ecce ego tradam homines] Iudaeos [vnumquemque] in proximi sui manum: quia ut Iosephus scribit, instante Iudaeorum defectione a Tito, maxima fuit inter eos discordia, ita ut in tres partes diuiderent, & se mutuo impugnarunt, atque opprimerent. [Et in manu regis sui] videlicet principis Romanorum, seu Imperatoris, qui contra Iudaeos per Titum praualuit. [Et concidet terram] i. vrbes & habitacula Iudaeorum demolientur Romanis: vniuersas siquidem Iudaeorum vrbes (secundum Hieron.) destruxerunt. [Et non eruam de manu eorum] i. Iudaeos de manu Romanorum usque in finem mundi non eripiam: peruenit enim ira Dei super eos usque in finem, sicut a Daniele fuit praedictum: Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce vltimo, & finis eius vastitas, & usque in finem perseverabit desolatio. De hac Iudaeorum vastatione apertissime scriptum est in Esai: Facti sunt (inquit) in rapinam, nec est qui eruam in direptionem, nec est qui dicat, redde. Dominus combussit eos in circuitu, & non cognouerunt. Ideo hoc loco ait Hieron. Audi Iudae, quid tibi spes vanissimas repromittis, & non audis dicentem affirmantemque dominum: Non eruam de manibus eorum, quod aeterna sit apud Romanos tua futura captiuitas: [Et pascam pecus occisionis] i. Iudaeos morti destinatos interim aliam, donec eorum tempus adueniat. [propter hoc, o pauperes gregis] i. o vos fideles Iudaei in Christum credentes, ex populo gregis praefati, seu synagoga, qui in primitiua ecclesia cuncta terrena spreuistis, vitamque pauperissimam de duxistis: audite, quae sequenter dicturus sum. [Et assumpsi mihi duas virgas] i. duos populos ad cultum meum ego Deus omnipotens vocavi, eos videlicet, qui erant & mihi serui erunt sub lege naturae, quando post diluuium tempore Noe omnibus gentibus benedixi, & modum viuendi praescripsi: & alios, qui a tempore Moysi vel potius Abrahamae, spe

1. Thef. a Dan. 9.

Esa. 42.

cia-

cialiter ad cultū Dei vocati sunt, puta Iudæos, [vnam vocari decoram] i. primum populum appellauit pulchrū, vel propter naturæ puritatem, vel quoniam nondū ad idololatriam declinavit, & quia pulcherrimum fuit, vt vniuersitatis creator & pater omnes indifferēter ad se colendum vocaret. [et alteram vocari funiculum] i. populum Iudæorum, quem à cæteris mihi abscidi, meoq; cultui singulariter, alijs ad idololatriam labentibus, mancipauit, quem admodū in Deut. habetur: Pars autē domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. [et paui gregem] quia vtrunq; populum sustentauit, & specialiter populum Israel spiritualiter enutriuit, iuxta illud Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerūt me. [Et succidi tres pastores in mense vno] Hos tres pastores intelligit Hieron. fuisse Moysen, Aaron, & Mariam: qui Deum offenderūt, atq; eodem mense deleti sunt aliq; modo. Siquidem illo mense q̄ Maria soror Moysi Aaronq; defuncta est, Moyses & Aaron Deum ad aquas contradictionis offenderūt, moxq; diuinit⁹ adiudicati sunt non ingredi terram promissam, sed mori in solitudine. De q̄bus & per Esaiam dñs ait 43. Interpretes tui præuaricati sunt. Itemq; Psal. Ab sorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Alij tres pastores, accipiūt sacerdotes, & prophetas falsos, ac principes Iudæorū, q̄ oēs pariter post Christi passionem à Romanis occisi sunt. [et contracta est anima mea in eis] i. peccatis eorū indignatus sum, & quantum ad hæc, mihi displicuerūt. Vnde de eis cantamus in Psal. 98. Deus tu ppicius fuisti eis, & vlciscens in oēs adinventiones eorū. [Siquidem & anima eorū variavit in me] i. mihi vniiformiter atq; stabiliter non adhæsit, nec credidit, sed sæpe male agētes variauerūt cor suū à me. [Et dixi: Non pascam vos] Deus enim comminabat̄ frequenter se populū Israel occisurū propter eorū peccata, sed Moysen exorante, placatus est. Vel, non pascam vos, ad terrā pmissionis introducendo. [Quod morit, moriati] & qd succidit, succidat̄ i. vniuersi Iudæi, q̄ contra me toties murmurauerūt in solitudine, cadāt & delectant. Nempe de tot millib⁹ numeratis, soli Iosue & Caleph terram sanctam ingressi sunt, cæteris in eremo mortuis. [et reliquorēt vnusquisq; carnem proximū sui] i. mutuo se occidant, sicut & factū fuit post aurei vituli adorationem, qñ tot millib⁹ occisis, Moyses dixit Exo. 32. Cōsecrastis manus vestras dño, vnusquisq; in fratre suo, & proximo suo. [et tuli] i. à me pieci, seu abstuli, [virgam meam, q̄ vocabat decus] i. populū nationū, [et abscidi eam] à collegio electorū, atq; à meo obsequio, qñ ad idololatriam declinauerūt. Omnes em̄ declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Ista abscisio facta est, qñ Iudæorum populus ad Dei cultū specialiter vocabat̄, secūdū Hieron. [vt irritū faceret scedus meū, qd pcussi cum oibus populis] i. pactū illud dirūperem, p̄ qd tēpore Noe oēs nationes ad cultum meū vocandas institui, qñ & oibus benedixi, formamq; viuendi p̄fixi, secūdū qd Gen. 9. describit. Hæc dictio vt, tenet hic concomitanter, non casualiter, sicut in Psal. 50. Tibi soli peccaui, vt iustificeris. [Et in irritū deducū est in die illa] i. tempore iam præfato disruptū est, q̄a vt ait Hieron. statim vt Israel assumptus est, gentiū turba proiecta est. [et cognouerūt sic pauperes gregis] i. humilis atq; fidelis populus Iudæorū, vel etiam aliq; ad gregem dominicum pertinentes, diuinitus illustrati, puta electi gentiles, q̄ de Christi aduentu fidem habuerūt, vt Iob. [q̄ custodiūt mihi] i. ad honorem nominis mei præcepta mea obseruant. [q̄a verbū dñi est] i. q̄ ista gentiū abiectio sit à Deo præuisa, prædicta, inhiesta. Vnde ad Abraham dñs dixit Gene. 17. Pactū meū statuam inter me & te & sementū. Moyses q; populo Iudæorum perhibuit: Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. [Et dixi: ego Deus] ad eos] puta ad Iudæos mihi deseruientes, [si bonū est in oculis vestris] i. si rationabile vobis appareat, [cassate mercedē meam] i. vicem mihi rependite, & aliqd pro me donate, mihi seruite ac obedite pro beneficijs tantis, q̄ p̄ cūctis nationibus vos in populū hereditariū funiculūq; assumpsit. [et si non] i. si istud vobis non placet, nec iustū videt, [q̄escite] i. à cultu meo cessate. Hoc dñs ait, non licentiando ad malū, sed insinuando, q̄ nullū cogit ad bonū, sed quemlibet in libertate arbitrii sui relinquit. Sic nāq; & Christus dixit ad Iudam Ioan. 15. Quod facis, fac citius, s. me tradendo. Vnde Ecclesia. 15. scriptū est: Deus creauit hoīem, & reliquit eum in manu consilij sui. [et appenderūt mercedem meam triginta argenteos] i. pro tantis bonis, quæ eis exhibui, tandem pro me iam incarnato, vt traderet eis ad occidendū, exposuerūt triginta denarios, iuxta illud Matth. 26. Abijt Iudas ad principes sacerdotū, & ait eis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituerūt ei triginta argenteos. Hæc ergo dicunt ex persona filij, non patris, aut spūs sancti. [Et dixit dñs ad me] Zachariam: Projice illos ad statuariū] i. ante Deū oīm iudicem, factorem, fuforem, seu figulū, projice istos argenteos, vel projiciendos pronuncia, vt Deus factum istud decernat, & precij istud dijudicet. Statuarius autē, fictor seu fufor statuæ vocat̄. Deniq; aliq; dicūt, in Hebræo tale verbū haberi, q̄ nō solū statuarius, sed & thesaurarius potest intelligi, vt denarij isti designentur proiecti coram sacerdotibus in templū, qui erant thesaurorum templi custodes. [decoꝝ precij, quo appreciatus sum ab eis] Hoc Christus ironice seu cum irrisione subannationeq; dicit, tanquam dicat: quā vilis ab eis sum reputatus, qui

Deut. 32

Psal. 140

Psal. 13

Deut. 7. 14. 26.

qui me tam modico precio vendendum atque emendum iudicauerunt. [et tuli] id est, accepi ego Zacharias, [triginta argēteos] precium Christi, [et proieci illos in domum domini ad statuariū] Hoc Zacharias in imaginaria quadam representatione, & prophetica futuri significatione fecisse credendus est, ad innuendum, quod proditor Christi realiter faceret, quod propheta sibi facere in visione imaginaria videbatur. Hanc autem scripturam allegat beatissimus Euangelista in Christi passione impletam. Sensam tamen magis quā verba commemorat, & aliqua interponit, secundum quod spiritus sanctus eum instruxit. Præterea, sicut in alijs locis, ita & hic sacra scriptura quasi de eisdem loquens, loquitur de diuersis, ad eundem tamen pertinentibus populū. Solet quippe sub nomine populi de diuersis quasi de eisdem loqui. Consequenter dominus ait: [Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur funiculus] id est, statim cum tam vili precio Iudæi Christum emisissent, tamq; atrociter occidissent, abiecti virgam meam secundam, videlicet populū Iudæorum, tradens eos vsque in finem manibus Romanorum. [vt dissoluerem germanitatem] id est, propinquitatem atque concordiam [inter Iudam & Israel] id est, fratres ab inuicem separarem, eos videlicet, qui ex Iudaismo crediderunt in Christum, qui nomine Iudæ signantur, & eos qui credere renuerunt, & nomine Israel exprimentur, eo q̄ decem tribus quæ in infidelitate sua à tempore Hieroboam permanerunt, nomine Israel & Ephraim sæpius denotentur. Vnde Christus in Euangelio ait: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, &c. Iam per Zachariam Deus prædixit se relicurum populū Iudæorum, eo quod Christum suscipere despexerunt, nunc de eorum seductione ab Antichristo, & de aduentu atque operibus Antichristi, propheta inducitur. [Et dixit dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti] id est, insignia & vestimenta seu habitum pastoris huiusmodi indue, vel applica tibi, videlicet peram pastoralem, baculum, fistulam, sibilum hoc est, ista assumendo, non solum verbis, sed rebus & factis denuncia esse futurum quod dicam, quemadmodum Esaias, nudus eundo, populi captiuitatem monstrauit, Ezechiel quoque parietem perfodiendo, & vasa sua transferendo, quid futurum eis esset, rebus ostendit. Prophetæ nanque non verbis duntaxat, sed operibus etiam frequenter aliqua nunciant. Insuper iuxta Hebræos, cuiuslibet artis instrumenta, vasa artificis nuncupantur. [Quia ecce ego suscitabo] i. permittam [pastorem in terra] vt pote Antichristum, de quo ait Saluator: Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quoniam enim Christum summam veritatem suscipere noluerunt, iusto Dei iudicio ab Antichristo decipi merebuntur Iudæi, sicut ait Apostolus secundę Thessalonicensū secundõ: Quia non crediderunt veritati, consenserunt autem iniquitati, ideo mittet illis Deus spiritum erroris, vt credant mendacio. Istis enim dixerat Deus: Non pascam vos: quod moritur, moriatur. [qui derelicta non visitabit] id est, impios à Deo relictos, ad viam iustitiæ non redacet. [dispersa non quæret] id est, à Deo per errores vitiaq; diuisos, spiritualiter non adunabit. [et contritum non sanabit] id est, vitijs faucium non curabit. [et id quod stat, non enutriet] id est, exi stentes in gratia nō corroborabit. [et carnes pinguium comedet] id est, diuitum bonis consumet. [et vngulas eorum dissoluet] non consentientes sibi crudeliter persequendo, vel consentientes sibi spiritualiter occidendo. Itaque pastor iste nefarius, nullum veræ pietatis opus ad bonum spectans prælatum, habebit, sed omnia prorsus contraria. Ideo contra eum exclamat Prophetas: O pastor] i. simulatione ac nomine, [et idolum] id est, falsum & vanum simulacrum, quod apparet non existendo, & qui te pro Deo facies adorari: extolletur enim supra omne quod est aut colitur Deus, ita vt in templo Dei fedeat, ostendens se tanq; sit Deus. [derelinquens gregem] id est, tibi adhaerentes subuertens. [gladius super brachium eius] id est, supra & contra potestatem Antichristi erit virtus, vltio atq; sententia Christi, qui spūs oris sui interficiet eum. [et super oculus dextrum eius] id est, super sapientiam illam eximiam, quam sibi inesse constringet. Afferet enim se omnibus sapientiorum. Sed Christus illustratio: ne aduentus sui destruet eum, eiusq; signēta nudabit. De qua re in Daniele, & in Apocalypsi per diuersa capitula plenius scribitur. [brachium eius ariditate siccabitur] id est, omnis potestas eius deicietur. [et oculus dexter eius] id est, sapientia diuinorum, quam sibi inesse testabitur: [tenebescens] vitiorum caligine obnubilata, [obscurabitur] quia & ipse in exterioribus tartareis impelletur tenebras. ipse enim est pseudopropheta & bestia, de quibus tanta in Apocalypsi leguntur. Præterea ista de Antichristo prolata, de negligentibus & superbis imperitis, carnalibusq; pastoribus accipi possunt, qui sibi commissos spiritualiter non pascunt, non docent, non arguunt, non emendant, neq; sustentant, neq; perficiunt, immo negligunt, & seducunt, sed de eorum bonis delicate se nutriunt. Horum cuiuslibet dñs clamat: O pastor & idolū, derelinquens gregem, cuius potestati & intellectū Christus dure tractabit. Vnde

Matt. 27

Matt. 10.

Esa. 10. Ezech. 12

Ioan. 5.

2. Thess. 2.

Dan. 7.

Apo. 16. 19. 20.

Vnde boni pastoris est, gratia auxiliante, implere quod dominus ait per Ezechiel. 34. Quod perierat, requirami & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabor: & quod infirmum fuerat, consolidabor: & quod pingue & forte, custodiam, & pascam illas in iudicio. Postremo, per duas virgas, de quibus nunc factus est sermo, quidam intelligunt duos reges, vel duo regna, videlicet duarum tribuum ac decem: hoc est, Hieroboam, qui pulcherrime loquutus est decem tribubus, propter quod dicitur virga decora. Et Roboam, qui dixit ad populum: Ego caedam vos scorpionibus, ideo appellatur funiculus. Primo autem abscidit Deus regnum decem tribuum per Salmanasar regem Assyriorum, deinde duarum tribuum regnum per Titum atque exercitum Romanorum. Siquidem per Chaldaeos non erat omnino praecisum, sed post certum tempus reductum. Per tres autem pastores, vno mense successos, intelligunt Ochoziam regem Iuda, & Ioram regem Israel, eiusque matrem Iezabel, quae simul cum ipso populo rexit, quos Iehu filius Namsi simul occidit, vt legitur 4. Reg. 9.

3. Reg. 12
4. Reg. 17

¶ Elucidatio capituli XII. Onus verbi domini.

Articulus XVII.

Præfens capitulum & omnia quæ sequuntur, maximis obscuritatibus plena sunt, & à diuersis expositoribus multiformiter exponuntur. Intendo autem sequi Hieronymum, quanquam & ipse recitatur potius, quam assertur in hoc loco loquatur. [Onus verbi domini] id est, vastitas diuino sermone prænunciata [super Israel] id est, contra plebem Iudaicam. [Et dixit dominus extendens caelum] id est, orbem caelestes in latissima figura constitutus, vel in maxima quantitate molitus. Sphærica namque figura capacissima est. Vnde Esaiæ 40. dicitur: Qui extendit velut nihilum caelos, & expandit illos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Itemque in Psalm. 103. Extendens caelum sicut pellem. [Et fundans terram] id est, sua virtute eam in medio vniuersi tanquam centrum fulciens & cõseruans, sine omni sustentaculo ei supposito, cum sit infimum elementum. Hinc Iob 38. habetur: Super quo bases eius solidatae sunt: Et alio loco: Deus appendit terram super nihilum. Non quod nihil sub ea sit, sed quia id ad eius sustentationem non facit, propter quod Prouerb. 3. legitur: Dominus sapientia fundauit terram. Veruntamen secundum philosophum, omnia tendunt ad centrum, sicque vniuersæ partes terræ ad medium eius naturaliter inclinantur. Et hoc vnde, nisi ex institutione & impressione omnipotentis sapientiae super gloriosissimi, super sanctissimi, super uoluptuosissimi creatoris: [Et fingens spiritum hominis in eo] id est, animam corpori organizato per creationem infundens, iuxta illud Esai. 42. Ego dominus, dans flatum hominibus suæ sententiae exordium sumat, ita quod nec omnes simul creatæ sunt, nec suis corporibus præexistunt, sed quælibet dum corpori suo infunditur, simul creatur, iuxta illud in Psalm. 32. Qui finxit singulatim corda eorum. [Ecce ego ponam Hierusalem super liminare crapulae] id est, huiusmodi superliminari eam assimilo, ita quod omnis qui eam inuasit, quasi crapula victus impingat & corruat. Sic itaque pono eam [omnibus populis in circuitu eius] manentibus, qui eam impugnant. Istud creditur tempore Pompei adimpletum, qui (vt Iosephus scribit) Hierusalem cepit, & templum irreuerenter ingressus est, cui & gentes in circuitu Iudæorum manentes adhererant. Immo & quidam Iudæorum capti ab eo, qui licet inuite, tamen eadem videbantur ferre auxilium. De quibus subiungitur: [sed & Iuda erit in obsidione contra Hierusalem.] Sic quippe secundo Machabæorum quidam Iudæi leguntur Nicanorem per necessitatem sequuti contra Machabæum. [Et erit in die illa] id est, tempore illo, [ponam Hierusalem lapidem oneris] id est, grauissimo oneri eam assimilabo, [cunctis populis impugnantibus eam], ita quod sicut sine labore & pœna lapis grauis leuari non valet, sic & Hierusalem non sine impugnantium suorum ruina atque periculo deicietur siue vincetur. [Omnes qui leuauerunt eum, concisione lacerabuntur] id est, sicut rapturam incurrunt, qui saxum grauissimum ultra vires leuare conantur, sic & vastantibus Hierusalem fiet. [Et colligentur aduersus eam omnia regna terræ] id est, aliqui de regionibus singulis principi Romanorum contra Hierusalem se adunabunt. Distributiones quippe in libris prophetis non sunt strictè intelligendæ in pluribus locis. [In die illa, dicit dominus: Percutiam omnem equum in suporem, & ascensorem eius in amentiam] id est, equos & equites præinductos conteram & vastabo. Vt enim in chronicis atque historiis scriptum est, ab eo tempore, quo Pompeius templum ingressus est, ipse cum suis deficere & perire incepit, nec amplius, vt ante, est prosperatus, tandemque decollatus occubuit. [Et super domum Iuda aperiam oculos meos] id est, Iudæos qui necessitate compulsi contra Hierusalem pugnaverunt, clementer aspiciam, nec vt ceteros puniam eos. [Et omnem equum populorum percutiam cecitate] vita & visu eos priuando, ne ultra subseruiant his, qui contra Hierusalem intumescunt & pugnant. [Et dicent duces Iuda in corde suo] id est, principales Iudæorum contra Hierusalem necessitate quadam

Iob. 26.

3. Mac. 8

dam pugnantium, [confortentur mihi] id est, ad gaudium meum & commodum, [habitatores Hierusalem in domino exercituum Deo eorum.] Cordialiter namque optabant ipsam Hierusalem præualere. [In die illa ponam duces Iuda] iam dictos, sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in sceno. [Cur autem comparatio ista detur, subiungitur] [Et deuorabunt] id est, occident vel superabunt, [ad dexteram & ad sinistram] & pari ratione ad alios situs terræ, [Omnes populos in circuitu] id est, quosdam de omnibus, & inopinabiliter multos circa se & in suo gyro manentes. [Et habitabit Hierusalem rursus in loco suo] id est, à ciuibus suis pacifice iterum incoletur, [in Hierusalem] id est, in loco & spatio solito. Iudæi namque post abscissum mortemque Pompei, in magna potestate fuerunt ac pace. Nam & Octavianus fauebat eisdem. [Et saluabit dominus tabernacula Iuda] id est, vrbes, castella, villas, & viculos eorum, qui necessitate quadam sequebantur Pompeianos, illis à Iudæa abscissis. [Sicut in principio, vt non magnifice] id est, immoderanter & vane gloriatur domus David, & gloria habitantium Hierusalem] id est, famosi & inlyti ciues Hierusalem, qui tempore persequutionis mauerunt constantes, quorum nonnulli de David progenie fuerant. [contra Iudam] id est, eos qui formidine victi, aduersarijs se iuxerunt, sed considerando se diuina potestate protectos, ad suos reuersi sunt. [In die illa proteget dñs habitatores Hierusalem] ne ab aduersarijs eos obsidentibus penitus conterantur. [Et erit in die illa, qui offenderit ex eis] id est, qui peccauerit, [quasi David] id est, misericordiam à Deo cito & largiter consequetur, sicut & David frequenter. De quo dixerat Deus: Misericordiam meam non auferam ab eo. [Et domus David] id est, filij eius carne & fidei atque constantiae imitatione, erunt quasi Dei] id est, sicut præelectissimi gratie filij, qui mentem suam nusquam mutauerunt à Deo. Ideo subditur: [Sicut angelus dñi in cõspectu eorum] qui gratiam istam eis donandam præsentialiter viderint, apparebunt: sicut solemus de homine plurimum gratioso asserere, quod sit angelicus homo. Ad ipsamque David mulier Thecuite loquitur: Tu dñe mi rex, quasi angelus Dei es super terram. [Et erit in die illa, quæra contere oes gentes, de quibus nunc dictum est, qui veniunt contra Hierusalem] animo disperdendi quæ perierunt. [Et effundam super domum David & super habitatores Hierusalem] id est, quibus iam facta est mētio, sicut super posteros David & ciues Hierusalem, super nobiles & vulgares, spiritum gratiæ & precum] id est, spiritum sanctum totius gratiæ fontem, deuotarumque orationum datorem. Quid enim oremus sicut oportet, ignoramus, sed ipse spiritus orantes nos facit. Istud potissimum fuit impletum modico tempore post prædicta. Siquidem post mortem Pompei, Iulius ei conterminaneus usurpauit sibi imperium, cui successit Octavianus, sub quo natus est Christus, post cuius natiuitatem mox cepit gratia Dei abundare in populo Iudæorum, propter quod, tempus Christi appellatum est per antonomasiam tempus gratiæ. Hinc Esai. 44. Deus hortatur: Noli timere serue meus Iacob, Effundam spiritum meum super seminem tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Hoc est quod Christus ait: Venit tempus, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. [Et aspicient ad me, quæ confixerunt.] Istam scripturam ad Christi passionem pertinere, & in ea impletam esse, docet discipulus quæ diligebat Iesum: Facta, inquit, sunt hæc, vt scriptura impleretur: Videbunt in quæ transixerunt. Aspexerunt autem Iudæi ad Christum, quem occiderunt, quando post passionem & resurrectionem atque paracleti missionem ad prædicationem apostolorum conuersi sunt, in tantum quoque, vt multa sacerdotum turba euangelio obediret, vt scribitur in Actis. De ille quippe Christus passione sua instantem, in Ioan. scribitur prædixisse: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Tunc insuper impleta sunt quæ subiunguntur: [Et plangent eum] videlicet Christum à se occisum Iudæi isti conuersi, [planctu quasi super vnigenitum] id est, tali deploratione, qua decuit vnigenitum Dei filium à suis intersectoribus lamentari. Vel sensus est, quod plangerent eum cordialiter & amare, sicut vnigenitus defunctus solet à suis decesseri parentibus, propter quod subditur: [Et dolebunt super eum] quod eum tam crudeliter fuerat persecuti, [sicut doleri solet in morte primogeniti] id est, valde vehementer. Dubium enim non est, quin inestimabiliter eum, immo & propria sua peccata deplaxerint, prout mox clarius subditur. [In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Hadadrimon in campo Mageddo] id est, sicut Iudæi vehementissime deplanxerunt Iosiam regem à Pharaone Necho rege Aegypti occisum, qui planctus fuit Hadadrimon, id est, ciuitatis sic dictæ, ac sitæ in campo Mageddo, in quo campo Iosias fuit occisus, propter quod planctus iste incepit in vrbe & campo præfatis. De qua re scriptum est plenius 2. lib. Paralip. quo inter cetera legitur, quod Hieremias luxerit eum maxime, cuius cantores & cantatrices usque in presentem diem lamentationem super Iosiam replicant. [Et plangent Christum terram Iuda] id est, habitatores terræ, de quibus mox additur: [familie & familie seorsum.] id est, qualibet per se. [familie domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum.] tempore enim tribulationis & orationis decet viros ab vxoribus separari, vt deuotius atque honestius inuocent Deum, propter quod dictum est à Iohel: Egre diatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Hoc apud Iudæos obseruabatur, quemadmodum nunc in ecclesia viri & feminae resident segregati in. [familie domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum] id est, mulieres eorum seorsum.

2. Reg. 5.

2. Re. 14.

Roma. 8.

Ioan. 4.

Ioan. 19.

Acto. 6.

Ioan. 12.

2. Par. 25

Iohel. 2.

rum seorsum: familiae Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.]secundū Hieron. per familiā David intelligitur regia tribus, videlicet Iudae per familiā Nathā, prophetalis ordo signatur: per familiā Leui, sacerdotalis progenies: per tribū Semei, doctores expressi sunt, quia ex hac tribu magistroꝝ agmina pullulauerunt. [Oēs familiae reliquae, familiae & familiae seorsum, & mulieres eorum seorsum.] Hae familiae generaliter exprimentur, nō particulariter distinguuntur, qm̄ speciale dignitatis priuilegium nō habuerunt. Secundum Hieron. si cōsideremus quā multa millia Iudaeorum in Hierusalē ab apostolis mox misso spiritu sancto conuersa fuerunt, facile est pensare, quā vere tunc ista impleta sunt, praesertim cum Act. 2. dicatur: Erāt autem in Hierusalē habitantes Iudaei viri religiosi ex omni natione quae sub caelo est, & ex illis multi tunc conuertebantur. Denique vehemens planctus iste statim in hora mortis Christi sumpsit exordium, iuxta illud: Omnis turba eorum qui aderant ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.

Luce 23.

De alia eiusdem capituli explanatione. Art. XVIII.

DEniq; intuendum, q̄ quidā expositores praeductum cap. ad literā exponunt de ecclesia Christi, & psequutione ipsius, quorū nōnulli exponunt de psequutione ecclesie primitiuae a Iudaeis incredulis principibusq; Romanis, alij vero de psequutione ecclesie tpe Antichristi. Ceteri autē, q̄s iā assequutus sum, exponunt ad literā de synagoga. Mystice vero, de ecclesia secundū eius decursum a principio vsq; ad finē. Nunc ergo p̄sens cap. taliter exponet, vt ad oīa ista faciliter valeat eius expositio applicari. [Onus verbi dñi] i. tribulatio diuinitus denunciata [sup Israel] i. ecclesiam, q̄ vere ac spiritualiter Israel, i. Deū vidēs vocat. [& dixit dominus extēdēs caelum] i. hoīes cōtēplatiuos purē celsiformisq; cōuersionis, ad amorē diuinoꝝ sustollēs, ad supnaq; eleuās, atq; per charitatis latitudinē ad beneficiēdum oībus ducēs. [& fundās terrā] i. actiuos & cōiugatos, quorū pedes terrā iugiter calcāt, dum in tēporalibus quotidie occupantur. Hos Deus fundat in humilitate, timore, & p̄ceptoꝝ custodia, ne per multa diffusi ac vagi, mēte separētur a Deo, caducis magis q̄ summo ac inuariabili bono affectualiter adherēdo. [& fingēs spm̄ hoīs in eo] i. gratiā deuotionis, cōtritum ac humilē spiritū p̄stās hoībus, sicut oramus psal. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spm̄ rectum in noua in viscerib; meis. Ad Timot. quoq; ait Apost. Dedit nobis spm̄ virtutis, & dilectiōis, & sobrietatis. [Ecce ego ponā Hierusalē, i. ecclesiam, de q̄ ab Esaia dicit: Surge, illumina Hierusalē. Et in Apoc. Vidi ciuitatē sanctā Hierusalē, descendentē de caelo.] [super illuminae crapulā,] ita vt omnis qui limen eius, seu eam malignatē inuaserit, cadat & pereat, sic enim perierūt p̄sequutores primitiuae ecclesie, saltem in anima, & multi etiam corporaliter fuerunt plagati sic etiam Antichristus cum suis peribit, sic & tyranni & haeretici, itemq; schismatici, omnesq; p̄sequutores iustorum perierunt, pereunt, & peribunt. Sed & Iuda erit in obsidione contra Hierusalem.] Hoc fuit in primitiua ecclesia adimpletum, quando aliqui corde Christiani, qui nomine Iudae, qui interpretatur confessio, designantur, ex timore iunxerunt se p̄sequutoribus ecclesie, quae per Hierusalē significatur, sic demum erit & tēpore Antichristi, in cuius exercitu erunt aliq; fideles timore cōpulsī, sed & p̄sequutionis tpe id saepius accidit. [In die illa ponā Hierusalē] i. ecclesiam lapidē oneris omnibus populis, ita q̄ oēs qui eam tollere moliantur, succumbēt, sicut succumbit qui saxum grauissimum leuare conatur. Nō enim deficit, sed augetur p̄sequutionibus ecclesia Christi. Et quauis tēpore Antichristi ad tēpus aliquātulum valde minorari videbitur p̄sequutione dirissima, finaliter tamē, immo & cito, penitus praeualebit. [Et colligētur aduersus ea oīa regna terrae] i. multi de regionibus vniuersis, quēadmodū tpe Imperatoꝝ ecclesiam vastatium cōstat impletum, & in Antichristi diebus implebitur. Propter qd̄ Christus dixit discipulis: Odio eritis omnibus hoībus p̄pter me. [In die illa percutiā omnē equum in stuporē, & ascensorē eius in amentiam] i. vniuersa p̄sūdia p̄dictoꝝ ecclesie aduersarioꝝ deiciā. Deniq; demonum equi sunt oēs p̄uersi, praesertim qui opprimunt bonos. Haereticorū quoq; & schismaticoꝝ equi sunt, q̄ eis cōsentiūt, eosq; portāt atq; circumferunt, immo oēs, qui alioꝝ impietatibus subministrant, eorū equi censentur. Praeterea Iuda est in obsidione cōtra Hierusalē, dum clerici, & qui alios a peccatis reuocare deberēt, vulgum & simplices vel subiectos ad vitia pertrahunt, a bono impediunt, vel propter insitiā tribulāt. [& sup domum Iuda aperiā oculos meos] i. eos q̄ solo timore & nō ex animo adhāserunt p̄sequutoribus ecclesie, clemētē aspiciā, ne aeternaliter pereant. Talibus quoq; miserabitur Deus tpe Antichristi, quia cum ipso nō peribunt, immo eo occiso ad fideles redibunt, & suā imperfectionē dessebunt. [Et dicent duces Iuda in die illa] i. principales inter hos. [Cōfortentur mihi habitatores Hierusalē] i. filij ecclesie praeualeant. Hoc q̄ppe toto corde concupiēt. Potestq; hoc etiam ad primitiuam ecclesiam applicari, quauis quidam dicat oppositum, eo quod tunc multi Iudaei fuerint occulte Christiani, sicut fuit ad tempus magnus ille Gamaliel, immo & ante passionem non pauci crediderunt in Christum, iuxta illud Ioannis 12. Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Iudaeos non confite-

2. Tim. 1.

Esaia 60 Apoc. 21

Ioan. 16.

confitebatur. Tales ergo prosperitatem ecclesie affectabāt. [In die illa ponam duces Iudae,] de quibus iā dictū est, [sicut caminū ignis] i. virtutem constantiae roburq; animi tribuam eis, vt aduersarijs suis praeualeant, vel spūaliter tantū, vel etiā corporaliter. Nam Antichristo sublato, qui ei ex timore adhārebāt, Christianis coniuicti, cōtra perfidos victorioso resistent. Insuper saluator suis ait: Ecce dedi vobis potestātē calcandi super omnē potestātē inimici, & nihil vobis nocebūt. Spiritualiter vero deuorauerunt fideles primitiuae ecclesie. [& deuorabūt] post mortē Antichristi tunc Christiani fideles, [ad dexteram & sinistrā omnes populos in circuitu.] quosdā, immo plurimos valde de omni natione & regnis conuertēdo, & dño saluatori eosdē salubriter incorporando. [Et saluabit dñs tabernacula Iudae] i. praefatos, qui ad tēpus timore inordinato a fidelibus recesserūt, vt non magnifice gloriatur domus David, & gloria habitantiū Hierusalē contra Iudam] i. ne inconcussi atq; perfecti, qui in omni euentu constantes in ecclesia persisterant, eos qui perterriti fuerant, prorsus contemnant, sed eis redeuntibus, charitatie condoleant & succurrant. [In die illa proteget dominus habitatores Hierusalem] i. electos ecclesie filios, quos & in primitiua ecclesia protegit, nunc quoq; proteget & tempore Antichristi defendet. nam & si corporaliter eos occidi permittat, animas tamen ab omni periculo eripit, ipsamq; quam sustinent passionē, ad ineffabilē eis felicitatem conuertet, iuxta illud Sapient. Et si corā hominibus tormēta passi sunt, spes electoꝝ immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponētur, qm̄ Deus dextera sua teget eos, & brachio suo defendet eos. [Et erit qui offenderit ex eis, quasi David,] ita quod cito per penitentiam surget, & cauior erit post lapsum, quā fuit. [& domus David] i. ecclesia fortitum mente atq; constantiū in aequitate, erit quasi Domus Dei, sicut angelus domini] i. magna gratia decorabitur, per quod magnitudo excellentiae gratiae Dei tempore legis euangelicae insinuat. [Et effundam super domū David & super habitatores Hierusalē spiritū gratiae & precū.] Hoc in fine mūdi copiose implebitur, quando ad praedicationē Heliae Iudaei cōuertentur, sicut in euangelio Christus testatur: Helias cū venerit, restituet omnia. Cū em̄ plenitudo gentiū intrauerit, omnis Israel saluus fiet, secundū Apost. ad Rom. Praeterea omni die effundit Deus spm̄ gratiae & precū. [super domū Iudae] videlicet eos, qui fide & opere dñm cōstitentur ac laudant, & super habitatores Hierusalē, eos videlicet, qui in pace cū Deo deambulāt. [Et aspicient ad me, quē cōfixerūt &c.] Antichristo quippe sublato, Iudaei fide suscepta cū ingēri dolore ac lachrymis fatebūtur se Christū crucifixisse, vel quia ab eorum populo occisus est, vel quia occisus Christi vsq; ad fidei susceptionē fauerūt, putātes illos bene fecisse. Praeterea ingrati & impij quotidie Christū, quantum in eis est, configūt. De quibus ad Heb. 6. ait Aposto. Rursum crucifigētes sibi met filij Dei, & ostēti habētes. Et super hos Christus nunquā ex sua pietate immensa spiritum gratiae precumq; effundit, ita vt mox compuncti, cum interno cordis doloroso ac lachrymoso affectu aspiciant Christum, eius passioni compatientes, propriasq; impietates desentes. Cetera patent ex praecedenti articulo.

Luce 10.

Sapie. 3.

Matt. 17. Roma. 12

Act. 3.

Elucidatio Cap. XII. In die illa erit fons patens domui David. Art. XIX.

Cum in principio huius cap. dicat, [In die illa,] certū est, ista quae nūc dicētur, ad idē tempus p̄tinere, referēdaq; esse, de q̄ in fine praecedētis ca. dictū est. Itaq; in die illa, i. tpe illo, q̄ oēs Iudaeorū familiae p̄memoratae Christū a se cōfixū aspiciēt atq; deplāgēt, qd̄ & post Christi passionē mox factū est, & in fine mūdi Iudaeis cōuersis fiet. Immo vt sanctus ait Methodius martyr, detecta p̄ Heliam & Enoch falsitate Antichristi, tot Iudaei cōuertētur ad Christū, ita q̄ de qualibet tribu eorum quadragintaquatuor millia martyrio coronabūtur. Tūc ergo [erit fons] i. Christi baptismus, seu aqua baptismatis, [patēs] i. apertus, manifestus atq; paratus [domui David & habitantibus Hierusalē] i. cūctis Iudaeis sancti David fide sequētibus, atq; in Christū credētibus, [in ablutionē peccatoris & mēstruatae] i. ad emēdationē peccatoꝝ viroꝝ ac mulierū quantūcuq; immūdoꝝ, de q̄ fonte multa praedicta sunt ab Ezechiele, q̄ serum per fons de domo dñi, & p̄gat ad solitudinē, & oīs aīa ad quā deuenit, viuat. Itē a Iohē. Fōs de domo dñi egredietur, & irrigabit torrētē spinarū. De hoc fonte dixit Petrus Iudaeis corde cōpunctis veniāq; petētibus: Baptizetur vnusquisq; vestrū in noīe Iesu Christi in remissionē peccatoꝝ. [Et erit in die illa] i. tēpore promulgationis euangelicae legis, [dicit dñs exercitū,] [Disperdā nomina idolorū de terra] i. idololatriā vbi libet destrua in omnibus locis, vbi gētes fidē Christi suscipiēt, [& nō memorabunt vltra] i. obliuioni tradētur a suis cultoribus, quātū ad cultū, nō quantū ad nudā memoriā. Sic em̄ & nūc vsq; fideles reminiscūtur, qualiter olim gētes idola coluerūt. Innumerabiles quoq; Christiani de idolis gentiū loqui nil sciunt. Iudū videtur quibūdā nō esse impletū tpe apostoloꝝ & interim, sed in fine mūdi: quia (vt dicit) tūc Antichristo occiso, oēs cōcorditer gētilēs atq; Iudaei vniuentur in fide Christi. Sed istud infirmiter dictū est. Cōstat enim, q̄ eo modo ac sensu tēpore apostoloꝝ & interim impletum est illud psal. 18. In oēm terrā exiuit sonus eorum &c. Et itē 17. Et bñdicētur in ipso oēs tribus terrae, oēs gētes magnificabūt eū. Itemq; Reminiscētur & conuertētur ad dñm vniuersi fines terrae.

Ezec. 47. Iohel. 3. Act. 20.

Psal. 20.

Ca. XIII Et qd Christus dixit apost. Euntes in mundum vniuersum, pdicate Euagelium omni crea-
 Marc. 16 turæ, multa q; alia ad idē spectātia. Etiā tunc impletum est, qd nunc de idololatriæ ablatione
 1. The. 5. asseritur. Nec vq; q; circa finē seculi, vel post mortē Antichristi oēs penitus conuertentur ad
 Christum, immo multi in malo obstinati manebūt, de qbus ait Apost. Cum dixerint, pax &
 securitas, tunc repētinus eis supueniet interitus sicut in vtero habētis, & nō effugiēt. Christi
 Luc. 21. quocq; Tāquā laqueus supueniet dies illa, puta iudicij, in oēs q; sedēt sup faciē oīs terræ. Et ite-
 rum Luc. 17. Sicut fuit (inquit) in diebus Noe &c. [Et pseudopphetas & spm̄ immundū au-
 ferā de terra] i. prophetas falsos tā gētilium q; ludæorū fidē Christi sumētium, spiritusq; mali-
 Ioan. 12. gnos de infidelium cordibus auferā, secundum qd Christus dixit: Nunc princeps huius mun-
 di eijcietur foras, [et erit cum pphetauerit quispiā vtrā] i. cum aliqs inter cōuersos & Chri-
 stianos vaticinari nō ex spiritu sancto, sed spiritu pprio vel maligno, præsumpserit, [dicent ei
 pater eius & mater eius q; genuerūt eum, nō viues, quia mēdaciū loquutus es in domino] i.
 dixisti te ex Deo loquutum, quod effectum nō habuit, ideo morte es dignus. Tales em̄ & Mo-
 ses iussit occidi, [et cōfigēt eum pater eius & mater eius cum pphetauerit] i. tātā iustitiæ erūt
 parētes & cognati, q; cōtra ordinē legis diuinæ & æquitatis Christianæ nemini parcēt, quan-
 tumcunq; propinquo inaniter prophetāti, aut mala similia perpetrāti. [Et erit in die illa, cō-
 fundētur prophetæ] fallaces, vnusquisq; ex visione sua cum pphetauerit, [quia Deo reuelan-
 te scient fideles, q; diuinitus missi non sint, nec operientur pallio sacco] i. veste cilicica &
 aspera seu sacco & vili indumento non induēt se, quēadmodū moris fuit prophetis, quando
 futura prænunciando, populum ad pœnitentiā prouocabant, vt legitur 3. Reg. de Helia. Esaiæ
 quocq; 20. dominus dixit: Tolle sacco de lumbis tuis. [vt mentiātur] i. quatenus sub aliena
 & humili veste prophetalisq; indumento simplices fallant. hoc igitur timore pœnæ facere
 nō audebūt, [sed dicēt] i. quilibet talium dicit, [Nō sum propheta, Homo agricola ego sum]
 i. nō officio prophetādi, sed agriculturæ intendo, [qm̄ Adā exēplum meum] i. Adā factus est
 Gene. 3. mihi forma viuēdi, & eius vitā quasi exemplum sectatus sum. [ab adolescentia mea] obseruā
 do qd in Genesi dominus loquitur ei: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et de ipso scribū-
 tur in Genesi: Et misit eum dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terrā, de q; sum-
 ptus est. [Et dicent ei] Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarū? i. cur ita cōfixus es vel
 affixus patibulo? quid criminis commisisti, vt sic vulneratus appareas? [Et dicet] His plagatus
 sum in domo eorū, qui diligebant me] i. vulnera ista à propinquis atq; amicis meis accepi,
 non ex eorū rancore ad me, sed zelo iustitiæ & pro mea correctione. Deniq; quia nūc de fon-
 te baptismatis loquutus fuit propheta, interfecit & aliud de Christi passione, à qua baptismus
 & cætera sacramenta efficaciam suam sortita sunt. loquitur itaq; Deus pater: [Framea] i. rom-
 phea passionis, [suscitare super pastorem meum] i. cōsurge & irruē super Christum summū
 pastorem, qui ait Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, de quo in Ezechiele dominus cōtestatur:
 Eze. 34. Saluabo gregem meum, & suscitabo super eum pastore vni qui pascat eū, Dauid seruū meū, i.
 Christū, vt Iudæi quocq; exponunt. Framea ergo non sumitur hic determinate pro gladio, sed
 p acerba afflictione, de qua Christus in psal. 21. precatur: Erue à framea Deus animā meā. Et
 per Amos 9. dominus asserit: In gladio morientur oēs peccatores terræ. [et super virum co-
 hærentem mihi] i. Christum mihi inseparabiliter adhærentē, qui ait: Qui me misit, me cū est.
 Ioan. 8. Et: Pater nō reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Præterea Christus
 secundum diuinā naturā adhæret patri p amorem immentum, voluntatis indiuisibile iden-
 titatem, atq; essentiæ vnitatē, sed secundum naturā assumptā adhæret per creatæ voluntatis
 cōformationē & subiectionē ad voluntatē diuinā. Propter qd dixit: Descendi de celo, nō vt
 Ioan. 1. faciā voluntatē meā, sed eius q; misit me. Et rursus Matth. 26. Pater nō qd ego volo, sed qd tu
 [dicit dñs exercituum, pcutē] i. framea [pastorem,] videlicet Chm̄, & dispergentur oues gre-
 Luc. 12. gis] i. discipuli sui electi gregis, cui dicebat: Nolite timere pusillus grex, ab ipso diffugient.
 Mat. 26. Porro hęc scripturā ad se suāq; passionē respicere ipsemet Christus docet, quū ait aposto-
 lis: Oēs vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est em̄: Percutiā pastorem, &
 dispergentur oues gregis. Nec obstat, quod hic dicitur, percutē: ibi pcutiā pastorem; nā sensus
 redit in idem, qm̄ Deo volente & præordināte, framea passionis irruit super Christum, q; in
 psalm. 68. ait ad patrem: Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt. Et per Esaiā 53. pater
 testatur: Propter peccata populi mei percussi eum. Vnde Act. 3. Petrus fatetur. Deus qui præ-
 nunciavit per os oim̄ prophetarū pati Christum suum, impleuit sic. Postremo, ipse Christus
 tradidit semetipsum, oblatuq; est quia voluit. [et conuertā manū meā ad paruulos] i. po-
 tēstatem gratiæ meæ ostendam & exercebo circa humiles Christi discipulos, qui tēpore pas-
 sionis ex propria infirmitate fugerunt, sed post passionem per virtutem gratiæ spiritus sancti
 inuincibiles cōstantissimiq; fuerunt. De quibus per Esaiā 8. loquitur Christus: Ecce ego & pu-
 eri mei, quos dedit mihi dominus. Itemq; in Euangelio: Confitebor tibi pater, domine cæli
 Mat. 10. & terræ, quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Impleue-
 runt enim

sunt em̄, qd dixit saluator: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in
 regnū cælorū. [Et erunt in omni terra, dicit dominus, partes] i. in toto mundo genus hoim̄
 seu populus terræ erit diuisus in partes [tres] puta Iudæorū, & gentilium, ac Christianorum,
 [duæ in ea] i. duæ partes hoim̄, s. gentiles & Iudæi increduli, [disperdentur ac deficient] i. à Deo
 repbabuntur, & à gratia cadent. Vnde Septuaginta transtulerunt, Duæ partes peribunt. [et ter-
 tia pars relinquet in ea] i. Christiani sequentur salutem, & habitatione terræ digni cōsistent.
 In fine etiam seculi, Iudæi atq; gentiles pro maxima parte conuertentur ad Christum, ita q;
 tunc duæ primæ sectæ quasi deficient, tamen (vt dictū est) aliqui in obstinatione sua persistēt
 vsq; in diem iudicij. [Et ducā tertiā partem p ignem] i. multiplici & pœnosa tribulatione, p se-
 quatione, tētatione, aduersitate exercebo electos fideles seu Christianos, quibus ait saluator:
 Ioan. 15. Si me psequuti sunt, & vos persequentur. Et rursus: Non est seruus maior domino suo. Ideo
 Paulus Act. 14. Per multas, inquit, tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorū. In psal-
 mo quocq; 65. clamant electi: Transiimus p ignem & aquā, [et vram eos, sicut vritur argentū]
 i. omnem peccati impuritatem p tribulationes has tollā ab eis. [et pbabo eos, nō vt ego agno-
 scam, sed ad aliorū ædificationē, & sic eos pbatos ostendam per ignem aduersitatum, [sicut
 probatur aurum] in conflatorio artificis. In aduersis em̄ potissimum virtus probatur, & quid
 homo profecerit, demonstratur, propter quod patientia opus pfectum habet, vt dicitur Ia-
 cobi 1. Et ipsa ceterarū virtutum probatio nuncupatur. Hinc scriptum est: Tāquā aurum
 in fornace pbauit electos dñs, & quasi holocausti hostiā accepit eos. Et alibi: Oēs qui placue-
 runt Deo, p multas tribulationes transtulerunt fideles. Non ergo in aduersis tristemur, sed q; ea
 quæ electis Dei conceduntur, patimur, cordialitē gloriemur, præsertim cum Tobie angel⁹
 Raphael dicat eidem: Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. [Ipse vo-
 cabit nomen meum] i. plebs ista electa me deuore inuocabit, [et ego exaudia eum, & dicam,
 Tob. 12. populus meus es,] non solum per creationē vt ceteri, sed per deuotionē & cultū, & per præde-
 stinationē & gratiæ infusionem, per puidentiā singularem, per mutuam charitatem, [et ipse
 dicit: Dominus Deus meus] i. tu, quem solum summe desidero, diligo, colo. Postremo, fre-
 quenter cōtingit, q; sicut discipuli Christo capto & cæso dispersi sunt, ita dum pastores boni
 per mortem vel aliā auferuntur, subditi p errores & vitia dispergātur. Ideo Deū semp inuo-
 care debemus, p bono prælato & efficaci pastore, qd est præcipuum Dei donū, sicut insuffici-
 entem & negligentem habere periculosissimum est. Conuertit quocq; dñs manū suam ad par-
 uios, ad egenos, abiectos & humiles, sicut per Esaiā 66. testatur: Ad quē respiciā, nisi ad ge-
 tum & humilē? Nempe vt ait Apostolus, quæ infirma & stulta sunt mūdi, elegit Deus & igno-
 bilia & contemptibilia. Hos ergo aspicit Deus, quos despicit mundus.

¶ Declaratio Cap. XIII. Ecce dies domini veniunt, dicit dominus. Art. XX.
 Ræfens caput maximis difficultatibus & obscuratationibus plenum est, propter quod à di-
 ueris varijs modis exponitur. intendo autem expositionem sequi, quæ textui amplius
 consonat. Loquens ergo propheta de psequutione circa finem mundi per Antichristū
 ventura, ait: Ecce dies domini veniunt] i. tempus à Deo dispositum appropinquat, quo quæ
 subiuncta sunt fient, & diuidentur spolia tua] o Hierusalem, i. bona tibi per spoliatiōem ab-
 lata ab Antichristo & eius ministris, [in medio tui] ita quod iuxta voluntatem suam sine ti-
 more bona tua prædabitur, [et congregabo omnes gentes ad Hierusalem in prælium] contra
 eam: siquidem de omni natione quā plurimi adhærebunt Antichristo, [et capietur ciuitas
 & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur] à satellitibus Antichristi, quibus ipse (vt di-
 citur) concupiscentiarum frena laxabit. Aliqui referunt hoc ad Hierusalem, à Romanis (eo
 quod Christum occiderit) captam, sed sequentia non concordant. Iudæi autem, vt refert Hie-
 rony. sub Gog & Magog hæc dicunt implenda, [et egredietur media pars ciuitatis in capti-
 uitatem,] ita quod multi de habitatoribus eius ab Antichristo captiui ducentur. [et reliquū
 populi non auferetur ex vrbe,] illi videlicet, qui Antichristo adhærere voluerint. [et egredie-
 tur dominus] non locum mutando, sed nouum atq; insolitum suæ effectum potentia ostē-
 dendo. Vel de lenitate suæ clementiæ ad rigore iustitiæ, iuxta illud in psal. 7. Exurge domine
 in ira tua, Et propter hanc in altum regredere, Et Abacuc: Egredus es in salutem populi tui.
 Moses quocq; dixit ad dominum: Si non tu ipse præcedas nos, ne educas nos de loco isto. [et
 præliabitur contra gentes illas] i. diuina sua virtute Antichristum cum reprobis sui exercitus
 opprimet & occidet, iuxta illud Danie. Iudicium sedebit, vt auferatur potentia eius & conte-
 ratur, & dispareat vsq; in finem. [sicut præliatus est in die certaminis] i. die qua Pharaonem cū
 suo exercitu submersit in mari rubro. [et stabunt pedes eius in die illa supet montem oliua-
 rum, qui est contra Hierusalem ad orientem] i. in monte illo diuinæ potestatis efficacia appa-
 rebit, eo quod ibi vel circa occidendus sit Antichristus. Porro pedes incircumscriptibiles ac
 simplicissimi Dei non sunt materialiter intelligendi, sed virtutis eius pia ac fixa assistentia no-
 mine pedum exprimitur, Vnde & per Esaiam fatetur: Cælum mihi sedes est, terra autem sca-
 bellum

Mar. 18.
 Ioan. 15.
 13. 15.
 Sap. 2.
 Iud. 8.
 Tob. 12.
 1. Cor. 1.
 Abac. 3.
 Exod. 17.
 Dani. 7.
 Esai. 66.

bellum pedum meorum. Et tamē Salomon loquens Cælum & cæli cælorum te capere non possunt. Nepe ut canitur Psal. 47. & 144. Magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. [& scindetur mōs oliuay ex media parte sui ad orientē & ad occidentē prærupto grādī valde. Et separabitur mediū montis eius ad aquilonē, & mediū eius ad meridiē.] secundū Hieron. sensus est, q̄ mons Oliueti grandi voragine dirūpetur, ita q̄ vna pars ad orientē, altera ad occidentem respiciet; quo facto, repente in ipsa voragine alia scissio fiet, ita q̄ vna pars scissi montis verget ad aquilonē, alia ad meridiē, sicq̄ præruptū quadrangulū fiet. Alij asserunt, q̄ scissio ista non erit nisi in duas partes, ita q̄ vna pars mōtis inclinabitur versus aquilonē, alia versus meridiē, & scissura intermedia erit, sic q̄ longitudo eius erit ab oriente ad occidentem. [& fugietis] qui tunc ista videbitis, [ad vallē montiū eorum, quoniā cōiungetur vallis montium] i. vallis Iosaphat, sita inter montē Sion & oliueti, iungetur [vsq̄ ad proximū] s. locum scissuræ iam dictę. [& fugietis,] istam voraginem horrēdam cōspiciētes, [sicut fugistis a facie terræ motus,] qui factus est [in diebus Ozīæ regis Iuda,] qui cū officium sacerdotale in thurificando vsurpasset, percussus est lepra, vt scribitur lib. 2. Paralip. 26. & tunc ad diuinā indignationis indicium factus est terrē motus, sicut & apud Amos habetur. Vnde & de præinducta scissione mōtis oliuay aliqui arbitrātur, q̄ erit ex terræ motu ingēti, quē dicunt futurum in Antichristi fulminatione seu simili percussione, ad demonstrationē potestatis diuinæ & iræ Dei cōtra superbissimū Antichristū adorari se facientē. Quidā sanctorū per montē oliuay intelligunt ecclesiā, cuius filij sunt sicut nouellæ oliuay: cuius media pars scinditur ad orientē, in qua sunt arbores fructuosæ & bonæ, puta electi & alia ad occidentē, in qua sunt arbores steriles. [& veniet dominus Deus meus, oēs q̄ sancti eius cū eo.] Istud secundū Hieron. manifeste dicitur de secundo Christi aduentu, quando post mortē Antichristi, aliquāto tpe interiecto, veniet generale atq̄ finale iudiciū exercere, comitatus oīm agmine beatorū, sicut & Chrs in euang. de seipso testatur, q̄ videbitur aduenire cū potestate magna & gloria. Iudas quoq̄ apostolus inducit: Ecce venit dominus in sanctis millibus suis facere iudiciū. Esaias quoq̄: Dñs ad iudiciū veniet cū senibus populi sui & principib⁹ eius. Ex his innotescit, q̄ hoc loco loquitur propheta de his, q̄ circa finē mūdi cōtingēt. [Et erit, in die illa non erit lux, sed frigus & gelu,] i. tanta tūc erit impiorū pressura, carētia gratiæ, tribulatio & angustia, q̄ lux prosperitatis deerit eis, sed frigus & gelu, quia præ timore arefcent, erūtq̄ horrore ac timore repleti. Timor autem corporalis in frigidat, faciēdo sanguinē ad cor ipsum refugere, quo sic a membris recedente, tremor causat. Hinc ait psalmista: Nubes & caligo in circuitu eius. Et: In circuitu eius tempestas valida. [& erit dies vna, quæ nota est domino] i. dies æternitatis, vel hora gloriificationis electorū, quæ dies æternaliter stabit, nec defluet. Vel loquit de die iudicij, de qua ait saluator Marci 13. De die illa & hora nemo scit, neq̄ angeli in cælo, sed solus pater: cuius cū sit cū filio & spiritu sancto vna essentia, vna est cum eis notitia. [non dies neq̄ nox] i. dies illa æternitatis seu retributionis atq̄ iudicij, non est proprie atq̄ vniuoce dies cum die naturali, qui noctē includit, vel artificiali qui est latio solis supra nostrum horizontem; siquidē dies illa non causetur ex motu solis, nec temporali extensione decurret, nec terminabitur nocte. De quo die cantamus psal. 83. Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. In generali vero resurrectione motus cæli cessabit, ideo solitus diei fluxus non erit. Propter quod in Apocal. 10. prædictum est: Quia tēpus vltra non erit. [Et in tempore vesperi,] i. in fine seculi seu termino temporalis diei, [erit lux] i. claritas beatificæ visionis, & lumen gloriæ consummatū in oibus prædestinatis. De quo scriptū est Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neq̄ luna, sed claritas Dei illuminabit eam. Quod & Esaię 60. scribitur. Paulo ante dixit propheta, q̄ in die illa nō erit lux: nunc ait, quod in tēpore vesperi erit lux. Illud ergo ad reprobos, istud ad electos refertur. Cōsonat quoq̄ huic prophético verbo, qd̄ Christus in euang. loquit: Cū sero factum esset, præcepit dñs operarijs reddi mercedē. [Et erit in die illa] æternitatis sine iudicij, [exhibunt aquæ viæ] i. plenissima effusio & gloriosa cōmunio beatificæ agnitionis, felicitatis & gloriæ. De quibus habetur in psal. 35. Apud te est fons vitæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Esaias quoq̄ 43. ait: Ad fontes aquarū potabit eos. [de Hierusalem] illa cælesti, de qua dicit Apost. ad Hebr. 12. Accessistis ad Hierusalē ciuitatē & multorū milliū angelorū frequentia. Itēq̄ in psal. 83. Sicut latariū oīm habitatio in te. En Lauda Hierusalē dominū. De qua Esaias multa dicit, quæ de terrena Hierusalē nequaquā verificātur, cū inter cætera ibi dicatur: Nō erit tibi sol amplius ad lucendū per diē, nec splendor lunę illuminabit te. Itaq̄ aquæ istę egrediētur de Hierusalē, quia a Deo sublimi & bñdicto in superna Hierusalē præsidēti, descēdūt in sanctos, iuxta illud Apoc. 7. Agnus ducet eos ad vitæ fontes aquarū. [mediū eorū ad mare oriētale, & mediū eorū ad mare nouissimum] i. vna pars beatitudinis sempiternę deriuatur a Deo in eos, q̄ prioribus fuerunt temporibus. Alia ad eos electos, qui tēpore posteriori fuerunt, nō quod aliquorū beatitudo sit imperfecta atq̄ diuisa, sed his verbis insinuat, quod beatitudo descendit ad omnes æqualiter ex parte obiecti

obiecti & æquali existenti merito. Vnde denarius, qui omnibus vineæ laboratoribus datur, vnus & idem est. Ipse pater familias: Volo, inq̄, huic nouissimo dare, sicut & tibi priori. Nō mine autem maris & aquæ, populi designantur, secundum quod Apocal. 17. legitur: Aquæ multæ populi multi. Et in Ecclesiaste: Mitte panem tuum super transeuntes aquas. [In æstate & hyeme erunt] i. aquæ istæ seu præmia beatorum iugiter permanebūt, cum perpetui atq̄ securitas sint de ratione perfectæ ac veræ felicitatis. Quauis autem tūc ætas & hyems non erunt, tamen per has temporis differentias æternitas denotatur, quam per partes temporis significare solemus. Sic enim in Esaię legitur, Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: per quod perpetua sanctorum in gloria mansio explicatur. [& erit dominus rex super omnem terram] quia tunc Christo perfectissime erit subiecta non solum ecclesia, sed omnis insuper creatura. Tunc quoq̄ in hominibus & angelis cessabit prælatio, quantum ad officium administrationis seculi pertinet. Propter quod 1. ad Corint. 15. scriptum est: Cum tradiderit Christus regnum Deo & patri, cum euacauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, vt sit Deus omnia in omnibus. [In die illa] æternitatis [erit dominus vnus] i. vna appellatione designabitur, sicut & vna cognitione, & vna quasi intelligibili specie cognoscetur. Sicut enim rem cognoscimus, sic eam significamus atq̄ exprimimus. Et quoniā in hac vita Deum in suis effectibus speculamur, in quibus rota eius perfectio non relictideo nunc eum obscure & imperfecte cognoscimus, pluribusq̄ nominibus explicamus, sed q̄ eius perfectio in diuersis diuersimode representatur. Porro, in patria videbimus eum sicuti est, facie ad faciem, per eius essentiam, quasi per intelligibilem formam. Idcirco tunc vno nomine exprimetur, sicut & vno intuitu conspicietur. Deinceps redit propheta, & loquitur de statu ecclesiæ post Antichristi interitum supra descriptum. Iam enim non ait, in illa die vel aliquid tale, vt cogamus ista præcedentibus continuare. [& reuertetur omnis terra] ad fidem atq̄ obsequium Christi Antichristo deleti, i. multi de omni natione ac populo, [vsq̄ ad desertum,] inclusiue, i. etiam a locis desertis, & habitantibus iuxta ea, siue in eis, [de colle Remmon ad austrum Hierusalem, & exaltabitur] ecclesia Christi, vel ciuitas Hierusalem. [& habitabitur] a Christianis, [in loco suo a porta Benjamin vsq̄ ad locum portæ prioris, & vsq̄ ad portam angulorum Hananel vsque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, &c.] Antichristus quippe ciuitatem Hierusalem auferet Christianis, quo occiso, reddetur eisdem, & plene incolent eam. [& anathema] i. maledictio [non erit amplius] populo Christiano, & vrbi Hierusalē, cum psequutio Antichristi futura sit vltima. [sed sedebit Hierusalem] secura. Et hæc quæ subditur, [erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduersus Hierusalem] i. Antichristum & eius fautores, in cuius exercitu plurimi erunt de omni hominum genere, qui & ecclesiam & vrhem Hierusalem impugnabunt, & præualebunt. Iam plaga exprimitur: [Tabescet caro vniuscuiusq̄] eorū [stantis super pedes suos] i. præ dolore deficiet, [& oculi eius contabescunt in foraminibus suis] i. vim visuam in organis suis amittent, [& lingua eorum contabescet in ore suo.] Hoc totum & spiritaliter & corporaliter tyranni & persequutores ecclesiæ frequenter perpeffi sunt, qui & dire plagati subito obierunt, & interiores eorum oculi excaebantur: corpora quoq̄ vitij seruierunt, dæmonumq̄ obsequio contabuerunt. [In illa die erit tumultus domini magnus in eis] i. magnam Deo agente aut permittente turbationem inquietudinemq̄ habebunt ex abundantia malorum culpæ ac poenæ. [Et appræhēdet vir manum proximi sui, & cōferetur manus eius super manum proximi sui,] i. præ timore atq̄ angustia capiet vnus manum alterius causa auxiliij. Quidam exponūt hoc, quod quidā eorum se inuicem interficient, sed hoc litera ista non videtur prætere. [sed & ludas pugnabit aduersus Hierusalem.] Hoc supra diligenter expositum est. [Et congregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu] i. ad Hierusalem apportabuntur ab Antichristo eiusq̄ populo, vt pote [aurum, & argentum, & vestes multæ satis.] Potest autem & spiritaliter exponi in bono, ita vt quicquid naturalis perfectionis in gentibus fuerit, s. ingenij, virtuositatis, scientiæ, eloquentiæ, ad ipsam ecclesiam colligatur, dum gentes talibus donis ornata conuertuntur ad fidem: quia tunc dona nature perficiuntur muneribus gratiæ, & defendunt ecclesiam, qui eam aliquando impugnabunt. [Et sic erit ruina equi & muli & camelī & asini, & omnium iumentorum qui fuerint in castris] Antichristi, i. ita Deo plangente, peribunt vniuersa animalia irrationabilia Antichristi atq̄ satellitum eius, sicut ruina hæc. i. quemadmodum homines præinducti eis vtentes peribunt. Deus enī propter hoīm peccata ad maiore eorū confusionē interdū bruta eorū occidit, immo qñq̄ hoc fit ad eorū piā correctionem. Præterea, hoies qui propter passiones cætas & vitia quædam præfatis iumentis comparantur, atq̄ eorum nominibus exprimuntur, spūaliter salubriterq̄ labuntur, dum ad virtutes cōrrarias, Deo clemēter suffragate, ptingūt.

Per equos enim designantur lasciu, per mulos infructuosissimi enim non generant; per camelum, qui delictorum onere aggrauatur; per asinos, male simplices & indocti. Dum itaq; lasciu fiunt casti, infructuosi bonis operibus abundantes, peccatis grauari, virtutibus pleni, vt vbi abundauit peccatum, abundet & gratia; maleq; simplices & indocti, efficiuntur a spiritu sancto vncti & illustrati, tunc praefata iumeta salubriter ruunt, [Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus, quae venerint contra Hierusalem] i. geres illae, quae cum Antichristo non perierunt, eo q; timore vel excusabili deceptione eum secuta non sint contra Hierusalem atq; ecclesiam, [ascendent ab anno in annum] i. singulis annis diebus debitis, [vt adorent regem dominum exercituum] i. Christum principem vniuersorum, in Hierusalem vel ecclesia. Ista expositio videtur supponere, q; post Antichristi interitum durabit cursus noui testameti in seculo isto per annos. Quid autem de hoc sentiendum sit, sapientioribus derelinquo. & celebrat festiuitatem tabernaculorum non eo modo, quo fiebat in veteri testamento, sed quantum ad figuratum, videlicet quo ad id quod per festum illud significabatur. Fiebat quippe festiuitas illa in lege in memoriam, quod filij Israel de Aegypti seruitute liberati, in deserto in tabernaculis morabantur, vt terram promissionis intraret. Per quod figurabatur, quod in nouo testamento Christiani de peccati atq; diaboli seruitute per Christum eripiti, & in hac valle miseriae commorantes, ad patriam paradisi caelestis in virtutibus proficendo ascenderent, ianua gloriae merito dominicae passionis patefacta, sicq; Christi fideles festum tabernaculi celebrant; & tanto post Antichristi interitum deuotius celebrabunt, quanto tunc in eis amplior fidei feruor consistet. [Et erit, qui non ascenderint de familijs terrae ad Hierusalem] i. Christi ecclesiam. In ciuitatem namq; illam particularem oes gentes annuatim venire non possent, nec capi ibidem. Et nunc satis ostensum est, in prophetis per Hierusalem litera liter exprimi Christi ecclesiam. [vt adorent regem dominum exercituum, non erit super eos imber] i. perfusio gratiae Dei, sed in mortalibus vitijs disperibunt. [Quod & si familia Aegypti] i. populus regni illius antiqui atq; famosi, [non ascenderit, & non venerit] ad adorandum modo iam dicto, [nec super eos erit] imber gratiae & doctrinae diuinae, [sed erit ruina] i. huius imbris carentia erit poena vna, [qua percutiet dominus oes gentes, q; non ascenderint] ab imo vitijs ad arcem virtutum, [ad celebrandum festiuitatem tabernaculorum] spualiter, non literaliter. Litera nempe occidit, spūs aut viuificat. & certum est, a publicatione euangelicae legis, obseruantiam legalium, quantum ad caeremonialia, fuisse prohibitam & caetalem, quā veritate reuelata, cessare debet figura. [Hoc erit peccatum] i. transgressio diuini praecipit[ae] Aegypti, & hoc peccatum oim gentiū q; non ascenderint ad celebrandum festiuitatē tabernaculorum] secundū sensum praetactū. [In die illa erit, quod super frenum equi est, sanctum domino] i. ornamenta aurea atq; argentea, q; in equos frenis poni solebāt, dño offerent, qm vsus equorum & armorum necessarius non existet, Antichristo occiso, sed pax erit praecipua. Sic Glossa exponit. [et erunt lebetes] i. vasa diuini cultus in domo domini] i. in ecclesia, in qua sunt calices, pyxides, aliaq; diuino cultui vasa aptata: q; iam noie leberum signantur, qm propheta per metaphorā exprimit ea, q; ad euangelicā legis ptinent cultum, p ea q; erant in synagoga & veteri testamento, cum fuerint figuratiua horū q; in noua sunt lege, & cultus ecclesiae. [quasi phialae corā altari.] Nam corā altari ferunt praecipue, sicut phialae, q; sunt vasa ad vinū potandum formata, ad mensam portant. Spualiter lebetes sunt hoies virtuosī, q; sciunt iuxta apostolicum documētum vas suum seu corpus possidere in sanctificatione, qui cum sint bonus odor Christi in omni loco, phialis comparantur. [Et erit omnis lebes in Hierusalem, & in Iuda] i. in ecclesia & populo consistenti, vel etiam in ciuitate illa Iudae & conuersis Iudaeis, [sanctificatus domino exercituum] i. diuino cultui mancipatus, vt in alijs non liceat eis vti, cum sint vasa sacrata. [Et venient omnes immolantes] i. sacerdotes sacramentum eucharistiae offerentes, alijsq; fideles, alia nouae legis sacrificia spualia seu corporalia in ecclesia immolantes. [et sument ex eis] i. ex vasis sanctis praedictis sacramenta Christianae religionis. [et coquent in eis] i. sacramentū altaris in igni sancti spiritus, seu charitatis feruore, conficient, trahant, vel sument, ne crudas agni comedant carnes, nec sacramentaliter tantum communicent, sed in vasis his congrua deuotione animae sibi praeparent cibum saluificum. Loquitur autem propheta metaphorice & obscure, sicut & supra frequēter, vt moris est in prophetis. [Et non erit mercator vltra] i. spiritualium venditor, vel simoniacus, aut generaliter emptor & venditor, [in domo domini exercituum] i. in ecclesia. Haec enim vitia prohibeantur a Christo, qui eiecit de templo ementes atq; vendentes. [In die illa] i. tempore illo post Antichristi deiectionem, quia ex tunc simonia inter fideles non erit, neq; in ecclesia negociatio vitiosa, eo quod tunc imminente termino mundi, deuotissime obsequentur Christiani creatori & saluatori suo, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Roma. 3.

venere runt, vel veniunt.

1. Cor. 3.

1. Thef. 4
2. Cor. 2.

Matt. 11.

Enarrationum super Zachariam prophetam, Finis.

D. Di-

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN MALACHIAM PROPHETAM ENARRATIO.

Elucidatio literalis capituli primi: Onus verbi domini ad Israel. Articulus I.



T refert S. Hieronymus, Malachias propheta prophetauit ad populum Iudae, hoc est, ad tribum Iudae ac Benjamin, atq; ad sacerdotes post reditum a Babylone post Aggaeum & Zachariam. Hebraei quoq; affirmant hunc Malachiam fuisse Esdram scribam ac sacerdotem, quod & Hieronymus approbare videtur, quauis certum non sit. Magister enim in historijs scribit, q; Malachias post regressum a Babylonica captiuitate, natus sit in Iudaea in Sophis, quem, quia optima vitae fuit, & aspectu decorus, populus appellauit eum Malachiam, i. angelum. Mortuus est autem, dum adhuc iuuenis erat, & in agro suo sepultus. Et quia huic prophetae non praemittitur titulus, tempus sui vaticinij exprimens, tenendum est secundum Hieronymum, eum eodem tempore prophetafse, quo illi qui hunc prophetam immediate praecedunt, & titulum tempus prophetae exprimentem habent, quibus sua vaticinatio, illorum vaticinationem sequuta dicatur. Titulus autem huius prophetae est: Onus verbi domini ad Israel in manu Malachiae. Ita quoque onus verbi domini, i. pondus increpationis, verbo prophético ac diuino significatum. Vel vt alij dicunt, Onus verbi domini, i. officium annunciandi diuinitus reuelatum. Officiū em̄ alicui iniunctū, onus eius vocatur. Vnde Septuaginta trāstulerunt: Assumptio verbi domini. Veruntū secundū Hieron. Pro. 23. qñcunq; in exordio prophetae ponit onus, insinuat, q; ea q; subsequunt, molestijs plena sint, ita q; onus pondus malorum significat. Hoc igitur onus verbi domini, sanctum, & dici iustum est ad Israel, i. ad Iudaeos a Babylone reductos. Hi namq; Israel sibi nomen retinuerunt, alijs decē tribubus, q; Israel appellari solebāt, in captiuitate manentibus. Et bene ait ad Israel, & non contra Israel, quia ad eorum emendationem onus hoc ordinabatur. In manu Malachiae, i. per submistrationem Malachiae, vel p ipsum Malachiam, p manū em̄ operatio designatur, & saepe pars pro toto accipitur. Septuaginta trāstulerunt: In manu angeli eius. Malachias namq; interpretatur angelus domini. Propter qd nonnulli dixerunt, q; propheta hic fuit angelus in corpore humano, qd vanū, falsum, ac friuolū est. Nō em̄ sequitur: Nomen hoc, angelus domini interpretatur ergo vir ita vocatus, angelus fuit. Sicut nō sequit, Osee prophetam fuisse saluatorem, quanq; nomen istud Osee, interpretetur saluator, vel Iohel fuisse Deum, eo q; Iohel interpretet Deum meus. Deniq; dñs ostendit onus praefatum nō iniuste ad Israel fieri, quia diuinae dilectionis fuerit ingrati. [Dilexi vos, dicit dñs: Et dixistis] multa q; pietatis suae dona Deus specialiter Iudaeis plebi exhibuit. Propter qd in Deut. Moses dixit: Patribus tuis conglutinatus est dñs, & amauit semē eorum post eos. Sed quō ingratos & reprobos fert Deus amasse? Dicēdū, q; oia diligit q; ad bonā naturā, quā habet a creatore: q; sdam etiā reprobos dilexisse interdū asseritur, ppter specialia beneficia q; eis in vita praesenti impedit. Solos vero praedestinos absolute & ppter diligat, et si non vicissim secundū praesentē iustitiā, dū impie viuūt, tñ secundū praedestinationē aeternā, q; eis finaliter misereri instituit. Ingratitudo insup & temeritas Iudaeorum, ostendit ex responsione eorum ad dñm. Quemadmodū autē Deus p prophetā loquit eis, sic & ipsi ad prophetā loquēdo, Deo respondēt, vel immediate ad Deū dirigūt verbū, ac dicunt: In q; dilexisti nos? Ii, per quid apparet specialis dilectio tua ad nos, quos ita affligi permittis? Nō enim attenderunt, q; Salomon scribit: Quem diligit dñs, corripit. Quibus dñs clemēter respondit: Nōne frater erat Esau Iacob, dicit dñs? quasi dicat vtiq; vt patet in Genesi. [Et dilexi Iacob] etiam antequam eum creauī, quia non ex meritis suis ipsum elegi, sed ex mea bonitate ei benefacere decreui, & in amore eum praueui, volens eum esse vas misericordiae in salutem, vt in eo mea pietas reluceret. [Esau autem odio habui] i. iuste reliqui, & propter eius demerita, quae praesciui, reprobandum duxi. Dedit etiam Deus benedictionem paternam, & hereditatis promissionem ipsi Iacob, non Esau, cum tamen Esau primogenitus esset. Porro peccata Esau in Genesi describuntur, qualiter voluit fratrem suum Iacob occidere, & pro lenticula primogenita vendidit. Vnde de ipso dicit ad Heb. 12. Apostolus, q; non inuenit poenitentiae locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eum. Etenim illa eius poenitentia ex q; fleuit, nō fuit poenitentia vera & virtuosa, ex diuino amore & zelo iustitiae, odioq; peccati procedens, sed ex dolore amissionis rei aeternae, vel ex seruili timore. Praeterea locum istum, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, allegat & tractat Apostolus ad Rom. 9. ad ostēdēdū, q; praedestinatio, electio, & gratia Dei, non sunt ex operibus nostris seu meritis.

Pro. 23.

Deut. 16.

Gene. 24.

Gene. 25.
26. 27.

Ais

Gene. 25
Malac. 10

Ezec. 34
Hier. 49

Neem. 2

Ioan. 8
& 5.

Ecc. 10

Hier. 48.

Ait namq; Cum nondū nati fuissent, aut aliqd egissent boni aut mali, vt secundū electionē propositū Dei maneret, nō ex operibus, sed ex vocāte, dictū est: Quia maior seruiet minori, sicut scriptū est: Iacob dilexi, Esau aut odio habui. Insup q; Deus Esau habuerit odio, consequenter ostendit p hoc, q; posteros q; eius reliquerit. [& posui mōtes eius in solitudinē] i. habitacula filiorū. Esau in mōtib; sita, redegi p Nabuchodonosor regē Babylonis in loca deserta habitatore carētia, [& hāreditatē eius] i. terras & vrbes ac villas eorū, quas hāreditarie possidebant, [in dracones deserti] i. in trā vastāni & demolitus sum p regē prafatū, vt dracones & cætera bruta q; in desertis solēt morari, habitaret ibidē. [qd si dixerit Idumæa] i. gens Idumeg de femine Esau orta, [destructi sumus] i. habitacula nostra destructa, & multi de plebe nostra occisi sunt, [sed reuertētes] ad propriā terrā, [ædificabimus, q; destructa sunt, hęc dicir dñs exercitūū] Isthī Idumæi [ædificabūt, & ego destruā] i. opus eorū nō p̄sperabit. [Et vocabunt] i. Idumæi [termini impietatis] i. terra impietarib; plena. Terra em̄ pro populo eam inhabitāte, & populus pro terra habitationis suæ accipi solet, & vnū per aliud designari. [& populus, cui iratus est dñs vsq; in aternū] i. Idumæi isti dicentur populus a Deo perpetue derelictus. De hac aut Idumææ pressura, dictum est suprà in visione Abdæ pphetæ, de qua etiā vastitate in Esaiā & Hieremia plura legunt. [& oculi vestri videbūt] i. deiectionē istam Idumææ, o ludæi agnosceatis, vel corporaliter aspicietis. [& vos dicetis: Magnificet dñs super terram Israel] i. terrā nostrā ludææ dignet Deus magnifice reparare atq; p̄tegere, ne nobis contingat vt Idumæis. Cōsequenter dñs arguit populū ludæorū, q; eū nec honorabant vt patrē, nec metuebāt vt dñm, Et aliq; dicūt, q; sermo sequēs specialiter dirigat ad sacerdotes, sed Hieronymus asserit, q; loquit eis, q; sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech & Esdra ac Neemia de Babylonia sunt reuersi, cōstructoq; altari, nondū ædificauerūt templū, nec muros Hierusalē, & nihilomin; in peccatis pristinis permānebāt, Deū nec amore, nec timore venerātes. Itaq; ait: [Filius honorat patrē] Hoc em̄ est primū p̄ceptum secundæ tabulæ, in qua erāt septem p̄cepta ad proximū pertinētia. Et filij boni hoc faciūt patribus tam carnalibus q; spūalibus, sicut Apostolus docet & iubet ad Ephe. 6. Filij, obedite patribus vestris in dño. [& seruus dñm suum] sup̄plendū est, timet. Est aut duplex timor, puta seruilis, q; p̄cena, non culpa, timet; & filialis, q; culpa metuit. Simili modo duplex est seruitus. Seruus ergo seruitute timoris pure seruilis, non meret dici filius Dei, nec est in statu salutis, q; charitate non habet. Vnde huiusmodi seruū Christus distinguēs a filio Dei adoptiuo, ait: Seruus nō manet in domo in aeternum, fili; autē manet in aeternū. Et alibi: Seruus nescit qd faciat dñs eius. Porro seruus seruitute timoris casti ac filialis, etiā filius est, de q; dicit Saluator Matt. 25. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiū dñi tui. Cum aut iam inter filiū & seruū fiat distinctio, videt nūc sermo fieri de timore seruili, q; licet non faciat bonū bene & meritorie, s. recta intētionē & charitate, retrahit tñ a peccato, estq; initiū sapiētia, q; disponit ad gratiā. Vnde scriptū est: Timor dñi expellit peccatū. Et iterū ait scriptura Pro. 15. Per timorē dñi declinat vnusquisq; a malo. [Si ergo pater ego sum] i. cū sim pater vester per creationē, legislationē, atq; multiplicis beneficij collationē, & si digne vereq; me patrē vocatis, iuxta illud Esa. 63. Tu dñe pater noster, redemptor noster. [vbi est honor meus?] i. cur p̄ceptis meis nō obeditis, nec actib; laetitia me honoratis, orādo, laudādo, gr̄as referēdo, sacrificādo, & om̄e opus Dei reuerēter implēdo? Maledicti em̄ q; facit opus Dei negligēt. [& si dñs ego sum] sicut vtiq; sum & specialiter dñs vester per p̄uidentia singularē. Deniq; solus Deus est dñs per vniuersalē p̄sidentia, p̄pria autoritatē, atq; fontalē legū, p̄ceptorū ac iuriū lationē, oēsq; aliq; dominatores cōparant ad ipsum, sicut ministri & instrumēta ad dñm ac principalē agentē. Hinc ait per Esa. 42. Ego dñs, hoc est nomē meū, & gloriā meam alteri nō dabo. [vbi est timor meus?] i. mihi impendēdus. Qualiter aut istī ludæi multū negligētes fuerūt in opere Dei, patet ex p̄sinductis super Aggū & Zachariā. Deinde sacerdotes specialiter arguunt. [Ad vos o sacerdotes] loquor q; despicitis nomē meū] i. maiestātē meā in sacrificādo & immolādo nō honoratis, nec mihi paretis. [Et dixistis] impudētē respōdendo ac sciscitādo, sicut & Cain, q; dixit Gene. 4. Nunquid custos fratris mei sum ego? [In q; despeximus nomē tuū?] quib; Deus respondet: [Offertis super altare meū] pollutū [panē] i. panes p̄positionis nō tales quales offerre tenemini. Sacerdotes quippe secundū hebraicā traditionē, panes p̄positionis p̄prij; manibus pinferē, formare, & decoquere debuerūt, vt dicit Hieron. qd isti neglexerūt, sumētes q̄scunq; de medio. [& dicitis] negligentia vestra dissimulādo, [In quo polluimus te?] i. te & sacramēta tua violauimus, seu irreuerēter tractauimus. Quemadmodū aut dicimur Deum sanctificāre, dum ei in sanctitate atq; iustitia ministramus, sicq; quantum in nobis est, eum esse sanctum mōstramus: sic dicimur eū polluere, dū irreuerēter & vitiose nos corā ipso, p̄sertim in suo cultu, habemus, atq; per hoc, quantū in nobis est, eū quasi nō sanctū ac inhonorādū esse ostendimus. [In eo, q; dicitis, Mensa domini despecta est] i. per hoc, q; affirmatis altare templi nō oportere honorari in sacrificijs legis & panibus p̄positionis, vt olim, quia

non.

nondum honorifice reparatum est vel ornatum, sed quasi vile & indecorum. Putabant em̄ sic posse subtrahi altari de sanctimonia religionis, sicut defuit ei de gloria ædificij primi altaris a Salomone constructi. [Si offeratis cæcum ad immolandum] i. si animal cæcum adducatis, vt domino immoletur, [nonne malum est?] i. immo hoc illicitum est, & lege prohibitum. [& si offeratis] domino [claudum vel languidum] animal, [nonne malum est?] hoc em̄ per Moysen Deus prohibuit. Quod aut hoc malum sit, dominus probat per locum a minori. [Offer illud duci tuo] i. si domino tuo mortali terreno, q; est vermis & puluis, tale animal offerres, [si placuerit ei] i. non placebit, [aut si susceperit faciem tuam] i. p̄sentiam tuam non habebit gratam, [dicit dominus exercitūū.] multo minus Deo oipotenti talis placebit oblatio. Deinceps post increpationē ad p̄nitentiā eos inuitat. [Et nūc deprecamini vultū Dei] i. diuinæ pietatis respectū, [vt misereat vestri. de manu em̄ vestra factū est hoc] i. p̄scriptum peccatū vos cōmissistis, offerētes Deo animalia lege prohibita. [si q; modo suscipiat facies vestras] i. si forte aliq; modo vobis indulgere dignet. Loquit aut cōditionaliter, non q; dubitet Deū vere p̄nitētib; paratū ignoscere, sed q; certū non est, an p̄nitentiā nostra sit vera & Deo accepta, q; p̄ cū nec nos esse in charitate noscamus. Vel ideo ait, si, vt p̄semus peccata enormia nō q̄iemcūq; sed dignā ac proportionatā exigere cōtritionē vt deleant. Siquidē magnitudini culpæ æquari debet p̄nitentiæ magnitudo, secundū Hieron. [Quis est in vobis, q; claudat ostia, & incēdat altare meū gratuito?] i. nullus ministro; tēpli deseruit mihi in templo sine mercede, cū nec ianitores claudāt ianuas tēpli, nec aliq; supponāt ignē altari ad holocausta cremāda sine emolūmēto, seu vitæ stipēdio. Habebāt em̄ decimas oim frugū, q; offerebant a populo, idcirco peccata vestra grauiora sunt, p̄nitentiāq; maiorē requirūt. Ex quo secundū Hieron. ostendit, acceptiorē Deo esse seruitutē, q; in p̄senti mercedē nō postulat. Propter quod Apostol; gratis euangeliū p̄dicauit, & manūū labore victū accepit, ne quēq; grauat. Vituperata ludæorū oblatione, ostendit sacrificiū Deo gratissimū. [Nō est mihi voluntas in vobis] i. mihi vita vestra nō placet nec vos, [dicit dñs exercitūū, & munus non suscipiā de manu vestra] i. sacrificia vestra iā dicta, & eis similia, nō acceptabo propter vestra facinorosa. Sacrificia nēpe veteris testamenti nō habuerūt virtutē & acceptabilitatē ex parte operis operati, videlicet rei oblatæ, sed operis operātis, puta ex deuotiōe & gr̄a offerētis. Verutñ istud referendū est maxime ad tēpus noui testamēti, in quo veteris legis sacrificia cessauerūt, & carnalib; victimis spūales hostiæ successerūt. Ideo subdit: [Ab ortu em̄ solis vsq; ad occasum] i. vbiq; terrarū [magnū est nomē meū in gētibus] i. excellētia maiestatis meæ cūctis populis innotescit, sicut Esaias p̄dixit: Repleta est terra scientia dñi. Istud em̄ factū est p̄ apostolorū p̄dicationē, quib; iussit Saluator: Euntes in mundū vniuersum, p̄dicāte euangeliū om̄i creaturæ. [& in om̄i loco sacrificat & offertur nomini meo oblatio mūda] i. eucharistiæ sacramentū, oim legalij sacrificiorū finis & veritas. Propterea eius oblatiōe publicata, cessauerūt mortifera, q; fuerūt sacrificia illa legalia. [quia magnū est nomen meū in gentib;] i. tēpore euāgelicæ legis, iuxta illud: Dñe dñs noster, q; admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. [Et vob;] o ludæi [polluistis illud] i. inhonorastis me, [in eo quod dicitis: Mensa dñi cōtaminata est.] Hoc iam paulo ante dictū est atq; expositū. Hic em̄ accipitur mēsa pro altari, q; subiungitur: [& quod superponitur, contemptibile est cum igne, qui deuorat illud.] Ignis em̄ non deuorauit panes p̄positionis, sed carnes in altari oblatas. Eadē em̄ ratione nūc dicūt mēsam dñi cōtaminatā, quo suprà dixerūt eam despectā, quia videlicet altare nondū ornatum aut preciose constructū fuit. Ideo putabant ipsum non oportere, vt olim honorari, nec sacrificia de perfectis, sanis, & integris animalibus fieri. Simili ratiōe ignē, qui in altari nutriebatur ad holocausta cremāda, contemptibile reputabant. [Et dixistis] vos accusando: [Ecce de labore,] i. hoc ipsum, quod offerimus, de labore nostro est, vel cum difficultate obtulimus, eo quod nuper de Babylone reuersi, pauperes simus. [& exufflastis illud, dicit dominus exercitūū] i. oblationem vestram exufflatione mea dignam fecistis, & virtutem ac meritum eius vestra inobedientia extinxistis. [& intulistis] in templum, [de rapinis claudum & languidum] i. animalia claudicantia, & infirma per rapinam adeptā. [& intulistis munus,] i. talia immolastis. [Nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit dominus exercitūū?] Non vtiq; cum ibi sit duplex transgressio, puta rapina, quæ est cōtra proximū, & p̄uariatio legis diuinæ talia offerri vetantis, quæ est iniquitas contra Deū. [Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum] i. animal bonum & aptum ad offerendum, [& votum faciēs] de sacrificio offerendo, [immolat debile domino] i. animal vile, claudum, cæcum, ac languidum [quia rex magnus ego, dicit dominus exercitūū] quemadmodum enim solus Deus est dñs per vniuersalem p̄uidentiam & propriā autoritatē, sic & ipse solus est rex, & rex adeo magnus, vt magnitudinis seu dignitatis & perfectionis eius nullus sit finis. [& nomē meum horribile, i. metuendum] in gentibus quæ me vere cognoscunt, illę enim me formidandū agnoscunt atque formidant. In cæteris quoque Deus horribilis est, per districtam & equissi-

1. Cor. 9.

Esa. 17
Marc. 16.

Psal. 8.

Gene. 4.

mam

mam vltionem. Cum ergo tanta sublimitatis sit Deus, non est ei de de vilioribus, sed melio-
ribus, secundū qd ipse iussit, faciēda oblatio. Hinc ad Abel & ad munera eius respexit Deus,
quia de melioribus (s. primogenitis) gregis sui adhibuit eorū obtulit dño. Ad Cain vero
& munera eius non respexit, quia de fractibus terræ obtulit viliora, vt legitur Gene. 4.

De spiritali intellectu eiusdem primi capituli.

Art. II.

ONus verbi dñi ad Israel in manu Malachiæ] Per Malachiā, qui angelus dñi interpre-
tatur, spūaliter intelligitur Christus magni cōsiliū angelus, vel quilibet eius sacerdos, p̄
dicator, vel doctōr, qui angelus, i. nunciū Dei est. Per hos factū est, & fit verbū Dei pa-
tris atq; totius superbenedictæ trinitatis ad Israel. i. ecclesiam Christi. [dilexi vos] O Christi-
ani, o ludæi ad Christum conuersi, & omnes per Christum saluati, [dicit dñs] Hoc enim ait
Ioan. 16. Christus apostolis: Ipse pater amat vos. Et rursus in Euāgelio legit Ioan. 5. cap. Sic Deus di-
lexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret. Et Paulus ad Ephe. 2. cap. Propter nimiam (ingr) cha-
ritatē qua dilexit nos pater, filiū suū misit in mundū. [et dixistis] In quo dilexistis nos? p̄ ca-
Gene. 27. teris gēribus. Hoc interdū fideles quasi admirando inquirūt, dum grauissimis aduersitatibus
atterunt. Boni quoq; inquirūt hoc non ex ingratitudine, sed vt de ratiōe & modo diuinæ ad
eos dilectionis, plenius instruant. Mali vero ea temeritate id quærūt, qua cetera Christi bene-
ficia aspernant. Dñs autē respōdit: [Nonne frater erat Esau Iacob?] p̄ Iacob, q̄ interpretat lu-
ctator vel supplantator, (eratq; vir quietus & simplex, in tabernaculis habitās) intelligitur
Christifideles, q̄ cōtra mundū, carnē, diaboliū victorioso luctant, & vitia vincūt. Per Esau autē
(qui erat venator, & interpretat quercus, qd est nomē arboris, cibū porcorū portātis) intelli-
gunt carnales, concupiscentiæ sectatores, seculares & vani. Et isti sunt fratres, qm̄ boni ac
mali ex eisdē p̄toplasis p̄geniti sunt. Veruntū illos diligit, hos odit Deus, nec illi istis me-
liores essent, nisi a Deo prae istis æternaliter dilecti atq; electi sine omni merito suo fuissent.
Siquidē Deus oipotens, iustus, pius, ac sapiens, cuius vult miseret, & quē vult indurat; & eius
prædestinatio, totius virtutis & gratiæ in nobis est causa. [et posui mōtes eius] s. Esau [in soli-
tudine.] Mōtes Esau, sunt potētes & magni in seculo isto, q̄ ad dignitates & dñationes aspi-
rāt, q̄ in solitudine redigunt; q̄ vt scriptū est Eccl. 10. Omnis potētatus brevis est vita. Sic &
i. Mac. 2. rex hodie est, & cras moriet. In primo q̄q; lib. Macha. dicit: A verbis peccatoris ne timueris,
q̄ gloria eius sterces & vermes. Hodie extollit, & cras nō inueniet. [et hæreditatē eius] i.
corpora eorū q̄ diligēter colūt & nutriūt, posuit in dracones deserti. i. in putredinē puluerēq;
redegi, iuxta illud Eccl. 10. Cū morit homo, hæreditabit serpētes & bestias & vermes. Vel in
dracones deserti ponent, qm̄ in inferno dæmonibus in tormētis sociabunt, iuxta illud Iudith.
10. Deus oipotens dabit ignē, & vermes in carnē ipsorū, vt vrant & sentiāt vsq; in sempiter-
num. [Quod si dixerit Idumæa] i. plebs ista terrena p̄ Esau designata destructi sumus] i. hu-
miliati, & plagati a Deo, q̄ cornua animositatū nostrarū cōfregit. [sed reuertētes] ad pristina
mala, [ædificabimus q̄ destructa sunt] s. turrim superbiæ, vana cōsilia, & p̄pōsitas munda-
nas. [Hæc dicit dñs: Isti ædificabūt, & ego destruā.] Deus em̄ superbis resistit, & sedes ducū su-
i. Pet. 5. p̄borum destruxit. [et vocabunt] hōies isti Deo aduersantes, [termini impietatis, & populus
Eccl. 10. cui iratus est dñs vsq; in sempiternum] Sunt enim terreni impietatis pleni, qui æterna ob-
Iacob. 5. liuione relinquunt a Deo. Quibus dicit Iacobus: Agite nunc diuites, plorate vltantes in mi-
serijs vestris. Thesaurizastis vobis itam in nouissimis diebus. De q̄bus loquit Hier. 17. Dñe,
oēs qui te derelinquūt, confundent recedentes a te, in terra scribebūt. [et oculi vestri] i. mētes
o veri Christiani videbunt] impiorum damnationē. [et dicetis: Magnificetur dñs super ter-
ram Israel] i. gratiose ac clemētissime faciat suæ ecclesie, ipsum fideliter intuenti. Impiorum
em̄ punitio honos puocat ad meliora, iuxta illud Pro. 19. Impio flagellato, sapiēs sapientior
erit. Ideo felix, quē faciūt aliena dāna peritū. [filius honorat patrē &c.] Cum dñs noster Iesus
Marr. 6. Christus nos ita orare docuerit, Pater noster q̄ es in cælis, sanctificet nomē tuū: vigilātissime
ppendendum est nobis, ne tam ineffabili Dei oipotētis dignationi inueniamur ingrati, sed
Ioa. 1. filiali amore Deum prae oibus diligamus, & p̄ sanctā charitatē affectuosissime iugiter hono-
remus, præsertim cū p̄ Chr̄m simus præcipue ad Dei filiationē vocati. Quotq; em̄ receperūt
est, dedit eis potēstatē filios Dei fieri. Nēpe cū filius Dei fact⁹ est frater noster, nos q̄q; filij Dei
facti sum⁹. Nō itaq; indigne Deū patrē vocemus, ne nobis obijciat: Si pater ego sum, vbi est
honor meus? Præterea, vā eis, q̄ Deū nec venerant vt patrē, nec verent vt dñm. [Ad vos o sa-
cerdotes] ecclesie, [q̄ despiciatis nomē meū:] corp⁹ meū & sanguinē irreuerēter tractādo, in-
deuote sumēdo, q̄ carnaliter turpiterq; viuēdo, maximā mihi irreuerētiā facitis, & alios gra-
uiter scādalizatis. [dicit dñs] Iesus Chr̄s, [et dixistis: In q̄ despeximus nomē tuū q̄] videlicet
[offeritis sup altare meū pollutū panē] i. sacramentū eucharistiæ, quantū in vobis est, cōtami-
natis, sicut & nomē Christi pollutistis. [et dicitis: In q̄ pollutimus te?] i. in q̄ te o Christe inho-
norauimus? [In eo q̄ dicitis: Mensa dñi despecta est] i. per hoc, quod opere demonstretis al-
tare esse despectū, atq; a vobis esse dehonoratū, dum ad id imparati acceditis, vitiosam vitā
non

non deferentes, neq; fructuose quotidie confitentes. [Si offeratis cæcum vel claudum, non-
ne malum est?] Cæcum immolat, qui Deo obsequium indiscretum impendit, q̄ contra dicit
Apostolus: Rationabile obsequium vestrum. Claudum offert, qui mente nutante, & intenti-
one non pura ac simplici, Deo precē infundit. Propter qd Iacobus apostolus cap. 1. ait: Vir
duplex animo, inconstās est in oibus vijs suis. Languidum immolat, cuius cor in gratia Dei
stabilitum non est, neq; p̄ ancorā spei firmatum in Christo. Deniq; verbum istud contra eos
profertur, qui cum diuites sint, tñ viliora & minima offerunt creatori, modicasq; elemosy-
nas largiuntur. Cōtra istos ignauos, ingratos, & cupidos loquit Deus: [Offer illud duci tuo,
&c.] i. si taliter homini mortali p̄sidenti vobis seruiretis, vel supplicaretis, aut immolaretis,
non ei placeret; & tñ audetis corā me vos ita habere. Hoc verbo redarguunt negligētissimi,
qui orationes, horas, & laudes Deo sine timore, attentione, reuerētia & affectu exoluunt; sed
alicui magno viro, plato aut principi loquuntur aut seruituri, cum reuerentia magna acce-
dunt, prudēter & distincte loquunt, atq; attoniti sunt. Nōne hi p̄ferunt creaturā creatori, ho-
minē Deo, seruumq; dño, & dño tam excelso prorsus immenso? Istis cōsultitur, immo præci-
pitur: [Et nunc deprecamini vultum dñi, vt misereat vestri] & emēdetis vos integre. [Quis
est in vobis] o ministri ecclesie, [qui claudat ostia] ecclesie, [et incendat altare meum gratu-
ito] luminaria accedēdo; quasi dicat saluator, Nullus. Oēs em̄ ecclesiastici de Christi patri-
monio viuunt, ideo ei reuerētialius seruire tenētur. Quod cum ita sit, quid fiet de his, q̄ mul-
ta beneficia habēt, aut vnum superabundās? & nihilominus vitijs pleni sunt, mundani atq;
carnales, quorum damnatio grauissima erit. [In omni loco offeri nomini meo oblatio mū-
da.] Per oblationē istā intelligi potest deuota oratio, iuxta illud in Psal. 140. Dirigat oratio
mea sicut incensum in cōspectu tuo. Vel oblatio munda est, qua ipsi præcipue religiosi Deo
se offerunt in holocaustum, eius se cultui totaliter m̄cipantes. Cōsequenter contra tenaces
& irreuerētes oblatores dñs ait: [Et dixistis: Ecce de labore est] quod obtulimus. i. de nostra
exiguitate & nostro acquisitum sudore, ideo fecistis id dignum abiectione. [Et intulistis de
rapinis] i. de bonis iniuste aut violenter adeptis atq; receptis, oblationē mihi fecistis. [Nun-
quid suscipiā illud de manu vestra, dicit dñs:] quasi dicat, nequaq;. Vnde Eccl. 14. scriptum
est: Immolantis ex iniquo, iniqua est oblatio; & qui offert substantiam pauperis, quasi qui
& votum faciens, immolat debile. [Hoc contra oēs intelligi potest, qui quod Deo vouerūt,
i. Par. 19. integre non persoluunt. Quod si ita sit, q̄ maledicti sunt illi, qui quod Deo vouerunt, nec in
toto nec partim persoluunt; Et potissime hac maledictione cāduntur, qui ea vouerunt quæ
immediate Dei honorem & cultum cōcernunt, vt sunt actus virtutū. Ideo Moses ait Deut.
25. cap. Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promissū domino
Eccles 5. Deo tuo. Immo nec differēdum est, cum Salomon dicat in Ecclesiaste: Si quid vouisti Deo,
ne moreris reddere. Et qui ita non agit, Deo fidelitatem non seruat, sed maximam ei irreue-
rentiam exhibet. Postremo cum quid Deo de rebus nostris, actibus, aut nos ipsos offerimus,
cum omni promptitudine atq; lætitia mentis id faciamus; attendentes, quod primo lib. Pa-
ralip. David fatetur: Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.
Vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus omnia obtuli.

Explicatio literalis cap. II. Et nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes.

Articulus tertius.

Consequenter dominus hortatur sacerdotes ad pœnitentiam, adijciendo minas, vt qui
se amore boni & zelo æquitatis non corrigunt, timore supplicij corrigantur. [Et nūc
ad vos mandatum hoc] de obseruatione cultus diuini in cęremonijs templi, [o sacerdo-
tes] dirigitur. Sacerdotibus quippe correctis, ceteri facilius emendantur. [Si nolueritis au-
dire] auribus mentis & corporis, [et si nolueritis ponere super cor] i. diligēter aduertere, re-
colere & implere, quod iubeo. [vt deris gloriam nomini meo] i. debitam mihi reuerentiam
impendatis, & coram alijs me clarificetis, gloriosum annuncietis, & omne mihi bonum as-
scribatis, [ait dominus exercituum] i. terræ sterilitatem, victuali-
umq; inopiam, quam carnales cupidij ludæi plurimum abhorrebāt, præsertim cum Deo.
15. cap. Moses scripserit: Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. [et maledicam be-
nedictionibus vestris] i. fructibus terræ & ceteris bonis terrenis, quæ mea benedictione hæ-
betis, quibus & vos benedicere consueuistis. [et maledicam illis] auferendo a vobis hæc dona,
& opposita mala super vos inducendo. [quonia non posuistis sup cor] i. præcepta mea non
impressistis memoriæ, nec debite custodistis. Quo cōtra dicit Psal. 118. psalmo: In corde meo
abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et Salomon ait: Serua mādāta & legem quasi pu-
pillam oculi tui. Liga ea in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam. [Ecce ego projici
am vobis brachium] i. armum animalis dextrum mihi oblatum, quia propter vestra pecca-
ta munus vestrum non habeo gratum. [et dispergam super vultum stercus solennitatum ve-
stra-

Rom. 12.

1

1. Par. 19

Eccles 5.

1. Par. 29

Prou. 7.

strax] i. immunditiā vitioꝝ, quæ in festis vestris cōmittitis, & irreuerentiā quā mihi facitis, in vos manifeste conuertā, vos cōfundendo ac puniēdo. Vel per stercus istud intelligitur caro oblata continēs stercora, quā Deus ob eoz peccata nō accepit, sed eis reiecit. Vnde Septuaginta translulerunt Dispergā ventriculum &c. [& assumet vos secum] i. cōtēptibiles scēdiz vitijs eritis, sicut stercus: & tales sint offerētes, qualia ea quæ offerūt. [Et scietis] p iustitiæ meæ effectum experiētiāq; vindictæ, [quia misi ad vos mādatum istud] i. dicitū, [vt esset pactum meum] i. testamētum vel scēdus de modo sacrificioꝝ [cum Leui] i. Leuitis ad cultum Dei specialiter dedicatis: q̄s etiā Deus iussit prę alijs, maculis mētis corporisq; carere, & virtutū ornatu fulgere, iuxta illud Exodis: Sacerdotes q̄ accedūt ad dominum, sanctificent, ne pcutiat eos, [dicit dominus exercituum: Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis] i. pactum vitę & pacis percussit & iniit cum tribu Leuitica in deserto, eligēs illā ad sacerdotium, & pmittēs eidē, q̄ si ipsa ac populus legē meā seruarēt, in pace viuerēt super terrā, immo pacē pectoris & vitam gratiæ obtinerēt. Porro vt hic ait Hieron. quicqd nunc de Leui asserit, ad sacerdotes & potissime ad pontifices legis Mosis pertinet. [& dedi ei timorē meum] nō seruile duntaxat, sed filialē & castum, [& timuit me, & à facie nominis mei] i. cōsideratiōe maiestatis meæ [pauebat.] Istud in Mose, Aarō, Eleazarō, Phinees, multisq; alijs de tribu Leui exortis fuit impletū, immo & in patriarcha Leui, qui & si interdum peccauit, postea tamē virtuosa fuisse creditur vitæ. [lex veritatis] scilicet lex diuinitus data per Mosen, [fuit in ore eius] i. filioꝝ Leui, de q̄bus nūc dicitur est, q̄ populum instruxerunt. [& iniquitas nō est inuēta in labijs eius] nō q̄ isti ab omni iniquitate immunes exiterint, sed q̄ cōdigne pœnituerint, & gratiam sanctitatis sortiti sint, sicut de seipso fatetur Apostolus, [Cor. 4. Nihil mihi cōsciū sum. Qui tamē aliās loquitur: Venit Iesus peccatores saluos facere, quoz ego primus sum.] [In pace] i. mentis tranquillitate, [& in ægritate] i. iusta cōuersatione, [ambulauit mecum] i. corā me & secūdum beneplacitum meum mihi cōiunctus per volūtatis cōformitatē. [& multos auertit ab iniquitate] Mosis em̄ & Aaron ac reliqui quidā posteri Aaron, plures de genere Israel ad pœnitentiam induxerunt, atq; à vitijs varijs retraxerunt. [labia em̄ sacerdotis custodiunt sciētia] i. ad sacerdotum officium pertinet congruo tempore doctrinam legis diuinæ plebi proponere, & scientiam salutarē in alijs cōseruare. Ideo in pectore summi sacerdotis fuerat ratiōale, in q̄ doctrina & veritas ponebatur, quia sacerdos doctus esse debet, & præco veritatis diuinæ. [& legē requirent] subditi & vulgares, [ex ore eius.] Vnde dicit Apost. Titi. Oportet episcopum sine crimine esse, amplectentē eū qui secūdū doctrinā est, fidelē sermonē, vt potēs sit exhortari in doctrina sana, & eos q̄ contradicunt, arguere. [quia angelus] i. nunciū, [domini exercituum est.] Quem admodum enim diuinus Dionysius docet, infimum ordinis superioris, & supremū ordinis inferioris, magnā habēt muro cōuententiā, & nomē vnus transfertur ad aliud. Cum em̄ in cælesti Hierarchia ordo angeloz sit infimus, & in ecclesiastica Hierarchia ordo sacerdotū sit summus, angeli & sacerdotes in multis cōmunicant, ita vt sacerdotes angeli nūcupentur, qm̄ inter Deum & populum mediando, & ea quæ Dei sunt, hominibus nunciando, atq; spiritalē & angelicā vitā in carne ducendo, angelicum exercent officium. Ideo in Apocal. episcopi septē ecclesiæ in Asia, angeli appellantur. [Vos autē recessistis de via] i. legē Dei, qua itur ad vitā beatā, non custodistis, [& scandalizastis] i. dicto vel facto vestro inordinato, [plurimos] ad ruinā peccati traxistis, [in lege] scripta, quam nō seruastis. [Irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum] i. pactū cum Leui seu tribu sacerdotali ininitum de sacrificijs tēplū spreuistis. [propter quod & ego dedi vos contēptibiles & humiles] i. abiectos, [omnibus populis] inter quos captiui fuistis, vel q̄ vestram calamitatē nouerunt. Vnde in lib. Esdrę scriptū est: Audi Deus noster, quia facti sumus despectui, [sicut non seruastis vias meas] i. diuina præcepta. Hinc 1. Reg. 2. dominus protestat: Quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autē contēnunt me, erunt ignobiles. [& accepistis faciē in lege] i. personas, nō causas, aspexistis, iudicando iniuste propter munera, vel timore aut fauore, potētes, diuites & nobiles inferioribus præponendo. Quo contra in psal. 81. habetur: Vsq; quo iudicatis iniquitatem, i. iudicando approbatis peccatores, & facies peccatoꝝ sumitis? Consequenter increpat Iudæoz superbiā. [Nunquid non pater vnus omnium nostrū est?] i. Adam, vel etiam Abrahā. [Nunquid nō Deus vnus creauit nos?] qui ait in Deutero. Videte q̄ ego sim solus, & nō sit ali? Deus præter me. Animas nempe singuloꝝ cōdidit Deus sigillatim & per seipsum immediate, corpora quozq; nostra ab ipso originaliter sunt creata. [Quare ergo despicit vnusquisq; fratrem] i. proximum [suum, violans pactum patrum nostrorum?] i. in hoc ipso transgrediēs præceptum patribus datum de proximo diligendo ac sustentando. Hinc Esaias 33. minatur: Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? [Transgressus est Iuda], populus Iudæ de Babylone reuersus, legem Dei non custodiuit. [& abominatio], irrationabilis prorsus transgressio, [facta est in Israel & in Hierusalem] i. à filijs Israel incolisq; Hierusalem post reditū de Chaldaea, quia in templi ædificatione, sacrificiorum oblatione, sabbati obseruatione, & alienigenarum

nam vxore acceptione, negligentes fuerunt, vt patet in lib Esdræ, & alibi. [quia contaminauit Iudas sanctificationē domini, quā dilexit] i. templū Dei in honorauit, de q̄ dicit 1. lib. Machabæoz, quod Antiochus intrauit sanctificationē cum superbia. Vel sanctificatio ista, est cultus Dei in sacrificijs & cæteris latræ actibus Deo placētibus. [& habuit filiā dei alieni] Iudæi em̄ vxores gentiles idoloꝝ seruitrices acceperunt, vt dicitū est sæpe. [Disperdat dominus viꝝ, qui fecerit hoc] amplius in futuro. quasi dicat, quod factum est, Deus indulgeat. Vel dicitur hoc zelo iustitiæ, nisi pœniteant. Vel modo prophetice prænunciationis, quod vtique disperdentur, nisi se inde correxerint. [magistrū & discipulū] i. doctū & simplicē instructorē peccati, & qui ei consentit, magnū & parū, qui est [de tabernaculo Iacob] i. de eius familia. Vel sensus est, quod tales transgressores ab alijs bonis Iudæis disperderentur modo iā tacto. [& offerentē munus domino exercituum] i. etiā sacerdotē Deo sacrificantē, ita peccantē Deus disperdat, si in peccato permanferit. [Et hoc] malū quod subditur [rursum fecistis], ad iudicēdo peccata peccatis. [Operiebatis lachrymis altare domini fletu & gemitu] i. vxores vestras priores Iudæas vobiscum de Babylone redeuntes, per hoc quod eas propter earum deformitatē vel senectutem abiectis, & alienigenas accepistis, induxistis & compulistis ad hoc, quod coram altari quotidie flebant cū gemitu corā me, contra vos conquerentes, quod taliter abijcerentur. Ita exponit Hieron. Alij autē exponunt, quod ipsi viri sic lachrymabantur, putātes peccatū hoc expiare absq; reiectione vxorū gentilium, quod fuit erroneum, ita vt vitā non respiciam ad sacrificium] mihi à vobis oblatū. [nec accipiam placabile quid] i. aliquam hostiam expiationis, [de manu vestra], donec à præfatis vitijs vos emēdetis. Et dixistis: Quā ob causam? videlicet, [Quia dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ] i. Deus in Genesi dixit, quod tu & vxor tua legitima simul maneretis ac mutuo diligeretis: Relinquet, inquit, homo patrē suum & matrē suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. [quam tu despexisti], aliam superinducendo, & ipsam quasi ancillam tenendo. [& hæc particeps tua, i. vxor ista esse debet consors ac socia tua, nō famulari deo em̄ mulier de latere viri plasmata est. Adam quoq; dixit ad dominum: Mulier quam dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi.] [& vxor scēderis tui] i. cum qua scēdus amicitie animæq; consensum tenere debes. [Nonne vnus fecit] i. idem creator vnusq; Deus plasmavit Adam & Euam, seu virum & scēminam, [& residuum spiritus eius est] i. Hoc quod sibi cohæreat per amorē & cohabitationem, præter id quod ab vno Deo creati sunt. Hoc est spiritus Dei, i. voluntatis diuinæ. [Et quid vnus querit] i. quid Deus intendit per hoc, quod vult à filijs Israel Iudæas vxores teneri, vel primam coniugem non relinquere, nec alienigenas duci? [nisi semen Dei] i. filios qui diuino cultui educētur. Ideo mulier si deformis est vel egena, sperni non debet nec abijci. [Custodite ergo spiritum vestrum] i. animam à ruina peccati, [& vxorem adolescentie tuæ noli despicer] quam in adolescentia accepisti, vt quæ tibi virginali primum iuncta est matrimonio, perseveret vsq; ad vitæ finē. [Cum odio habueris eam, dimitte, dicit dominus Deus Israel] eā, dando ipsi libellum repudiij. Quod autē dominus dicat hoc permissiue ad vitādum deterius, scilicet vxoricidium, sicut permisit Iudæis vsuram ad alienos, non absolute vel imperatiue, innotescit ex eo quod subditur. [Operiet autem iniquitas] viri coniugem repudiantis ex odio, vel causa non iusta, [vestimentum eius, dicit dominus exercituum] i. in corpore suo debitam luet pœnam in igne inferni, nisi vere pœniteat, quatenus in quo peccauit, in illo & puniatur. Vel operiet iniquitas vestimētum eius, i. peccatum eius ducetur in lucē, & omnibus in iudicio ostendetur, sicut apparet quod in vestimentis superficie situatur. [Custodite spiritum vestrum, & nolite despicer] coniugem primam atque legitimam. Hinc Christus in euangelio docet, vxorem non esse abijciendam, nisi ob fornicationem, nec tunc relinquitur, quantum ad vinculum matrimoniale, cum sit insolubile post culpam carnalem, sed quo ad cohabitationem ac torum. Insuper redarguuntur Iudæi de alio grandi peccato in Deum. [Laborare fecistis dominū in sermonibus vestris] i. per verba vestra blasphema, incredulitatis ac diffidentie plena, Deum quodammodo molestastis. Loquitur autem de Deo modo humano, quasi de homine e& aliorum malis afflictio. Vnde & dominus ait in Esaias: Laborauit sustinens. Alibi quoq; ait dominus populo Iudæoz: Præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis. Similiter ait Apost. Eph. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei. [Et dixistis, In quo eum fecimus laborare?] videlicet [In eo quod dicitis: Omnis qui facit malū, bonus est in cōspectu domini, & tales ei placent.] Infirmi enim Iudæi futurum Dei iudiciū non pensantes, sed præsentis vitę prosperitatem ac remunerationem imprudenter considerantes, negabant quodammodo prouidentiam Dei, vel Deum esse peccatorum fautorem cēlebant, eo quod viderant gentiles in gyro eorū morantes, Persas quoq; & Medos, in hoc seculo prosperari, ditari, regnare, qui tamen Deum Israel non colebant, se vero Deum colentes, in hac vita conculcari, depauperari, atq; diuersis miserijs affici. Vnde in eorū persona fertur in psal. 72. Et dixerūt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis? [aut certe vbi est Deus iudicij]

1. Mac. 1.

Gene. 2.

Gene. 3.

Mac. 4. & 9.

Esai. 1.

Esai. 49.

id est, si aliter est, & si mali Deo displicent, boni q̄ placent, ubi est tunc iustum eius iudicium, quod exigit malos puniri ac deijci, bonos autem exaltari & glorificari: De isto iam celeriter curro, quoniam in sequenti capit. plenius inde, Deo agente, dicitur.

¶ De mystico eiusdem Cap. II. sensu. Articulus. III.

Facile prorsus est ad sacerdotes noui testamenti applicari, quod in presentis cap. capite de veteris testamenti sacerdotibus dictum est. [Et nunc ad vos mandatum hoc] viuendi sacerdotaliter, sobrie, caste, exemplariter ac deuote, [o sacerdotes] euangelicæ legis, q̄ tanto amplius ad spiritualem virtuofamq̄ obligamini vitam, quàm sacerdotes Mosaicæ legis, quanto sacerdotium Christi spiritualius, diuinius, atq̄ sublimius est sacerdotio illo legali. [si nolueritis audire] i. præcepta viuendi sacerdotibus Christi specialiter tradita adimplere, [mittam in vos egestatem] i. donorum gratiæ gratiarum facientis carentiam, vt singulis vobis cõueniat illud Apoc. 3. Tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. & maledicam benedictionibus vestris] i. bona naturæ, bona fortunæ, & bona ecclesiæ vobis concessa, conuertam vobis in maiorem damnationem, & permittam vos illis abuti in superbiam, eritq̄ damno vestro tanto pœnalius, quanto plura à me bona fuisistis fortiti. Vnde & Ch̄s in euangelio profiteretur: Cui plus donatum est, plus repetetur ab eo. [quoniam nō posuistis super cor] i. ineffabilem magnitudinem beneficiorum meorum non ponderastis, videlicet quanta sit dignitas sacerdotij vestri, quanta liberalitas atq̄ dignatio Christi in sacramento seipsum vobis donantis, & cum quanta reuerentia puritateq̄ mentis sacramentum hoc conficere, sumere & tractare oportet. [Ecce ego projiciam vobis brachium] i. opera vestra tanquam indigna repellam, & gratiæ vigorem suspendam, [et dispergam super vultum vestrum sicutus solennitatum vestrarum] i. vitia vestra carnalia, & vitia vestra scdã ac turpē, vobis cum grandi confusione vestra obijciã & cunctis ostendã, [et assumet vos secum,] opera em̄ vestra sequentur vos, [et scietis] per experientiam confusionis damnationisq̄ vestræ, [quæ missa à vos mādātū istud] nouæ legis. [pactū meū] i. noui testamēti scdus [fuit cū eo,] p̄sertim cū apostolis eorūq̄ successoribus sanctis, quod est pactū [vitæ &] gratiæ in p̄senti, & vita gloriæ in futuro, pactūq̄ [pacis] internæ: siquidē corā illis in cœna Christus noui testamēti sacramentū instituit, & nouū testamentum firmavit. Deniq̄ de quolibet apostolorum & sacerdotum atq̄ pontificum, sancte viuentium, dici potest secundū sensum præcedēti articulo positum, quod domin⁹ ait: [Dedi ei timorē, & timuit me. Lex veritatis] i. doctrina & iussio Christi, [fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuēta in labijs eius, in pace & quiete ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.] Secundū Hieron. his verbis describit Deus, qualis esse debeat sacerdos, s. vt fideliter timeat Deū, & legē diuinā semper habens in corde & ore, nullo maculetur mendacio, nec impietate turpetur aut dolo, sed cum pace & iustitia corā altissimo viuēs, ceteros præsertim sibi cõmissos, semp̄ totis viribus ab impietate auertere satagat: quia vt ait Hiero. qui sacerdos est, & non corripit delinquētes, sacerdotis officij præterit. [Labia em̄ sacerdotis custodiunt scientiã.] Sacerdotum est habere discretionē præcipuã inter virtutes ac vitia, inter preciosum & vile, inter bonum & malum, inter verū & falsum, inter leprã & nō leprã, & vt in tantū eruditi sint, quod onus sui officij fructuose queant implere, aliosq̄ docere. Nã [legē] i. Ch̄i præcepta & documēta [requirunt] laici: de ore eius, p̄sertim cū Leuit. 10. dñs dicat sacerdotibus veteris testamēti: Vinum & omne quod inebriare potest, nō bibetis, quando in tabernaculū testimonij, vt habeatis scientiã discernendi inter sanctum & pphanū, doceatisq̄ filios Israel omnia legitima mea. Quàm vehemēter ergo dānabiles sunt sacerdotes noui testamēti, qui potibus vacant, & sanctæ scripturæ studium nō frequētant: [Vos autē recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege.] hoc (proh dolor) nō expositione, sed luctu & gemitu indiget, cum sacerdotes Christi de via iustitiæ impudenter ac publice nimis recedāt, suaq̄ perditissima conuersatione innumerabiles grauiter scandalizent. Ideo dominus dat eos contemptibiles vulgo & omnibus, ita vt laici sacerdotibus vix assurgāt, vel reuerentiæ exiguum signum demonstrant, quin potius eos irrident. Porro quod subditur: [Nunquid nō pater vnus omnium nostrū?] nunquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisq̄ fratrem suum? contra omnes superbos, indignabundos, passionatosq̄ dicitur, q̄ cõmunē originem atq̄ naturæ parilitatē non attendentes, facili occasione despiciunt alios, in quo tā seculares, nobiles, potentes, ac diuites, q̄ alij quidã in proprijs oculis sapiētes aut virtuosi, multū culpabiles sunt, nō intendētes q̄ nihil boni habeāt, nisi à Deo, & quod vitijs pleni sunt, Deo odibiles, cum hi quos spernunt, multis forte donis gratiæ decorētur, vel decorabūtur. Ideo ad Roman. 14. dicit Apost. Tu quid iudicas fratrem tuū? aut tu quare spernis fratrem tuum? oēs em̄ stabimus ante tribunal Ch̄i. Attēdat igitur omnis Christian⁹, qd loquitur Ch̄s: Qui maior est vestrū, sit vester minister. [Trāsgressus est Iuda] i. plebs Christiana confitēs Deo, qñ secundum fidē suã condigne non viuūt, [et abominatio facta est in Israel] i. contēplatiuis, dum hi q̄ spiritu incipiunt, carne cõsummātur. [et in Hierusale] i. in ministris ecclesiæ, quando sacerdos

Lucę 12.

Mat. 26.

Mat. 20.

do sacerdos viuūt vt populus. [quia contaminauit Iudas sanctificationem domini] i. post opera pœnitentię Deo placita recidiuauit, & in ecclesia loquaciter, vage & irreligiose se habuit, sicut (heu) quidie cernimus. [et habuit filiã Dei alieni] i. iniquitatem sibi quã coniugē sumpsit, actus immundos iugiter amando & amplectendo. Hoc faciunt carnales & lubrici, quorum deus venter est, & cupidi qui aurum Deo præponunt. [Disperdet dominus virum qui fecerit hoc] nisi desistat, [operiebatis lachrymis altare domini fletu & gemitu.] Hoc faciunt, qui alios opprimunt & contristant ita, vt illi ita afflicti, coram domino ingemiscant & plorent. Rursus id faciunt, qui p̄ temporaliū amissione ac damno terreno superflue lugent ac dolēt. Horū opera & oblata Deo nō complacēt. Deniq̄ quod hic dicitur cõtra odiētes cõiuges suas, intelligi potest contra Christianos, qui vxores suas despiciunt, & velut famulas tractant, præsertim contra adulteros omni damnatione dignissimos. Hi igit sunt docēdi, vt p̄sent se & coniuges suas ab vno Deo esse creatos, & ideo copulatos, vt socialiter amabiliterq̄ simul viuētes, procreent filios, in quibus cultus Dei amplificetur. [Custodite spiritum vestrum] in timore & humilitate, p̄prias ærinas efficaciter intuendo, omneq̄ bonū Deo ascribēdo. [et nolite despiciere] quenq̄, præsertim p̄pter paupertatē, vel naturalē defectū. Nihilominus impij & mādani, secundū quod tales, in cõmuni spernendi sunt, sicut de viro iusto cantamus in psal. 14. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus, timētes autē dominū glorificat. Hinc sanctus Iob: Si contempsisti, inquit, iudiciū subire cū seruo meo. Nūquid nō in vtero fecit me, q̄ & illū? [Laborare fecistis dominū in sermonibus vestris. Et dixistis: In quo fecimus eū laborare? In eo q̄ dicitis: Omnis qui facit malū, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent. Aut certe ubi est Deus iudicij?] Hoc iuxta intellectum præhabitu intelligi potest de imperfectis & rudibus Christianis, qui visa impiorum prosperitate, iustorumq̄ tribulatione, contra Deum murmurant, atque ipsius prouidentie detrahunt, quemadmodum sequenti cap. clarius innoscet. Cætera ex præinductis facillime intelliguntur.

¶ Expositio literalis Capit. III. Ecce ego mittam angelum meum.

Articulus quintus.

Sicut Apost. docet, Finis legis est Christus, ideo de Christi mysterijs vaticinari præcipua est prophetarum intentio. Vnde & sanctus Malachias postquam præcedentibus duobus capitulis ad sui temporis Iudæos præfatus est, iam de Christi aduentu loqui orditur, immo Deus p̄ ipsum. [Ecce ego mittā angelū meum, & præparabit viã ante faciē meã.] Hęc scripturam de Ioan. Baptist. esse prædictam Christus testatur: Hic est, inquit, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viã tuam ante te. Marcus quoq̄ euangelistū suū ita exorsus est: Initiū euangeliij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptū est in Esa. proph. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuã, qui p̄parabit viã tuã ante te. Vox clamantis in deserto. Quod autē ista de Ioan. intelligat, p̄dit subdedit: Fuit Ioannes in deserto baptizans. Cur autē Marcus verba ista alleget, quasi in Esaia scripta sint, cū hoc loco à Malachia dicatur, super Marcū exposui. Sciendū præterea, q̄ dominus noster Iesus Ch̄s, eiusq̄ Euangelista Marcus, sensum potius q̄ formã verborū istorū allegant. Etenim secundū qd ipsi allegāt, verba ista dicuntur in p̄sona patris: sed p̄ hic introducuntur, in p̄sona Ch̄i dicunt. Itaq̄ Ch̄s ait: Ecce ego mittā angelū meū. In fine eadem præcedētis capituli imperfecti dixerunt: Ois q̄ facit malū, bonus est in cõspectu domini, & tales ei placēt. Aut certe ubi est Deus iudicij? Ad quod Ch̄s quasi respondens, (subiungit) Ecce ego mittā angelū meum, i. Ioannē Baptistã, ex cuius prædicatione error illog. cepit redargui, & p̄ Christum plenissime reprobat. Dicit autē Ioannes angelus ratione officij, non naturæ superioris, qñ nuncius Dei, & q̄ angelicæ vitæ, & qñ sacerdotis filius, ita q̄ sacerdotē esse sibi competebat. Et iã dictum est, q̄ sacerdos Dei sit angelus. De hoc Christi prænuncio fert in Ioanne: Fuit homo missus à Deo. Et præparabit viã ante faciē meã, i. corda Iudæorū sua prædicatione atq̄ baptismo disponet ad meum aduētum meãq̄ susceptionē, vt p̄ eum credāt in me. Vnde Ioan. habet: Hic venit in testimonium, vt testimonium phiberet de lumine, vt oēs crederēt per eū. Deinde Christus de seipso quasi de alio loquēs, sicut frequēter fit in scripturis, adiecit: [Et statim] post Ioannis natiuitatem [veniet ad templū suum] dñator, quē vos queritis] i. Christus rex regum & dominus vniuersorū, cuius aduētum oēs deuoti & boni illuminati, à principio mundi desiderauerūt, secundum quod Christus in euangelio ait discipulis: Beati oculi qui vidēt quę vos videtis, dico em̄ vobis qm̄ multi reges & prophete voluerunt videre, quę vos videtis, & nō viderunt, [et angelus testamēti, quē vos vultis] i. Christus magni consilij angelus, p̄ quē, secundū qd mediator est Dei & hominum, Deus pater seu trinitas superbenedicta nouum dedit & cõdidit testamētum, iuxta illud Hiero. Ecce dies veniunt, dicit dñs, & feriã domui Israel & domui Iuda pactū nouum. Porro per tēplum, intelligi potest templum illud materiale ciuitatis Hierusale, in q̄ Christus à matre fuit oblatus, in quo & ipse duodecim factus annorū inter doctores cõsedit, in quo post annum suum tricesimum sapius prædicauit, atq̄ miracula fecit, tūc q̄ impletum

Iob 31.

Rom. 10.

Matt. 11.

Marc. 1.

Lucę 10.

Ioan. 1.

Lucę 10.

Hier. 31.

est quod Psalmista prædixit: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pro-
 prer quod dictum est in Aggæo propheta: Magna erit gloria domus huius nouissimæ magis q̄
 primæ. Vel templum intelligendum est congregatio eorum, qui crediderunt in Christum, &
 adhæserunt eidem. De quibus Ioannes ait: Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Et
 Ioann. 1. Baruch: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Præterea sicut refert
 Baruc. 3. Hieron. quod iam de Ioanne Baptista expositum est & de Christo Iesu, Iudæi exponunt de He-
 lia & suo quem præstolantur rege Messia. Hinc perpendo, nõ irrationabiliter dici à Christi-
 anis, quod Iudæi per Heliam conuertentur ad dominum Iesum Christum, cum enim audie-
 rint eum prædicare, quod Iesus sit Christus, quem putabant prædicaturæ oppositum, celeriter
 conuertentur. Quæ autem sequuntur, quidam exponunt de secundo Christi aduentu. Quod licet di-
 ci valeat, cõuenientius tamẽ videntur referri ad primũ aduentũ, sicut ex ipso literæ huius cõte-
 xtu clarebit. [Ecce venit] per incarnationis mysteriũ atq; visibilẽ formã, [dicit dominus exer-
 cituũ] Repetitio, confirmationis indicium est & attentionis prouocatio. [Et quis poterit cogi-
 tare diem aduentus eius?] i. quis capere sufficit, qualiter veniet, quã magnifice, mirabiliter
 atq; humiliter: qualis quoq; & quãtus sit ipse, qui veniet. Incarnatio nõ pe saluatoris, eiusq;
 maiestas, à nobis cõprehendi nequeunt. Modus quoq; aduentus Chri nec ipsis prophetis tam
 distincte innouit, sicut apostolis spiritu sancto recepto, videlicet, quod mox in ipsa hora na-
 tiuitatis angelus loqueret pastoribus, & repete multitudo cælestis militiæ Deũ laudaret, mul-
 taq; alia, quæ in euangelio describunt. [Et quis stabit ad vidẽdũ eũ] i. excellẽtiã ei⁹ nemo in-
 tueri & cõprehẽdere poterit, secundũ quod Chri dixit Iudæis Ioan. 8. Neq; me scitis neq; pa-
 trẽ meũ. Vel hoc dicit, qm̄ pauci ex Iudæis crediderunt in eũ, nec poterat eũ patietẽr inspicere,
 qbus etiã grauis exiit ad vidẽdũ. Hinc subdit: [Ipse em̄ quasi ignis cõflans] i. acute rigo-
 roseq; alloquẽs, docẽs & increpãs peccatores, p̄sertim sacerdotes, pharisæos & scribas, immo
 & suos præelectos discipulos p̄ causa & tẽpore, quoq; & vitia quasi ignis cõsumpsit. Propter
 quod dicit Apost. ad Hebr. 12. Deus noster ignis cõsumẽs est. Simili modo Eccl. 48. scribitur
 de Helia: Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbũ eius quasi facula ardebat. [Et quasi
 herba fullonũ] nã sicut per herbã huiusmodi fullones mundat splẽdidasq; efficiunt vestes, sic
 Christus sua prædicatiõẽ, vita & gratia, multosq; corda purgauit. [Et sedebit cõflans] i. pecca-
 ra cõsumẽs, & audiẽtiũ corda inflãmans, secundum quod ait in euangelio: Ignẽ veni mittere
 in terram. [Et emundãs] animas discipuloꝝ suoꝝ, [quasi argentum] quod igne purgatur. [Et
 purgabit filios Leui] i. sacerdotes & templi ministros, quorum aliqui quãuis pauci, ante pas-
 sionem per Christum correcti fuerunt, quanuis tempore passionis rursum pene omnes sedu-
 cti fuerint per principes sacerdotum & scribas ac pharisæos incredulos: post passionem vero
 multa etiam turba sacerdotum credidit in eum, secundum Lucam in Actibus. Aliqui quoq;
 discipulorum Christi & Apostolorum, ex tribu Leui fuisse leguntur. [Et colabit eos quasi au-
 rum & quasi argentũ] i. quẽadmodũ argentũ & aurũ in fornace à commixtione immundi
 purgantur: sic Christus per tribulationes diuersas & graues, suos ab immunditia culpæ mun-
 dabit, quibus & dixit Matth. 24. Eritis odio omnibus hominibus ppter me, [et erũt dño offe-
 rẽtes sacrificia in iustitia.] Sacrificia ista intelligi possunt orationes deuotæ, obseruãtia præ-
 ceptoꝝ, & cætera quæ offerunt conuersi ad Chri, p̄sertim sacramẽtũ altaris, quod ppter plu-
 ralitatẽ sacramẽtaliũ specierũ, pluraliter sacramẽta vocat, cum dicimus: Purificent nos (quẽsu-
 mus) domine sacramenta quæ sumpsimus. Ista offeruntur in iustitia, i. in cõuersatione virtuo-
 sa, in charitate & gratia. [Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalẽ] i. oblatio sacra-
 mẽti Eucharistiæ, à Iudæis in Christũ credẽtibus facta, quæ primo in ciuitate Hierusalem à
 Christo noscitur instituta, & ab eius discipulis continuata, vt patet in Matth. 26. capit. & in
 Actib. apostol. 2. cap. [sicut dies seculi & sicut dies antiqui] i. sicut Deo placuerunt olim sacri-
 ficia patriarcharum, Melchisedech, Abraham, & sanctorum sacerdotum in lege, videlicet Mo-
 sis & Aaron, immo veritas præcedit figuram & vmbra, tamen sacrificium nouæ legis omni-
 bus sacrificijs legis, & his quæ ante legem fiebant, præstantius, acceptabiliusq; Deo consistit.
 Deniq; nunc inductis consonat, quod in Esaie 1. capite dominus ait ad synagogam: Conuer-
 tam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriã tuam, & auferam omne stannum
 tuum, & restituum iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus, & con-
 teret scelestos & peccatores. Vnde nunc in persona Christi subiungitur: [Et accedam ad vos
 in iudicio] in aduentu secundo, qui erit in maiestate & gloria cum rigore iustitiæ, [et ero te-
 stis velox] i. iudicando testabor, & testando idem ipse iudicium proferam. Vnde in Hiere. ha-
 berunt Ego sum iudex & testis, ait dominus, ideo iudicium istud erit terribile, cum iudex sit in-
 fallibilis testis, cui nullius conscientia cõtradicere poterit. [maleficis & adulteris & periuris,
 & qui calumniãtur mercedẽ mercenarij] subtrahẽdo laborãtibus iustã mercedẽ. [et humiliãt
 viduas & pupillos] q̄q; iniuriatio tãto criminiosior est, quãto tales psonæ magis destitute sunt
 humano solatio. [et opprimũt peregrinũ] q̄ cũ sit in alieno solo, pie tractãdus est. [nec timue-
 runt

runt me, dicit dñs exercituum] Contra hæc mala loquitur Moses Leuit. 19. Non facies calu-
 lumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nõ morabitur opus mercenarij apud te vsq;
 mane. Deniq; nil prohibet istud ad primũ aduentum Christi aduentum referri. Christus enim præ-
 dicando Iudæis, exercuit iudicium iustæ correptionis in eos, strenuissime increpãdo eorum
 facinora, præsertim sacerdotum, scribarum, & pharisæorum: quem admodum ex Euangelij
 decursu euidenter probatur. [Ego em̄ dñs] ideo vniuersis præideo, curamq; gero, & verum
 iudicium facio. [et non mutor] Idcirco quod me facturum dixi, sciatis implendũ, & formi-
 date. Quod autem Deus sublimis & benedictus sit prorsus incõmutabilis, philosophi q̄q; subti-
 liter probauerũt, & sacra scriptura copiose testatur: ipse em̄ est actus purus & ens absolute pfe-
 ctum, ideo est æternaliter in vna ac optima sua dispositione cõsistens. De quo fertur in Psal-
 101. Tu autem idem ipse es. Et: In pace in idipsum dormiam & requiescam. In lib. Numer. 23.
 Non est Deus vt homo, vt mutetur: nec vt filius hois, vt mentiatur. [et vos filij Iacob nõ estis
 consumpti] i. quis sim iustus iudex, non tñ per iudicium vltionis delecti estis de terra, vt me-
 ruitis. [A diebus enim patrum vestrorum] i. Abraham, Isaac & Iacob, vel eorum q̄ de Aegy-
 pro egressi sunt, [recessistis] non locali abscessu, sed mentis auersione, [a legitimis meis] i. di-
 uinis præceptis, [et non custodistis] i. ea. Vnde in Osee iam dictũ est: Reliquerunt dñm in non
 custodiendo. Loquitur autem sub noie harum etiam de his, qui eos præcesserũt, impietq; vixe-
 runt. Hinc Stephanus dixit Iudæis Act. 6. Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos
 semp restitistis spũ sancto, sicut & patres vestri. De prædicta autem Dei misericordia sup Iudæ-
 os, loquitur Hiere. in Threnis: Misericordiã dñi, quia non sumus consumpti, quia non defe-
 cerunt miserationes eius. [Reuertimini ad me] per pœnitentiã & præceptorum custodiam,
 vel disponendo vos ad gratiam. [et reuertar ad vos, dicit dñs exercituum] per beneficiorum
 collationem. Verbum istud super Zachariam plenius tractatum est atq; expositũ. Idcirco
 pertranseo. [Et dixistis,] vestram negligentiam excusando, vel non rite pensandos: [In q̄ re-
 uertemur?] i. quid omisimus faciendum, vel commissimus non agẽdum, & in quo nos emen-
 dare debemus. Quibus continuo responderetur: [si affliget homo Deum] i. graue ei iniuriam
 irrogabit, ita vt Deus humano modo loquens, se dicat affligi. Quem admodum enim de no-
 stro profectu atq; salute gaudente se dicit, sic de nostra peruersitate affligi, configi, molestari
 se perhibet, iuxta illud Esa. 7. Nũquid parum vobis est, molestos esse hoibus, q̄ molesti estis
 & Deo meo? [Et dixistis: In quo cõfigimus te?] i. quo vitio ita offendimus te, vt quasi confi-
 xum te asseras, iuxta quem modũ dicit Deus ractus dolore cordis intrinsecus: Quibus mox
 responderetur: [In decimis & primitijs,] i. non soluẽdo decimas & primitiua, Leuitis ac sacer-
 dotibus pro eoz sustentatione deputas secundum legem. Quod autem Iudæi in hoc grauitẽr
 peccauerũt, in lib. Esdræ diffuse describit. Vnde & Salomon: Honora, inq; dñm de tua sub-
 stantia, & de primitijs frugum tuarum. [Et in penuria vos maledicti estis] i. ista de causa misi
 in vos sterilitatem terræ, caritiam, egestatemq; magnam, de qua in Esdra scriptũ est: Eratq;
 tanta, quod qdam filios & filias suas, oẽmq; possessionem vendere cogebant. [Et me cõfigi-
 tis vos gens tota] Multi em̄ & pene oēs in isto fuerunt culpabiles. Deinde Deus dat eis pium
 consiliũ promptũq; remediũ. [Inferite oẽm decimã in horreum meum] i. quæ Leuitis &
 sacerdotibus tenemini de fructibus terræ, in eorum horrea comportate, vt sit cibus in do-
 mo mea] i. necessaria victui habeant ministri templi in sua familia, vel in templo: non enim
 aliam partem habuerunt. [et probate me sup hoc, dicit dñs] i. bonitatis meæ beneficia & ve-
 ritatis meæ effectum experimentaliter noscite, decimas persoluẽdo. [si non aperuero vobis
 cataractas celi,] i. tam copiosam pluuiam dederõ pro terræ fecundatione, vt cataractæ seu
 fenestræ celi, quæ in cælo metaphorice esse dicunt, videant apertæ. Porro cataractæ proprie
 appellantur aquæ ductus riuorum, vel ostia fluuioꝝ, seu meatus per quos ex nubibus celi æ-
 rei defluit pluuiã. Vnde in Genesi dicunt inundante diluuiõ cataractæ celi apertæ. [et effude-
 ro vobis benedictionem] i. vidualiam & necessariorum multiplicationem, immo & gratiæ
 dona, cum actuum virtuosorum sufficiens p̄mium non sit res terrena temporaleq; bonum,
 [vsq; ad abundantiam] quemadmodũ munificentia decet diuinã, quæ plus dat q̄ promisit. At
 vero verbis præinductis non dabatur Iudæis licentia tẽtandi Deum ex praua radice, sed ex
 diuina sponsiõẽ, experiendi liberalitatem ipsius. [Et increpabo pro vobis deuorantẽ, & non
 corrumpet fructum terræ vestræ] i. ea quæ solent fructus terræ corrumpere, prohibebo à ter-
 ræ nascentiũ vestrorum deuoratione, videlicet ventũ vrentẽ, bruchum, locustã & hostes. [nec
 erit sterilis vinea in agro, dicit dñs exercituum.] Et beatos vos dicent oēs gentes: propter oim
 bonorum, quæ vobis præstabo, abundantiam, dummodo præcepta mea seruetis. [Eritis enim
 vos terra desiderabilis] i. similes decoræ ac fertilissimæ terræ, & noie terræ talis designabimi-
 ni, eo modo q̄ terra p̄ populo eam habitãte accipit. Consequẽter dñs reprobatur errorẽ imper-
 fectoz, de q̄ in fine præcedẽtis cap. tactum fuit. [Inualuerũt sup me] i. impudẽter & improbe
 cõtra me prolata sunt, [verba vestra] o infirmi & carnales Iudæi, [dicit dominus.] Et dixistis

Ioann. 1. Baruc. 3.

Sapient. 2.

Lucæ 12.

Acto. 6.

Hier. 19.

Matt. 23.

Psal. 4. Num. 23.

Osee. 4.

Thre. 3.

Zach. 1.

affiget

Gene. 6.

Esdr. 6. Prou. 3. Nec. 13.

Gene. 7.

Quid locuti sumus contra te? Quibus Deus respondit: [Et dixistis: Vanus est] i. ad finem felicem non pertingit, [qui seruit Deo, & quod emolumentum] i. quid boni consecuti sumus, [quia custodiimus praecepta eius, & quae ambulauimus tristes] i. corde cōpuncti & poenitentes, [coram dño exercituum] Cur autē hęc dixerint, in fine articuli tertij tacitum est. [Ergo] i. quia non prodest Deo seruire, nec ipse vindicat mala, neq; remunerat bona, [nunc] lex ista cōsideratione, [beatos dicimus arrogantes, siquidem aedificati sunt] i. in oibus mundi diuinijs stabili, [facientes impietatem] idola adorando, quae est iniquitas maxima & negatio cōtra Deū omnipotentē, vt S. Iob 31. profitetur. [Et tentauerunt Deum] sine villo timore peccando. [Et salui facti sunt] i. impuniti manserunt, & quod cupiebant, sortiti sunt. Praeterea sancti pphe tae frequenter in persona infirmorum verba istis similia inueniuntur dixisse, vt est illud Hie remig: Iustus quidem tu es dñe, si disputem tecum. Veruntñ iusta loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur, & bene est oibus qui suaricantur, plantasti eos, & pficiunt: De quibus & in Psal. 145. cātatur, Quorum filij sicut nouellae plantationes, Filiae eorum compositae, promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. De hoc dictum est super Abacuc. [Tunc loquuti sunt timentes Deum, vnusquisq; cum proximo suo.] timorati & illuminati a Deo Iudaei, auditis tam impijs verbis malorum contra pudentiam atq; iustitiam Dei, mutuo sunt loquuti: quod videlicet Deus oia iuste disponit, nec aliquid inordinatum relinquit, & q̄s nūc paterne castigat, in futuro felicitate quos aut nunc psperari & quasi impune peccare permit tit, in alia vita terribilius punit. [Et attendit dñs & audiuit] iustorum & impiorum vniuersa verba & facta considerauit. [Et scriptus est liber monumenti coram eo] i. ista a Deo iussa sunt ad ppetuam memoriam annotari & scribi, & in eius scientia indelebiter contineri, atq; in libro cōscientiae scripta habentur. [Timentibus Deum & cogitantibus nomen eius] i. ad con solationem & salutem eorum, qui Deum verent & contemplant. [Et erunt mihi] i. isti electi, [ait dñs exercituum, in die qua ego facio] i. inter electos reprobosq; discernam. [in peculijs] i. populum familiarem & charum. [Et parcam eis] tunc [sicut mater parcat filio suo seruienti sibi] i. obedienti, tunc enim ab omni eruentur supplicio. [Et conuertimini] i. tunc vos praedi cti erroris assertores, ad considerandum vos & peruersitatem calamitatemq; vestram oculos vestros vertetis. [Et videbitis] per effectum & executionē iusti iudicij Dei, [quid sit inter iustum & impiū, & inter seruientē Deo & non seruientē] i. quantum Deus inter istos distinguat, q̄ diuersa vtriusq; p̄mia reddat, euntibus impijs in ignē aeternū, iustis autē in felicitatē aeternā.

¶ Elucidatio Cap. III. Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus.

Articulus sextus.

Consequenter dñs de futuro generali iudicio apertissime loquitur: [Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus,] i. dies iudicij in quo mundus stabit in igne conflagratio nis, qui & faciem iudicis praecedens durabit, quousq; sententia contra iniustos prolata eos inuoluat, simulq; cum eis in infernum descendat. Ideo scriptum est Psal. 96. Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. De quibus iam subditur: [Et erunt oēs superbi & oēs facientes impietatem, stipula] i. similes stipulae, ignis ardorē ferendo: non tñ corrumpētur ab igne, vt stipula: quanq; hi, quos ignis ille inuenerit hic viuos, sint occiden di ab ipso etiam boni, sed iam de malis est sermo. [Et inflāmabit eos dies veniens, dicit dñs exercituum] i. ignis diei illius corpora reproborum incendet, etiam durante ipso iudicio. [q̄ non relinquet eis radicem] i. fructificādi virtutem, [et germen] i. perpetrationem vitiorum praeteritorum, in quibus delectati fuerūt, iuxta quod scriptum est Psal. 1. Iter impiorum peribit. Et rursus de impio cantamus in Psal. 51. Deus destruet te in finem, euellet te, & emigra bit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Hinc in Esaia legitur: Ecce dñs in igne veniet reddere in indignatione furorē suū, & increpationem suam in flamma ignis. De hoc quoq; Apostolus loquit ad Thes. Iustum, inquit, est apud Deum retribuere tribulationem his, qui tribulant vos, in reuelatione dñi nostri Iesu Christi de caelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictam his qui non obediunt euangelio, q̄ poenas dabunt in interitu aeternas. [Et orietur vobis timentibus nomen meum] i. filiali & casto timore, quē charitas generat, non expellit, [sol iustitiae] i. Christus totius aequitatis & san ctitatis origo, qui tūc apparebit electis placido ac serenissimo vultu, aequissimus oim remunerator, de quo in lib. Sap. impij dicunt: Sol intelligentiae non est ortus nobis. Quemadmodum enim sol iste visibilis cunctis suae lucis capacibus radios influit, quantum in se est, ita & Christus omni menti creatae dispositae, radios sapientiae, aequitatis & gratiae copiose immittit. Propter quod ait: Ego sum lux mundi. [et sanitas] i. plena mētis corporisq; felicitas, [in pen nis vestris] i. virtute & contemplatione vestra, quia & beatitudo animae redundat in corpus. Vel pennae istae sunt ascensio & volatus electorum cum Christo ad caelum agilitasq; ipsoe, qua tanq; scintillae in arundinetis discurrent. [Egre diemini] de carcere seculi huius ad patri am. Vel egrediemini, considerando impioe damnationē ad maiore vestra exhilarationem.

[et fa

[et salietis sicut vituli de armeto] i. inestimabili replebimini gaudio, quod redundabit exuberanter in corpore. Vnde Septuaginta translulerūt: Sicut vituli de vinculis relaxati. [Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum] i. cum fuerint vobis tanq; puluis plene subiecti, quod erit in die iudicij, qñ electi gaudebunt, q̄ tantam infelicitatem miser ricorditer euaserunt. Idcirco diuino amore incogitabiliter succendentur, & Deo praecordi alissime regratiabuntur. Laetabitur nempe iustus, cum viderit vindictam. Vnde in Iob habetur: Videbunt iusti, & laetabuntur, & innocens subfannabit eos. [in die quo ego facio] i. ista complebo, [dicit dñs exercituum] Hoc est, in die iudicij. Vnde in Esaia dñs cōtestatur: Egre dientur, & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati sunt in me, & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. [Memētote legis Moysi serui mei] i. cum tam metuendum Dei iudicium sit futurum, iam incessanter reminiscimini, & seruate legem Dei per Moysen datā. [quam mandauit ei in monte Oreb] i. Sinai. Vbi data est Moysi lex scripta, & duae tabulae testamenti scriptae digito Dei. [ad oēm Israel] i. vt eam oibus filijs Israel obseruandam proponeret. [praecpta] i. praecpta illa decem moralia, puta decalogum legis, quae etiam in nouo testamento iubentur seruari, Christo dicentes: Si vis ad vitam intrare, serua mandata. [et iudicia] i. praecpta iudicialia, quae determinabant modum iuste viuendi ad proximum, sicut caeremonialia legis praecpta determinabant modum se habēdi in cultu diuino ad creatorem. Iudicialia autē legis praecpta posunt seruari in nouo testamento, si ab aliquo praesidente Christiano ad hoc idoneo, de nouo instituantur: non em fuerunt figuratiua duntaxat. De triplicibus autē praecptis legis, videlicet moralibus, iudicialibus & caeremonialibus, tractat S. Thomas peroptime in prima secunda. [Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam,] qui si mul cum Enoch viuit in paradiso terrestri, venietq; cum eo instante Antichristi p̄dicatione. Hinc & Christus in euangelio asserit: Helias q̄dem v̄turus est. [anteq; veniet dies dñi magnus & horribilis] i. dies iudicij, qui magnus terribilisq; vocatur propter magna & terribilia opera Dei quae fient in eo. [et conuertet cor patrum ad filios] i. cor Abraham, Isaac, Iacob, aliorumq; patrum antiquorum ad Iudaeos, qui tunc credēt in Christum. [Et cor filiorum ad patres] i. eorum. p hoc em, q̄ Iudaeos tunc existentes conuertet ad verum Christum, faciet inter eos & patres eorum plenā charitatis concordia. Hoc idem angelus dixit de Ioanne Bapt. vt scribit Lucas. Sicut em Ioānes p̄uenit primū Christi aduentū, ita Helias secundū. Hinc Eccl. 48. dicit ad Heliam: Inscriptus es in iudicij tempore, lenire iracundia dñi, conciliare cor patris ad filium, & restituere domus Iacob, cui consonat quod in Euangelio ait Saluator: Helias cum venerit, restituet oia. De Heliae autē & Enoch p̄dicatione contra Antichristum, & occisione eorum ab ipso, multa in Apocal. leguntur. [ne forte veniam, & percutiam terram] i. terrenos atq; incredulos. [anathemate] i. omnimoda reprobatione ac separatiōe. Vnde pro anathemate Septuaginta translulerunt, penitus. Quidam quoq; affirmat, q̄ in Hebraeo non habetur, forte, de quo iudicare non valeo, & tamen in translatione Septuaginta ponitur, forte. Porro, siue sit in Hebraeo, siue non, certum omnino est, quod non ponitur tanquam dubitationis vel incertitudinis signum, sed ad insinuandum libertatem iudicis venientis.

¶ De spirituali intelligentia eiusdem cap. III. Art. VII.

Triplex ponitur Christi aduentus, primus per incarnationem, secundus per spūalem visitationem seu gratiae infusionem, tertius ad finale iudicium. Quemadmodum autē Baptista fuit praeco primi, & sicut Helias praecursor est tertij, sic quicumq; electus a Deo p̄dicator, praelatus vel doctor, praecursor est aduentus secundi. Huiusmodi enim frequēter misit Christus ante faciem suam, & mittit quotidie ad eos, q̄rum corda p gratia visitare disponit. Idcirco de quolibet tali dicere potest: [Ecce mitto angelum meum, & praeparabit viam ante faciem meam.] Tales fuerunt omnes Apostoli & Apostolici viri, qui hominum corda ad Christi inhabitationem praeparauerunt, ipsamq; ecclesiam reformauerunt, & tunc statim venit Christus ad templum suum, i. ad conscientiae domum, siue ad animam quae sedes est sapientiae. [Et quis poterit cogitare diem aduentus eius?] non em certo scire valemus, qñ Christus per charitatem & gratiam gratum facientē nos visitet, sine reuelatione speciali. Propter quod scriptum est in Iob: Si venerit ad me, non videbo eum: & si recesserit a me, non intelligam. Idcirco subiungitur: [et quis stabit ad videndum eum?] Deniq; nemo nouit filium nisi pater, visione comprehensua, qñ Deum nemo vidit vnq. [Et purgabit filios Leui] Hoc facit Christus, dando sacerdotibus & religiosis gratia emendationis, & per vicarios suos corrigendo perficiendoq; clericos: quo facto, offerunt Deo sacrificia in iustitia, sicut expositum est. Porro, quod subditur, [Accedam ad vos in iudicio,] loquitur Christus contra omnes iniquos, quibus interim comminatur vt corrigantur. [Et vos filij Iacob non estis consumpti.] si filij Iacob sunt Christiani, qui vitia supplantare tenentur, sicut & patres nostri in primitina ecclesia fecisse noscuntur. Sed heu multi nimis a diebus patrum nostrorū recesserūt a legitimis Christi per haereses, schismata, errores, ambitiones, & caetera spūalia atq; carnalia vitia.

Verum

Hierem.

Abac. 1.

Esa. vii. 3. Thes. 1.

Sap. 3.

Ioan. 8.

Iob. 22.

Esa. 66.

Matt. 19.

Matt. 17.

Luc. 1.

Matt. 17.

Sap. 1.

Iob. 9.

Matt. 17.

Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

Veruntamē Christus non secundum peccata eorum reddidit eis, sed vsq; in p̄sēns multis longanimit̄ parcat, qui v̄tinam misericordiam & patientiam Dei super se intuerentur, & totis ad creatorem suum p̄cordijs conuerterentur. [Vos cōfigitis me in decimis & primitijs.] Hoc iuxta sensum in p̄cedenti articulo positum Christus dicit contra eos, qui debitas ecclesię oblationes decimasq; persoluerē renuunt, nec curāt illis temporalia sua communicare, a quibus ipsi sp̄alia bona suscipiunt. Ideo isti in penuria maledicti sunt; quoniam tam mortaliter in Deum peccando, omnium donorum gratię subtractionē merentur, nec habent sp̄iales diuitias, sed vere nudi mente ac pauperes sunt coram Deo, deformes ac squalidi, tantoq; miserabiliores, quanto interiorē suam penuriam minus attendūt & repuiāt. Porro, si isti debitas oblationes deuote psoluerint, aperiet eis Christus cataractas cęli, a quā sapientię salutaris eis influendo, effundetq; eis benedictionē suam in abundātia, donis atq; virtutibus corda eorum implendo. Insuper dicit eisdem: Incepabo pro vobis deuorātē i. diabolū tentatorem, qui tanq; leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: istum cōterit

Rom. 16. Christus sub pedibus deuotorum velociter, sicut Apostolus loquitur ad Roman. [& nō corrumper fructum terrę vestrę] i. cordis vestri profectum, nec semē quod est verbum Dei, tollet a mente. [nec erit sterilis vinea in agro] i. anima in corpore, vel ecclesia in seculo, immo fructum operum virtuosorū producet. Præterea, quod dñs ait, [Inualuerunt contra me verba vestra, & dixistis: Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentū, quia custodiuimus p̄cepta eius: &c.] contra oēs pusillos, carnales rudesq; dicitur, qui intuitu temporalium potius q̄ amore æternorum Deo utcunq; deseruiunt, & qui visis sp̄ialium hoīm aduersitatibus, seculariumq; prosperitatibus, facilliter scandalizant, & in fide p̄ouidentię Dei nutare incipiūt, eosq; beatificare quos temporaliter florere ac prosperari conspiciunt. Isti non norunt, q̄ vtile ac salubre sit in vita p̄senti multipliciter tribulari, q̄ item periculosum in ea in corporalibus prosperari, nec pensant, q̄ terribilis sit Deus in consilijs suis sup filios hoīm, & q̄ reprobos dimittit secundum desideria cordis eorum, vt eant in adinuetionibus suis: eos autē quos singulariter amat, instanter exercet, & flagella eis assiduat. Verunt̄ in horum imperfectorū p̄sona dicit Iob: Nunquid contra hoīem disputatio mea est, vt merito non debeam contristari? Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs, semen eorum permanet coram eis, & non est virga Dei super eos? Hinc igitur in aduersis lætemur, in prosperis formidemus. Nam quis mirabile sit iudicium Dei, dum boni aduersa, & mali prospera in p̄senti seculo sortiuntur, mirabilius t̄n Dei iudicium est, dum electi & boni hic prosperantur, sicut Gregorius Boethiusq; testantur. [Tunc locuti sunt timentes Deum, vnusquisq; cum proximo suo.] Hi dum infirmorum ac impiorum p̄inducta audiunt verba, dolent, & inter se conferunt, atq; se inuicem consolantes, dicunt quæ commemorata iam sunt contra illorum insaniam. Ideo erunt in die iudicij, quasi peculiū Christi. [Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitię] Hoc quotidie adimpletur, dum enim peccator diuinum attendens iudicium, p̄cēnit, statim Christus eum illuminat, sicut Apostolus exhortat: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, sed & proficiētibus in charitate & gratia, sol iste iustitię omni hora splendidius micat, & clarius iubar infundit. Contemplatiuis vero & excellentius oritur, & radios theorię supernę copiosius impartitur. [Et sanitas] i. a peccati læsione immunitas, erit in pennis vestris] i. pennæ hæ electorū in seculo isto, quibus quotidie volat ad Deum, sunt oratio pura, meditatio sancta, contemplatio stabilita, & ceteri actus donorum atq; virtutum, in quibus nunc sanitas oritur, dum vitijs non miscentur immo si qd euagationis, venialisq; culpæ se ingerat, charitatis feruore repente consumit. [Mementote legis Moysi serui mei] multo amplius mente, ore, & facto memores esse debemus legis Christi vnigeniti filij Dei. Propter quod ad Hebræos scribit Apostolus: Irritam quis faciēs legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quātomagis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & sp̄i gratię contumeliam fecerit? ¶ Postremo, sicut Helias conuertet sua p̄dicatiōe cor patrum ad filios, & econuerso: sic oīs bonus p̄latus, p̄dicator, pastor, seu doctor, qui alios ad viam æquitatis conuertit, & corda eorum ad Deum reducit, conuertit cor patrum, videlicet Apostolorum & aliorum sanctorum, ad istos, & cor istorum ad illos, vt Deo simul cohæreant, atq; in vinculo charitatis connexi permaneant. Similitudo qppe est causa amoris, & vnit discordes, quemadmodum dissimilitudo separat copulatos. Hæc autē Christus p̄ suos vicarios efficit, ne veniens imparatos condemnet. Multis etenim modis nos ad se reuocare non cessat, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad veritatis peruenire notitiam, qui est cum patre & spiritu sancto super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Rom. 16.
Luc. 8.

Iob. 21.

Ephe. 5.

Heb. 10.

COMMENTARIORVM IN DVODECIM PROPHETAS MINORES, per D. Dionysium Carthusianum, finis.

